
THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
·LIBRARIES·
THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
ARTES SCIENTIA VERITAS
1817

GRAMMATICA CELTICA.

GRAMMATICA CELTICA

E MONUMENTIS VETUSTIS

TAM HIBERNICAE LINGUAE

QUAM BRITANNICARUM DIALECTORUM

CAMBRICAE CORNICAE AREMORICAE

COMPARATIS GALLICAE PRISCAE RELIQUIIS

CONSTRUXIT

I. C. ZEUSS

PHIL. DR. HIST. PROF.

EDITIO ALTERA

CURAVIT

H. EBEL

PH. DR., ACAD. REG. HIB. SOC. HON., ACAD. REG. BORUSS. ADI. COMM. EPIST.

BEROLINI

APUD WEIDMANNOS

MDCCCLXXI

PARIS

MAISONNEUVE & CO.

PRAEFATIO AUCTORIS.

Linguae, quae inter cognatas linguas ab India per Asiam et Europam dilatatas extrema est in occidente, naturam, varietatem formasque e fundamento monumentorum extantium vetustorum exponere aggredior. Opera perscrutandae indicae, extremae eiusdem familiae in Asia, qua plurimum lucis linguarum affinium omnium scientiae addiderunt viri docti, si magni semper habenda est, non parvi etiam erit aestimanda opera ea, qua fiat facultas inspiciendi leges linguae nationis fractae illius quidem iam dudum, sed latissime quondam per Europam patentis, cuius linguae rudera ideo non rara sunt iam a vetustis temporibus, atque hodie quoque extant in aliis recentioribus linguis. Qua opera etiam substruetur fundamentum vocabulorum moli recenti vel adhuc superstiti eius gentis in linguis hodiernis, hibernica, gaelica, cambrica, aremorica.

In linguas nationum maiorum vicinarum, germanicae et slavicae, iam inquisitum esse perscrutato eodem fundamento historico monumentorum, nemini gnaro eruditorum recentioris aetatis laborum ignotum est. Nostrae huius extremae in occidente linguae monumenta vetusta scripta a viris indigenis, ratione non habita nominum servatorum a scriptoribus vetustioribus, graecis et latinis, aetatem quidem non attingunt monumentorum germanicae linguae, incipientium a saeculo quarto, superant tamen haud dubie aetatem monumentorum slavicae linguae. Eiusmodi ex monumentis extructum est hoc opus.

Ut linguae nationum frequentium et late patentium variant formationibus et dialectis, ita etiam lingua celtica, ut communiter dicitur extrema haec in occidente, varietatem suam explicuit iam ab antiquis temporibus. Quae varietas cognita est iam Caesari dicenti (B. gall. 1, 1), Belgas, Aquitanos, Celtas vel Gallos lingua, institutis, legibus inter se differre, et melius Straboni (lib. 4, p. 176), qui Aquitanos omnino diversos a Gallis et adnumerandos Iberibus, Gallos autem ipsos paulum lingua differre (μικρὸν παραλλάττοντας ταῖς γλώτταις) affirmat. Cui si additur, quod asserit Tacitus (Agric. 11), Gallorum et Britannorum sermonem haud multum diversum, statuemus, dialectorum varieta-

tem aliquam extitisse quidem in lingua Celtarum (Gallorum ab occidentali Sequana et Matrona), Belgarum (ab oriente eorundem fluminum), Britannorum, non tamen tantam, ut inter hos populos sermonis commercium esse non potuerit. Ex ea aetate servata esse nomina gallica, belgica, britannica virorum, oppidorum, fluviorum, plantarum et pauca etiam vocabula a scriptoribus graecis et latinis, nemini vetustatis gnaro incognitum est. Ex iis varietatem linguae deprehendi posse nemo sperabit.

Varietatem longe maiorem monumenta scripta ab indigenis totius gentis, a viris non solum britannicis sed etiam hibernicis, comprobant inde a saeculo octavo vel nono. Libri britannici, tam cambrici quam aremorici, iam eo tempore in sonis, qui congruunt cum sonis nominum britannicorum vetustiorum et gallicorum, atque in formis grammaticis tantam differentiam prae se ferunt a sonis et formis scriptorum hibernicorum eiusdem temporis, ut nullo modo statui possit inter Britannos et Hibernos linguae commercium ea aetate, nec ergo etiam aetate multo vetustiore, quamvis utramque dialectum vel linguam (hac voce enim utar consulto ob hanc diversitatem) ex uno fonte ortam esse clare pateat. Poterit affirmari maior differentia inter linguam hibernicam et britannicam, quam inter scandicam vetustam vel islandicam et ceteras germanicas dialectos, vix tamen tanta quanta obtinet inter linguam lituanicam vel prussicam vetustam et slavicam.

Gallicam autem linguam priscam, quae post interitum imperii Romanorum et invasionem Francorum sensim cessit novae romanicae ortae in regionibus gallicis, si non fuit eadem quae britannica, huic tamen viciniorem fuisse quam hibernicae, haec potissimum ostendunt:

1. Congruentia sonorum quorundam, quibus differt hibernica, e. gr. in nominibus gallicis Litana, Litaviccus, quae sunt adhuc britannice adi. *litan*, subst. *litau*, sed hibernice *lethan*, *letha*, quae inprimis animadvertitur in vocibus gallicis et britannicis, e. gr. in Petuaria petorritum, pempedula, Penninus deus, Penninum iugum, Epona, Eporedici, Epomanduodurum, convenientibus cum cambricis *petuar* (quattuor), *pimp* (quinque), *penn* (caput), *ep* in deriv. *epaul*, *ebaul* (pullus), cum hibernice sit *c*, *ch* pro *p* in iisdem, ut *cethir* (quattuor), *cóic* (quinque), *cenn* (caput), *ech* (equus). Non concedo differentiam gallicae linguae a britannica et congruentiam cum hibernica in particula *su-* in compositis Suessiones, Suanetes, cum eadem vox sit hibernice *su-*, *so-*, britannice autem *ho-*, *he-*, *hy-*. Hanc enim *h* pro *s* esse serioris originis atque *s* primitivam obtinuisse apud Britannos adhuc Romanorum aetate, docet nomen fluvii *Sabrina*, quod posteriores Britanni et hodierni proferunt *Hafren* (p. 122), ut nomen populi brit. Σελγοοῦαι apud Ptol. servat etiam *s* pro *h* hodierni subs brit. *hel*, *helg* (hib. *selg*, venatio). Vetustissima autem est haud dubie d rentia sonorum *p* et *c*, et obtinet in diversis linguis antiquitus, e. gr. in lat. *quattuor*, lituan. *keturas*, et germ. *fidvor* (= *petuar*), lat. *quinque* (= *cinoe*), hib. *cóic*, et germ. *finf* (= *pimp*).

2. Sonorum eadem progressio in lingua britannica atque in gallica etiam

romanica, operante amplius linguae gallicae ingenio, quam progressionem nescit lingua hibernica, e. gr. transeuntem *v* vel *w* in *gu*, *gw* britannice et in vocibus gallicis romanicis, quae hibernice fit *f*, item praemissam cambrice *i*, *y*, *e*, ut *e* gallice ante coniunctas *sp*, *st*, *sc*. Destitutio mediarum, excussa praesertim *g*, in Galliae romanicis monumentis medii aevi aeque vetusta est atque in britannicis, tenuium adeo destitutionis exempla romanica gallica vetustiora sunt quam britannica. Prolata haec videsis in mediis et tenuibus britannicis (pp. 145. 146. 160. 161).

3. Terminationes quaedam propriae linguae britannicae, et quas ignorat hibernica, apparentes in vocibus gallicis vetustis, e. gr. *-en* vel *-on* nota singularitatis in nominibus plantarum γελασονέν, σκοβιήν, titumen, betilolen (p. 296), et in nomine loci gallici Aballon (Aballone abl. in Itin., cambr. vet. *aballen*, *auallen*, hod. *afallen*, malus, arbor, p. 819), *-et* terminatio numeri pluralis (pp. 291. 292) in nomine germanico ex ore gallico audito a Caesare Usipetes, quod aliis scriptoribus sine terminatione gallica est Usipi, Usipii, eodem modo quo apud Plinium (3, 20) sunt iuxta Sarunetes etiam Vennonetes, qui Ptolemaeo vocantur Οὐέννονες.

4. Voces quaedam in nominibus gallicis vetustis et britannicis, quae desunt in hibernica lingua. Prae aliis nominanda est particula inseparabilis *gwer-*, *gur-*, *gor-* usitata etiam in hodierna lingua cambrica, frequens in nominibus propriis virorum compositis britannicis medii aevi, cambricis et aremoricis, ut in nominibus vetustis gallicis et britannicis, e. gr. Vercingetorix, vertragus, Vernemetum, Vertigernus etc. (cf. pp. 130. 133 et 895), cuius particulae intensivae in lingua hibernica nullum vestigium mihi obvium est. Porro aliae quaedam voces: *anau* (cambr. hod. *anaw* masc., forma, harmonia, poësis), quae obvia est in nominibus frequentibus virorum vel feminarum cambricis et aremoricis libri Landavensis vel chartularii Rhedonensis compositis, ut *Anaugen*, *Anauued*, *Anauweten*, *Anauworet*, *Rianau*, *Dreanau*, *Balanau* etc. (pp. 129. 132), quae obvia est etiam tam derivata quam nuda item in nominibus cambr. *Anauoc* Lib. Land. 156, arem. *Anau* Rhed. 1, 48. D. Mor. 272, quae vox iam apparet item nuda in nomine oppidi ad Danuvium Ἄναυον (ultimi Germaniae circa fines Pannoniae, ubi sine dubio gallici populi consederant) apud Ptolemaeum, et in nomine feminae Anauonia in inscriptione apud Stein. 985, derivato ut alia nomina propria in -onius, -onia (p. 772). Frequens est etiam vocabulum *cun* in nominibus britannicis Cunobilinus, Cunotamus, Cunomaglus, Maglocunus, ut in gallicis Ἀρκύνια ὄρη ap. Aristot., Hercynia silva, Hercuniates (populus Pannoniae) ap. Plin. (de quibus videas pp. 92. 101 sq.); haud dubie non differt cambr. hod. *cwn* (summitas, altitudo, in compositis adi altus), ex quo comp. et deriv. *erchyniad* (elevatio) et deriv. *cwnwg* (summitas, culmen). Hibern. vet. *cnocc* (gl. gibber, gl. ulcus) Sg. 22ᵃ. 23ᵇ. Pr. Cr. 9ᵃ eodem modo ad brit. *cunuc* referendum est, quo hib. *gníu*. *dogníu* (facio) ad cambr. hod. *gwna*, *gwneuthur*, et fere videtur transumptum. cum non ex aliis hibernicis vocibus cognita sit eadem radix et servetur *c* dura finalis. ut in *sebocc* (gl. capus) Sg. 105ᵇ, cuius

forma eadem deprehenditur, non *seboch* secundum regulam iuxta cambr. vet. *hebauc* (p. 849), hod. *hebog*. Caratacus nomen viri gallicum in inscriptione obvium (ap. Grut. 902, 5) in eadem paene forma est nomen viri britannicum vulgatissimum, in vetustiore *Caratauc*, in recentiore *Caradoc*, *Caradog*, cum nonnisi semel mihi occurrat hibernicum *Carthach* (p. 72).

Duae sunt igitur varietates celticae linguae praecipuae. Est una hibernica, ex qua propagatae sunt linguae adhuc extantes huius generis, in Hibernia ipsa hibernica hodierna, et in Britannia in montibus, quos dicunt scoticos, gaelica (i. e. gaedelica,* ut Hiberni ipsi suam linguam appellant, media excussa), quae quamvis tuta in altis alpibus vetustiora monumenta non servavit, attamen in vetusta hibernica fundamentum habet. Altera est britannica lingua, cui proximam gallicam priscam fuisse demonstratum est, et a qua propagatae sunt cambrica, cornica, aremorica, quae omnes possident monumenta plus vel minus vetusta, vivae et hodie in ore populi, scriptis et carminibus, excepta cornica, quae iam praeterlapso saeculo etiam in vicis regionis Cornubiae audiri desiit.**

---

* Tres filii Usnechi in vetusta hibernica narratione de eorum interitu dicuntur *tri coinnle gaisged nan gaedal* (tria lumina valoris Gaedalorum) ed. O'Flan. pp. 20. 78. In ea narratione scriptio *ae* obtinet non solum pro vetustiore *ái*, e. gr. in *aes* (aetas, vet. *áis*, *áes*, interdum *óes*), sed etiam pro *ói*, e. gr. in *aen* (unus, vet. *óen*, *óin*, nunquam *den*), ita ut colligi possit vetustior forma nominis aut *gáidal* aut *góidal*. Utraque scriptio alternat in Annal. Inisfal. ap. O'Con. 2, 50. 51: *fir erend eter gullu 7 gaedelu*, *fir erend eter gullu 7 goedelu* (viri Hiberniae tam alienigenae quam Gaedeli), et p. 75: *Murchad ri gall 7 goedel in Athcliath* (M. rex alienigenarum et Gaedelorum Dublinii). Item iam in vetustioribus codicibus, in Gloss. Corm. et Leab. Br.: *do gaedelu*, *o goedelu* (dat. pro acc.) ap. O'Donov. pp. 123. 219. Sed *ai* scriptio occurrit apud Giraldum Cambrensem (ap. Camd. p. 737): 'dicti sunt *Gaideli*, dicti sunt et Scoti', 'hibernica lingua quae et *Gaidelach* dicitur'. *Gaedal Glas ó táit Gaedil* B. Ballymote fol. 11, ap. O'Don. p. 170. Ex *ae* illa scriptione iam recentiore facta hodierna *ao* vel *aoi*, ut in *aon* (unus), *aois* (aetas), apparet in hod. *gaoidheal* (Hibernus), *gaoidhilg* (lingua hibernica). Peculiaris est forma obvia in Ann. IV. magistr.: *guoind 7 goill* (Gaideli et alienigenae) O'Con. 3, 761, gen. *nan gaoind* 754. 824, dat. *gaoindaibh* 348. 809, et ita in aliis quibusdam locis, cum in aliis rursus solita forma obtineat. In hymno in S. Patricium Hiberniae incolae significantur adhuc Scotorum nomine: *pridchais do scotaib* (praedicavit Scotis) dist. 18, cum *t* servata ob duplicem pronuntiationem, ut in *crot*, *crottichther* (cithara, citharizatur, p. 67), plur. *cruitedha* (crottae, harpae) Deirdr. p. 16. Si confertur cambr. *ysgwth* (p. 151) et hibern. *gaoth* (impetus?), quod supponitur in Cormaci gloss. sub v. *gaodheal* ap. O'R., et a quo vix differt subst. vet. *gáid*, *gáith* (ventus, p. 308), utriusque nominis significatio eadem videtur fuisse, i. e. inquieti, impetuosi (cf. nomina populorum gallica Gabali = *gafal*, ap. Corm. synon. cum *gaodheal*, et Cavares, cambr. *cawr*, gigas). Etiam tertium nomen vetustum gentis hibernicae *Feni*, e quo Phaenius, Fenisius, vetustus heros, ortum sumpsit, et vetusta lingua dialectus feniana vel phaeniana dicebatur, legitur in hymno in S. Patricium, dist. 20: *pridchais tri fichte bliadan croich crist dothuataib fene.* Praedicavit, Patricius, ter vicenos annos crucem Christi popularibus Feniorum.' Duo haec nomina gentis obsoleta in Hibernia, cum permanserit illud primum, occurrunt in codice hibernico Stow. 4. ap. O'Con. 1, Proleg. II, p. XCVI in dictionibus repetitis *clan na Scot*, *clan na Fened* (filii Scotorum, Venedorum), quibus primi in Hibernia advenae significantur. Haec forma *Fened* si recta est (alias *Fene*, *Feine* legitur duntaxat; sed cf. O'Don. p. 104: *féinne*, a hero: *o sruith-linntib fola na ḃ-féinniodh* from the streams of the blood of the heroes.' Keat. Hist. p. 146), cum cambr. *Gwynedd*, *Venedotia*, conferenda est.

** Iam per saeculum decimum septimum desiit esse communis lingua, usitata tantum in paucis quibusdam et remotis locis. Dicitur tamen huius populi ultima cornicae linguae gnara *Dolly*

Harum linguarum, ut extant hodie, unaquaeque suos cultores et descriptores invenit, qui interdum etiam vetustiorum monumentorum rationem habuerunt. Hibernica e. gr., post Mac Curtin ('The elements of the irish language. Lovain 1728'), O'Brien ('A practical grammar of the irish language. Dublin 1809') aliosque, praecipuum O'Donovanum, cuius liber inscriptus est: 'A grammar of the irish language, published for the use of the senior classes in the college of St. Columba. Dublin 1845.' Vocabulorum eius linguae non solum hodiernae copiam sed etiam saepius e vetustis monumentis collectam offert lexicon: 'An irish-english dictionary. To which is annexed a compendious irish grammar. By Edward O'Reilly. Dublin 1821.'

Gaelicae linguae praestantius eiusmodi opus est hocce: 'Dictionarium scoto-celticum: A dictionary of the gaelic language. Compiled and published under the direction of the Highland society of Scotland. In two volumes. Gaelic, english and latin. Edinburgh 1828.' Praemissa est priori parti epitome grammaticae Stewarti, cuius secunda editio prodiit sub titulo: 'Elements of gaelic grammar. Edinb. 1812.' Amplum etiam opus eandem linguam tractans est: 'A gaelic dictionary, in two parts: I. Gaelic and english, II. English and gaelic. To which is prefixed a new gaelic grammar. By R. A. Armstrong. London 1825', compendiosius hoc: 'A dictionary of the gaelic language in two parts, I. Gaelic and english, II. English and gaelic. By Norman Macleod and Daniel Dewar. London 1845.' Gaelicae propior sed magis corrupta quam ea et hibernica est dialectus insulae Monapiae, quam ostendit liber nunc rarus: 'A practical grammar of the ancient Gaelic or language of the isle of Man, usually called Manks. By John Kelly. London 1803.'

Cambrica lingua hodierna primum lexicographum et grammaticum habuit Davies, e Venedotia oriundum, cuius lexicon inscriptum est: 'Antiquae linguae britannicae dictionarium duplex. Londinii 1632.' Grammatica, in hoc opere saepius memorata, quae primum prodiit a. 1621, typis iterum impressa est Oxoniae a. 1809, inscripta: 'Antiquae linguae britannicae, nunc communiter dictae cambro-britannicae, a suis cymraecae vel cambricae, ab aliis wallicae, rudimenta.' Antiquam linguam existimavit, sed antiquas formas linguae minus curavit. Vetustorum monumentorum diligentior investigator primus exstitit Llwydius [vel ut ipse scribit Lhuydius], e Cardiganiana Cambriae regione oriundus, qui operis sui inscripti 'Archaeologia britannica' [ceterum non solum cambrica, verum etiam cornica et aremorica amplectentis] parte tantum expleta immatura morte (a. 1709) obiit. Hoc denique saeculo praeminet lexici et grammatices auctor W. Owen, cuius opera prodierunt primum a. 1803 Londinii: 'A grammar of the welsh language', 'A dictionary of the welsh language'. Recentior editio 'A dictionary of the welsh language. The

---

Pentreath, Dorothea P., quae obiit a. 1778 nata annos 102 (Cf. libros inscriptos: 'Specimens of cornish provincial dialect, by Uncle Jan Treenoodle. Lond. 1846', pp. 1—4, et 'The Circle or historical survey of sixty parishes and towns in Cornwall. Helston 1819', p. 195).

second edition by W. Owen Pughe. Denbigh 1832' pro *z* et *v* prioris solitam scriptionem *dd* et *f* reduxit. Novissimum opus: 'A dictionary of the welsh language. To which is prefixed a grammar of the welsh language. By William Spurrel, Carmarthen 1848' compendiosius est, quod comitem aliquanto ampliorem et pluris aestimandam habet partem anglico-cambricam: 'An english-welsh pronouncing dictionary. Carmarthen 1850.'

Formas linguae cornicae emorientis proponit opus inscriptum: 'Archaeologia cornu-britannica, or an Essay to preserve the ancient cornish language, containing the rudiments of that dialect in a cornish grammar and cornish-english vocabulary. By William Pryce, M. D. of Redruth, Cornwall. Sherborne 1790'. [ita tamen fere compositum, ut quo minorem eius rationem habeas, eo expeditiore opera accedas ad cognoscendam linguam cornicam, quam editor sive potius compilator libri (cuius grammatica a Lhuydio, cetera a Tonkinio sunt desumpta) parum intellexisse sexcentis locis comprobatur.]

Aremorica lingua hodierna post Lepelleterii studia, cuius opus inscriptum est: 'Dictionnaire de la langue bretonne, par Dom Louis Le Pelletier, religieux Bénédictin. Paris 1752', cultorem praecipuum invenit Legonidecum. Operum eius editio novissima haec est: 'Dictionnaire français-breton de Le Gonidec, enrichi d'additions et d'un essai sur l'histoire de la langue bretonne. Par Th. Hersart de la Villemarqué. Saint-Brieuc 1847', et 'Dictionnaire breton-français de Le Gonidec, précédé de sa grammaire bretonne, et enrichi d'un avant-propos, d'additions et de mots gallois et gaëls correspondants au Breton. Par Th. Hersart de la Villemarqué. Saint-Brieuc 1850.' Citatur in nostro opere aliquoties grammatica eiusdem linguae, quae prodiit Pragae 1800 sub titulo: 'Grammatica latino-celtica, doctis ac scientiarum appetentibus viris composita ab Alano Dumoulin presbytero'.

Hibernica lingua, extrema et ultima omnium linguarum Europae et Asiae a primordio affinium, ut Thule insula est ultima Europae,* in inquisitionibus huius operis, quae id quaerunt praesertim, quae fuerint primitivae et communes celticae formae et quomodo ex eis prodierit recentior varietas, primum lo-

---

* Etiam ultimam Thulen saeculo adhuc nono usque ad occupationem Nordmannorum habitatam fuisse ab Hibernis, docet *Ari Frôdi*, historicus Islandiae, in libro suo inscripto *Islendîngabôk*, c. 1: *Island bygðisk fyrst ûr Norvegi â dögum Haralds ens Hârfagra,.. 8 hundruð ok 70 vetrum eptir burð Krists .... Þâ voru hêr menn kristnir, þeir er Norðmenn kalla papa, en þeir fôru siðan â braut, af þvî at þeir vildu eigi vesa hêr við heiðna menn, ok lêtu eptir bækr irskar ok biöllur ok bagla. Af þvî mâtti skilja at þeir voru menn irskir* (Islandia inculta est primum ex Norvegia diebus Haraldi Harfagri, annis 870 praeterlapsis post Christum natum. Fuerunt ibi viri christiani, quos Nordmanni dicunt papas [presbyteros], et hi abierunt inde, quia noluerunt manere ibi cum viris paganis, et reliquerunt libros hibernicos et tintinnabula et virgas episcopales, unde poterit colligi quod ipsi fuerunt viri hibernici). Dignus est qui notetur ad haec locus Plinii (4, 16): 'sunt qui et alias insulas prodant, Scandiam, Dumnam, Bergos, maximamque omnium Nerigon, ex qua in Thulen navigetur'. Equidem ut *Bergion* etiam *Nerigon*, ortum corruptione ex eodem, nomen vetustum Hiberniae, et ut *Albion* ab incolis ipsis insularum britannicarum profectum conieci in libro meo de Germanis gentibusque vicinis (pp. 194. 195).

cum sibi vindicat primamque diligentiam, non solum ob maiorem formarum ubertatem linguae ipsius, sed etiam ob copiosiora monumenta servata in codicibus vetustis hibernicis, a quibus longe superantur tam numero quam contentorum copia britannici codices eiusdem aetatis vel potius cambrici, qui scilicet soli aetatem hibernicorum attingunt. Hos ergo codices, ex quibus hic liber crevit, hibernicos et britannicos, et horum cambricos tam vetustos quam cum cornicis et aremoricis recentiores, singulos producere et describere (omissis tamen, quae nos minus tangunt, e. gr. forma, quae maior est fere in omnibus, habitu externo etc.) praecipuum huius prooemii argumentum est.

CODICES HIBERNICI.

Hibernici codices vetustae linguae monumenta servantes in copiosis praesertim glossis, interlinearibus plurimum, saepius etiam marginalibus, in terra continenti extant plures a monachis scripti Hibernis vel, ut tum temporis dicebantur Scotis, iam a saeculo sexto per Europam continentem ad propagandam fidem christianam dispersis. Codices servati aevo Carolingico orti sunt, aut allati ex Hibernia, aut etiam scripti in monasteriis terrae continentis a monachis eius gentis litteris hibernicis, quae alias dicuntur etiam anglosaxonicae. Qui in manibus meis fuerunt, servati in continenti, hi sunt.

1. Codex Prisciani Sancti Galli (n. 904, in hoc opere designatus Sg.), magnam glossarum molem praebens, quibus refertus est ab initio usque ad paginae 222 columnam secundam (222ᵇ), vel usque ad finem libri decimi quarti Prisciani, a qua usque ad ultimam paginam 249 rariores fiunt glossae. Discerni in hoc codice possunt tres glossatorum manus, una generalis per totum codicem, diligens et clara, in paucis tantum columnis locum praebens alteri manui (in 65ᵇ. 66ᵃ. 66ᵇ. 67ᵃ. 67ᵇ); tertia manus hic vel illic per codicem quasdam adspersit glossulas.

Glossae ut in aliis codicibus sunt aut interlineares aut marginales. Marginalium notatu dignae sunt quaedam tam latinae quam hibernicae, quae non ad textum Prisciani pertinent, sed varias res de scriptione codicis, tempore vel aliis, quae scriptori in mentem veniunt, notant, e. gr. latinae quaedam, 157ᵃ: *hucusq. caluus patricii depinxit.** 208ᵇ: *sude qui legat* (sic) *difficilis est ista*

* Sequitur inde alia manus textus (non glossarum, in quibus pergit generalis manus) usque ad finem codicis: alternant tamen cum ea diversae quaedam manus in quibusdam locis, ut 194ᵇ, ubi suprascribitur supra paginam *donngus*, quae pagina est aperte eiusdem manus, cuius est 207ᵃ et initium paginae 207ᵇ, ubi in margine superiore legitur item nomen *dongus*, scriptoris ergo eorum locorum; atque eadem manus invenitur in octo lineis pag. 240ᵃ. Conspicitur porro diversa manus textus in 182 , ubi suprascriptum legitur *Finguine*, quod inde et ipsum nomen scriptoris colligendum est, cf. Cathal mac *Finguine* ri Muman, Ann. Inisf. ap. O'Don. p. 447. (*Fin-guine*, cf. verb. *gonsim, guinim*, vulnero), ita ut quattuor manus textus in toto codice facile possint distingui. Fortasse in hac posteriore parte etiam quinta manus discernenda est, nisi est eadem subsequens post Calvum Patricii et fluidior tantum et rotundior interdum. Horum nomina non produntur. nisi sunt *follega* vel *cobthach* (cf. nomen viri *dubthach*) quae leguntur in margine in 190ᵃ et 219 scriptura aequali scripturae textus. Prioris igitur partis maioris scriptor, cuius manus ro-

pagina. 212ᵇ: *tertia hora*. 228ᵇ: *tempus est prandii*. 246ᵃ: *Nox adest*. In pluribus locis occurrunt invocationes dei, Christi vel sanctorum hibernicorum: *auctor adiuua lucis æternæ* 208. *sca. trini*. 177. *faue xpe. adiuua xpe*. 231. 241. *scs. patricius* (plene scriptum) 215. *in noe. almi pi*. (utraque littera cum linea perducta vel supraducta, *patricii*) 218. *pe. adiuua. faue pe*. (utraque littera cum linea) 175. 181. *sca. brigita intercedat pro me* 92. *sca. brigita adiuua scriptorem istius artis* 192. *sca. brigita ora pro nobis* 184. *faue brigita* 43. 191. *brigita adiuua* 206. *in noe. sci. diormitii* 221. *scs. diormitius oret pro nobis* 222. *feri. dior.** (feria Diorm.) 228ᵃ.

Inter glossas eiusmodi marginales hibernicas praecipue notandae sunt sequentes factae scriptura ogmica: *fel martaen* (festum Martini) 70. *cocart* (corrige!) 193ᵃ. 194ᵇ. 195ᵃ. *cocart inso* (corrige hoc! cf. Sg. 90ᵃ: *ol ascocarti*, gl. quod sit emendandum) 196ᵃ. *latheirt* (eadem glossa etiam 189ᵃ latinis litteris scripta, significans, ut videtur, apud tertiam, idem quod glossa latina 212ᵇ *tertia hora*) 204ᵇ [nisi forte eadem vox est, quae in Cormaci glossario scribitur *lathirt* (crapula), id quod nobis quidem praeferendum videtur, cum praepositionem *la* nunquam sequatur infectio consonae.] In paginae 170 margine superiore scripturae ogmicae pars decisa est a bibliopego. Figurae ergo vel potius lineae ogmicae, non diversae ab iis quae notantur a grammaticis hibernicis, e. gr. ap. O'Donov. introd. XLVII, in usu iam in hoc vetusto codice, quidni etiam inde a longinquis temporibus?

Marginalia porro hibernica latinis litteris exarata: *medon lai* (meridie) 246. *isdorchæ dom* (est obscurum mihi) 165. *uit moehrob* (vae manus mea!) 176ᵇ. *uch mochliab anóib ingen* (vae pectus meum, o sacra virgo!) 211ᵃ. *ní dermall roscríbad inletrdimso. ní mall* (non adeo tardè, non lente, scriptum) 195ᵇ. 199ᵃ. *isgann inmemr et ascribend. membrum naue droch dub ó ní epur na haill. isgann membrum. istana andub* (notata de membrana, atramento) 195ᵃ. 217. 228. 248ᵇ. *bendacht for anmain ferguso amen. mar uar dom* (mo nuar "my woe" O'Flanag. p. 57; *Fergus* nomen viri, monachi, ut videtur, defuncti) 114. Minus

---

tunda et placida est et sola in ea parte (in margine tantum adduntur interdum correctiones a manu posterioris partis prima), in glossa allata distincte dicitur *Calvus Patricii*, quod est latine redditum nomen hibern. *Máelpátric*, conveniens monacho, ut in his marginalibus etiam obvium *Máelbrigte*, i. e. Calvus Brigitae, e *brigte* gen. a *brigit*, et *máel*, *moel*, hod. *maol*, calvus (cf. tamen cambr. *mail*, servus, p. 101). Occurrunt haec nomina, usitata virorum apud Hibernos, in scriptoribus editis ab O'Con.: *Maelpatraic* 3, 421. *Maolpadraicc* 3, 363. 393. *Mælbrigte* 1, Proleg. II, p. CXLIII. *Maoilbriccde* 3, 394. Fuit *Moelbrigte* etiam nomen hibernicum Mariani Scoti inclusi, ut patet ex primis litteris singularum vocum versuum, quibus chronicon suum finivit, collectis (Pertz. 7, p. 484 not. 19, et p. 560): *Moelbrigte clausenair romtinol* (M. inclusus me collegit), et ex adnotationibus duabus in eius codice, quibus scriptor eius Scotus eum alloquitur: *a méelbrigte cíbsenair* (o M. incluse!), quae integrae mox infra proferentur. Composita cum *mail*, *mael*, *moel*, *moil* nomina virorum sunt praeterea plurima, e. gr. inter nomina regum hibernicorum eiusdem codicis (ibid. p. 555 sq.) *Túathal Mailgarb*, *Maelsechnaell*, *Flann mac Moilsechnaill*, vel in aliis locis (p. 556. 558. 560) *Moelcoluim*, *Murchad oa Moelnambo*, aliaque etiam apud O'Con. obvia.

* Inde falsa lectione ortum ap. Kellerum *Fernchor*, inter nomina enumeratum, quod monstrum est, ut *Ellenirmo* apud eundem, ortum e glossa marginali *ellínismo* in 215ᵃ, i. e. hellenismo.

perspicua quaedam: *daman sianach* 52. *Tiach didiv mad ferr lat .i. d. o. o.* 210. *inmaith . . . cobthach* 219ª. 219ᵇ. *grdcad* 213. 223. 247. *gracad* 220. *mochoe adiudrommo* 226. *satharnn samchasc* (sabbatum paschatis?) 233.

Glossa marginalis prae ceteris memoranda est haec: *do inis maddoc dún .i. meisse 7 choirbbre* (ad insulam Matoci? concharum? nos, ego et C.) 194ᵃ.*

Versus hibernici in quibusdam locis in margine codicis scripti in capite de constructione poëtica memorantur (pp. 953. 954). Omnia haec in Hibernia, ex qua translatus fuerit codex in terram continentem tempore aliquo, in monasterio hibernico scripta fuisse praeter nomina obvia virorum aequalium nonnisi hibernica, *Fergus*, *Dongus*, *Coirbbre*, *Calvus Patricii* (*Máelpátric*), indicare videtur glossa etiam marginalis haec paulum mutila 203ᵃ: *:::aithas patric 7 brig. ar máelbrigtæ namba olcc amenma frimm ::::scribund roscribad indulso*** (leg. *maithas*, *arscribund*? bonitas Patricii et Brigitae in Maelbrigtum, ne sit malus eius animus mihi propter scripturam qua scriptum est hac vice), in qua nomen *Máelbrigte* haberi possit nomen abbatis monasterii vel praepositi scribendis libris.

Sed debet quaeri certe, an non ortus esse possit codex in monasterio S. Galli ipso vel in locis viciniis, in quibus monachi Scoti degebant. Ob nomina sanctorum et virorum hibernica duntaxat vix hoc concedi poterit de S. Galli monasterio vel de Rinaugia sive Augia minore (germ. Rheinau), ubi post Findanum circa a. 800 inclusum fuerint etiam alii Scoti, vel de Augia maiore sive divite; ex hoc enim oriundus codex n. 4 etiam res germanicas prodit. Sed fuerunt etiam collegia cum habitatoribus Scotis, si non omnibus, tamen praevalentibus numero, ut Mons S. Victoris prope Feldkircham, iunctus monasterio S. Galli, 'quem montem, quo reliquiae et ecclesia sancti Victoris constructa esse dinoscitur, atque religioso quorundam Scotorum conventu incolitur, ad monasterium Sancti Galli iure proprietario' contulit Carolus Crassus a. 882 (Neugart n. 533). Tradit idem a. 885 'quasdam res in villa Raitinis ad venerabile S. Galli monasterium ea ratione, ut deinceps de ipsis rebus duodecim

* In fine sententiae *dún*, *dún* significat *nos* (p. 920); scriptio *maddoc* est pro *matoc* (p. 70). *Matoc* autem vel *Matauc*, hod. *Madawg*, *Madog*, est nomen viri cambricum frequens (p 94), et de Madoco filio Oweni principis Venedotiae vel Cambriae septentrionalis extant relationes historicae cambricae, eum belli civilis causa patria relicta cum suis mari occidentali transnavigato in novam terram, i. e. in Americam, pervenisse circa a. 1170 (Cf. Biographie universelle 26, p. 95. The Cambro-Briton, Lond. 1820, 1, p. 57 sq. 125. A. v. Humboldt, Kritische Untersuchungen 1, p. 388. Berghaus, Völker des Erdballs 1, pp. 277. 278). Inde facile statui poterit fama inventae a Matoco Britone Americae, quae etiam a Nordmannis inventa dicebatur *insula Winland*, multo vetustior, iam cognita Scotis monachis. Atque iam inter socios Columbani memorat *Gurganum* Britonem Ionas Bobiensis. Attamen cum extet subst. fem. hibern hod. *maideog*, gael. *maideag*, *maighdeag*, concha Veneris, cui supponi possit vet. *matoc*, gen. *matuice*, an intellegendum *inis innammatoc*, concharum insula? Sed quaenam insula hoc nomine significata? [O'Curry, Lectures on the manuscript materials of ancient Irish history, p. 27. testatur *Inis Madoc* esse insulam lacus Templiportiani 'county Leitrim'.]

** [Subst. *dul* infinitivi loco ut hodie adhibitum (p. 484), cf. *indul atchi side* (gl. ad confirmanda corda vestra sine querella in sanctitate ante deum et patrem nostrum; i. e. in ambulatione quam videt hic) Wb. 25ᵃ, alibi significat casum, vicem, ut *fundul nisiu* (hac vice), *isnaib dolaib ailib* (ceteris vicibus, ceteroquin) Ml. 53ᵃ; alia exempla attulit Const. Nigra, Add. et Corr. ad editionem suam glossarum Taurinensium.]

peregrini in monte S. Victoris procurentur' (Neug. n. 553; cf. Pertz. 2, 73). Coloniae monasterium Scotorum a. 975 demum sub abbate Minnborino incepit, ut narrat Marianus Scotus (Pertz. 7, 555); vetustissimus autem in regionibus Rhenanis eiusmodi conventus fuerit in insula Rheni ipsius dicta Honaugia, Hohenaugia, prope Argentoratum, circa a. 720 ab Adalberto Alsatiae duce fundatus, qui in vetustis eius chartis servatis in codice scripto a. 1079 a Leone canonico Honaugiensi (editis ab J. Mabillon in Annal. ordinis S. Benedicti 2, 695 sq.) dicitur 'monasterium Scotorum, ecclesia Scotorum.' Est inter has una (pp. 699. 700), qua Beatus eiusdem monasterii abbas plura donat 'ad illum locum praedictum et ad pauperes et peregrinos gentis Scotorum'.* Nominantur in fine praeter notarium Scoti, quorum dignitas episcopalis dicitur, exceptis abbate et uno presbytero, hi: 'Ego *Wellimannus* rogatus scripsi et notavi diem et tempus et locum. Haec charta in Maguntia civitate scripta XI. Kal. Iulias anno X. regni domini nostri Caroli regis et imperatoris. † Signum Beati abbatis qui hanc chartam fieri rogavit. † S. *Conigani* episcopi. † S. *Echoch* episcopi. † Signum *Suathar* epi. † Signum *Maucumgib* epi. † Signum *Canicomrihc* epi. † Signum *Doilgusso* epi. † Signum *Erdomnach* epi. † Signum *Hemeni* presbyteri.' Pro *Doilgusso* legendum certe est *Dongusso*, gen. nominis obvii in codice Prisciani *Dongus*. Num etiam statuendum, pro *Maucumgib*, quod monstrum est falsa lectione ortum, nec hibernicum nec germanicum nomen, legendum esse *Mailbrigte*, nomen in eodem codice memoratum et nomine *inis maddoc*, sive interpretatio insulae Matoci statuatur sive insulae concharum, ioci causa a glossatore esse significatam insulam Rheni, in qua codex ipse ortus fuerit?

Monasterii Scotorum Honaugiensis praesides vetustiores primus Benedictus, constructor eius, cuius hibernicum nomen fuit *Tubanus* (cf. hib. hod. *tubha*, calamus?), secundus *Dubanus* (hib. *Dubán*, Nigellus, ab adi. *dub*), in chartis episcopi etiam dicuntur, non tamen qui hos secuti sunt, Stephanus et Beatus (cf. Mabill. pp. 59. 60). Fuerunt sane hi episcopi sine dioecesi, fortasse gradus paulo maioris quam presbyteri more hibernico (cf. Eckharti Franc. Or. 1, 273),

---

* Marianus Scotus, qui vixit Coloniae, Fuldae et Magontiae, de se ipse dicit in chronico suo ad a. 1056 (Pertz. 7, 558): 'Ego Marianus peregrinus factus pro regno cæleste patriam motuavi et in Colonia monachus effectus.' Et scriptor codicis eius (ibid. p. 481): *isi side cetna blia. tanacsa aalbain in peregrinitate mea* (est hic primus annus, postquam veni ex Albania in p. m.), Cum extra Scotorum conventus in singulis Germaniae monasteriis singuli Scoti etiam invenirentur, vere Gozbertus diaconus dicit (Pertz. 2, 30): Scotis consuetudo peregrinandi paene in naturam conversa est' Atque Marianum abbatem Ratisbonensem 'limina apostolorum Petri et Pauli Romae, gentis suae more, visere desiderasse, auctor Vitae eius Hibernus narrat (Boll. Febr. 2, 366), et socium eius Clementem Hierosolymis obisse refert, traditque idem hanc peregrinationis usque ad Chioviam Russiae caput factae saeculo duodecimo ineunte historiolam (ibid. p. 369): Tum (abbate Domno) de fratribus monasterii Scotorum Ratisbonensis vir industrius et in rebus agendis eruditissimus, nomine Mauricius, solus cum solo puero comite per devia mundi ad regem Russiae perveniens ab eodem rege ac principibus urbis ditissimae Chios de ferinis pellibus pretiosis valentibus centum marcas recepit, atque easdem vehiculis ferens cum negotiatoribus Ratisbonam pacifice pervenit, ex quarum pretio claustri aedificia, tectum quoque monasterii factum est.'

et doctrina vel genere et opibus insigniores. Circa medium eiusdem saeculi, cuius initio data est allata charta, monasterium Sancti Galli, cum praeesset Grimoldus abbas una cum Hartmoto, Scotus *Marcus* cum sororis filio, cuius nomen erat *Moengal*, Roma rediens visitavit ibique mansit usque ad mortem. Qui dicitur item episcopus et dives fuit, cum comitatu, equis et mulis proficiscens. Addo librorum causa, quorum fit mentio, quae narrantur de abitu comitum eius in Ratperti Casibus S. Galli (Pertz. 2, 78): 'Equos et mulos episcopus tradidit, libros vero, aurum et pallia sibi et sancto Gallo retinuit, stola tandem indutus abeuntes benedixit. Multis autem lacrimis utrimque discessum est. Remanserat episcopus cum nepote et paucis suae linguae apparitoribus.'

Fit quidem mentio codicis Prisciani, qui in monasterio S. Galli scriptus fuerit, in codice monasterii ipsius enarrante libros saeculo nono in eodem exaratos (cod. S. Galli n. 267; cf. Ratperti Casus S. Galli ap. Pertz. 2, 91), inde a p. 25: 'Hos libros patrauit grimoldus abba in monasterio sci. galli in diebus hludouuici regis germanie cum adiutorio hartmoti prepositi sui. per annos XXX et unum'. Enumerantur deinceps libri, quos iussit scribi Grimoldus abbas, et inter hos p. 27: 'Grammatica prisciani in uol. I.'* Pergit idem codex p. 28: 'Hos uero libros idem hartmotus post grimoldum abba constitutus sub hludouuico supradicto rege et filio eius karolo imperatore in diebus regiminis sui fecit conscribi.' Sunt hi reges Ludovicus Germanicus (840—876) et Carolus Crassus imperator (876—887).

Attamen servantur hodie duo codices Prisciani in bibliotheca monasterii, in Catalogis librorum manuscriptorum, ed. ab Haenel. Lips. 1830, in col. 716 ita descripti:

'903. Grammatica Prisciani. Codex eximius ordinateque scriptus, qui saeculum IX. superare videtur. Pag. 1. imago sacerdotis missam legentis. Membr. fol.'

'904. Grammatica Prisciani scottice scripta. Codex eximius ordinateque scriptus, qui ob notas interlineares et marginales idiomate et characteribus scotticis in Europa sine dubio celebre nomen obtinebit. Saec. VIII. membr. fol.'

* Memorantur in eodem codice in p. 22 (omisso nomine Prisciani) et in vetustiore Breviario librorum de coenobio sci. Galli' (cod. S. Galli n. 728), ex quo hausit ille ea quae praecedunt ante libros Grimoldi et Hartmoti, in p. 20: 'Libri Prisciani de octo partibus XVI. Item eiusdem de constructione partium orationis libri II. Item ad simachum de figuris numerorum liber haec omnia in uol. I.', quaeritur num idem codex, an diversus, vetustior. Vix cogitandum de hoc nostro; nam inter libros, qui dicuntur scottice scripti' in codicis vetustioris huius exordio (p. 2), non invenitur Priscianus. Procedit in textu Prisciani scoticus noster usque ad haec verba l. 17, c. 10: Nam vocativus quoque intransitive secundis adiungitur verborum personis cum proprius sit naturaliter'; pars subsequens codicis periit. Codicis 903. ultima rubrica est: 'Artis Prisciani viri disertissimi Grammatici Caesariensis doctoris urbis Romae Constantinopolitanae lib. XV. explic. de adverbio. Incipit de coniug. lib. XVI. Sed etiam post librum hunc pars perire potuit. Secundum codicem n. 1280 testatur Weidmannus (Hist. Bibl. S. Galli, p. 429, not. 617), ante a. 1712 Priscianum in bibliotheca S. Galli adfuisse bis in folio, et bis in quarto. Maioris formae libri hi duo diversi non fuerint ab iis quae et hodie ibidem adsunt.

Quae e vetustis monasterii libris prolata sunt de uno codice Prisciani, cum non quadrent nisi in priorem, noster codex scoticus, hic saeculo octavo adiudicatus, ubi sit exaratus, quo tempore, quomodo viam invenerit in monasterium Sancti Galli, desunt certiora indicia praeter ea quae supra sunt memorata.

2. Codex Paulinus bibliothecae nunc universitatis Wirziburgensis (distinctus nota M. th. f. 12, mihi Wb.), quondam ecclesiae cathedralis, epistulas Paulinas continens, qui eandem glossarum copiam, immo maiorem, quam codex Sg., offert. Quamvis volumen eius sit minus, sunt ampliores tamen glossae ipsae, ad instar commentarii continui textum comitantes et minus singulas voces singulis vocibus, quod frequentius fit in Sg., quam sensum et nexum textus Paulini sententiis hibernicis interpretantes. Sunt etiam aeque fere copiosae intermixtae glossae mere latinae. Refertus est codex eiusmodi glossis ab initio usque ad finem, ad folium antepaenultimum vel ad columnam 34[a] (usque ad Hebr. 7, 9), a manu accurata et diligenti, cuius ductus quamvis sint tenuissimi, valde simul acuti et perspicui sunt, usque ad folium 32 et per eius folii columnam quartam (32[d]), quam sequitur altera manus crassior et amplior in residuis columnis. Manus tertia etiam in hoc codice, ut in Sg., animadvertitur, quae hic illic per totum librum voculam hibernicam adscripsit. Atque hic codex is est, cuius meminit Eckhartus in Commentariis de rebus Franciae orientalis (1, 272. 452. 847), ex quo etiam quaedam excerpsit, sed falso passim. Nec mirum; magnum enim esset praedito oculis minus acutis, insuper ignaro linguae, minutissimas istas litteras, pallidas saepius marginem versus, quarum quaedam (e. gr. *n*, *r*, *s*) sibi valde similes apparent, recte legere et reddere. Specimen in appendice huius operis hibernicas tantum glossas sistit, et non ad litteras quidem (obtinet enim iam in his vetustis codicibus propria Hibernis orthographia* et a pura latina scriptione diversitas eadem, quae in codice Ma-

* Prodisse eam proprietatem ex orthographia et pronuntiatione patriae linguae, iam indicant vocales productae accentu notatae praesertim vocum monosyllabarum et terminationum grammaticalium, frequentius dativi plur. in *-is*, tam pro *-is* quam pro *-iis*, genetivi sing. in *-us*, aliarumque, e gr. in Wb.: *tú ó homo* 29[b], *ó homo tú quis és* 4[c]. *sé habent* 29[a]. *sic offenderunt*, *sic ergo* 5[a]. 5[b]. *hic apparet* 30[d]. *sicut fúr* 25[b]. *alligabis ós* 29[a]. *uerbís nostrís* 30[d]. *uirís suís* 22[c]. *filís* 16[a]. *in alís linguís et alís labís* 12[d]. *episcopatús tui* 30[d]. *pacem habé* 31[a]. Item *abiít* (abiit) 30[d]. *simulat sé certáre* 30[d]. Frequentissima est confusio inter *s* et *ss* (cf. p. 49), ut sit *ss* pro *s*: *cessaris domus* Wb. 24[b]. *primitius assiae* 7[b]. *essaias* 5[c]. 6[c]. *ephessi* 20[d]. *onessimus* 31[d]. *heresses* 11[d]. *inuissibilia* 26[c]. *concissio* 23[d]. *circumcussio* 20[b]. *circumcissus* 23[d]. *occassio* 17[c]. 20[b]. *depossitum* 29[d]. *propossitum* 30[c]. *essurit* 11[d]. *ussus sum* 14[c]. *lessimus* (laesimus) 16[a]. Contra *s* pro *ss*: *colosenses*, *colosis* 26[b]. 26[c]. *socii pasionum* 14[b]. *necesarii* 12[c]. 12[b]. *amisio*, *intermisio* 5[b]. 25[c]. *promisio* 16[a]. 19[c]. 20[a]. *remisio* 16[c]. Atque adeo cum accentu in Cr. 32[b]: *uno ratione saltús amíso*. Legitur tamen etiam recta scriptio: *aeclesiae asiae* Wb. 14[a]. *circumcisio* 18[d] 31[b]. *necessarius* 23[d]. 31[d]. *necessitas* 32[a]. *intermissio* 29[d]. Ita enim aliae consonae, liquidae vel mutae, perperam geminatae: *ollim* Wb. 18[a]. *intollerantia* 14[b]. *pænulla* 30[d]. *current* (curent) 31[d]. *aerrarius* 30[c]. *áufferre* 29[b]. *salutate appellen* 7[b]. *appollo* 7[d]. 8[c]. 14[a]. 31[d]. *appollonius* Sg. 158[b]. Contra: *aparuit* Wb. 31[c]. *oportune inoportune* 30[d]. Alternant *f* et *ph*: *philosofia* 27[a]. *chirografum* 27[a]. *propheta*, *profeta*, *profetare* fq.; *b* occurrit pro *v*: *oliba* (ita ter) 5[b]. *abia* (avia) 29[d], sed etiam pro *p*: *babtizare*, *babtisma* 7[d]. 21[d]. *obtat* 30[d], ut *d* interdum pro *t*: *uelud* 32[a]. *credenses* 31[b]. Inter

riani Scoti chronographi adhuc obvia describitur a Waitzio ap. Pertz. 7, 494), attamen ad voces textum Paulinum, qui minores, quam sunt solitae capitum, distinctiones habet, numeris in margine indicatas et aut ab una maiore littera aut a duabus, rarius a tribus monogrammatis instar iunctis, incipientes in codice, quas significavi typis semper duabus maioribus. Carent glossis, excepto uno vel altero loco, argumenta brevia epistulis praemissa, quae ostendunt in initio et fine praesertim, non semper in medio, propriam scripturam insignem apicibus litterarum longe et curve productis, ut sit similitudo quaedam cum scriptura Merovingica.

Certi aliquid, quando Wirziburgum venerit hic codex, nec Eckhartus, statuit in loco, ubi fusius disserit de eo (1, 452): 'Sancte servatur in ecclesiae cathedralis thesauro sacro liber evangeliorum, quo S. Kilianus usus esse dicitur, venerandus sane ob summam antiquitatem. Saeculo enim septimo litteris quadratis scriptus est, Pandectis Florentinis aetate par, si non superior... Libri ceteri periere. Ego iis libenter adderem codicem epistolarum D. Pauli glossis hibernicis illustratarum, nisi ob scripturae ductus ille M. R. P. Montefalconio aliisque viris eruditis Parisinis mihique ipsi recentior et saeculi noni vel decimi videretur. Cum interim alium praeter S. Kilianum ac socios Hibernum Wirceburgi fuisse aut linguam illam ibi intellexisse nesciam, excerpta ex prioribus capitibus Epistolae ad Romanos addo, subiunctis hinc

---

vocales *e* vel *i* et *o* vel *u* item frequens est alternatio. *E* pro *i*: *emitatores* Wb. 9a. 11c. *dedicisti, dediceris* 30c. *relegio* 27a. *dileges proximum* 20b. *delegere, delegit, dilegite* 22c. *abstenete* 25c. *euigelate* 13a. *ancella* 20a. *ingemescimus* 15c. *I* pro *e*: *domus stifanæ* 14c. *per alligoriam* 20a. *accipistis* 9a. 27a. *perigrinamur* 15c. *merciden, mercide* 8a. 10d. 29a. *fidilis* 9c. 11b. 27c. *serui fidiles* 29b. *domisticus* 20c. *adoliscentia* 28d. *O* pro *u*: *motare* (mutare) Sg. fq. *commonem, commonicatio* Wb. 31a. 32a. *luxoria* 22c. 31b. *iracondus* 31b. *conrogatus* (corrugatus) Ml. 132c. *U* pro *o*: *diabulus* Wb. 22d. 28b. 29b. *consulari, consulatio* fq. *A* pro aliis vocalibus assimilatione orta: *alaxander* Wb. 28a. 30d. *malafactor* 30d. *aparatio* (apparitio) 31d. *Ae, æ* et *e* unum sonum sistunt: *aedat, aedunt* 10d. 11d. *obaedite, obædite* 22a. 22d. 27a. *increpa duræ* 31b. *troadae* (-ade abl.) 30d. *aeclesia* 9a, *æclesia* 12c. 13a. *eclesia* 9c. *aepistola, æpistola, epistola* fq. *haebreus ex hæbreis* 23d. *grecus, greci* 8c. 19c. *quero, querunt* 18c. 28d. *cesaris* 24b. Pro *y* solita est *i*: *cimbalum* 12b. *siria* 18d. *sciiha* 27b *ab ægipto per moysen* 33a. *per moisen* 32d. *giri* Cr. 18b. *H* deest: *exibet* Cam. *exortari* Wb. fq. *dignus abetus* (habitus) *est* Wb. 32d; sed et saepius superfiue adest: *abhominati* Wb. 31b. *honera, habundantia* Cam. *honus, hostium* Wb. 20c. 27c. *honessimus* 24. *usque ad hiliricum* (Illyr.) 6c *habundare* fq. (contra *abunde, abundare* 13b. 25a. 31d). Inde scriptio constans *his qui, hisdem uestigis* pro *iis qui, isdem*. Praepositiones *ad*, *con*, *in* in compositione raro sequentibus consonis assimilatae inveniuntur. Sigla ɔ pro *con-* (vel *com-*), frequentior in glossis hibernicis, rarior est in textu latino: *ɔtumilis* (contumeliis) Wb. 20c. Inter scripturae compendia porro *p* cum linea supraducta est pro *prae, pre*: *p.dicauerim, p.sens* Wb. 13a. 17a. *interp.tetur* 12c; hibern. *p.cept, p.dchim* fq. semper reddidi *precept, predchim*; exempla scriptionis plenae: *hore nopridchim* (sic) 21c. *precept* (sic) 24a. Pro *u* vocali lineola semicirculata superaddita supra consonam vel etiam vocalem frequenter obvia est in textu latino codicis Wb. In eodem punctum unum aut duo inter voces in media altitudine litterarum sunt loco nostri commatis, duo puncta interdum loco puncti nostri in medio sermone. Finis maioris sententiae vel capitis uno puncto cum linea curva simili nostro commati interdum, saepius duobus punctis cum eadem linea (., vel ..,), vel duobus his signis iunctis vel etiam pluribus punctis, significatur. In aliis codicibus etiam alia consociatio invenitur, ut :. signum aut semel in fine positum, aut saepius, e. gr. ter, additis insuper tribus punctis :· nudis vel cum linea curva

et inde quibusdam annotationibus meis, quae evincent glossas istas hibernicas esse.

Attamen fuerunt Wirziburgi etiam post S. Kilianum Hiberni. Fuerit ibi abbas Scotus saeculo undecimo, si fides habenda est Annalibus IV. magistr. ad a. 1085 ap. O'Con. 3, 648: *Gilla na naomh** *Laighen*, *uasal eps. Glinnedalocha 7 cennmanach iar sin in Uairisburg. decc vii Idus April* ("Gildas-Sanctorum Lageniensis, venerabilis episcopus Glinndalochensis, et caput monachorum postea Herbipoli, obiit VIImo Id. April.", ut vertit O'Con.). Sed non dubium est, quin obtineat in hac notitia incertitudo ni temporis tamen loci, confusio nominum Wirziburg et Reganisburg, et significetur Marianus Scotus, qui Ratisbonae saeculo undecimo exeunte sub episcopo Ottone (qui praefuit ab a. 1060 usque ad a. 1089) fundator et primus abbas monasterii peregrinorum suae gentis fuit, ex quo saeculo demum sequenti Scoti etiam transierunt non solum Wirziburgum, sed etiam Norimbergam, Vindobonam et Eichstadium.** Ab hoc Mariano scriptum esse codicem Paulinum Vindobonensem, qui continet commentarios interlineares vel marginales latinos et glossas hibernicas quasdam hinc inde ad marginem adiectas (Denis, Codd. ms. theol. biblioth. pal. Vindobonensis, vol. 1, p. 1, col. 127 sq. Lambec. Comment. 2, 749; cf. Pertz. 7, 484 not. 22. 23), colligendum est, idque factum esse a. 1079 ex ipsius eius glossis patet.*** Et quaeri debet, annon etiam ab eodem sit exaratus 'codex regularum' Claustroneoburgensis, in quo carmen hibernicum servatum est, cum tradat Dempsterus, Marianum scripsisse 'regulam ad fratres lib. I et alia' (cf.

---

* *Gilla-na-naomh*, vet. *Gillananóeb*, quo significatur *servus sanctorum*, a *gilla*, hib. hod. *giolla* (servus, = cambr. *Gildas*, p. 833?), nomen ut *Giolla-Padraicc mc. Conghail* (G.-P., i. e. servus Patricii, filius C.), *Giolla-Cr. ua Maoilbeltaine* (G.-Cr., i. e. servus Christi, nepos M.) ap. O'Con. 3, 754. 802 Mire vertuntur haec nomina 'Gildas Patricius f. C., Gildas Christianus O'M.' ap. O'Con., cum sit significatio fere eadem, quae est nominum compositorum cum *mael-*, *maol-*, quae vox annon rectius iungatur cum cambr. *mail* e *magil* (p. 101), quam cum adi. *maol*, quaeri debet. Colligendum inde, *Gilla nanóeb* (an *-nóebe* sing. fem., sanctae virginis?) fuisse nomen hibernicum Mariani abbatis, ut fuit *Maelbrigte* Mariani inclusi, et Scotos loco peculiarium suorum hibernicorum nominum sibi latina vel biblica ascivisse in terra continenti.

** Eodem saeculo institutum esse dicitur monasterium Scotorum Constantiae ab episcopo Hermanno (a. 1139—1165; cf. Manlii Chron. episcopat. Constant. ap. Pistor. rer germ. script., Ratisb. 1726, t. 3, p. 744, et Merk, Chron. des Bist. Costanz, Cost. 1627, p. 161), iamque praeterlapso anno 1036 Erfordiae (Boll. Febr. 2, 361). Sed nec certius quidquam cognitum de his nec memoratu dignum.

*** In 10ᵃ legitur: *satharn casc innocht* (sabbatum paschatis hac nocte) *f. kl. april. anno domini M.LXXVIIII. Mariani miseri domine miserere.* In 17ᵃ: *Ascensio domini hodie VI. n. maii. anno domini M.LXXVIIII. Mariani miseri domine miserere.* 'Ad codicis calcem', ut utar Denisii verbis, 'charactere, ut in omnibus seu titulis seu subscriptionibus, miniato legitur: *In honore indiuidue trinitatis Marianus scottus scripsit hunc librum suis fratribus peregrinis. Anima eius requiescat in pace, propter deum deuote dicite. amen. XVI. kl. iunii hodie feria VI. anno domini M.LXXVIIII.* Haec vivum Marianum futuris peregrinis gentis suae dicere iam Lambecius putavit; neuter saltem, nec Lambecius nec Denisius, ultimam glossam a diversa manu additam esse asserit. Aventinus (p. 553) loquitur de psalterio cum commentario e sanctis patribus collecto a Mariano, quod vidisse videtur, et praefationem ex eo affert, quae testatur, quod Marianus a. 1074 'septimo peregrinationis suae anno' scripserit id opus, quod ut in fine adicitur 'Georgii feriis coepit, Mathaei et Hemerami finivit.

p. 954 huius operis et Boll. Febr. 2, 363), et Aventinus, qui fuit Ratisbonae ante destructionem monasterii et viderit codices Mariani, eum dicat poëtam et theologum insignem (ed. Ingolst. p. 553). Num quid et in aliis monasteriis regionum Danuvianarum latent codices continentes carmina hibernica? De industria Mariani in scribendis libris auctor Vitae eius, Hibernus etiam, monachus Ratisbonensis, qui plura narrat, ut ipse dicit, 'prout mihi pater Isaac, qui centum et viginti annis vixerat, eius contemporaneus, et qui sub sua directione et obedientia degebat, saepe referebat', haec dicit (Boll. Febr. 2, 367): 'Tantam scribendi gratiam B. Mariano divina providentia contulit, quod multa ac prolixa volumina veloci calamo perscripserit. Nam, ut veraciter dicam sine omni fuco verborum, inter omnia gesta, quae divina misericordia per eundem virum operari dignata est, magis laude et admiratione dignum iudico et admirans admiror, quod idem homo sanctus vetus et novum testamentum, cum commentariis expositoriis codicibus eorundem librorum, non semel nec bis sed saepenumero aeterna pro mercede in tenui habitu et subtili victu cum propriis fratribus suis, qui pergamena parabant, adiutus, propria manu perscripsit. Eodem quoque tempore multos libellos multaque manualia psalteria viduis indigentibus ac clericis pauperibus eiusdem civitatis pro remedio animae suae sine ulla spe terreni quaestus scriptitaverat. Praeterea multae congregationes monastici ordinis, quae fide et caritate ac imitatione B. Mariani derivatae de finibus Hiberniae Bavariam et Franconiam peregrinando inhabitant, ex maiori parte scriptis B. Mariani fulciuntur.' Eum non solum die sed etiam nocte libros suos scribere solitum fuisse, tam glossae marginales hibernicae codicis Vindobonensis indicant, quam auctor Vitae de hac re miraculum lucentium digitorum narrans diserte affirmat. Sociorum eius unus, Clemens, 'Ierosolymam perrexit ibidemque vitam in pace finivit', alter Iohannes B. Marianum carosque propinquos aeternae vitae desiderio deserens Cottovicum (hod. Göttweich) intravit in Austria, et artioris disciplinae viam ingrediens se includi* ibidem fecit.' De Lagenia patria et episcopatu Glendalochensi (cf. Boll. Febr. 2, 884. Iun. 1, 310; Duncalidoniensem monachum antea facit eum Dav. Camerarius, Boll. Febr. 2, 364) tacet idem monachus Ratisbonensis Hibernus, et Marianum ex aquilonaribus partibus Hiberniae oriundum dicit, oriundosque ex isdem regionibus sex successores, septimum demum

---

* De ordine inclusorum pia tormenta Indorum superante monumentum vetustum memoratu et lectu certe dignum offert Raderus in Bavaria sancta 3, 115. Addenda sunt his, quae vetustus scriptor de Findano Scoto, qui dicitur 'reclusus', in artissimo loco inclusus apud monasterium Rinaugiense circa a. 800 et de austero eius vivendi modo narrat (Goldast. Script. rer. alam. 1, 205). Per 30 annos 'spontanee clausus' Eusebius Scotus in monte S. Victoris vixit eodem saeculo exeunte (Pertz. 2, 78). Praecessit Marianum abbatem etiam Scotus Ratisbonae 'in superiori monasterio reclusus' Murcheratus vel Muricherodachus (Boll. Febr. 2, 364. 368; hibern. *Muirchertach*), Fuldae Marianum chronographum Scotus inclusus Animcadus (hibern. *Animchath*), et Paderbronnae idem Marianus postea item inclusus visitavit sepulcrum Scoti Paterni inclusi, qui ambiens martirium, in sua clausola igne consumi se passus est (cf. Mariani ipsius chronicon ap. Pertz. 7, 567. 558).

Domnum 'a parte australis Hiberniae' ortum, post quem octavus Christianus ad patriam aggressus et inde regressus iterumque remeans in Hibernia mortuus est.

Wirziburgum ab hoc abbate Ratisbonensi Christiano in monasterium Scotorum ab episcopo Embrichone e primis fundamentis erectum a. 1134, ut indigenae referunt relationes (Gropp. Script. rer. Wirceburg. 1, 520), missus est primus abbas 'cum aliquot fratribus' Macarius, qui auctori Vitae Mariani dicitur 'in lege divina doctissimus atque diutinis liberalium artium studiis per totam Hiberniam celeberrimus'. Post eum tertius abbas Scotorum Wirziburgensium Carus, Conradi regis capellanus, fundati Norimbergae Scotorum monasterii (quod hodie est gymnasium Aegidianum, a. 1526 a Melanchthone inauguratum) primus factus abbas, ibi Declanum, Conradi et Friderici Barbarossae capellanum, habuit successorem, qui ecclesiam S. Aegidii 'quadris et naturaliter rubricatis lapidibus construxit', teste Hiberno monacho. Gregorio Christiani successore monasterium Ratisbonense regente Vindobonam etiam in monasterium Scotorum a duce Heinrico institutum 'viginti quatuor fratres' sub abbate Sanctino descenderunt, aliique Scoti tum Eichstadium primum venerunt (Boll. Febr. 2, 371. 372; cf. Pertz. 11, 617). Hibernos hos omnes tam nomina quam narratio ipsa demonstrant; recentioris demum aetatis abbates et fratres, a vetusta abstinentia et doctrina degenerantes, contraria sectantes et bona monasteriorum, adeo libros, distrahentes, iunioribus e patria non subsequentibus, colonias suas in Germania continuare non potuerunt et Germanos successores habuerunt, primum Vindobonae et Norimbergae annis 1413 et 1418, deinde Wirziburgi a. 1497 (Boll. Febr. 2, 362. Oefelii Script. 1, 342. 344. 350). Ratisbonense monasterium primitivum, Mariani sedes, a. 1552 bello destructum interiit (Rader. Bav. sancta 2, 222).

Distinguendus est ab abbate Ratisbonensi Mariano Scoto aetate aequalis alter Marianus Scotus, monachus primum Coloniae, deinceps inclusus Fuldae et Magontiae apud monasterium S. Martini, ubi circa a. 1083 obiit (Pertz. 7, 484), perfecto opere chronologico et historico, cuius codex aequalis ex parte fortasse ab ipso scriptus, primum bibliothecae eiusdem monasterii, deinde Palatinae, nunc Vaticanae, vetustum poëmatium de Benedictione Hiberniae servat (p. 961) atque loci hymni hibernici in S. Patricium mentionem facit.* Fuit

* Sed iam mala intellectione inusitatae formae (Pertz. 7, 529): *Sucat nomen Patricii in baptismate. Cothraege diambæ icfognam docethar treb.* (C. cum fuit serviens quattuor vicis) e dist. 3 hymni: *batar ile cothraige* (p. 960, not. ***), acsi fuisset *Cothraige* proprium nomen Patricii servi. Hunc codicem, qui duas diversas manus ostendit (Pertz. 7, 481. 482), ex parte a Scoto, qui ex Albania (hodierna Scotia) advenerat Magontiam in monasterium S. Martini, scriptum esse, docent duae adnotationes eiusdem, quibus Marianum certis diebus in inclusionis austeritate exhilaravit. Una in 33ᵃ: *ISóim dón indiv a máelbrigte clvsenair in magantia isi dardóen riafél petair isi cetblia. dendegáid .i. isi blia. irromarbat diarmait ri lagen. 7 isi side cetnablia. tanacsa aalbain* (est laeta nobis haec dies, o Maelbrigte incluse, Magontiae; est haec dies Iovis ante festum Petri, est hic primus annus post, i. e. est hic annus quo occisus est Diarmitius rex Lageniorum, et est hic idem primus annus postquam veni ex Albania; pergit latine:) *in peregrinitate mea. et scripsi*

hic Hibernus certe etiam Wirziburgi, quamvis breve tempus, et sacerdos ibi consecratus est, ut in chronico suo ad a. 1059 ipse testatur (Pertz. 7, 558).

Fuit porro et diutius Wirziburgi, et ante institutionem monasterii Scotorum, vir doctus Hibernus Davides, de rebus scholasticis meritus, historiae expeditionis Romanae ab Henrico V factae annis 1111 et 1112 scriptor. Periit quidem eius liber, sed excerptus est tam a Willelmo Malmesburiensi quam ab Eckehardo, qui aequalis et ipse historicus insignis hoc de eo testimonium reddit (Pertz. 8, 243): 'Providerat rex se non solum armatis sed etiam litteratis viris necessario muniri. Inter quos claruit quidam Scotigena nomine David, quem dudum scolas Wirciburc regentem pro morum probitate omnique liberalium artium peritia rex sibi capellanum assumpsit. Hic itaque iussus a rege totam huius expeditionis seriem rerumque in illa gestarum stilo facili tribus libris digessit.' Eum postea monachum factum esse sub Macario, Trithemius tradit (Pertz. 8, 11, not. 15).

Horum unus doctorum Hibernorum codicem Paulinum ex Hibernia attulerit. Addo tamen his omnibus, quod in indice saeculi noni vetustiore librorum monasterii S. Galli inter libros scottice scriptos occurrunt 'Epistolae Pauli in vol. I.' (Cf. Weidmanni Hist. biblioth. S. Galli p. 364, et Kelleri Comment. de codd. hibernicis in Helvetia asservatis, in ephemeride inscripta: 'Mittheilungen der antiquarischen gesellsch. in Zürich', 1851, in tom. VII. fasc. III. in exordio).

Codex saeculi noni vel decimi dicitur codex Paulinus Wirziburgensis Eckharto in loco supra allato, saeculi noni, saeculi fere decimi, et bibliothecae ecclesiae cathedralis in aliis (1, 272. 847). Sed tam lingua quam scriptura est eadem, quae obtinet in codice Mediolanensi, cum Prisciani Sangallensis codex congruens in summa peculiaria quaedam offerat; e societate horum codicum, quos viri docti quidam saeculo octavo attribuerunt, abstrahi omnino non debet.

3. Codex Mediolanensis bibliothecae Ambrosianae (distinctus nota C. 301, a me litteris Ml.), glossarum molem continens non minorem ea quam continet codicum ante dictorum quisque. Eum in bibliothecam Ambrosianam e monasterio Bobiensi translatum esse, tradit notitia in fronte codicis haecce: 'Hunc codicem commentariorum S. Hieronymi in psalmos, longobardis characteribus conscriptum ac notis viri docti adspersum, scito ex bibliotheca Bobii a S. Columbano instituta prodiisse ac Rmo. Cardinali Federico Borromaeo, dum Ambrosianam bibliothecam Mediolani instrueret, libros manuscriptos undique conquireret, a religiosissimis S. Benedicti patribus munere vicissim ab ipso

hunc librum pro caritate tibi et scotis omnibus id est hibernensibus qui sum ipse hibernensis. Mors regis Diarmitii in chronico Mariani ad a. 1072 indicatur. Altera notatio in 67[a]: *ISobenn dín indiu dmélbrigte clvsendir diamairt .II. kl. avg. Maniderntais scoloca manestrech mavritin braflacc damsa forlebennib intige coitcenn* (est laetum nobis hodie, o Maelbrigte incluse, die Martis II Cal. Aug. Nisi facerent servi monasterii Mauritiani colaphum (?) mihi in circuitu tecti communis; pergit item latine:) *ut cecidi cum tabulis in fundo stercoris. sed gratias ago nec mersus sum in stercore francorum. sed tamen oro discentes ut dent maledictionem illis.* Videas imitationem scripturae ap. Pertz. 7, in tabula addita ad p. 481.

Rmo. donato, perhumaniter oblatum fuisse anno 1606 Antonio Olgiato, qui primus eam bibliothecam tractavit, praefecto.'

Inventarium librorum monasterii Bobiensis confectum a. 1461 et editum ab A. Peyron in Praef. ad Cicer. Oratt. fragm. inedita, Stutg. 1824, haec de codice refert, quae conveniunt cum adnotatione antiqua in codice ipso (Peyr. pp. 26. 188): 'In hoc volumine continetur Hieronymi presbyteri expositio super psalterium non tamen a primo psalmo prius incipiens, sed quosdam alios indirecte prius disserens. deinde ad psalmorum ordinem id est a primo incipiens et demum subsequenter in expositione procedens usque ad finem psalterii. in littera langobarda satis legibili. satis magni volum.' Hunc tamen commentarium Hieronymo non posse tribui, tam Muratorius censuit, qui primus quaedam specimina eius edidit (Antiq. Ital. III, p. 859 sq.), quam Vallarsius operum S. Hieronymi editor, qui plura etiam de eo codice disseruit (in Praef. ad Appendicem tomi VII, pp. XX. XXI) et Columbano commentarium adscribendum credidit. Atque assentit in hac re A. Peyron (l. c. p. 189), stilum commentarii consonantem cum stilo operum D. Columbani dicens. Haec virorum doctorum arbitria recta apparebunt, si conferuntur quae de Columbano adhuc iuvene sub magistro Silene diligenter in studiis navante narrat auctor Vitae eius Ionas Bobiensis fere aequalis (Mabill. Acta Bened., saec. 2, 6): 'Tantum Columbani in pectore divinarum thesauri scripturarum conditi tenebantur, ut intra adolescentiae aetatem detentus psalmorum librum elimato sermone exponeret; multaque alia, quae vel ad cantum digna vel ad docendum utilia, condidit dicta'. Horum unum de commentario in psalmos, alterum de monostichis eius adhuc extantibus (pp. 945. 946) carminibusque dictum esse satis patet. Ab Hieronymo scripta quaedam in primis codicis paginis praemissa, glossis item hibernicis instructa, causa fuerint etiam commentarii, qui incipit a folio 14, ei adscribendi.

Eius commentarii enarratio primi psalmi cum glossis suis hibernicis sequitur in appendice. In reddendo textu latino, quem nonnisi in glossatis locis exscripseram, nec Muratorii specimine nec Vallarsii (qui multa pessime legit) textum codicis satis accurate exprimente, illud Muratorii multo purius plurimum secutus sum.

Codicem 'vetustissimum, antiquissimum' dicit Muratorius (pp. 859. 871), quem describit A. Peyron ita (p. 188): 'Membranaceus saec. VIII; character longobardus, seu, uti reor, saxonicus ad romanum iam inclinans; folio.' Est character hibernicus, ut sunt hibernicae glossae, quae tamen calamo minus puro vel acuto in initio operis exaratae sunt, ita ut interdum aegre legi possint, puriore vero deinceps. Omnes has glossas assequi nec volui (quaedam scilicet minoris videbantur momenti) nec potui, quamvis adfui bis Mediolani, ut potirer glossarum copia etiam huius codicis. Adfui enim infausto astro tam prima vice, cum ob congressum doctorum Italiae virorum bibliotheca non pateret laborantibus sed visitantibus,* quam altera vice mense Augusto a. 1846,

* Quantum tum licuit uti codice carmen primae paginae descripsi et quasdam per totum codicem, ut obvenerunt fortuito, collegi glossas, quae in hoc opere nudo signo Ml. significatae sunt, non notatis paginis codicis.

cum morbus typhus invasisset civitatem, cuius ipse prima indicia sentiens Alpium saniorem aëra petere coactus sum. Quamvis ergo non ut erat in votis consecutus sim omnem rem, non satis possum laudibus efferre humanitatem et benevolentiam in me tam praefectorum bibliothecae, quam comitis Castilionaei, virorum praestantissimorum et doctissimorum. Huic libro si fortasse contigerit secunda editio, spero non defutura nec haec Mediolanensia, nec quae servantur Augustae Taurinorum, collecta ab A. Peyron, viro clarissimo (cf. Cic. fragm. ined. pp. 191. 192), quam civitatem re, ob quam adieram, omnino infectareli qui.

4. Codex bibliothecae Carlisruhensis (n. 83, Cr. in hoc opere), liber quondam monasterii Augiae maioris in lacu Bodamico (germ. Reichenau), inscriptus: 'Computus de signis XII et intervallorum. Beda de ratione temporum.' Multo minorem iam materiam praestat quam codices ante dicti, maiorem tamen quam mox infra sequentes. Glossae hibernicae interpretantur textum Bedae de rerum natura et de temporum ratione. Incipientes a p. 18 glossae in librum priorem procedunt usque ad 20ᵇ. Post locos quosdam libellorum Bedae de loquela digitorum (ed. Basil. 1, 165) et de ratione unciarum (ed. Basil. 1, 182) obiter tactos in 24ᵈ et 25ᵃ, sequitur glossatio in codice continuata a col. 31ᵇ usque ad 45ᵉ in librum de temporum ratione, et luculentior quidem inde a cap. XV (ed. Basil. 2, 95), sed deficiens deinceps in posterioribus capitibus. In foliis primis codicis rarae sunt adnotationes hibernicae, in 4ᵃ in margine superiore: † *oengusso* † (gen. nom. pr. *oengus*, num signum Oengusi scriptoris, an mortis indicatio?), et alia eiusmodi in col. 17ᵃ: *August. ιβ . . . b db u bás muirchatho m. mailedúin hicluain m. cunois áimdachiarain .x. anno.* Chronologica amplior de dictione 'salva ratione saltus' obvia in 3ᵇ sequitur infra in appendice.

Esse hunc codicem saeculo octavo finiente vel nono incipiente ab Hiberno in Germania scriptum, patet e notationibus his chronologicis in p. 15ᵃ:

DCCLXVII karolus 7 karolomannus eliguntur in regnum
DCCLXVIIII karolomannus moritur
DCCLXXI karolus in italiam perrexit

Additur in margine inferiore:

DCCCXIIII .i. karolus imp. obiit

In margine superiore notatio recentissima:

DCCCXVII .i. aed rex hiberniæ moritur.

5. Codex Prisciani bibliothecae Carlisruhensis (n. 223, mihi Pr. Cr.), liber etiam quondam Augiae maioris (ut in prima pagina utriusque codicis asserit vetusta manus), multo parciores exhibet glossas ad textum grammatici et in parte tantum codicis ab initio usque ad 64ᵃ; a 64ᵇ usque ad 103 nulla amplius obvia est. In parte una glossarum congruit cum Prisciano Sancti Galli, ut possit videri oriundus ab eo et esse recentioris aetatis, in altera tamen parte est sui ipsius arbitrii et offert adnotationes, quas nescit codex Sancti Galli.

6. Codex Sancti Galli n. 1395, continens fragmentorum e codicibus vetustis

collectionem factam ab Ildefonso ab Arx bibliothecae praefecto, in tomi II folio 419 offert incantationum formulas hibernicas, quae in capite de constructione poëtica typis expressae sunt (p. 949), significatae in hoc opere Inc. Sg.

7. Codex civitatis Camaracensis distinctus n. 619 (Cam.), cui insunt Canones hibernici concilii a. 684, in uno solo loco in medio libro servat sermonis hibernici de abnegatione fragmentum intermixtum sententiis latinis. Constat de aetate codicis; finit enim his verbis: 'qui dicunt mihi euge euge. Expl. liber canonum quem domnus Albericus episcopus urbis Camaracinsium et Adrabatinsium fieri rogavit Deo gratias Amen.' Praefuit episcopus Albericus ab a. 763 usque ad a. 790 circiter. Locus iam typis impressus est apud Pertzium, in operis inscripti 'Archiv d. Gesellsch. für ältere deutsche Geschichtskunde' t. 8, pp. 432. 433, ubi tamen Bethmannus, qui codices Camaracenses a. 1841 lustravit, scripturam eius codicis malit putare esse saeculi noni. Post eum O'Donovanus (Gramm. hib. Introd. LIII) secundum imitationem publicatam a C. P. Cooper, secretario societatis edendis anglicae historiae monumentis, quam ego non vidi, codicem item saeculo octavo vindicat. In manibus meis est imitatio in charta pellucida, quam debeo Monio, V. Cl., cui eandem obtulit Warnkönig, Lovanii quondam iuris professor, vir de studiis historiae belgicae optime meritus. Ex ea imitatione sermunculus typis impressus sequitur infra in appendice.

Belgicas regiones et vicinas gallicas multum frequentatas fuisse ab Hibernis, iam nomina Fefrus vel Fiacrius, Chillenus, Furseus, Ultanus, Foillanus, celebrata Latiniaci prope Parisios, Meldis, Peronae, Fossis, Atrebatibus, confirmant, sanctorum Hibernorum, qui ibidem in propaganda et stabilienda religione christiana laborarunt inde a medio saeculi septimi (Mabill. Acta Benedict. saec. 2, 287. 573. 591), aliquot decenniis praeterlapsis postquam Columbanus et Gallus sociique Galliam, Helvetiam, Italiam peragrantes monasteria Luxovium, Sancti Galli, Bobium instituerant, et paulo ante quam Kilianus cum sociis Totmano et Colmano (hib. *Totmán* a *totim* p. 268, *Colmán* = *Columbán* a *colum* p. 789, quae formae nominum praeferendae sunt formis *Totnanus* et *Colonatus*; cf. Eckh. Fr. Or. 1, 274, Boll. Iul. 2, 601) Wirziburgum venerunt.

Lingua horum codicum omnium tribuendorum aut saeculo octavo aut nono ineunti est una eademque, formis suis et regulis certis circumscripta, lingua hibernica vetusta. Satis certum et perspicuum est, iam pridem, cum quattuor dialecti quattuor populorum principalium Hiberniae differre et distingui coeperunt tam a se quam a formatione linguae communis prioris, hanc cognitam recentioribus hominibus e libris vetustis, ut legibus aliisque, a nomine gentis vetustioris tum obsolescente significatam esse denominatione *Bérla Fene*, linguae Feniorum, vel dialecti fenianae.* In orthographia tantum animadvertitur varietas aliqua ve-

* Memoratur in Annal. IV. magistr. ad a. 935 ap. O'Con. 3, 461: *Finnachta mc. Ceall. comharba Doire esp. 7 saoi berla Fene* (Finnachtaus f. Cellachi vicarius Derrensis episcopus et sapiens in lingua Feniorum), scriptor celeber credo in patria lingua. Alias occurrit nomen

tustae linguae, cum e. gr. in Ml. obtineat saepius *e* pro *ai* vel *i* solita in Wb. et orta e primitiva *a*, vel in Cr. et in Ml. *ai* interdum pro primitiva *i*. Frequentius etiam *ai* quam *i* scribitur in codice Sg., qui orthographiam alias ostendit magis excultam quam ceteri, significans e. gr. statum infectum litterarum *f* et *s* signo delente et statum durum litterarum *m*, *b*, *d*, *g* duplicata scriptione *mm*, *bb*, *dd*, *gg*, quae insolita est ceteris, exhibentibus aut singulas easdem aut tenues *p* (= *bb*), *t* (= *dd*), *c* (= *gg*) contra etymologiam. Usus puncti delentis grammaticalis in solo quidem codice Sg. reperitur (et ne hic quidem, ubi ei secundum regulas locus esse debet, semper positum invenitur), vestigia tamen duplicatae mediae indurandae, quamvis rara, apparent etiam in aliis, e. gr. *robbia* (in aliis locis *robia*, *ropia*) Wb. 13[a], *robbatar* Pr. Cr. 60[b] (contra *ropat* Sg. 199[a]), *frigargg* inter voces hibernicas paucas codicis Bernensis n. 363 scotici, qui adiudicatur saeculo VIII exeunti vel IX ineunti in editione Horatii Orelliana maiore (Turici 1843, praef. p. 1). Non igitur ex illa orthographia magis culta codicis Sg. recentior aetas colligi debet, sed potius in his differentiis statui diversus scriptionis usus diversarum scholarum vel monasteriorum. Et si quis velit etiam affirmare, ad supra dictum tempus pertinere quidem textum codicis et glossas marginales eas quas cum codice ipso ortas esse dubitari non potest, glossarum autem molem adiectam esse a glossatoribus recentiore tempore, equidem nullo modo concedam, linguam eam codicis Sg. seriorem esse decimo saeculo. Inde enim a saeculo undecimo incipit linguae recentior formatio, cuius nullum vestigium invenitur in Sg., et quae cognoscitur praesertim in tenuium destitutione, in vocalium quarundam praesertim diphthongorum mutatione, iamque flexionum vel terminationum destructione; a qua formatione incipit media aetas linguae hibernicae usque ad constitutionem hodiernae linguae. Huius aetatis sunt plures codices asservati in Hibernia vel etiam in Britannia aut ad idem ipsum tempus pertinentes et eiusdem res et relationes continentes aut etiam e vetustioribus transcripti. Sed nondum typis impressa sunt etiam pluris habenda, e. gr. ne Cormaci quidem glossarium vetustioris originis, exceptis iis particulis, quae apud O'Reillium et O'Donovanum leguntur. Sunt eiusdem formationis etiam obvia apud O'Donovanum excerpta e codice dicto '*Leabhar Breac*', ut illa vetustatem ad-

---

apud compositores fabularum hibernicos, qui hibernicae gentis et linguae nomina et proprietates suo modo, fabulis componendis, sibi explicarunt. Narratur apud hos (cf. O'Donov. Introd. p. XXIX et O'Con. 1, Proleg. II, p. LXXXVIII sq.), legem *Fenium* (scribitur *Phaenius* apud Giraldum Cambr. aliis *Fenisius* et cum Phoenicum nomine coniungitur), suae linguae et aliarum peritissimum, cui fuerint socii aeque periti *Gaedal* et *Iar* (i. e. occidens), iussisse Gaedalum linguam patriam digerere in quinque dialectos, quarum maxime culta et perfecta nominari deberet ab ipso *Berla Feine*, ceterae autem dialecti vel omnis lingua vulgaris a Gaedalo dicenda esset *Gaidhelg* (*Gaidelach* ap. Girald.; gael. *Gaelig*). Leges vetustae hibernicae diserte dialecto feniana scriptae dicuntur. Post hanc nominantur, recentiore fortasse distinctione, poëtica, dialectica, physicalis vel medicina, et solita dialectus (*B. filed*, *etarscartha*, *teibide*, *gnáthberla*). Differentiae dialectorum quattuor populorum principalium ab Hibernis ipsis quattuor versibus indicantur (O'Donov. Introd. LXXII sq.).

huc redolentia, sed corruptionem pristinae ingenuitatis iamiam etiam prodentia. Vetustioris aetatis linguae vicina est etiam lingua narrationis hibernicae editae sub titulo *Deirdri* ab O'Flanagano (p. 956, not. *). Vestigia prima huius recentioris aetatis offerunt codices saeculi undecimi exeuntis, e. gr. codex Mariani Scoti chronographi, qui pro vetustiore *cen chretim* iam scriptionem *gen chredem* ostendit, quae hodie est *gan chreideamh*, [recte autem in nominativo *rí*, *ri*, nondum *rig*, ut *ri lagen* (rex Lageniorum), *ri ulad* (rex Ultoniorum), *ri arad* (rex Dalaradiae) Pertz. 7, 481. 559] et sine *e* finali *clausenair*, *clósenair* (cf. *notire*, *echaire* p. 780), et codex Claustroneoburgensis consentiens scriptione vocum *ralég*, *gombond*, *láin* aliarumque (cf. pp. 954. 961, not.).

CODICES BRITANNICI.

Extant cambrici quidam aequales hibernicis codicibus enumeratis tam aetate quam contentis, glossis scilicet additis ad textus vetustiores, servati Oxoniae, ob quos praecipue etiam Britanniam adire necessarium duxi. Accedunt his alia monumenta vetustae linguae cambricae inventa, ut in codice Lichfeldensi et Luxemburgensi, et iam typis impressa. Omnia tamen haec multum hibernicis superantur, sive habetur copiae ratio sive doctrinae et scripturae, quae in quibusdam est impura, barbara, quamvis linguae cambricae ipsius animadvertitur vetustior puritas et gravitas. Poëmatum, chartarum continentium agrorum vel finium descriptiones atque legum cambricarum quae sunt eiusdem aetatis vel vetustioris vel etiam paulo recentioris, non in codicibus aequalibus scriptis eo tempore, quo orta sunt ipsa monumenta (quos solos codices quaerit linguae vetustae indagator), servata sunt, sed in recentioribus transcripta et transformata inveniuntur. Aremoricae vetustae glossae vel relationes omnino desunt (excepta una agri descriptione brevi in charta a. 821; cf. p. 663), sed extant chartularia monasteriorum magnam nominum propriorum praesertim virorum copiam continentia in chartis datis inde a saeculo nono, ex parte tantum typis impressa. Quae ut plene et incorrupte publici iuris fiant, est magnopere optandum. Cornicum vetustissimum monumentum est Vocabularium saeculi circiter tertii decimi, Londinii asservatum. In his ergo maior etiam animadvertitur penuria.

Trium dialectorum ampliora monumenta demum ex uno eodemque tempore circiter extant, saeculo quarto decimo, typis impressa iam omnia, narrationes codicis rubri cambricae, passio Christi cornica et vita S. Nonitae aremorica, ex quibus quae defecerant monumentorum vetustioris aetatis penuria, supplenda erant in hoc opere. Hos codices vel eorum editiones enumerabo secundum dialectos ipsas.

Codices cambrici. 1. Oxoniensis prior: codex Oxoniensis bibliothecae Bodleianae distinctus quondam nota NE. D. 2. 19, nunc Auct. F. 4—32, membranaceus formae minoris, e pluribus codicillis compactus, descriptus iam a

Wanleio in Catal. ms. anglosax. 2, 63. Partes eius nobis materiam suppeditantes sunt hae:

a. Eutychii grammatici pars cum glossis cambricis interlinearibus a pag. 2ᵇ usque ad 9ᵃ in libri primi segmenta I. II. III (ed. Lindemanni pp. 154—166).

b. Ovidii artis amatoriae exordium a pag. 37ᵃ usque ad 45ᵇ item cambricas glossas interlineares (in versus 31—370) continens.

Sunt praeclara haec et vetustissima, quae non dubito quin sint eiusdem aetatis cum vetustissimis hibernicis, saeculi octavi exeuntis vel noni ineuntis. Id dolendum, quod non sunt copiosiora.

c. Alphabetum Nemnivi in p. 20ᵃ figuras litterarum sistens earundemque nomina cambrica. Figurae sunt similes figuris litterarum, quae dicuntur *coelbren y beirdd* (litterae bardicae) et impressae sunt typis (e. gr. apud Owenum vel in ephemeride inscripta 'The Cambro-Briton' 1, p. 241), sed differt earum compositio et significatio. Eas haud satis accurate pridem publicatas esse inter epistolas Usserii Armachani (quod opus mihi non est visum), dicit Wanleius.

d. De mensuris et ponderibus quaedam, cambrica intermixta latinis, in p. 22ᵇ. 23ᵃ.

Sunt in hac utraque parte pauciora cambrica, in d. ob scripturam implicitam et minutam aegre legenda, sed a vetustate ante dictorum non degenerantia.

2. Oxoniensis posterior: codex Bodleianus quondam significatus NE. B. 5. 9, nunc Ms. Bodl. 572, membranaceus formae minoris, res theologicas continens, in medio autem a p. 41ᵇ usque ad 47ᵇ pensa quaedam latina ad praebendam pueris copiam verborum (ut videtur) cum vocibus cambricis, quae scriptae sunt aut supra vocabula latina aut post ea in linea cum signo .i. glossatorum solito. In pag. 41ᵃ haec cambrica praecedente conspiciuntur tres lineae litterarum runicarum vel bardicarum mirae formae, differentium tam a runis Nemnivi quam a scandicis. Scriptorem Britonem sive Cambrum ostendit in his pensis obvia sententia: *humilibus deus dat gratiam et uictoriam. clades magna facta est et de saxonibus percussi sunt multi de britonibus autem rari.*

Codex quamvis non attingat aetatem ante dictorum, e vocabulorum tamen quae offert maxima parte linguae cambricae elucet formatio ea vetusta, quae ut formatio hibernicae vetustae ignorat destitutionem consonarum. Adest e. gr. adhuc status primitivus tenuium et *m* in vocibus: *cep* (fossarium), *notuid* (acus), *tarater* (foratorium), *cemecid* (lapidaria), *ocet* (raster), *creman* (baxus), *guillihim* (forceps) etc. Adsunt tamen iam etiam initia destitutionis, e. gr. in *modreped* (pro *motreped*), praesertim in compositis: *casgoord* (= *cas-cord*), *hendat* (= *hentat*), *gu-bennid* (= *guo-pennid*).

3. Codex ecclesiae Lichfeldensis (antea Landavensis), evangelia continens, in quo variis locis (e. gr. in 9ᵇ. 10ᵃ. 71ᵃ. 109ᵇ) donationes ecclesiae Landavensi factae valde vetustae, non recentiores glossis codicis Oxoniensis prioris, adnotatae sunt latine, sed cum nominibus vel etiam sententiis cambricis, quas iam publicavit Wanleius pp. 289. 290. De aetate unius harum adnotationum idem,

postquam eas exposuit, ita disserit: 'Hactenus de adnotationibus in hoc venerando ob vetustatem codice ab hominibus Cambro-Britannis exaratis, quarum prima, ab Gelhio, qui illum Llandavensi ecclesiae dederit, eadem fere manu scribitur, perinde ac codex Bodleianus NE. D. 2. 19, ideoque eam ineunti saeculo nono adiudicandam censeo.' Ex hoc celebri codice Lichfeldensi septem adnotationes iterum typis impressas offert Appendix editionis libri Landavensis (p. 271), cui addita est insuper imitatio scripturae duarum priorum et duarum postremarum adnotationum. Duae postremae rudem quandam vetustatem prae se ferentes, agrorum fines describentes et paene mere cambricae, secundum eam imitationem sub praep. *di* a me integrae expositae sunt (p. 662).

4. Folium Luxemburgense. In bibliotheca civitatis Luxemburgensis Monius in tegmine codicis alicuius invenit adglutinatum folium saeculi noni cum glossis, quas descripsit et publicavit (in pp. 76. 77 libri sui inscripti: 'Die gallische Sprache. Karlsruhe 1851'). Sunt hae glossae nec belgicae nec alius originis (cambrica figura *v* pro *u*, quam Monius postulat, si essent cambricae, est multo recentioris aetatis, p. 91), sed britannicae et specialiter cambricae, ut non solum plena congruentia sonorum et formarum in ipsis et in Oxoniensibus, sed etiam propria soli dialecto cambricae terminatio *-etic* participii praeteriti passivi (p. 532), obvia in vocibus *kantertoetic*, *dodocetic* huius folii, comprobat.

Oxonienses glossas omnes una cum his Luxemburgensibus cum commentario in appendice huius operis subiunxi. Sunt enim haec monumenta vetusta genuina, servata in codicibus aequalibus vetustiori aetati linguae cambricae. Harum si tanta copia extaret, quanta extat hibernicarum glossarum, facile fieri posset veterum carminum cambricorum restitutio in primitivam suam et genuinam formam. Magnopere igitur optandum est, ut viri docti eiusmodi glossas, quae in codicibus bibliothecarum terrae continentis vel insularum britannicarum lateant incognitae, diligentius investigent et, si invenerint, publicent.

Quae secuntur, partim quidem pertinent ad eandem aetatem, a recentioribus tamen scriptoribus mutata et transcripta sunt in formam linguae suae aetatis. Horum primo loco ponendus est liber Landavensis, dein legum codex vetustior.

5. Liber Landavensis. Multa vetusta servat intacta, cum in aliis manus renovans deprehendatur. Scriptor enim, qui composuit librum saeculo duodecimo ineunte usque ad a. 1132, hausit e codice vetustiore, atque ex eodem vel etiam e tabulario ecclesiae Landavensis plurimas finium descriptiones cambrice scriptas itemque privilegia episcopatus cambrice composita (ed. p. 113) offert. Praeter haec ipsa linguae monumenta liber scatet nominibus propriis cambricis praesertim virorum et locorum, quae occurrunt in chartis collectis in codice a temporibus primorum ecclesiae episcoporum, Dubricii, Teliavi, Oudocei, ab initio saeculi sexti usque ad tempus quo scriptus est. Editus est hic liber cura societatis manuscriptorum cambricae, non e codice saeculi duodecimi ipso quidem, qui evanuit recentiore aetate, sed ex apographis duobus, uno

praesertim, quod codicis ad litteras litterarumque formas esse imitationem refertur (cf. praefationem editionis pp. XXVII. XXXVII). Iam antea quaedam publicata erant in Dugdalii Monastico anglicano (Savoy 1673, tom. III. p. 188 sq.) e codice ipso, quae bene concordant cum hac ex apographo facta editione.

Inscripta est editio: 'The Liber Landavensis, *Llyfr Teilo*, or the ancient register of the Cathedral church of Llandaff, from MSS. in the libraries of Hengwrt and of Jesus college, Oxford: with an english translation and explanatory notes, by the Rev. W. J. Rees. Published for the Welsh MSS. society. Llandovery 1840.'

6. Codex legum Venedotianus, vetustior omnibus legum codicibus qui exstant. Est collectionis Hengurtensis, notatus littera A. ab editore Aneur. Oweno, et saeculo duodecimo ortus esse videtur (cf. praef. edit. p. X). Quamvis multum iam a vetustiore linguae formatione degenerans atque in recentiore adhuc incertus in plurimis multum fluctuet et variet, minus acceptus ideo, si adsunt aliunde meliora, ex eius parte priore praesertim tamen non pauca (sub signo Leg.) hausta sunt in hoc opere.

Legum cambricarum, quarum prima collectio tribuitur regi Howelo Bono (cambr. *Hywel Dda*, vet. *Higuel* in Chron. cambr. inserto praefationi editionis ad a. 950: '*Higuel* rex Brittonum obiit'), recentior editio prodiit auctoritate societatis publicandis monumentis Angliae historicis dictae 'Record Commission' ita inscripta: 'Ancient Laws and Institutes of Wales; comprising laws supposed to be enacted by Howel the Good, modified by subsequent regulations under the native princes prior to the conquest by Edward the first: and anomalous laws, consisting principally of institutions which by the statute of Ruddlan were admitted to continue in force. With an english translation of the welsh text. 1841'.

7. Codex ruber Hergestensis (*Llyfr coch o Hergest*), nunc Oxoniae bibliothecae collegii Iesu, inter codices servantes linguae formationem mediam inter vetustam et hodiernam facile princeps, cuius certa regula in hoc opere plurimis exemplis (sub nota Mab.) munita est. Codex saeculo quarto decimo adiudicatur a Turnero (Vindic. p. 25) et in editione ipsa (Prooem. p. XVII).

Praecipuas huius codicis dicti rubri narrationes de Arthuri eiusque satellitum (*Arthur a'r ford gron*, A. et tabulae rotundae, Mab. 3, 322) rebus gestis nec non alias quae in eodem continentur Domina *Guest* Cambra, femina doctissima et litterarum huius gentis et huius aetatis inprimis gnara, edidit in tribus tomis ita inscriptis: 'The Mabinogion from the Llyfr coch o Hergest, and other ancient welsh manuscripts, with an english translation and notes. By Lady Charlotte Guest. London 1849.

Codices cornici. 1. Cornicae dialecto adscribendum monumentum vetustius, quod extat, est Vocabularium in codice membranaceo Londinii servato in Museo britannico bibliothecae Cottonianae, qui significatus est nota Vesp. A, 14.

Hoc vocabularium esse haustum e codice vetustiore, cuius tamen formas

scriptor recentior recentioribus plerumque commutaverit, facile crediderim, tam ob locos hic illic vacuos relictos a transcribente, qui non intellegeret vetusta, quam ob formas vocum quarundam vetustas non tactas. Sed nec formarum grammaticarum maior pars nec codex ipse ultra saeculum duodecimum removeri potest. Est fortasse recentior codex, cum in eo sit sermo de Normannis Anglia potitis his verbis in p. 17ᵇ: 'tres legitimi milites normannigene diffamati sunt nimium insidias fecisse Willelmo antiquo regi anglie post uictoriam habitam in anglos in primo certamine.' Iam Owenus (in lex. ed. 1803 praef. p. VIII, ubi liber continens vocabularium dicitur liber Landavensis, ut a Davies qui in lexico quasdam voces ex eo profert, confusione credo) eum attribuit saeculo duodecimo. Nescio inde, quae ratio seduxerit viros doctissimos Courson et Villemarqué, ut affirmarent saepius in operibus suis, eum prae se ferre annum 882.

In fronte codicis legitur: 'Elenchus contentorum in hoc codice. 1. Kalendarium. 2. Vocabularium Latino-Cambricum. 3. De situ Brecheniauc, ubi quaedam veteris historiae Cambricae. 4. Vitae Sanctorum Wallensium.' Quamvis hic dicitur cambricum vocabularium (ante eius initium in p. 7ᵃ codicis recentior manus adscripsit: *Vocabula britannica*), dubium esse non potest, quin sit vindicandum cornicae dialecto. Id optime iam demonstravit Llwydius in praefatione ad Archaeologiam cornu-britannicam editam a Pryce duobus his potissimum argumentis, primum quod continet plures voces proprias cornicae dialecto et incognitas Cambris, deinde quia insunt voces aliquot anglicae transumptae, quarum transumptio fieri non potuit nisi in Anglia, non alibi, ut omnino non possit haberi aremoricum. Addi potest tertii argumenti loco congruentia, saepius memorata et exemplis demonstrata in hoc opere, in orthographia, quae interdum tamen est propria, in sonis et formis cum monumento haud dubie cornico sequente, in quo item plura vocabula anglica transumpta leguntur, quae Cambris omnino aliena manserunt.

Vocabularium hoc, nusquam antehac plene et recte typis expressum (sunt omissa et corrupta multa apud Pryce et Courson), ex codice ipso descripsi et ut legitur in eo ad verbum in fine huius operis addidi.

2. Carmen de passione Christi cornicum (Pass., P., a me significatum), cuius extant codices duo, unus Musei britannici, alter bibliothecae Bodleianae. Translatum est in anglicum sermonem a. 1682 a viro Cornubiae habitatore docto Ioh. Keigwin, qui fuit inter ultimos viros perfecte gnaros linguae tum iam emorientis. Tam cornicus textus quam versio anglica e duobus item codicibus prodiit anno 1826 Londinii sub titulo: 'Mount Calvary, or the history of the passion, death, and resurrection of our Lord and Saviour Jesus Christ. Written in Cornish (as it may be conjectured) some centuries past, interpreted in the english tongue in the year 1682 by John Keigwin, Gent. Edited by Davies Gilbert.'

Male certe se habet cornicus textus huius editionis, tam male, ut vix possit credi, correctionem esse factam in eo vel sphalmatum typothetarum.

Multa ideo desumpta ex eo purgari (nec monui, nisi vox nimium fuerat corrupta) necesse fuit. Dignum certe est hoc poëma, quod puriorem et diligentiorem editionem nanciscatur. Linguae formae cum adhuc vetustiores reperiantur, quam sunt saeculi sexti decimi priore parte, in speciminibus datis ab A. Borde* (obiit a. 1545), in quibus iam defecerunt pronomina suffixa et praepositiones a pronominibus separatae sunt, ut *de vi*, *de vy* (mihi), *de why* (vobis), *gena why* (vobiscum), cum in carmine communiter valeat suffixio, ut *dym*, *thym*, *theugh*, *genough* (p. 379 sq.), equidem non adverser, si quis centum vel etiam ducentos annos ante id tempus, in saeculum ergo quartum decimum, carminis compositionem reponat. Ut in Vocabulario item in hoc carmine leguntur anglica vocabula transumpta: *redye* (legere, in Voc. *redior*, lector, angl. *to read*) fq., *strevye* (altercari, in Voc. *strifor*, contentiosus, angl. *to strive*, altercari) 73, 4, *boclers* (angl. *bucklers*) 74, 2, *traytour* (angl. *traitor*) 98, 3, *fase*, *fas* (angl. *face*, facies) 95, 3. 196, 3, et in aliis locis multa alia, ut *deserye* (*to desire*), *comfortye* (*to comforte*), *receve* (*to receive*), *manner* (*manner*) etc.

Dignum est memoratu, in magna parte libri vetusti, qui auspiciis anglicae societatis edendorum monumentorum prodiit 1838 sub titulo 'The Record of Caernarvon', cuius origo est saeculi quarti decimi, quamvis enumeret regiones et loca cambrica, valere orthographiam eandem quae est in carmine cornico, cornicam ergo a notario cornico, ut videtur, adhibitam, e. gr. a p. 1 usque ad p. 92, ubi contra cambrica incipit, ut *Bleddyn* pro *Blethyn*, *coch* pro *cogh*, *bychan* pro *beghan*, *baghan* (cf. pp. 139. 151). Alternat utraque etiam in aliis contentis in eadem editione, e. gr. cornica inde a p. 138, cambrica in p. 257 in charta Eduardi III.

Codices aremorici. 1. Chartularia monasteriorum vetustiorum sunt Rhedonense vel rectius Rotonense (cf. p. 90), praestantius ceteris et magna nominum propriorum copia refertum, et Landevenecense. Illius compositionem e chartis monasterii vetustis inceptam ineunte saeculo undecimo vel finiente decimo et finitam circa a. 1162 affirmat Courson in opere de populis britannicis inscripto: 'Histoire des peuples Bretons dans la Gaule et dans les îles britanniques, Paris 1846', in tomo 1, p. 393, not. 1, Landevenecense autem ineunte saeculo undecimo scriptum esse censet Dom Morice in opere inscripto: 'Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne. Par. 1742' in tom. I, c. 177 (cf. Cours. 1, p. 422, not. 1). Ex iis quae sunt typis impressa, inveniuntur in his ipsis libris, apud Courson appendicibus eius operis tomi primi et secundi (mihi Rhed. 1 vel 2) et apud Dom Morice in actis britannicis, inter quae etiam alia aliunde hausta recentiora, e. gr. in chartulario Kemperlegiensi, leguntur.

2. Vita S. Nonnae vel Nonitae, poëma dramaticum servatum uno codice

* In libro inscripto 'Introduction to knowledge', e quo ea iterum typis impressa lego in libello inscripto: 'Specimens of Cornish provincial dialect, collected and arranged by Uncle Jan Treenoodle, with some introductory remarks, and a glossary, by an antiquarian friend, also a selection of songs and other pieces connected with Cornwall. London 1846', p. 84 sq.

chartaceo, qui inventus est a Marzino notario episcopi Quimperensis in itinere pastorali et donatus ab eo editori.

Editum est hoc poëma sub titulo: '*Buhez santez Nonn*, ou Vie de sainte Nonne et de son fils saint Devy (David). Mystère composé en langue bretonne antérieurement au 12. siècle, publié d'après un manuscrit unique, avec une introduction par l'abbé Sionnet, et accompagné d'une traduction littérale de M. Legonidec et d'un fac-simile du manuscrit. Paris 1837'. Significatur a me haec editio litteris Buh.

Codicem editor scriptum serissime ineunte saeculo quinto decimo (praef. XXVIII), eique subesse compositionem multo vetustiorem, saeculum duodecimum superantem, asserit. Equidem ob linguam, quae habitum multo recentiorem prae se fert,[1] huic non assentio, et malim assentire ei qui tam codicem quam compositionem, ut nunc adest, esse saeculi quarti decimi affirmet.

Haec de codicibus ipsis vel fontibus huius operis; in adhibendis vel reddendis eis has potissimum regulas secutus sum. In afferendis vocibus et exemplis e codicibus non recessi ab eorum auctoritate, et reddidi, sicut inveni, e. gr. accentum acutum significantem vocalem productam in codicibus hibernicis, articulum vel particulas iunctas aliis orationis partibus in codicibus hibernicis et cambricis. Auctoritatem codicum etiam prae se ferunt voces vel sententiae latinae, quibus praemisi signum gl., quod si deest, vox vel sententia lunulis inclusa non in codice ipso oblata et glossata est, sed mea versio.

Nec recessi facile a solito aliquo scriptionis codicum vel editionum more, quamvis sit interdum contra grammatices analogiam, e. gr. separationis pronominum infixorum cum particulis praecedentibus a verbis vel substantivis sequentibus, quae solita est in cambricis libris. Quaedam tantum nimium laedentia purum grammatices usum sequi nolui, ut disiunctionem formarum praepositionum cum pronominibus coalescentium vel verbalium formarum unam vocem constituentium, quae occurrit in editione carminis cornici de Passione e. gr. in *war netho*, *y the*, *y tho*, *y these* pro *warnetho*, *ythe*, *ytho*, *ythese*. Quae disiunctio mira etiam in cambricis editionibus interdum legitur, ut in Mab. 1, 19. 249: *o honafi*, *o honam*, *o honat*, et in libris linguae aremoricae hodiernae, ut *war-n-oun*, *war-n-ezhan*, pro *warnoun*, *warnezan*, in formis auctis *ohon*, *warn* vel *warnez* praepositionum *o*, *war* ante pronomina suffixa. Grammatices est vel lexici, non scripturae usitatae, harum formarum ortum ostendere, ut alias res, e. gr. varietatem quantitatis vel pronuntiationis vocalium, quae conspiciuntur in hodiernis libris aremoricis oneratae variis accentibus, quos omisi consulto, cum non adsint in vetustioribus. Cambrici libri etiam eiusmodi accentum recentiorem offerunt, sed unum circumflexum in vocalibus productis, ut in *gwîn* (vinum), saepiusque in correptis primitus et a recentiore lingua productis, e. gr. in *tân* (ignis), verbis in *-âu*, *hên* (senex) etc., ut si scribatur germanice *wêg*, *gêbe*, cum *e* producta hodie loco correptae primitivae *e* vel *i* in got. *vigs*, *giba*, germ. vet. *uueg*, *gibu*.

Quae apud Marcellum Burdegalensem, Virgilium grammaticum, in glossa

malbergica leguntur peregrina, inaudita vel incognita, si quis quaesiverit in hoc opere, non inveniet; in his omnibus enim equidem nec inveni vocem celticam nec invenio.

Sed antequam huius libri finem facio, mihi grato animo commemoranda est virorum doctorum et clarorum benevolentia et humanitas, qui inceptum et laborem hunc vario modo adiuverunt, Hauptii, qui non solum poëticum monumentum hibernicae linguae inventum benigne mihi obtulit, sed etiam toti operi typis imprimendo mecum invigilavit, Monii, cui imitationem sermonis hibernici codicis Camaracensis debeo, Bucherti, amici inde ab annis iuvenilibus, qui plura bene me monuit, eorumque omnium, qui aut libros scriptos aut typis impressos rariores vel pretiosiores offerentes succurrerunt.

Bambergae 7. Augusti 1853. I. C. Zeuss.

PROOEMIUM EDITORIS.

Quod multis saepe accidit, ut quod cupivissent antea atque optassent, id ipsum si quando eveniebat, aspernarentur potius aut reformidarent, idem fere ipsi nobis accidisse sensimus, cum primo vere anni 1866 a nobis petivit redemptor honestissimus, ut quo munere in curanda altera editione huius libri auctor ipse fungi voluerat Christianum Guilelmum Glueck, virum unice sibi coniunctum et pietate discipuli et familiaritatis usu, id munus cum valetudinis excusatione usus detrectasset ille, nos nobis iniungi pateremur. Etenim cum in Grammatica Celtica, qua adiuti primum nos imbueramus his studiis, postquam ad veri indagationem ipsi progressi in verba magistri iurare desiimus, aliquot errores varii generis deprehendissemus, ita tamen, ut quo plura minus recte tradita reperiebamus, eo magis admirari disceremus sagacitatem viri ac sollertiam, interdum facere non potuimus, quin desideraremus occasionem detergendarum levium illarum macularum, quibus inquinatum videbamus nitorem operis immortalis. Interea decem fere annorum experientia edocti satis intellexeramus, quicunque alteris curis illud retractare conaretur, eum, etiamsi non laboraret, ut laboramus nos, tam otii angustiis quam penuria librorum, rem tamen aggressurum difficillimam, in qua ut posset quidquid vellet, at vix liceret velle quidquid posset. Quare ingratum sane negotium (in quo subeundo anceps erat periculum, ne aut obstaremus ei quod voluit auctor, aut eruditioni ac doctrinae ipsi deessemus, mirifice tot annorum spatio auctae et amplificatae) non suscepissemus, nisi metueremus, ne forte meritissimam operam, si nos quoque abnuissemus, nemo navaret operi. In quo emendando quam rationem secuti simus, paucis exponemus, cum ante dixerimus, quibus usi simus auxiliis.

Atque inter adiumenta operae nostrae primo loco nominanda est ea opera, quam in opere suo ipse auctor collocaverat edito. In editum enim non minorem ab illo quam in edendum esse collatam operam ac diligentiam probatur multis et variis, quae per triennii spatium, quo solo eum superstitem fuisse

constat editioni libri, in suo ipse exemplari adnotavit, quod ut examinare atque excutere nobis liceret, humanissime redemptori roganti concessit vir doctissimus Carolus Halm. Quaecunque igitur vel marginibus illius exemplaris vel foliis insertis ipse Io. Casp. Zeuss mandavit, tametsi impari sicut antea studio, quo quamque linguam vel dialectum amplexus erat, plurima observavit de lingua hibernica, de cambrica dialecto multo pauciora, nulla de cornica aut aremorica, eorum omnium genera sunt duo. Nam aut exempla e codicibus manuscriptis attulit nova, pridem allata rectius vel plenius proposuit, aut quae praeceperat ipse de legibus linguarum et analogia, correxit atque auxit.

Ac de illis quidem, quoniam lectores, quae ex ipsius exemplari, quae aliunde assumpserimus, dubii esse vix poterunt, fusius disputare omittimus; satis habebimus duobus vel tribus exemplis demonstrasse, quid adiumenti eadem attulerint ad doctrinam grammaticam et notitiam linguae, praesertim hibernicae. Ut e sententia, quam apposuit ad p. 433 (ed. I.): *imrádat imráti cid maith asdénti et nertit adénum inmaidsin connessat im ingniim nolcc et arangairet* (gl. ipsi sibi sunt lex ... inter se invicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus, Rom. 2, 15; i. e. cogitant cogitationes, quid boni sit faciendum, et confirmant eius factionem, boni illius, condemnant autem opus malum et interdicunt id) Wb. 1[d], apertissime patet discrimen duplicium illarum formarum, quae singularem in flexione verbi constituunt proprietatem linguae hibernicae, iis ipsis legibus parere, quas p. 425 sqq. breviter exposuimus; sunt enim e quattuor, quae in his continentur, exemplis tertiae personae pluralis subiunctae formae tria: *argairet* (interdicunt), *connessat* (condemnant), *imrádat* (cogitant), profecta a verbis trium serierum compositis, unum absolutae: *nertit* (confirmant), a simplici verbo seriei primae. Nec aliter exemplis quibusdam formae *na*, quae ad p. 235 (ed. I.) proposuit vir doctissimus, quamquam miro errore inductus articuli formam generis neutri *an* miro modo mutatam in iis inesse voluit, collatis cum formula pronominali *na aill* (aliud quid), quam ille olim plurali tributam postea reiecta interpretatione priore eodem huc rettulerat p. 364, eam huius formulae explicationem enucleare potuimus, quam unam esse veram ostendit analogia, ut *na* sit *nach* pronominis forma nom. acc. singularis in genere neutro (ed. II. pp. 358. 362). Item sententiam ed. I. p. 441 prolatam: *hore damelat*, in qua dudum (Beitr. V. 45) suspicabamur inesse vitium, iam in pleniorem formam eamque correctiorem restituere nobis licuit (ed. II. pp. 332. 432) e loco integro apposito ad p. 453 (ed. I.): *iscumme doib bid idalte domeltis hore ni tri sonirti nirisse damelat* (est idem iis acsi idolothytum ederent, quia non per firmitatem fidei ea edunt) Wb. 10[c]; quod exemplum cum paucis ad p. 885 ab auctore additis pertinet ad ea, quae olim (Beitr. V. 44) disputavimus de omissione relativi legitima. Denique multa eiusmodi inveniuntur, quibus aut quae nos vel alii coniectura assecuti eramus, probantur ac confirmantur, aut corriguntur errores veteres vel novi, aut novi quippiam accedit ad scientiam nostram. Ut quibus exemplis aspersis ad p. 683 illustravit et scriptionem codicum, Wb inprimis ac Sg., et usum formarum *co*, *con*, *com*; quae hic repetimus

omnia ordine disposita. Exempla formae *co*: *corob* Sg. 59ᵃ. *cororélam*, *cofesid* Wb. 27ᵃ. *cotí* (bis), *coscrad* 26ᵃ; plene scriptae *con*: *con intsliucht* Sg. 39ᵃ. *aconrodelgg* 40ᵃ. *consuidigther* 201ᵃ. *conroib* 59ᵃ. *connessat* Wb. 1ᵈ. *congéna*, *conétid* 22ᵈ. *congaba* 31ᶜ. *condechuith* 22ᵇ. *condeirsid* 25ᵈ. *condatúargabusa*, *confesatar* 26ᵈ. *concomuir*, *conri alainn* 24ᵃ. *conrobad* 6ᵈ. 28ᶜ. *conroib* 26ᵈ. *arnaconroib* 15ᵈ. *conrochra* 6ᵈ. *conromíccad* 28ᵃ; plene scriptae *com*: *comthóud* Sg. 23ᵃ. 23ᵇ. *nadchometig* Wb. 22ᵃ. *combi* 22ᶜ; compendii ɔ frequentissimi: *ɔalailiu fogoir* Sg. 39ᵃ. *sū ɔaballib* (*sum* cum membris suis) 193ᵇ. *ni ɔtulitus dogni* (gl. contuli conlatus) 74ᵃ. *ní hicach ɔsoin ɔosna* 22ᵃ. *ɔfoilsiged do* (donec manifestatum est ei) 197ᵇ. *ɔasoscélu* Wb. 26ᵃ. *ɔatintuuth*, *ɔetarceirt* 12ᵈ. *ɔsulatorem* 26ᵃ. *ɔtagad . . . occulta ɔpungtione cordis* 4ᵇ. *ɔéchta* 4ᵃ. *hore ɔéitgid doib* 22ᵃ. *ɔnesfea* 4ᵇ. *ɔgnisom* 26ᵈ. *ɔidrotig*, *ɔrotaig* 33ᵃ. *ɔboing* 4ᵈ. *ɔsechat* 6ᵃ, *ɔsecha* 7ᵈ, *ɔsechtar* 22ᵃ. *ɔscéra*, *ɔti* 26ᵃ. *ɔtanic* (donec venit) 3ᵃ. *ɔdanicc recht* 3ᶜ. *ɔidrofoilsigsetar* 21ᶜ. *ɔdid moladar*, *ɔdid accadar* 16ᵈ, *ɔdid tarlasechæ* 24ᵃ, *ɔdid forcane* 28ᵈ. *ɔdip* 25ᵈ. 26ᵈ, *ɔdib* 25ᵈ. *ɔdonroib* 15ᵇ. *ɔdarlicthe* 15ᶜ. *ɔdarta* 28ᵇ. *ɔfessid* 27ᶜ, *ɔfestar* 28ᵈ. *ɔforbanar* 14ᵈ. *ɔsechide humaldóit* 8ᵈ. *ɔtuidchissed* 15ᵃ. *ɔcomairsem* 33ᵃ. *ɔnabǽ* 11ᵈ. *ɔnáruchretesi* 17ᵃ. *ni ɔairigur*, *ni ɔfil*, *ni ɔfitir*, *ni ɔchloor*, *ni ɔchechrat*, *ni ɔchoimnucuir* (p. 740). *ɔrop* 3ᵃ. 28ᵇ. *ɔroib* 5ᵈ. 21ᵈ. 25ᵈ. *ɔrobith*, *ɔrogabsid* 26ᵃ. *ɔrusmboi* 33ᵃ. *ɔrobad*, *ɔrochretesi*, *ɔrointsamlithe* 17ᵃ. *ɔrogbaid* 26ᵇ, *ɔrogba* 28ᵈ, *ɔrogabthesi* 24ᶜ. *ɔroissinn* 26ᵈ.* Exempla lineolae supraductae: *cōthód*, *ishi cōdeilb* Sg. 52ᵇ. *cūachtai* 3ᵇ *cōbad* Wb. 6ᵈ. 26ᵇ. *coītesti* 1ᶜ, *m* semper significantis in cod. Wb., ut *asgnā*, *ingnīī*, *bibdānact*, *iscūme* 1ᵈ; item: *forlaī chlí* Cr. 19ᵃ. *teora cethrādin* 25ᵃ. *ni accōlatar*, *adchōlatar* 32ᵃ. *incōsuidig*. Pr. Cr. 63ᵃ. *īrordai* 61ᵃ; at *n*: *iīdil* (gl. clandestinus; praecedit *indinidleán*, gl. clanculum) Sg. 222ᵇ. *īnan dule*, *īnuile*, *īd tóraind*, *īna gláosnathe*, *īna fuath* 3ᵇ. *lasīnisin* (gl. quocum) 222ᵃ. *cen rian n̄etrō* 217ᵇ. *ī isiul*, *īna airndrethcha ī ɔ·triū* Cr. 18ᵇ. *īna aine 7 īna aile* 31ᶜ. *ītairsitiu* 61ᵃ. E magno autem numero vocabulorum, quibus cognita antea nobis copia nuper aucta est, iam non nominabimus nisi duo peregrina, quorum prius servavit lingua hodierna, alterius iustam interpretationem miramur non esse repertam a viro sagacissimo: *in sciam* (gl. schema) ed. II. pp. 18. 331, hod. *sgiamh* (forma, pulcritudo), et *gluass*, *gluas*, *glúas* (glossa) pp. 22 sqq.

Quare, quod facultas nobis data est eripiendi absconditas illas opes summa assiduitate collectas e tenebris atque oblivione, laetaremur, etiamsi non accederent ad haec exempla aliquot adnotationes et correctiones, quibus ipse, quae de significatione verborum vel de linguarum legibus tradiderat, modo amplificavit modo emendavit. Accessit vero eiusmodi copia haud mediocris. Quamquam, quod nemini mirum videbitur, ipse quoque interdum errores vel non correxit veteres, ut quae de *n* superflue addita, de *no* relativa, de *s* e guttu-

---

* Idem compendium calami lapsu sine dubio pro *o* positum invenimus in loco cod. Wb. 11ᵃ, quem propter obscuritatem totum apponimus, sicut accuratius inspectum ipsi legimus: *Cs. cid armbud spirittalis* (?) *indail ni. co quod figurat xpm. lapidem angularem isiede indail rindæ asatoróimed asrúaim mór indforcitil spirdáldi* (?) *arrodibai ditith indisrahel spiurdalti innanoib indiththrub inbeotho ɔcascnum* (leg. *ocascnam*) *tire tairngiri innambéo* (gl. marg. 1. Cor. 10, 3).

ralibus orta minus recte statuerat*, vel isdem deceptus novos admisit, ut quae de *na* pronominis forma supra memoravimus. Sed haec hactenus. Quae autem aut convenientia cum iis, quae nobis et Stokesio placuerunt, aut nova plane ipse reppererat, haec fere invenimus adnotata.

Ex hibernicis excussae consonae exemplis (ed. I. p. 20) dempsit *stán* (gl. stagnum) Sg. 73ᵃ, qua falsa codicis scriptione Stokesium quoque (Goid. 70) et qui eum sequeretur Schleicherum (Indogerm. chrestomath. p. 354) decipi vidimus; adnotavit autem haec: gl. stannum, in codice stagnum! O'R. *stan*, tin. Rectissime vero. Nam etiamsi in omnibus Prisciani libris (5, 10, 54) scriptum extat *stagnum*, tamen neque de stagno cogitasse glossatorem monachum Hibernum, et suo iure editores e correctione editionis Ascensianae recepisse *stannum* probatur tam contextu sermonis, quo quidem post metalla nominata (aurum, argentum, aes, plumbum) requiratur nomen metalli, quam hibernicis formis recentioribus et hodiernis, ut iam in glossis hibernicis a Stokesio editis haec inveniuntur: hoc stannum *sdan* gl. 789, hic staneus. a. um *stanamhail* gl. 610. — Similem interpretationis correctionem, etsi non plenam, adhibuit ad p. 454: *conicfimmis adigal* (possemus ulcisci) et p. 455: *ciafadam* (etsi patior); emendate utrumque, si adicias pronomen (id). Eodem pertinet, quod e variis formis perperam ad radicem IC relatis p. 494 unam saltem sustulit recta interpretatione: *acumactte nangid* (potestatem nequam), de quo exemplo pridem disseruimus (Beitr. II. 64); vel quod quibusdam exemplis coniunctionis *sech* additis ad p. 682 subiunxit interpretationem: quoad (quia? nam, nempe?). Idem in exemplis praesentis secundarii *bin* (essem) ad p. 482 adiectis posuit *námmin* = *ná-m-bin* (quamvis improbante Whitl. Stokesio), quod aliter interpretatus erat p. 702.

Ad sonorum regulam spectant, quae ad p. 68 apposuit ut exempla consonae *v* una cum praecedente vocali evanescentis: *posit* (positivus), *comparit* (comparativus), *superlit* (superlativus), *éc* (mors), quibus unum nos (p. 58) addidimus *dess*, *des* (dexter). Plenius vero ille de *f* in *b* (hod. *bh*) mollita disseruit locis compluribus. Qui cum uncis inclusisset, quae olim p. 46 praeceperat de *b* pronominum *sib* (vos) et *bar* (vester), ascripsit haec: 'cf. p. 66. 72 et ibi adnotata'. Adnotavit autem non solum ad p. 66: '*B* pro *f*: *sacarbaicc* (sacrificium), *felsub fellsube* (philosophus, philosophia), *abamein* (optat) iuxta *afameinn*'; sed etiam ad p. 88, prima infectionis destituentis vestigia inveniri dicens iam in vetusta lingua hibernica praep. *dar* pro *tar*, pron. poss. *do* (tuus) pro *to*, pergit his verbis: 'atque *barn*, *bar* (vester) frequenter scriptum pro *farn*, *far*, cuius *b* non primitivam, sed ex *f* mollitam ostendunt praepp. *i*, *iar* praemissae, non *in*, *iarm*, ut fit ante *b* primitivam.' Eadem additis exemplis modo disertius modo brevius repetita sunt ad pp. 72. 344. 346, tandem ad p. 580. Quare dubitari vix poterit, quin ipse, si haec studia ultra proferre per

* De quibus cf. quae Whitleius Stokes et nos certatim disputavimus: Beitr. I. 166. 354. II. 64 sq. III. 280. V. 33—37. — III. 61. 258.

longius vitae spatium ei licuisset, ad eandem fere de hac re sententiam progressus fuerit, quam nos (p. 54 sq.) proposuimus.

Nec desunt correctiones eorum quae ad etymologiam spectant. Ut ad p. 849 ipse adnotavit, pro praep. *sech-* in compositionem intrare formam *sechm-* vel *sechma-*; ad p. 995 duplici errore sublato recte distinxit et *airigur* ab *airic* et *rádim* a *dorátim*; ad p. 1007 delevit falsam interpretationem formae *immoncloich* (= *immincloich*).

Plurima tamen ille addidit vel novavit de ratione et flexione verbi. Ut ad p. 415 adnotavit particula *ro* significari futurum exactum, quod quam prope absit a veritate, cernitur exemplis coniunctivi, quae ed. II. 413 sq. 442 vel ab illo accepimus vel ipsi collegimus. Idem de *d* pleonastice addita post *ceru-* monuit (cf. Beitr. V. 67 sqq.). Ad p. 440 recte notavit *fortiag*, *contáig* non illuc pertinere, sed ad seriem tertiam (quam primam nos constituimus). Ad p. 436 attulit exempla futuri sine *b* formati e thematis desinentibus in mutas, e quibus quod unum olim protulerat tamquam praesentis formam, *ni gebat* (non accipient), nos quoque futuro restituimus (Beitr. III. 262 sq.); ceterorum eiusdem formationis exemplorum auxit copiam pp. 439. 443. Congruit cum his, quod ad p. 457 vere monuit formam relativam *gebas* (qui accipiet) esse futuri (cf. l. c. III. 265). Ibidem 2. pers. pluralis formam relativam praeclare agnovit *bede* (quod sitis) in hoc exemplo: *conicfidsi bede preceptori* (poteritis esse praeceptores), quocum, etsi haec ipsa forma nos fugerat, tamen conferenda sunt, quae l. c. disputavimus (III. 267). Ad p. 442 idem addidit exempla terminationis D, e quibus hanc praeteriti formationem (per *t* factam) apparet non contineri iis verbis, quorum themata liquidis terminentur aut gutturalibus. Plurimum vero valent ad effingendam flexionis imaginem, quae ille observavit ad p. 444. Ubi non modo perspexit *labrar* (loquar) et similes formas esse coniunctivi sicut *tá* (sim) p. 477; verum etiam demonstravit exemplo formae *domointerso* (gl. existimas autem?) Wb. 1ᶜ, verbi deponentis 2. pers. sing. sicut tertiam per *t* (*th*) formari. Cuius formae quattuor praeterea exempla indicativi praesentis repperi, quibus nescio an addendum sit *tarsatochuirther* (super quem ponis?), in quo interpretando (super quem ponitur) ed. II. 342 iam vereor ne temere secutus sim illius auctoritatem; unum coniunctivi; unum, ni fallor, praeteriti: *fomentar* (opinatus es), quod ille tribuit imperativo; alia vid. in Add.

De hibernicis hactenus; de cambricis autem quae ipse suo exemplari ascripsit, haec fere sunt memorabiliora. Ad p. 218 adnotavit destitutionem fieri post praepositionem *att* (ad), eandem post *dan* (sub) ad p. 643. Ad pp. 295. 297. 298 substantivorum pluralem cambrice quoque R terminatum illustravit exemplo *gwaewar*, *gwewyr* (sed cf. Add.), in *-awt* desinentem exemplo *pyscawt* (pisces). Comparationis gradus e substantivis derivatos apposuit ad p. 305. Tandem ad p. 396 adiecit pronomen possessivum 3. pers. sing. infixum cum praepositione *y* (ad) non solum in *oe*, sed etiam in *yw* transgredi.

Hacc fere sunt quae sedulis ac diligentibus viri curis aucta, adiecta, emendata invenimus; quorum etsi aliquanto minor copia est quam exemplorum, ta-

men haud mediocre inde quoque adiumentum operae nostrae nactos nos profitemur animo lubénte.

Post ipsum conditorem ac parentem grammaticae celticae haud facile quisquam invenietur, qui melius meritus sit de omnibus huius doctrinae partibus quam Whitleius Stokes. Qui vir doctissimus non solum celticae linguae reliquias omnium fere dialectorum et aetatum praeclaris editionibus servavit ac restituit, sed etiam varias quaestiones, quas de rebus grammaticis habuit vel de originibus verborum, proposuit tam in commentationibus insertis ephemeridi Kuhnianae quae inscribitur 'Beitraege zur vergleichenden sprachforschung auf dem gebiete der arischen, celtischen und slavischen sprachen' (Beitr.), quam in libris et schedulis a se editis:

Irish Glosses. A mediaeval tract on latin declension, with examples explained in Irish; to which are added the Lorica of Gildas, with the gloss thereon, and a selection of glosses from the Book of Armagh. Edited by Whitley Stokes, A. D. Dublin, 1860. — E quo libro non modo omnia deprompsimus, quae sola nota St. signavimus aut Lor. (vel Gild.), sed etiam maximam partem eorum, quae e L. Ardm. protulimus.

Irish Glosses, edited by a Member of the Council from a Manuscript in the Library of Trinity College, Dublin. H. 3. 18. (Transactions of the Phil. Soc.) — Quibus differentiae causa apposuimus notam Gl.

Three Irish Glossaries: Cormac's Glossary Cod. A (from a MS. in the Library of the R. I. A.), O'Davoren's Glossary (from a MS. in the Libr. of the British Museum), and a Glossary to the Calendar of Oingus the Culdee (from a MS. in the Libr. of Trin. Coll. Dublin); with a preface and index by W. S. London and Edinburgh, 1862 — Inde fere desumpta sunt quae notavimus Corm. aut Fél. (vel Oing.), ac quaecunque signavimus O'Dav.

Pascon agan Arluth. The Passion of our Lord, a Middle-Cornish Poem, edited, with a translation and notes by W. S. Berlin, 1862. (sign. P.)

Gwreans an bys. The Creation of the World, a Cornish Mystery, edited, with a translation and notes, by Whitley Stokes, Esq. London and Edinburgh, 1864. (sign. Cr.)

Quibus libris per omne temporis spatium uti nobis licuit, quod in opera nostra consumpsimus, nisi quod e P. satis habuimus transcripsisse contextum carminis ipsum cum parte quadam adnotationis et interpretationis.

Goidilica, or notes on the Gaelic Manuscripts preserved at Turin, Milan, Berne, Leyden, the monastery of S. Paul, Carinthia, and Cambridge, with eight hymns from the Liber Hymnorum, and the old-irish Notes in the Book of Armagh, edited by W. S. Calcutta, 1866. (Goid.) — Cuius libelli auxilio caruerunt primae plagulae.

Sanas Chormaic. Cormac's Glossary translated and annotated by the Late John O'Donovan, LL. D.; edited, with notes and indices, by Whitley Stokes, LL. D. Calcutta 1868. — E cuius libri abundanti copia voca-

bulorum, locorum, observationum in postrema demum operis parte aliqua aspergere potuimus.

Ceterum non possum non hic statim gratias agere quam maximas viro praestantissimo, qui singulari humanitate ac benivolentia non modo auctos fere sua ipse manu atque emendatos et illos libros (St., Gl., Cr., Goid., San. Ch.) ad me transmisit et schedulas, quas inserendas curavit ephemeridi Kuhnianae (Beitr.), ut de Iuvenci Cantabrigiensis codice cambrico (Cb.), ac, quae nunc typis exprimitur, commentationem de verbo hibernico, cui subiecit copiam correctionum et animadversionum epistula ad me data, sed etiam nuper e curis, quibus Félire Oengusso editurus est, liberalissime mecum communicavit plagulas contextum carminis continentes cum adnotationibus manu scriptis (praesertim de varia lectione codicis B.); tandem, dum haec ipsa scribo,

Fis Adamnain slicht libair na huidre. Adamnán's vision transcribed and translated from the Book of the Dun Cow, with notes. Simla, MDCCCLXX. Unde in Addendis quaedam apposui (notata Vis. Ad.).

Deinde gratissimo animo prosequenda est humanitas praeceptoris dilectissimi Frid. Aug. Pottii, qui roganti mihi non modo illa misit, quae ad ipsum quondam transmisisse se scribebat M. Hertz, excerpta ex Prisciani codicibus Leydensi (Ld.) et Carolisruhensi (Pr. Cr.), sed etiam, quae de glossis codicis Ld. in ephemeride Halensi (Allg. Literaturzeitung) a. 1846 adnotaverat, sua ipse manu denuo transcripsit.*

Nonnulla, quae e fontibus purioribus haurire nequirem, addidi tam e supplemento (O'Don. suppl.), quo Io. O'Donovan** auxit lexici ab O'Reilly conscripti editionem alteram (Dublin. 1864) — quamquam non solum quod in fronte libri additur 'a new edition, carefully revised, and corrected', accuratius inspicienti brevi patebit nihil esse nisi eiusmodi artificium, ne dicam mendacium, quo callidi atque astuti redemptores decipere conentur emptores veterum librorum recoctorum ac vix recoctorum, verum etiam in supplemento ipso multa praesertim e Grammatica Celtica aut vitiose sunt deprompta aut inconsulte —

---

* Idemque tam ex libro, cui inscribitur: 'Bussordnungen der abendländischen kirche nebst einer weltgeschichtlichen einleitung, herausgegeben von Wasserschleben. Halle 1851' quam e schedula, quam editor libri ipsi olim tradiderat, collecta quaedam vel hibernica vel obscuriora addidit, unde haec repeto: (p. 136) Canones hibernenses. — C. 4. haec *est* poe*nitentia* magi *vel* votivi mali si credulus *id dem ergach vel* pra*e*coris vel cohabitatoris *vel* heretici *vel* adulterii VII anni in pane et aqua. — (p. 139) De arreis incipit (DC. '*arreum*, remissio poenae, permutatio, imminutio vox hib.' an conferendum hib. vet. *athrige, aithrige?*) — C. 5. Arreum anni XII dies et noctes super XII bucellos (v. l. bucellas) de tribus panibus qui efficiuntur de tertia parte *coaid siir throscho* (leg. *cuit sirthrosctho*, ratione longi ieiunii?) — (p. 140). C. 10. Arr*eum* anni XL dies *fordo borfiit* (leg. *for dobor 7 ith*, super aqua et farre? cf. *dobrith* Corm.) et superpossitiones due omnis ebdomadis XL, ψalmi et flecti*ones* et oratio omnis horae. — Memorabilia sunt duo nomina indubie britannicá in his: '*Arbedoc* clericus ipse has collectiones conscripsit lacinionese conscriptionis *haelhucaR* Abb*ate* dispensante, quas de scis. scripturis atq. ex divinis fontibus hic in hoc codice glomerati sunt sive aetiam de decreta sca. patres sinodi qui[a] in diversis gentibus vel linguis construxerunt.'

** cuius nomen ubi praeterea apposui, semper eiusdem grammaticam linguae hibernicae spectavi.

quam (cuius libri usum humanissime mihi concessit Adalbertus Kuhn) e volumine primo illius collectionis, cui inscribitur:

Ancient Laws of Ireland. Senchus Mor, published under direction of the commissioners for publishing the ancient laws and institutes of Ireland. Vol. I. Dublin, 1865. — Quo libro pretiosius vix extaret monumentum antiquitatis hibernicae, nisi copiam atque abundantiam rerum, quae eo continetur, aequaret corruptela linguae ac scriptionis.

In posteriore demum operis parte emendanda praesto nobis fuerunt:

Glossae hibernicae veteres Codicis Taurinensis, edidit Constantinus Nigra. Lutetiae Parisiorum, MDCCCLXIX. — In quo libello non solum codicis Tr. aliquot locos, quos festinantius legisset W. S. aut praetermisisset, correctos et suppletos esse apparet ex egregia imitatione codicis, qua nos adiuvit editoris humanissimi liberalitas, verum etiam multa e cod. Ml. vel nova allata sunt vel emendata.

Idem vir illustrissimus insignem gratiam meruit, quod tam in lustrando priore huius operis fasciculo (Revue Celtique, no. 1) quam in relatione, quam eidem ephemeridi inseruit, de cod. Ml. magnam exemplorum copiam attulit, quibus aut corrigenda aut supplenda essent, quae antea proposita erant; unde in Addendis quaedam apposuimus.

Minore glossarum copia, Nanciaci (Nc.) in codicis cooperculo reperta, ad computum pertinente, nos iuverunt duo viri doctissimi: Note on the Irish Glosses recently found in the library of Nancy by Henri Gaidoz (read before the Royal Irish Academy, June 10, 1867) — et inventor ipse: Gloses Irlandaises du neuvième siècle, H. d'Arbois de Jubainville (Revue Archéologique).

Quibus viris praeterea maximam gratiam habemus, quod nobiscum communicaverunt aliquot commentatiunculas vel censuras librorum insertas ephemeridibus gallicanis (Revue critique, Revue archéologique), quibus ostenderunt, quid illius gentis homines profecturi fuerint, si tandem aliquando litterarum studiis Germanos aemulari mallent quam malis artibus impugnare et aspergere sanie, imbuti invidia insana.

Serius quam quae in operis ipsius fructum convertere possem, nactus sum tum quae e codice Vaticano 5755 (secundum enarrationem Reifferscheidii, Bibliothecae patrum Latinorum Italicae Tom. 6, p. 460) familiarissime mecum communicavit meus Martinus Hertz, vir amicissimus iam a pueris, reliquias computi cum duabus glossis hibernicis (fol. 2. 3): 'nihil remanserit

acht tobliū fuir bissext *beim̃*

bissextus est. ɪ unum aut duo uel tres remanent bissexti n*on est et* ṇẹ

cenelach lessom anisui

tibi forsitan aliqua — pariter ad sūmā. Finiunt argumenta pascaliū titulorū.' — e quibus propter obscuritatem et corruptionem sermonis latini nihil certi eruere potui, nisi quod in glossa posteriore corrigendum censeo *anisiu* (adiumentum generale secundum ipsum hoc);

tum quae benignissime mihi tradidit I. Savelsberg. Is enim postquam

me monuit de glossis, quae e cod. Vindobonensi (Cod. 16) proditae sunt in Lindemanni Corp. grammaticorum Latinorum*, nuper se accepisse scribit a Bockio, prof. Friburgensi, ipsius manu transcriptum (sed nescire ipsum, unde) commentarium Sedulii (hominis Hiberni vel Scoti) in Eutychium grammaticum, qui initio de nomine disserens: 'Ego inquam euticius, vir ingenuus de euticia provincia ortus. Omnes enim de euticia orientes euticii (in marg. man. rec. *εὐδίκιοι*) appellantur. quasi vere iudiciales. (Euticia enim apud philosophos interpretatur verum iudicium) unus eutex appellatus est quasi vere iudicans, eo quod de vere sapientia iudicavit. Eutex enim cognomen est de agnomine ornatum, euticius vero *olligeondi* et galatos [galatas] cum regulo.' (Similiter cod. Bamberg. Keil. V. p. 445). — In his *ollige* conferendum videtur cum forma verbali *ollaigthe* (gl. ampli[fi]ca) Ml. 70c, ut legendum sit *ollige ónd i* (amplificatio ab i).

Denique quae parabatur (et iam forsitan absoluta sit) editio codicis veteris hibernici, qui dicitur *Lebar na h-uidre*, non magis ad hunc librum amplificandum adhiberi potuit, quam, quod nuper editum esse e Stokesii adnotationibus cognovi, volumen II. legum hibernicarum (Senchas Mór).

Gallicae priscae reliquias, etsi aliquantum adiuti sumus Glückii libello (Die bei C. Julius Caesar vorkommenden keltischen Namen in ihrer Echtheit festgestellt und erläutert von Chr. Wilh. Glück. München, 1857) retractare tamen non ita potuimus, ut optavimus, cum praeter libellos, quos ipse parens omnium horum studiorum, Ad. Pictet, vir summa reverentia colendus, benignissime nobis praebuit, ac singularem:

On the Gaulish Inscription of Poitiers — from the papers of Rudolph Thomas Siegfried — arranged by Carl Friedrich Lottner. Dublin, 1863, —

non liceret uti nisi Beckeri commentatione, Kuhnii ephemeridi inserta (Beitr. III. IV.), cui ne temere confideremus, moniti sumus exemplo Chimari Cretensis ap. Liv. 44, 24, quem ille pro Gallo venditavit. Atque ex ipsius viri doctissimi libellis:

Essai sur quelques inscriptions de langue gauloise, par Ad. Pictet Genève (Paris), 1859.

Lettre de M. Ad. Pictet à M. de Longuemar, 1859.

Nouvel essai sur les Inscriptions Gauloises, lettres adressées à M. le général Creuly par Adolphe Pictet. Paris, 1867 — praestantissimus, is quem tertio loco nominavimus, absolutis demum libri secundi capitibus primis ad nos pervenit.

Per totum vero opus contuli cornicas fabulas sacras, quarum editio inscribitur:

The ancient Cornish Drama, edited and translated by Mr. Edwin

---

* quas nuper accuratius edidit C. Nigra (Rev. celt. 1, 58): *ettorsondi* (gl. baritona) fol. 57b. *airect* (gl. curia), *merbigim* (gl. prurio) 58a.

Norris, Sec. R. A. S. Oxford MDCCCLIX (Dr.), cuius libri vol. I continentur Ordinale de origine mundi (O.) et Passio domini nostri Ihesu Christi (D.), in Vol. II. Ordinale de resurrexione Domini nostri Ihesu Christi (R.). — Nec neglexi, quae ad interpretationem earundem vel Vocabularii cornici afferunt tam idem liber quam

Lexicon Cornu-Britannicum: a Dictionary of the ancient Celtish Language of Cornwall — by the Rev. Robert Williams, M. A. Llandovery (London) MDCCCLXV.

In cambricis praeter Stokesii editionem glossarum veterum et versuum codicis Cantabrigiensis (Cb.), quam supra memoravimus, atque recognitionem glossarum Ox., quibus idem addidit paucas glossas recentiores e cod. Cott. Vesp. A. XIV. (Mus. Brit.) fo. 11a. (Beitr. IV. 385–423), admodum me adiutum esse animo gratissimo profiteor tam correctionibus et adnotationibus cum de aliis erroribus, tum de iis, in quos Oweni commentis deceptus incidit Zeuss, quas mihi suppeditavit D. Silv. Evans, Camber vir doctissimus, cuius opera tandem aliquando lexicon linguae cambricae editum iri speramus et locupletius et fide dignum, quam eiusdem libello de orthographia (*Llythyraeth yr iaeth Gymraeg gan D. Silvan Evans. Caerfyrddin: W. Spurrell.* MDCCCLXI.), et Spurrelli lexico, quos duces secutus sum in hodiernae scriptionis discrepantia.

In altera parte operis pauca addere potuimus e collectione veterum carminum, quae inscribitur:

The Four ancient Books of Wales, containing the Cymric Poems attributed to the Bards of the Sixth Century, by William F. Skene. Edinburgh 1868. In eius libri volumine altero inveniuntur, quae exempla praebuerunt codex niger Caermartheniorum (CN.), liber Aneurini (An.), liber Taliessini (Tal.), ac quae carmina continentur in codice rubro Hergestensi.

Ex aremoricarum litterarum reliquiis paulo vetustioribus, quas reconditas adhuc iacere dolemus in bibliothecis gallicanis, praesertim Parisiensi, tandem viginti fere annis post illud carmen, quod solum antea innotuerat (Buh.), edita sunt:

Le Grand Mystère de Jésus, passion et resurrection, drame breton du moyen age, avec une étude sur le théatre chez les nations celtiques par le vicomte Hersart de la Villemarqué, membre de l'Institut. Paris, 1865. (MJ.); ac, cum libri primi recognitionem tantum non absolvissem,

Le Catholicon de Iehan Lagadeuc, dictionnaire breton, français et latin, publié par R. F. le Men d'après l'édition de M. Auffret de Quoetqueueran, imprimé à Tréguier chez Iehan Caluez en M.CCCC.XCIX. Lorient. (Saint-Brieuc. Quimper). — Quo libro locupletissimo (sign. Cath.) quod me adiuvit editoris liberalitas, hoc maiorem viro doctissimo habui gratiam, quod linguae hodiernae lexicon assequi non potueram; quamobrem necessario coactus satis habueram iis, quae ex Legonideci et Dumoulini grammaticis transcripseram, addidisse, quae e Manorii grammatica et lexico apud Lhuydium (Arch. brit.)

repetitis transcribere et excerpere liceret, praesertim quae ad Quill. (Quillevère) referrentur.

In postrema demum operis parte occupatis novum adiumentum oblatum est, unde hodiernam dialectorum varietatem magis adnotare possemus:

Nouveau Dictionnaire pratique français et breton du dialecte de Léon avec les acceptions diverses dans les dialectes de Vannes, de Tréguier et de Cornouaille — par A. Troude. Brest, 1869; in quo libro praecepta aliquot grammatica Legonideci emendantur, praesertim de sonorum principalium mutationibus. — Quocum conferenda est, discrepans scriptione:

Grammaire française-bretonne, contenant tout ce qui est nécessaire pour apprendre la langue bretonne de l'idiome de Vannes; par I. Guillome, vicaire de Séré. Vannes, 1836.

Omnibus his adiumentis diligentissime usi, quantum per humanae naturae infirmitatem licebat, id consilii secuti sumus, ut operis utpote non nostri, sed alieni, ratione, quoad eius fieri posset, universe servata, etiamsi minus nobis placeret, servatis etiam, quorum loco nova pro certis proponere non auderemus, nisi quod interdum dubitationis notam [?] apposuimus, in singulis emendandis adhiberemus, quae rectius invenisse aut ipsi nobis videremur aut quae aliorum quaestionibus, praesertim Stokesii, citra dubitationem posita esse confideremus; ita tamen, ut abstineremus comparatione linguarum, quatenus quidem non videretur necessaria, abstineremus longiore disputatione, qua pro nostris opinionibus propugnaremus aut impugnaremus alienas. Quare quae aliter explicavimus, composuimus, disposuimus, ut de flexione potissimum nominum ac verborum, ea cur sic mutaverimus, non magis in hoc libro exposuimus, quam cuius de quibusque viri docti sententiam secuti simus (paucis exceptis, quae in Addendis adumbravimus); potius de illis alio loco aut disseruimus aut disseremus. Omnium autem primum id agendum arbitrati sumus, ut locos et vocabula, quae quasi materiem ac fundamentum omni futurae indagationi praeberent, quam rectissime ac plenissime et proponeremus e libris et interpretaremur. Qua in re agenda ut prospere nobis accidit, quod hibernicorum duplici in quibusdam collatione uti licuit, cum codicem Ld. et ex parte Pr. Sg. Martinus Hertz tam accurate contulisset, ut compluria inde emendare possemus, nec nisi illa in ipsius collatione corrigenda inveniremus, quae hominem linguae ignarum non fallere non potuerunt, ut simillimas inter se litteras *a* et *u*, *s* et *r*, *r* et *n* confusas, codices Tr. et Ml. et Whitleius Stokes et Constantinus Nigra*, ita impedimento fuit, quod praeter paucos locos codicis Wb., in quos, cum in illa urbe ante hoc biennium philologorum conventui interessemus, ipsi inspeximus**, nullum omnino librum manuscriptum nostris oculis cernere potuimus, et nonnunquam, quae adnotaverat Z., difficiliora lectu fuerunt

* E Ml. quae ille attulit, retro numeratis columnis, apposito r. notavi, quae hic, simplicibus numeris paginarum.

** ut quem supra p. XXXVI apposuimus, alios quosdam, in quibus legendis sibi non constabat Z., ut *béssti olca* 31[b] vel *ithé dorraidchiuir* 32[b].

quam fortasse manus codicum ipsa. Itaque cum coniecturis indulgere interdum cogeremur, ne in iis sectandis temere incurreremus in errorem, caute atque accurate comparavimus locos eosdem varie citatos, praesertim e codicibus Wb. et Sg., quorum quae singulis paginis et columnis continerentur, tabulis ope interpretationis Vulgatae et Priscianei operis confectis (cf. Beitr. III. 257) assecuti eramus. Quibus tabulis muniti, ut exemplo utamur, certissima ratiocinatione statuimus *lét* (gl. fidis) et *att* (gl. suber) mero calami lapsu scripta esse pro *tét* (gl. fidis) Sg. 46ᵇ. et *att* (gl. tuber) Sg. 61ᵇ.

Praeterea, ut quam minimum occuparemur veteribus erroribus, editos saltem libros cambricos L. Land., Leg., Mab. (quo libro ut diutius uteremur, nobis quoque liberalissime concessit Mauricius Haupt) et aremoricum Buh., quos perlustraverat auctor, denuo ipsi excussimus, multa excerpsimus vel transcripsimus, ut quaecunque continentur Legum codice vetustissimo A. Denique quod accuratius signavimus locos e Prisciani opere allatos, interdum asperiorem et difficiliorem sermonem levigare ac mollire quamvis miti manu conati sumus, pauca mutavimus in Indicibus, id haud succensuros nobis speramus lectores.

Ceterum, ut de aliis operae nostrae impedimentis taceamus, sicut animi tranquillitatem bis turbatam sensimus, cum germanico tumultu illius anni, quo ad opus accessimus, tum huius anni bello pertinaci, ita bis laboravimus infirmitate corporis, et cum prima plagula prelo supposita esset, et nuperrime, cum praefari coepissemus. Quare si in tantae molis opere (etiam post magnum numerum eorum, quae in fine libri addenda vel corrigenda significavimus) correctis multis multa vitia nos fugisse apparebit, non mirabimur; immo multo plura credimus detectum iri, cum prodierit editio codicis Ml., quam parat G. I. Ascoli, vel cum editum erit carmen cornicum, quod nuper inventum esse audimus. Sed opprobret nobis, qui volet, modo corrigat.

Pilae, Idibus Decembribus 1870.

Hermannus Guil. Ebel.

LIBRI VETERES CITATI.

Hibernici: Bern. codex Bernensis (St. Goid.).
Br. h. Broccáni hymnus (L. H.).
Cam. fragmentum Camaracense.
Colm. h. Colmáni hymnus (L. H.).
Corm. Cormaci glossarium (Three Irish Glossaries, ed. Stokes).
Cr. Bedae codex Carolisruhensis.
Fél. Félire Oingusso (St. thr. Ir. Gloss.).
F. h. Fiacci hymnus (L. H.).
Gl. Glossae hibernicae e cod. Dublin. (ed. Stokes).
Inc. Sg. Incantatio e cod. Sancti Galli.
L. Ardm. Liber Ardmachensis (St.).
Ld. Prisciani codex Leydensis.
L. H. Liber hymnorum (St. Goid.).
Lor. Lorica Gildae (St.).
Mael. h. Máilísu hymnus (L. H.).
Ml. codex Mediolanensis.
Nc. glossae Nanciacenses.
Nin. Níninii precatio (L. H.).
O'Dav. O'Davoreni glossarium (St. thr. Ir. Gloss.).
Patr. h. Patricii hymnus (L. H.).
Paul. codex monasterii Paulini (St. Goid.).
Pr. Cr. codex Prisciani Carolisruhensis.
Ps. Psalterium Hamptoniense (St. Goid.).
Sanct. h. Sanctáni hymnus (L. H.).
Sg. Prisciani codex Sancti Galli.
SM. Senchas Mór.
St. Irish Glosses etc. to which are added the Lorica of Gildas, with the gloss thereon, and a selection of glosses from the Book of Armagh, edited by Whitley Stokes.
St. Goid. Goidilica or Notes on the Gaelic Manuscripts etc., with eight Hymns from the L. H. and the old-irish Notes in the Book of Armagh, edited by W. S.
Tir. Tirechani Adnotatio e L. Ardm. (St. Goid.).
Tr. codex Taurinensis (St. Goid.).
Ult. Ultáni hymnus (L. H.).
Wb. Codex Wirziburgensis.
Cambrici: Cb. codex Iuvenci Cantabrigiensis.
gl(ossae) Ox(onienses).
cod(ex) Lichf(eldensis).
Lxb. folium Luxemburgense.

L(iber) Land(avensis).
Leg(um cambricarum codex Venedotianus A).
CN. codex niger Caermarthen. (The four ancient books of Wales, ed. Skene).
An. liber Aneurini (ibid.).
Tal. liber Taliessini (ibid.).
cod(ex) rub(er Hergestensis, ibid.).
Mab(inogion, ed. by Lady Charlotte Guest).

Cornici: Voc(abularium codicis Cottoniani).
P(ascon agan Arluth, ed. Stokes).
Dr. (the ancient cornish Drama, ed. Norris), unde:
O. (Origo Mundi), D. (Passio Domini), R. (Resurrectio).
Cr. (the Creation, ed. Stokes).

Aremorici: Chart. (chartularia vetera).
Buh. (Buhez santez Nonn).
MJ. (Grand Mystère de Jésus).
Cath. (Le Catholicon de Iehan Lagadeuc, publ. par R. F. le Men).

Oblata opportunitate relicti spatii vacui addimus tabulam, e qua comparari possint loci vario modo citati (ap. Z. St. N.) e cod. Ml. Secundum ea, quae de illo codice rettulit C. Nigra (Revue celtique, 1.), sibi respondent:

fol. 1 (carmina)	pag. 7	
2^a. 2^b	8	
2^c. 2^d	9	
3^a—3^d	10. 11	
4	12. 13	
5	14. 15	
25	54. 55	
26	56. 57	
27	58. 59	
28	62. 63	
29	64. 65	
30	66. 67	
50	106. 107	
52 a. b.	110. 111	(ps. 33.) Goid. 20.
100	206. 207	ap. St.
130	266. 267	col. 66 r.—64 r.
131	268. 269	63 r.—60 r.
132	270. 271	59 r.—56 r.
135	276. 277	47 r.—44 r.
140	286. 287	27 r.—24 r.
145	296. 297	7 r.—4 r.
146	298. 299	3 r.—1 r.

CONSPECTUS OPERIS.

LIBER PRIMUS. DE SONIS.

LIBER SECUNDUS. DE NOMINE ET PRONOMINE.

LIBER TERTIUS. DE VERBO.

LIBER QUARTUS. DE PARTICULIS.

LIBER SEXTUS. DE CONSTRUCTIONE.

APPENDIX. SPICILEGIA ET SPECIMINA E CODICIBUS.

LIBER PRIMUS.

DE SONIS.

Soni linguae celticae, quae est ex numero linguarum Asiae et Europae ab eadem origine profectarum, in aliis quidem concordans cum ceteris, in aliis propria et sui generis, quamquam ipsa quoque, ex quo scripta extant monumenta, in duo formarum genera divisa est, alterum hibernicum, alterum britannicum gallicumque, sicut lingua ipsa omnis cum universe congruant cum sonis ceterarum linguarum affinium, proprie tamen formantur ac mutantur suis viis et legibus. Quorum sonorum tam origines quam formationis leges eruere, elementa igitur et quasi stamina linguae utriusque, hibernicae et britannicae, exponere propositum nobis est hoc libro primo.

Sonorum signa i. e. litterae, ex quo fere traduntur gallicae voces vel nomina a Romanis, semper ex quo transiit christiana religio a Romanis ad Gallos, Britannos, Hibernos, romana sunt vel latina, quae apud Hibernos iam inde a saeculo quinto proprie formata et transgressa ad Anglos et Saxones nomen acceperunt litteraturae anglosaxonicae. Ante litteras has a Romanis traditas celticis quoque populis suam fuisse scripturam testari videtur nomen *Ogmii* Gallorum dei, qui sermonis praeses perhibetur, etiamnunc servatum apud Hibernos, quibus *Ogma* (= *Ὄγμιος*) scripturae inventor est, *Ogam* (*Ogham*, *Oghum*) ipsius scripturae vetustae proprium genus, et in vetustis lapidum inscriptionibus repertum et cognitum codicum nostrorum saeculi noni scriptoribus.* Apud

---

* Cf. praefat. de cod. Sangallensi. De *Ogma*, Elathani filio, scripturae inventore cf. quae ex vetere codice hibernico prodidit O'Donovan (Gramm. ling. hibern. Introduct. XXVIII, not. e). Scriptura ogmica codicis Sg. est generis maxime communis eius, quod depingit O'Don. (Introd. XLVII) et appellatum dicit *Ogham craobh* ("virgulare", modo iacentem a sinistra ad dextram combinationem omnem in altum erexeris; *craobh*, arbor). Est autem potius lineare hoc genus, cum ad lineam recte ductam utpote fundamentum ab utraque parte, infra et supra, lineolae item, et vario numero et directione varia litteras varias designantes, adhaereant, quas linearum catellas dei Ogmii catellis forsitan aliquis comparaverit. De deo Ogmio plura leguntur apud Lucianum (ed. Dind. p. 598. 599.), qui eum dicit in figura Herculis depictum, attamen sermone tantum et persuasione fortem, senem, trahentem turbam catenulis aureis et succineis e lingua sua ductis ad aures auditorum libenter sequentium. En Luciani verba ipsa: *Τὸν Ἡρακλέα οἱ Κελτοὶ Ὄγμιον ὀνομάζουσι φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ, τὸ δὲ εἶδος τοῦ θεοῦ πάνυ ἀλλόκοτον γράφουσι. γέρων ἐστὶν αὐτοῖς ἐς τὸ ἔσχατον ... καὶ πάντα μᾶλλον ἢ Ἡρακλέα εἶναι ἂν εἰκάσειας. ἀλλὰ καὶ τοιοῦτος ὢν ἔχει ὅμως τὴν σκευὴν τοῦ Ἡρακλέους. καὶ γὰρ τὴν διφθέραν ἐνῆπται τὴν τοῦ*

Cambros quoque circumferuntur vetustae litterarum formae, similes runis scandicis et aptae ad incidendum in lignum vel lapidem, ut alphabetum Nemnivi,* vel quae dicuntur *Coelbren y beirdd*, alphabetum Bardorum, cui opponitur *Coelbren y menaich*, alphabetum monachorum vel romanum. Figuras arbusculis vel arborum et fruticum ramulis similes, quales sunt runae scandicae, etiam a Bardis hibernicis usurpatas esse inde colligi potest, quod arborum vel fruticum nomina singulis litterarum figuris dederunt, ex quibus constat alphabetum dictum *Beth-luis-nion* (*beith* betula, *luis* fraxinus montana, *nion* fraxinus etc.). In haec tamen latius inquirere magis est palaeographiae quam grammatices.

Sonorum tam hibernicorum quam britannicorum communis ea est condicio, ut e statu originario, qui aut apparet e monumentis vetustioribus aut detegitur utraque lingua tam inter se quam cum linguis affinibus comparata, certis collocationis legibus pulsae transeant in alios sonos secundarios, qui dici possunt alterati vel infecti. Qua mutatione, quam nos dicemus infectionem, tanguntur tam vocales quam consonae, quamvis diverso modo in utraque lingua. Tanguntur autem maxime consonae (exceptis solis aspiratis), inprimis tenues, quae non solum in mediis et extremis vocibus, sed etiam in initio positae in contextu sermonis secundum easdem leges mutantur, etsi hoc loco accedunt propriae quaedam leges et anomaliae. De hac igitur infectione consonarum initialium proprio capite disseretur, postquam de sonis singulis eorumque infectione expositum fuerit.

λέοντος, καὶ τὸ ῥόπαλον ἔχει ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ τὸν γωρυτὸν παρήρτηται, καὶ τὸ τόξον ἐντεταμένον ἡ ἀριστερὰ προδείκνυσι. καὶ ὅλος Ἡρακλῆς ἐστι..... ὁ γὰρ δὴ γέρων Ἡρακλῆς ἐκεῖνος ἀνθρώπων πάμπολύ τι πλῆθος ἕλκει, ἐκ τῶν ὤτων ἅπαντας δεδεμένους. δεσμὰ δέ εἰσιν αἱ σειραὶ λεπταὶ χρυσοῦ καὶ ἠλέκτρου εἰργασμέναι, ὅρμοις ἐοικυῖαι τοῖς καλλίστοις.... φαιδροὶ ἕπονται καὶ γεγηθότες..., ἐοικότες ἀχθεσθησομένοις, εἰ λυθήσονται.... οὐ γὰρ ἔχων ὁ ζωγράφος ὅθεν ἐξάψει τὰς τῶν δεσμῶν ἀρχάς, ἅτε τῆς δεξιᾶς μὲν ἤδη τὸ ῥόπαλον, τῆς λαιᾶς δὲ τὸ τόξον ἐχούσης, τρυπήσας τοῦ θεοῦ τὴν γλῶτταν ἄκραν, ἐξ ἐκείνης ἑλκομένους αὐτοὺς ἐποίησε, καὶ ἐπέστραπται δὲ εἰς τοὺς ἀγομένους μειδιῶν..... Κελτὸς δέ τις παρεστὼς,.. φιλόσοφος οἶμαι τὰ ἐπιχώρια, ἐγώ σοι, ἔφη, ὦ ξένε, λύσω τῆς γραφῆς τὸ αἴνιγμα....τὸν λόγον ἡμεῖς οἱ Κελτοὶ οὐχ ὥςπερ ὑμεῖς οἱ Ἕλληνες Ἑρμῆν οἰόμεθα εἶναι, ἀλλ' Ἡρακλεῖ αὐτὸν εἰκάζομεν, ὅτι παρὰ πολὺ τοῦ Ἑρμοῦ ἰσχυρότερος οὗτος. εἰ δὲ γέρων πεποίηται, μὴ θαυμάσῃς· μόνος γὰρ ὁ λόγος ἐν γήρᾳ φιλεῖ ἐντελῆ ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἀκμήν....ὥστε εἰ τῶν ὤτων ἐκδεδεμένους τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τὴν γλῶτταν ὁ γέρων οὗτος Ἡρακλῆς ὁ λόγος ἕλκει, μηδὲ τοῦτο θαυμάσῃς, εἰδὼς τὴν ὤτων καὶ γλώττης συγγένειαν..... τὸ δὲ ὅλον καὶ αὐτὸν ἡμεῖς τὸν Ἡρακλέα λόγῳ τὰ πάντα ἡγούμεθα ἐξεργάσασθαι σοφὸν γενόμενον καὶ πειθοῖ τὰ πλεῖστα βιάσασθαι. καὶ τά γε βέλη αὐτοῦ οἱ λόγοι εἰσὶν οἶμαι ὀξεῖς καὶ εὔστοχοι καὶ ταχεῖς καὶ τὰς ψυχὰς τιτρώσκοντες. πτερόεντα γοῦν τὰ ἔπη καὶ ὑμεῖς φατε εἶναι. τοσαῦτα μὲν ὁ Κελτός. Ogmius ergo deus et sermonis (*Ἑρμῆς* = sermo) et sapientiae (*σοφὸς γενόμενος*) praeses utraque re fit victor omnium ut Hercules. A voce hibern. *ogham*, *oghum*, quae *m* dura contra communem regulam servata concordat cum *animm*, hod. *anam* (anima), non differre videtur cambr. hod. *of* (*g* excussa, *m* secundam regulam infecta sicut in corn. arem. *enef* contra hib. *anim̃*), elementum, unde varia derivata, ut adi. *ofus* (elementarius), subst. *ofydd* (doctus, philosophus), *ofyddiaeth* (philosophia, scientia). Cf. gael. subst. *oidheam* (*dh* pro *gh*; liber, institutio, tractatus) et adi. *oidheamach* (idealis).

* De quo videas praef. et appendicem huius operis. *Coelbren*, lignum memoriae, ut *coelfaen*, lapis memoriae. Ligno quadrato incisas esse litteras a Bardis et inde nomen ductum alphabeti incisi asserit Owenus. Sed nonne etiam *coelbren* nomen singularis litterae, i. e. ramus, baculus memoriae, ut germ. *buchstab* (baculus libri)?

CAPUT PRIUS.

De sonorum seriebus, natura, infectione.

I. Soni hibernici.

A. Vocales.

Vocalium systemati, quod observatum est in linguis stirpis indeuropaeae, non repugnat celtica lingua. Contra vocalem A, vocalium quasi centrum et principium, unde divergunt duo radii, extremae positae sunt vocales ex altera parte I, ex altera U, quas inter et principalem A intermediae sunt E (inter *a* et *i*) et O (inter *a* et *u*): omnes hae vocales aut simplices, sive breves, correptae, aut duplices, sive longae, productae. Adiunctis extremis vocalibus aut ad principalem *a* aut ad intermedias *e* et *o* fiunt diphthongi sex AI, EI, OI et AU, EU, OU, quibus num addenda sit IU ex extremis combinata, dubium relinquitur. Est harum vocalium, praesertim simplicium, vis alterans inter sese, quam nos dicemus infectionem.

Vocales breves.

A correptae exempla in vetustis nominibus gallicis exhibent iam poëtae latini veteres.* Vergil. ecl. 1, 63: aut *A*r*a*rin Parthus bibet. Lucan. Claudian.: *A*r*a*ris, *A*r*a*rin, *A*r*a*rim. Lucan. 1, 446: T*a*r*a*nis non mitior ara. Sil. Italic. 4, 232: mactat L*a*b*a*rumque P*a*dumque et Caunum et multo vix fusum vulnere Breucum Gorgoneoque L*a*rum torquentem lumina vultu.** Martial. 14, epigr. 200: non sibi, sed domino venatur vertr*a*gus acer. Auson. Mosella: *A*lisontia, Dr*a*honus, S*a*ravus, C*a*rantonus, G*a*rumna (Galliae fluvii), Nivom*a*gus (locus); epist. 22. 24: Hebrom*a*gus; urb. 13: Tectos*a*gi; parent. 4: *A*turrus; 8. 15: Burdig*a*lae. Sidon. carm. 5. 13. 23: V*a*c*a*lis, V*a*ch*a*lis (fluvius); carm. 24: terram G*a*b*a*lum satis nivosam. Addo C*a*tullus (Catull. 6. 8. 10 etc. Martial. 14, 195), nomen poëtae Veronensis, e lingua gallica ortum, ut aliorum scriptorum veterum Italiae superioris.

---

* A poëtis romanis vocum gallicarum vocales ea, qua audiebantur ex ore peregrino, quantitate redditas esse, non dubium, cum pateat ex utraque lingua, hibernica et britannica, et complures poëtae fuerint gallicae originis vel linguae gallicae habuerint cognitionem, ut Vergilius, Catullus, Ausonius, Sidonius. Haec regula non destruitur una vel altera licentia poëtica, ut cum Propertius 4, 10. 41 corripit *a* nominis gallici Virdomarus, quam et utraque lingua vindicat longam et lapis vetustus signo productionis notat (Orell. 3582), vel cum alii poëtae cogente metro producunt breves *e*, *o* in nominibus Arêmoricus, Calêdonius, Mediôlanum. Recentiores poëtae minoris sunt auctoritatis in hac re, ut Venantius Fortunatus, qui diversa quantitate proferat easdem nominum germanicorum vocales: 4, 3 Thuringi producta *u*, 4, 2 et 8, 1 Thoringia, terra Toringa correpta *o*, ut 7, 7 et 9, 1 nomen Danus, Dani *a* modo producta modo correpta. Eodem modo in 3, 12. 14 Musella *u* producta, in 10, 10 Mosella *o* correpta.

** Nomina Gallorum. Item nomen fluvii P*a*dus Verg. Claudian., et P*a*dusa (Padi ostium vel fossa) Verg. Aen. 11, 457, de cuius origine Plinius 3. 16: Metrodorus Scepsius dicit, quoniam circa fontem arbor multa sit picea, quae *pades gallice vocetur*, Padum hoc nomen accepisse. Nomini *Labari* iungi potest fluvii nomen *Labara* in chartis medii aevi (sunt tres eius nominis fluvioli ex utraque parte Danuvii prope Reginum, germ. grosse, kleine, schwarze Laber). Adi. *labar* (loquens), hibern. vet. *sulbair*, cambr. vet. *helabar* (bene loquens, eloquens), cambr. hod. *aflafar* (mutus); *lechlavar* britannica lingua *lapis loquax* (San-Marte, Merl. p. 49). Adi. *labar* (superbus, arrogans) Wb. 5ᵇ. *eslabre* (gl. amabilia quaecunque, cogitate; i. e. non superba, modesta; adi. compos. cum part. privat. *eslabar*) 24ᵇ.

Hanc *a* correptam originariam plurimae voces hibernicae retinent intactam, ut *mag*, *magen* (campus, locus) Wb. Sg.* *cara* (amicus; cf. nn. propr. Carantonus Auson., Carantillus Inscript. Grut. 8, 2, Caratacus ibid. 902, 5. ac Tacit., Caratullus Grut. 862, 2) Wb. Sg. *cath* (pugna; cf. Caturiges Caes., Catuslogi Plin., Catullus, nomen Tricassini Galli, Inscript. Mur. 1068, 7. Coddacatus Catulli fil., Vesontinus, Inscr. Orell. 2064) Wb. 9^a. *gab*, *rogab* (cepit, cecinit; cf. Gabali) fq. *labrad* (locutio, sermo) Wb. fq. *rann* (pars) Wb. Sg. fq. Saepe tamen in alios sonos transiit, ut ex eadem radice *arb* profecta in uno codice Wb. inveniuntur: *comarpi* (coheredes) 19^c. *comarbus* (coheredita) 4^a. 9^c. *indarpe* (exheredatio, repulsio) 19^a. 26^b; *anorpe nemde* (hereditas caelestis) 27^a. *danorpe* (duae hereditates), *horpamin* (heredes) 2^c; *nomérpimm* (me committo, confido) 6^c; *nobirpaid* (confidatis) 8^b, *roairptha* (commissa sunt) 8^c, fortasse certa quadam mutationum lege, vel ut pro originario *sam*, quod nusquam extat, alternantes formae leguntur *som* (ipse), *sem*, *sum*, *sium*.

Regulari autem modo per infectionem bis alteratur haec vocalis, ac principali quidem et frequentissima ratione, cum sequitur *i* (sive *e* ex *i* originaria) aut flexionis aut derivationis. Scriptio solita vocalis ita infectae est AI in codicibus vetustis hibernicis: *claínde* (generis, prolis; nom. *cland*) Wb. 5^a. *rainne* (partis; nom. *rann*) Wb. Sg. fq. *cairimse* (amo) Wb. 5^c. 23^a. *baitsimse* (baptizo) Wb. 8^a. *baithis* (baptisma) 12^c. *claideb* (gladius) 6^a. *aithi* (gl. foenus) Pr. Cr. 42^a. *aimser* (tempus) Wb. fq. *bairgen* (panis; cambr. *bara*) Wb. Ml. Sg. In quibusdam *i* inficiens decidisse putanda est: *flaith* (dominium; = flathis) Wb. 9^d, gen. *flatho*; *ainm* (nomen; = anmin?) fq., gen. *anma*. In aliis hibernica lingua discordat cum ceteris, ut in *maith* (bonus; britann. *mat*; cf. nom. gall. vet. Teutomatus Caes.), plur. *mathi*, *maithi*; alia ratio intercedit inter *traig* (pes; cambr. plur. *traet* fq. in Mab. = traget, pedes) Sg. 7^b. 130^b. et gall. *vertragus* (ap. Martialem et Arrianum de venat. c. 3: αἱ δὲ ποδώκεις κύνες αἱ κελτικαὶ καλοῦνται μὲν οὐέρτραγοι κύνες φωνῇ τῇ κελτικῇ) compos. cum particula intensiva ex radice *trag* (currere; cf. graec. τρέχω, got. *thragja*), non ex nomine pedis, cuius thema (tragit, tragith) produnt formae *traigid* (pedes) Wb. 23^c. *traigthib* (pedibus) Sg. 120^b. *traigthech* (gl. pedes, gl. pedester) Sg. 38^b. 50^b.

Inveniuntur tamen non rarae huius vocalis infectae scriptiones aliae duae,

---

* Vox *-magus* frequentissima in nominibus locorum gallicis compositis cum nominibus propriis, ut Caesaromagus, Iuliomagus, Drusomagus, Borbetomagus, vel adiectivis sive substantivis, ut Noviomagus, Nivomagus, Rigomagus etc. Hibernice simplici *mag* significatur *campus*: monasterium quod campus navis id est *Maglunga* vocatur (*long*, navis) Boll. Iun. 2, 237. campus quem Scoti vocant *Magh Soeithi*, id est campus scuti. Boll. Iul. 5, 596. Britannice contra derivat. *maes* (= mages; cf. nomen loci *Magies*, hodie Mays prope Meranum, in vita S. Corbin. c. 11. 35) significat campum: *yna ydeuthum y uaes mawr* (tum veni ad magnam planitiem) Mab. 1, 3; simplex autem *ma* (= mag) locum: *guaroima* (gl. theatrum, i. e. locus ludendi; *guaroi*, ludus), *digatma* (gl. circus; i. e. locus separatus) gl. Oxon. Commune utrique linguae videtur derivat. *magen*, significans locum; hibern.: *nach magen* (locus aliquis) Ml. 2^d. 27^c. *issinmaginsin* (in hoc loco) Sg. 30^b. cambr.: *yman* (hic, hoc loco; *man* = magen, secundum regulam mediae *g*) Mab. 1, 264. arem. *man* fq. inserviens demonstrationi. Subst. simplex est generis fem. in utraque lingua: hibern. *maige rein* (campi Ren, solitudines) Annal. 4. magistr. ap. O'Conn. 3, 123. *y pebyllua honno* (locus hic figendi tentoria; *honno* pronom. fem.) Mab. 3, 272; extat tamen hibernicum exemplum gen. neutri: *ammag* (locus) Wb. 12^a. Dubium num huc pertineant nomina propria in inscriptionibus vetustis: Magiorix Stein. 145. Magianus Orell. 457. Magiatus 1987. Magiacus 4900. Magissius 1395. Magidius Grut. 983, 10; certo non pertinent Magunus Grut. 1012, 8. Magulla 912, 10. Magullinus 648, 2, nec *-magulus* in comp. Taximagulus Caes., Conomaglus Bolland. Mart. 1, 258, quod est recentius cambr. *mael* (puer, servus), conferendum cum got. *magus* (filius, puer) et hibern. *mug* (servus).

E et I. Ita particulae frequentissimae in compositis *air* (vet. gall. are-, cf. Aremorici, Arecomici) et *aith*, *aid* (vet. gall. ate-) scribuntur tam *er-*, *ed-*, quam *ir-*, *id-*. Adi. *erdirc* (gl. celebre) Ml. 25ª, plur. *erdarcai* (gl. honore conspicui) Ml. 36ª, unde verb. *erdaircigidir* (gl. concelebrat) Ml. 28ª, in Wb. saepius est *airdirc* et *irdircc*; subst. *edbart*, *edpart* (oblatio) in glossis: *ondedbairt* (gl. oblatione) Ml. 33ª, *oc indedpairt* (in oblatione) Sg. 6ᵇ. 54ª, *oc edpartaib* (in oblationibus) Sg. 56ᵇ, in Wb. frequentissimum est *idpart*. Praeferunt codices Wb. et Sg. scriptionem *ai* et *i*, Ml. *e*: *erlam* (paratus, oboediens) Ml. 33ᵈ est *airlam*, *irlam* in Wb., in quo etiam *airle* (voluntas), *irladugud* (oboedientia) extant; *eregem* (gl. querela) Ml. 26ᵇ. 27ᵈ. 35ª, *airégem* (gl. querimonia) Sg. 51ª; *terissem* (positio, status) Ml. 34ª, *tairissem* (compos. *do-air-issem*) Sg. 74ᵇ; *ermitiu* (honor) Ml. fq., alias *airmitiu*. Est tamen nutatio ubique, ut in Wb. praep. *ar* cum pronomine suffixo est tam *airiubsi* (ad vos) quam *eruibsi* 27ᵈ, tam *airriu* (ad eos) quam *erriu*, *erru* 4ᵈ. 11ª. His addenda est tertia scriptio EI, admodum rara, ut in *deib* (duobus; alias *dib*) Sg. 106ᵇ, *feil* Wb. Ml., quod alias scribitur *fail*, *fil* Wb. Sg., *fel* Wb. *eile* (alius; alias *aile*) Wb. 6ª. Interdum *a* originaria integra manet, praesertim in formis verborum: *armitiu* (honor) Ml. 35ª. *arégi* (gl. queritur) Ml. 31ª. *aregisom* (gl. questus) 31ᶜ. *araéget* (gl. querentium) 29ᵇ. *roadbartaigset* (obtulerunt), *oc adbartugud* (in offerendo) Ml. 26ᵇ. *adropred* (oblatum est) Wb. 15ᵈ. Patet inde, quomodo e vetusta gallica praep. *ambi* (cf. Ambigatus Liv., Ambiliati Caes., Ambarri, ambacti Caes.) prodire potuerit hibern. vet. *imme* (circa, assimilata *b*), praep. item frequentissima in compositis *imm-*, *im-*, vel e gallica *ande* (cf. Andecavi Plin., Andecamulum, Andematunnum, Anderitum Itin.) hibern. *ind-*, *inn-* non minus frequens in compositis. Verum in his, quae nunquam cum *e* aut *ai* scripta inveniuntur, longe aliam mutationis causam fuisse suspicamur, quae sola in aliis pluribus, in quibus *i* inficienti locus non esset, valere potuit, ut in *ingor* (ancora) Wb. 34ª. *colinn* (caro) 2ᶜ. 3ᵇ. *tresindabia* (per quam iis erit: *tresan-da-bia*) 25ᵈ. *arinchomalnathar* (ut eam impleat: *aran-n-chom.*) 31ᶜ, *arimbad* (ut esset: *aran-bad*) Tirech. apud O'Don. 439, in formis articuli *ind*, *inn*, *inna*, *innan*. In quibus omnibus cum vocalem nasalis excipiat aut geminata (etiamsi singulariter scripta est: *arinchomalnathar*) aut sequente media, quae interdum aliis de causis in tenuem mutatur: *arimp* (ut sit) Wb. 14ᵇ. 15ᶜ. 32ª, *int* (nominativus sing. masc. articuli), non dubitamus, quin hac positione consonarum (nn, mm, nd, ng, mb) effecta sit illa mutatio.

Ceterum cum interdum alternent *a* et *o* (ut in vetustis iam nominibus gallicis: Magontiacum et Mog., Damnonii et Domn.), mirandum non est etiam pro infecta *ai* duas scriptiones haud raro inveniri, quae alias vocalis *o* infectionem significent, OI et UI. Quarum illam, quae vulgaris extra Connachtiam hodierna est pronuntiatio, O'Donov. 78. 85, praebet Cod. Wb. in his: *toibre* (des, ibidem *taibre*, e *tabar*, *tabart*, dare) 29ª, *itmóirb inboill* (sunt emortua membra; sg. *marb*, *ball*, a quo alias plur. *baill*) 11ᶜ; vice versa *ai* pro *oi* recentiore scriptione extat in *Cairbre* (nom. propr.), quod est *coirbbre* Sg. 194ª, in *fairge* (oceanus), *fail* (domus), quae sunt *foirgge*, *foil* (in comp. *muccfoil*) Sg. Nec rara est altera scriptio UI: *cosmuil*, *cosmúilius* (similis, similitudo) Wb. 25ᵈ. 12ᶜ. 14ª, alias *cosmil*, *cosmilius*. *cáirchuide* (gl. ovinus; derivatio frequentissima adi. *-ide*, *-ithe*, *-the*) Sg. 37ᵇ. *forbuide* (gl. intentivum; in Wb. fre-

quentissimum *foirbthe* [=*forbithe*] perfectus) Sg. 221[b]. *senmuim* et *senmim* (sonitui; dativ. subst. *senm*) Wb. 12[c]. 13[d]. *anmuin* (animam) Wb. 31[b] et *anmain* 32[a] atque *anm̄in* Sg. 114. *menmuin* (mentem) Wb. et *menmain*. *suide* et *side* (cf. pronomina). Forsitan hac ratione explicanda sit differentia, quae est inter perfectum *rogád*, *rotgádsa* (rogavi te) Wb. 27[d], et praesens *guidimm* (precor) 29[a], quocum facit substantivum *guide* (precatio) 7[a], unde compositum *foigde* (mendicatio, =*fogide*, *foguide*) 25[b]. Hic quoque vice versa *ai* pro *ui* inveniri docent *cétbaid* (sensus) Ml. 36, quod alias est *cétbuid*, et dativi pluralis ut *mogaib* (servis), *gnimaib* (factis).

Pronuntiationem infectae *ai* nutasse inter *e* et *i* e supradictis colligi poterit. Quare vice versa, ubi omnino non est *a* infecta, *ai* scripta est non solum pro *i* vocali pura originaria, sed etiam interdum pro *e* originaria. Quamquam id non pertinet ad haec exempla in codicibus nostris frequentissima, in quibus *i* et *ai* promiscue scribuntur: *cen forcitlaid* (sine praeceptore) Wb. 31[d], quod in aliis locis est *forcitlid*, *la arsaidi* (apud veteres) Sg. 75[b] et *la arsidi* 91[b], *sercaid* (amans) Sg. 124[b] et *sercid* 188[b], plurimaque derivata in *-id*, quorum genetivi ut *denmada* (gl. factoris) Ml. 27[b]. *aitrebthado* (possessoris) Sg. 200[b] originariam *a* ostendunt, nec ad haec: *dercaide* (gl. rubrenus) Sg. 35[b]. *humaidi* (gl. aeneam) Sg. 114[a] et *humide* 15[b]. *cétnaidi* (primi; sing. alias *cétnide*) Sg. 28[a]. *comascnidaid* (gl. compos) Sg. 105[b]. *nephascnaidid* (gl. impos) 106[a], iuxta quae inveniuntur *cenathe* (gl. absens) Wb. 18[a]. *inchenadid* (gl. absque) Sg. 213[a]; *techtaite* (qui habent; alias *-ite*) Sg. 21[b]. aliasque verborum terminationes, praesertim 1. pers. praes. *-aim̄* et *-im̄*; *cosmili* (similes) Wb. 13[a] et *cosmaili* 33[b]. *cosmail*, *cosmailius* (similis, similitudo) Sg. 10[a] et *cosmilse* 11[b], *cosmilius* 163[b], pro quibus non modo *cosmuil*, *cosmuilius* (v. supra) inveniuntur, sed etiam omissa infectionis nota *cosmuli* Wb. 17[c]. *cosmulius* 1[b]. 3[c]. 12[a]. 19[c]; *doaibsem* (iis) Sg. 50[a] pro solito *doibsem*, quod eadem fere ratione differt a *dúib* (vobis), quae intercedit inter *foraib*, *forib* (super eos) et *fuirib*, *foirib* (super vos); *sodain* (pronom. demonstr.) Wb. 17[b], quod alibi semper *sodin*, *am.sodain* (hoc modo) Sg. 6[b]. 187[a] et *am. sodin*, *am. sodin* 67[a]. 184[b], *fosodin* 182[b], nusquam tamen cum *o* infecta, quam *i* originaria poscebat; nec ad priorem *ai* formae *saidai* (hi) Cr. 18[a], pro qua solet quidem scribi *sidi*, non tamen neglegendae sunt formae *suide*, *suidiu*, *suidi*, *suidib*, quae infectionem prodere videantur. Sunt vero alia, in quibus aut dubia res sit, ut *dunnai* (nobis) Cr. 18[b] pro solito *dunni*, aut *a* antecedens certo possit superflua putari, ut altera *ai* vocis *saidai*, item saepissime in nominativis pluralis numeri: *robarti* (maris refluxus) Cr. 20[b] et *robartai* 34[a], quorum exempla praebet declinatio nominum tam substantivorum cuiusvis generis quam adiectivorum in *-e* desinentium. *Ai* pro *e* videtur usurpari ante liquidas: *daintech* (gl. dentatus) Sg. 159[b],* *ingraimmai*, *ingraimmae* (persecutio) in Ml., quod in Wb. *ingremm*, acc. *ingreim*, pro *ingrenm*, unde *ingrentid* (persecutor) Wb. 18[d].

Alteram infectionem vocalis *a* significat scriptio AU, quae locum radicalis *a* obtinet sequente *u*, ut in *baullu* (membra; sg. *ball*) Wb. 3[b]. 12[b], pro quo *bullu* Wb. 9[d], *rolaumur* (gl. audeo) Wb. 17[a], pro quo *rolomur* Ml. 21[b], unde *rolaimem-*

---

* Possit conferri cambr. *dant*, plur. *dannet*, sed invenio in Sg. 67[b]: *do déit* (gl. ad dentem) dativum *déit*, qui redit ad *dét*, *dent*.

mar, *ni conlaimemmar* (audemus, non aud.) Wb. 15ᵃ. 17ᵇ. Non differt haec infectio ab ea, qua in lingua vetere islandica *a* ante *u* fit *ǒ*, ut in *mögr* (got. *magus*, filius, puer), gen. *magar*, plur. *megir*, dat. *mögum*, cuius loco codices islandici exhibent eandem scriptionem *au*, *av*. Eodem autem modo, quo pro infecta *ai* invenimus *e* et *i*, pro infecta hac *au* scripta extant *o* et *u*. Quare alternant *irdorcu* (magis conspicuus; cf. supra *erdirc*, *erdarcai*) Wb. 28ᵇ et *irdurcu* 9ᵇ. 31ᵇ, aliaque, in quibus *u* inficiens decidisse putanda est, ut *ropredchos*, *ropridchos*, *ropredchus* (praedicavi) Wb. 17ᶜ. 7ᵇ. 20ᵇ. 23ᵃ; alternant *laigiu* (minor) Sg. 42ᵃ. 120ᵇ, infecta *a* per *i*, et *lugu* Wb. 16ᶜ, excussa *i* et hanc ob causam *a* per *u* infecta; alternant *immarmus* (delictum) Wb. 10ᶜ et *immormus* 9ᶜ. 10ᵃ, gen. *immormussa*, infectione aut notata aut non notata. In aliis (ut in supra dictis *laigiu* et *lugu*) modo haec modo illa infectio scripta est, ut in Sg. 38ᵃ est *daurde* et 33ᵇ *dairde* (gl. quernus), e subst. *daur* (gl. quercus) Sg. 38ᵃ, quod hodie scribitur *dair* (ita iam in glossis a Stokesio editis gl. 554), in quibus statuenda videtur forma originaria *daru*, *deru* (cf. *derucc* [gl. glans] Sg. 113ᵇ et cambr. *derw*, quercus, unde *derwydd*, Druida), *dru* (si recte conferuntur *Druentia* (Gall. fluv.; cf. *Dorowention* fluvii Brit. nomen apud Bedam, et oppidi *Dervention* ibidem in Itin. Anton.) et notissimum *Druida*) ac perhibenda *u* inficiens in radicem ingressa ut *i* in supradictis exemplis, ita ut inter *daurde* et *dairde* similis ratio intercedat atque inter *lugu et laigiu* vel inter *forbuide* et *foirbthe*. (Num *Δαρούερνον* quoque [Britanniae oppidum] ap. Ptol. huc referendum sit, dubitari potest propter alias formas ut Durovernum, Durarvernum in Itin.) Invenitur tamen usus huius scriptionis *au* iam turbatus apud scriptores hibernicos, in positionibus saltem, in quibus iam non potest demonstrari *u*, interdum etiam ubi expectares *ai*, ut in *aurlatu*, *indaurlatath* (oboedientia, oboeditionis; ut 6ᵈ: *inaurlatid*, gl. in oboedientiam, et 14ᵃ: *do aurlatu*) Wb. 3ᵇ, in quo eodem loco est *do irladugud*. *aurlam* (paratus), *arnachnaurchoissed som* (ne causaretur [?] ipse) Wb. 8ᵃ. *doaurchanim* (gl. sagio) Sg. 60ᵇ, *donaurchain*, *dinaurchein* (gl. portendere) Cr. 33ᵇ. 33ᵃ. In eodem cod. Cr. 37ᵇ: *innaudbirt* .ı. *incaisc* (gl. facies phase domino tuo; i. e. *innadbirt*, *innidbirt*, oblationem, pascha, accus. sing.; sed *autrubert indnoib apostol* (dixit id sanctus apostolus) Cam. procul dubio ob sequens *u* pro *atrubert* scriptum est). Quam nutationem inter *ai* (sive *e*, *i*) et *au* (sive *o*, *u*) per omnes aetates linguae hibernicae ad novissimam usque continuatam esse, in praepositionibus potissimum *air* et *aith*, doceant haec exempla: *aurdam* (prodomus, porticus) in Corm. gloss. et Lib. Ballym. (apud O'Don. p. 17), d. pl. *urdamaibh* Chron. Scot. (ibid. p. 315), hodie *urdoin* vel *eardam*; *aursa* (postis) Corm., *irsa*, *irsan* Gl. 20. 39, dat. *orsain* Lib. Ferm. (O'Don. 233), hodie *ursa*, gen. *ursan*; *aidacht*, *edocht*, *edoct* (testamentum) Lib. Ardm. 17. a. 1, 18. b. 1, *audacht* Corm. et Gl. 4, *udhacht* O'Davor. ut hodie *údhacht* (O'Don. p. 14); *hirnaigde* (oratio, precatio) Wb. 4ᵈ. *irnigde* 4ᵈ. 5ᶜ. *irnichthe* 17ᵃ, dat. plur. *irnechtaib* Patr. hymn. apud O'Don. 294. *ernaigthil* id. apud St. (Beitr. I. 346), *aurnaigthe* (gl. *orait*.i. oratio) Gl. 24. *urnuighthi* (gl. *feidhil*) p. 18. *urnaigti* Gl. 38, dat. *urrnaithi* O'Davor. (v. *teoir*), acc. *urnaigthe* Lib. Ferm. (O'Don. 319). Tametsi quaedam ex his vere assimilata videri possunt ad sequens *u* vel *o*, ut formae *aursu*, *aurdom*, *audocht* supponendae sint congruentes cum *autrubert*, *aurchoissed*, nec absonum videtur conferre *laigiu* et *lugu*, vel *airdircu* Sg. 23ᵇ et *irdurcu*, *irdorcu*

Wb., tamen cum non in omnia cadat haec suppositio, magis placet alia ratio. Pronuntiationem infectae *au* pariter atque infectae *ai* nutasse probant non solum formae, quas prodidimus, *rolomur*, *bullu*, *lugu*, sed etiam hodierna scriptio, quae qualemcunque *au* fere in *u*, rarius in *o*, mutavit. Conicimus igitur, ubicunque *au* per inficientem *u* explicari nequeat, nihil aliud ea scriptione significari nisi *o* vel *u* ex *a* profectam eadem mutatione, quam supra notavimus in *som*, *sum*. Itaque in mira illa scriptione *daurauch* (gl. quercetum; ni fallimur, gen. plur. quercuum, recent. *darach*) Sg. 53ᵃ priorem *au* vera infectione, ut supra diximus, ex *a* profectam, alteram assimilatam esse putamus antecedenti *au*, ut pronuntiandum sit *doroch* vel *duruch*.

Late enim patet alia quaedam vocalium assimilatio, priori illi rationi, qua inficitur *a* sequente *i* aut *u*, prorsus opposita. Qua altera ratione non antecedens vocalis tangitur, sed potius ipsa sequentem vocalem mutat, aut plena ac iusta assimilatione (qualis priore ratione effecta est in *irdircc*, *bullu*) aut infectione sola. Plenae igitur assimilationis exempla praebent tam peregrina ad hibernicum sermonem accommodata, ut *apstal* (apostolus), *abstanit* (abstinentia), *carcar* (carcer), *almsan* (eleemosyna) Wb., *bachall* (baculus) L. Ardm. (O'Don. 437), *epistil* (epistula), *sollumun* (= sollemne; epulae) Wb. 9ᵇ, quam hibernicae flexiones nominum et verborum: *anman* (nomina), *bémen* (plagae), *labratar* (locuntur), *labritir* (loquantur). Frequentior tamen in terminationibus est ea mutatio soni, qua non eadem atque antecedens, sed intermedia aliqua vocalis efficiatur, ut in genetivis (qui alias in *o* vel *a* desinunt: *fedo*, *feda* [arboris], *mora* [maris] Sg.): *utmalligthe* (nutandi) Cr. 32ᵇ. *foilsigthe* (manifestationis) Sg. 211ᵃ. *tíre* (terrae) Wb. Ml. *fíne* (vini) Ml. 24ᵈ; quae mutatio ab ea, de qua supra actum est, vocalis *a* per sequentem *i* infectione nihil differt, nisi quod in his et similibus exemplis inficiens *i* antecedit ante vocalem infectam. Item dativus *laithiu* (diei) excussa *th* scribitur quidem *lau* Wb. 29ᶜ. Ml. 29ᵃ, sed etiam utraque ratione mutatus *láo*, *lao* Wb. 4ᵇ. 6ᵇ et *lóu* 6ᵃ. Singularis vero infectionis forma oritur, si inficiens *i* vocali primariae *a* (vel *o*), ut in scriptione *ai* (*oi*) postposita est, ita anteponitur, ipsa tamen in *e* mutata (cuius rei causa infra patebit) scriptione EA vel EO.

EA in terminationibus substantivorum et verborum, in quibus alias est *a*. In substantivis qualiscunque generis et numeri: *indærchoiltea* (gl. decreti; nom. *intærchoiliud* Ml. 22ᵇ) Ml. 26ᵃ. *rúna incholnigthea* (mysteria incarnationis) Wb. 27ᶜ. *rún dánigthea in spirito nóib* (mysterium distributionis spiritus sancti; nom. *-igud*) Wb. 21ᶜ. *anamchairtea* (gl. doctores) Wb. 22ᵃ. *cecha dethidnea* (omnes curae; nom. sg. *dethiden*) Wb. 3ᵈ. *na erigmea* (gl. querelas; nom. sg. *eregem*, gen. *erigme*) Ml. 26ᵇ. *inna mailgea* (gl. palpebras) Ml. 30ᶜ. In futuri 3. pers. terminatione *-ifea*, *-ibea*, *-fea*, ut in Wb. *dofuircifea* (inveniet), *nonsóirfea* (salvabit nos), *ni telfea* (non iuvabit), in Ml. *atrefea* (habitabit) 36ᵃ; plura exempla infra in verbo; iuxta illa tamen invenitur solum *a*: *ni ainfa* (non placebit), *nobsóirfasi* (salvabit vos), *ticcfa* (veniet) in Wb. Eodem modo in 3. ps. sing. coniunctivi, quae alias terminatur in *a*: *connach moidea nech* Wb. 2ᵇ. *condid diusgea inspirut nóib* Wb. 4ᵃ. *corrochraitea sochuide* Wb. 12ᶜ (cf. exempla in verbo).

EO in terminatione genetivi numeri singularis, quae alias est *o* alternans cum *a*: *intoimseo* (gl. ponderis; nom. *toimus*, gl. mensura, et *inmorthomus*, gl. pon-

dus, Ml. 33ᵃ, unde *toimsidetu*, mensuratio, Sg. 25ᵇ) Ml. 35ᵃ. Ibidem: *inna iarfaichtheo* (gl. inquisitionis; accus. *frisinniarfaigid*, gl. adversum inquisitionem, Ml. 20ᵃ, qui codex exhibet 24ᵇ: *inna iarfaigtho*, gl. quaestionis). In his omnibus *e* non omnino superflua est, sed *i* oppressae per terminationem vestigium et quasi frustum. Item scriptione pronominis demonstrativi in Ml.: *indas indfirseo* (qualitas huius viri) 36ᵃ. *ási incethardaisco* (huius quaternitatis, horum quatuor) 36ᵃ, eadem post antecedentem *i* infectio significatur, quae in ceteris codicibus aut omnino non notatur: *indepistilso* (haec epistula) Wb. 3ᵇ. *indforcitilsa* (huius doctrinae) 16ᵃ, aut scriptione *se*: *inna epistlese* (huius epistulae) Wb. 14ᵃ.

Contrariam igitur vocalium mutationem, effectam *a* antecedente, illi similem, de qua infra (sub I) disseretur, in quibusdam certe exemplis *ai* pro *i* (ut *a* pro *e*) positae cernere licebit, ut *cethardai*, *robartai*, quae eodem modo pro *cethardi*, *robarti* scripta videntur, quo e contrario *iarfaichtheo*, *incholnigthea* pro *iarfaigtho*, *incholnigtha*. Itaque *athair* (pater) Sg. 31ᵃ. *bráthair* (frater) 61ᵃ, cum alias *athir*, *bráthir* scripta sint, concinunt cum hodierna scriptione.

Extant hae scriptiones in codicibus nostris vetustis, sed non secundum certam regulam et communem usum, interdum quidem per abusum, plerumque tamen non sine causa. Patet vero inde profectam esse famosam illam regulam linguae recentioris, tam hibernicae ipsius quam gaelicae, qua scriptio recentior inquinata est adeo, ut horrori sit homini extraneo vel purae scriptionis amatori. Hac enim regula, quae dicitur *cóil le cóil ocus lethan le lethan*, vel ut hodie scribunt *caol le caol agus leathan le leathan* („latine: subtilis cum subtili et larga cum larga" O'Molloy; i. e. ponatur vocalis) postulatur, ut inter contrarias duarum syllabarum vocales, hinc *a*, *o*, *u*, quas dicunt largas vel crassas, illinc *i* et *e*, quae subtiles vel macrae dicuntur, intermedia aut post consonam addatur vocalis eiusdem seriei cuius antecedens aut ante consonam eiusdem cuius altera vocalis. Itaque recte quidem se habent *Albannach* (Scotus), *súilibh* (oculis), sed non *fírinnach* (verus), *máthir* (mater), *nathir* (anguis), *bardibh* (bardis), *dorsibh* (portis), pro quibus scribi debet *fírinneach*, *máthair*, *nathair*, *bardaibh*, *dorsaibh*, cum superflua *a* post *a*, *o*, superflua *e* post *i*. Antepositio largarum cernitur in adi. *leathan* (vet. hibern. *lethan*, latus), subst. *rioghacht* (regnum; vet. hibern. *rí*, *ríg*, rex), quo modo cum pro correpta *e* orta sit scriptio communis *ea*, pro *i* frequens scriptio *io*, additur ante vocalem tenuem iterum superflua, ut in gael. *cealgair* (fraudator, lege *celgir*), *rioghaich* (regere, lege *righich*, ut etiam scribi potest); tenuis antepositae exempla *láimhgheal* (alba manu praeditus), compositum e *lámh* (manus) et *geal* (albus), *áibgitir* (alphabetum; vet. *apgitir*).

E brevis gallicae exempla apud veteres poëtas. Vergil. ecl. 9, 28: Mantua.. nimium vicina Cr*e*monae. Verg. georg. 3, 204: Belgica vel molli melius feret ess*e*da collo. Propert. eleg. 2, 1, 86: ess*e*da caelatis siste Britanna iugis. Horat. carm. 4, 14: Drusus G*e*naunos. Lucan. 1, 396: deseruere cavo tentoria fixa L*e*manno castraque quae Vog*e*si curvam super ardua rupem; 1, 435: cana pendentes rupe G*e*bennas (leg. Cebennas). Sil. Ital. 4, 160: infandi S*e*nones (item Claudianus saepius in bell. Gild.). Iuvenal. 8, 157: solam *E*ponam. Auson. urb. 13: Rhodanus genitore L*e*manno... rura C*e*bennae; 5: M*e*diolani; 14: N*e*mausus; epist. 4. 7. 9: M*e*dulis, M*e*dulorum; Mosell. 354: N*e*m*e*saeque adiuta meatu

(Nemesa fluv.; cf. Venant. Fortun.: nomine Vernemetis); ibid. 365: exilem Lesuram; profess. 10: qui Beleni aedituus. Sidon. carm. 5, 212: Atrebatum terras.

Intacta eadem vocalis in vocibus hibernicis: *nem* (caelum) fq. *nemed* (gl. sacellum; cf. Venant. Fortun. 1, 9: nomine *Vernemetis* voluit vocitare vetustas, quod quasi *fanum ingens gallica lingua* refert. Porro: Vernemetum, Britann. oppid. Itin. Tasinemetum, loc. Noric. Itin., Augustonemetum, opp. Gall. Itin., *Αὐγουστονέμετον* Ptol., Nemetocenna Caes., Nemetomarus Inscr.) Sg. 13b. 18b. *atreba*, *atrebat* (habitant, possident; cf. Atrebates) fq. *breth* (iudicium; cf. Vergobretus Caes.) Wb. 12a. *ess* in compos. *iress* (fides, = *air-ess*, instantia; cf. esseda et Su-essiones i. e. bene statuti, locati) Wb. fq. *meldach*, *melltach* (acceptus, gratus; cf. Meldae Caes.) Wb. 4c. 9a. *nert* (valor; cf. Nertomarus, Esunertus, Cobnertus, Urogenonertus, Nertonius, nomina virorum gallica in inscriptionibus vetustis) fq. *delb* (effigies) Wb. *men* (gl. farina), *lenn* (gl. sagana) Sg. 51b.

Infecta *e* sequente *i* (vel *e*) in flexione aut derivatione fit I, in positione interdum EI: *nem* (caelum), gen. *nime* Wb. 2a. 21a. *breth*, *brithemnact* (iudicium) Wb. 9a. *iress*, gen. *irisse* (fidei) Wb. fq. *grientairisem* (= *do-air-issem*, gl. solstitium) Cr. 35b. *airchinnech* (princeps; *cenn* (caput) Wb. 4c. *aimser* (tempus), gen. *aimsire* fq. *ingen* (filia), gen. *ingine* Sg. 100a. *sen* (senex), comp. *siniu* Wb. 4a. 28b. *toisech* (praestans), comp. *toisigiu*, superl. *toisigem* Sg. 42a. 153b; etiamsi decidit vocalis inficiens, ut in dat. *nim* (caelo) Wb. 10d. 13a. Inc. Sg., acc. *brith* (iudicium) Wb. 9b. 13a, in *epir* (dicit) Wb. 10d. *asbir* (dicis) Sg. 66b. Wb. 12a. In positione: *geinti* (gentes) Wb. fq. *meirddrech loc* (gl. fornix) Sg. 113a. *creitme* (fidei; nom. *cretem*) Wb. 2b. *deilb* (imagini; nom. *delb*) Wb. Sg. *ceist* (quaestio, interrogatio) Wb. 13c. 19b. *cáinteist* (bonum testimonium) 23a. *dobiursa teist* (do testimonium) 27a. *dorratad teist de* (quod datum est testimonium de eo) 28b. Invenitur tamen et *e* non infectum in positione: *genti*, *mertrech*, gen. *mertrige*, *cretme*, *delbe*, *serbe* (immunditiae), *serce*, *deserce* (amoris), *ferce* (irae; cf. genet. substant. ordinis prioris ser. IV) Wb: et *ei* extra positionem scriptum: *deich* (decem) Wb. Cr. *asbeir* (dicit), *dobeir* (affert, dat) Wb. *nem* (venenum) Sg. 33a, gen. *indneime* 112a, plur. *neim*: (gl. aconita) 139b, unde adi. *nemnech* (virulentus) Wb. 7a, gen. *neimnich* (venenosi) Sg. 33b. Eodem modo U inficiens in positione ad vocalem radicis *e* ipsam accedit: *ó neurt*, *inneurt*, dativ. subst. *nert* (valor) Wb. 6a. 18b. 25a. *coindeulgg* Sg. 25b, e subst. *condelgg* (comparatio); extra positionem autem *e* in *i* transire docent, quatenus quidem huc pertinent: *dobiur* (gl. do) Sg. 163a. *isintuisiulsin* (in hoc casu; nom. *tuisel*) Sg. 204a. *ónchiunn* (e capite), *arachiunn* (coram eo; nom. *cenn*) Wb. 11a. 16b; quamquam hic quoque inveniuntur tam *colleuth* (cum dimidio) Cr. 3b quam *epur* (dico) Wb. Sg. *ó hisul* (ab infimo) Cr. 33a. Vocalibus ceteris praeter *i* (*e*) et *u* accedentibus in flexione externa regulariter *e* radicalis non tangitur: *intesa* (gl. caloris; nom. *tes*) Sg. 5a. *senán* (gl. senecio) Sg. 49b. *becán* (gl. pauxillum, gl. paululus) Sg. 14a. 48a.

Ut *a* in *e* et *o*, sic *e* mutari videtur in *a*: *atrab* (habitatio) Wb. 3d. 21a, in *u*: *ditrub* (desertum) Ml., in *o* atque in vocales productas. E subst. *delb* (effigies) est derivatum procul dubio *dolbud* (figmentum) Wb. 4c, in quo eodem loco leguntur formae *doilbthid* (figulus), et *rodndolbi* (finxit id, vas). Sic adi. et subst. *folus*, *follus* (perspicuus, clarus, claritado), quod iam extat in vetustis nominibus *Volusius*, *Volusianus*, e radice *fell* (videre; cambr. *gwelet*) ortum esse videtur, sic

fairggæ, *foirggae* (gl. Thetis, i. e. oceanus; cf. *Οὐεργιονιος ὠκεανός* ap. Ptol. 2, 1. 2; 8, 3. ed. Wilberg., magnus oceanus a meridie insulae Hiberniae) Sg. 112ᵃ. 124ᵃ, e radice *fergg*, *ferg*, cui significatio motionis, agitationis supponenda est, e qua etiam nomina *ferc*, *ferce* (ira; =*fergg*, *ferg*, cf. sub G) Wb. 22ᵇ, *fercach* (iratus) Ml. 22ᶜ. 22ᵈ. Quae mutatio in *o* vix adscribenda est *u* sequenti in *dolbud*, *follus*, cum etiam ante alias vocales inveniatur in *rodndolbi*, *foirge*. Inveniretur iam in vetusto nomine *Rhodanus*, si iungendum esset vocibus item vetustis gallicis Rhedones Caes., Eporedii (i. e. boni equorum domitores, Plin. 3, 17), reda (currus).

Mutationis correptae *e* in productam *a* exemplum est subst. *bráth* (iudicium) in Wb. saepius extans iuxta formam *breth*, quod in hodierno cambr. *brawd* (= brât) servatum, iam in vetusto nomine gallico Bratuspantium apud Caes. extare videtur. Nec negari poterit mutatio correptae *e* in productam *e*, cum in vetustis nostris codicibus non solum legamus formam num. *deich* (*δέκα*), sed etiam scriptiones *déc*, *déec*, *deac* (= dêc; de usu utriusque formae infra in capite de numeralibus).* Mutationis denique in *o* productam exemplum est subst. *srón* (nasus) Sg. 95ᵇ. 97ᵃ, si combinandum est cum verb. *srenim* (gl. sterto) Sg. 185ᵃ.

Si e praedictis combinamus formulas *delb dolb*, *treb trab trob trub*, *breth bráth*, *rod réd*, *sren srôn*, habemus haec fragmenta et vestigia eius mutationis vocalium radicalium, quae in germanicis dialectis est communis et regularis, ut in radicibus goticis *grab grób*, *gib gab gêb*.

I correpta in vetustis nominibus gallicis. Lucan. 1, 399: hi vada liquerunt *I*sarae; 1, 423: et B*i*turix longisque leves etc.; 1, 451: sacrorum Dru*i*dae. Sil. Italic. 4, 206: iaculo accurrente L*i*gaunus irruit. Auson. epist. 24: Alpinae tecta V*i*ennae; urb. 8: opulenta V*i*enna; Mosell. 461: non tibi se L*i*ger anteferet. Sidon. carm. 5, 209: L*i*gerimque bipenni excisum per frusta bibet; carm. 7, 324: quem vel N*i*cer abluit unda. Horat. sat. 1, 6, 104: ducenda petorr*i*ta; ep. 2, 1, 192: pilenta, petorr*i*ta, naves. Virg*i*lius (vel Verg*i*lius) Tibull. 4, 15. Martial. 14, 195. Sidon. carm. 13.**

---

* Ne tamen credas vocem gallicam *rêda* (currus; cf. *ê* productam) ita iungendam esse cum hib. vet. *rethit* (currunt), cuius consonam originariam *t*, non *d* prodit hodiern. cambr. *rhedu* (currere), non *rheddu*, quocum concordant tam arem. *ret* (cursus) Buhez 138, 8, quam corn. *resas* (cucurrit) Pass. 219, 2. Quamquam notandum est britannicam linguam interdum differre ab hibernica gradu consonarum (de qua re infra). Inter nomina gallica Vindobon. codicis rec. 89 (Endlicher catalog. codd. philol. p. 199) de nomine fluvii Rhodani leguntur haecce "roth violentum, dan et in gallico et in hebreo iudicem. ideo rhodanus iudex violentus." Nominis Rhodani syllaba -an procul dubio derivans est, de iudice certe nihil hic quaerendum; significatio tamen *violentus* (currens, rapidus) non impugnanda, cum etiam alia non male proferantur in his vetustis notatis. Ut *violentus*, *rapidus* Rhodanus (de eius rapacitate loci poëtici sub O correpta), sic *placidus* dici potuit Arar ("fluit incredibili lenitate, ita ut oculis in utram partem fluat iudicari non possit" Caes. B. G. 1, 12); ex eadem radice, ex qua alia syllaba derivatum est et nomen fluvii *Arabo* et nomen viri gallicum *Arabus* in inscript. (hodiern. cambr. *araf*, mitis, placidus).

** Nomen vix dubiae originis gallicae. Cf. Verg*i*liae (stellae) Propert. 1, 8, 10. Plin. fq. *Οὐεργιλία* (oppid. Hispan.) Ptolem. 2, 5. Radix vetust. cambr. *guerg* (efficax) gl. Ox. extat etiam in vetusto nomine Vergobretus apud Caes. Etiam lingua hibernica originariam *e* sibi vindicat in vocibus supradictis *Οὐεργιονιος ὠκεανός* Ptol., *ferg*, *foirge*. Quodsi eiusdem radicis est vet. cambr. *guirgiriam* (gl. hinnio) in isdem glossis Oxon., habes hic accommodatam *e* radicis ad *i* sequentis derivationis, ut in scriptione *Virgilius*.

Non tacta *i* hibernica in monosyllabis: *bithbéo*, *bidbeo* (semper vivens, immortalis) Wb. 3ᵃ. *bithgairddi* (gl. perpetuo breves), *bithfotai* (gl. semper longae) Sg. 5ᵃ. 5ᵇ. *bith* (mundus) Wb. fq. (ita ut significet nomen vetustum *Bituriges* aut semper aut mundi vel late dominantes, i. e. potentes). *rith* (cursus, curriculum; cf. gall. petorritum): *dindirect.i.rith folo* (gl. disintiria; i. e. cursus, fluxus sanguinis) L. Ardm. 189. b. 2; *innarrith* (gl. in nostro curriculo) Sg. 108ᵇ. *fid* (arbor; cf. Viducasses Plin.) Sg. 53ᵃ. *lingid* (salit; cf. Lingones) Cr. 31ᵃ. Item ante *i* vel *e*: *inis* (insula) Sg. 194ᵃ, gen. *inse*; *fiche* (viginti) Cr. Sg.

Ut alteratur *a* sequente *i*, ita vice versa *i* deficiens ante *a* sive *o* (*u*) proxime sequentis syllabae fit *e*: *bith* (mundus), gen. *betho*, *betha* Wb. 10ᵇ. 14ᵇ. 15ᵈ. *ith* (frumentum), gen. *etho*, *etha* Sg. 46ᵇ. 51ᵇ. 53ᵃ. *fid* (arbor), *fedo* Sg. 33ᵇ. 35ᵇ. 53ᵃ. *rind* (constellatio), gen. *renda* Sg. 73ᵃ. Est ita Italia hibernice *etal* (*fri etáil*, ab Italia) Wb. 6ᵈ, et Italidae *etaldai* Sg. 34ᵃ, et adi. *lethan* (latus) Wb. 16ᵃ concordat cum *Litana*, nomine silvae in Italia gallica apud Livium (23, 24. 34, 22. 42); eodemque modo adi. aegyptius fit hibernice *ægeptacde* Wb. 30ᶜ, et philosophus *felsub* Wb. 26ᵈ, philosophia *fellsube* Wb. 30ᵇ.

Eadem de causa *-a* vel -o terminalis, si antecedit *i* inficiens, non *-ia*, *-io* scribitur, sed EA, EO (p. 8). Extat haec *e* pro *i* posita etiam in monosyllabis ut *fer* (vir) fq., in quibus cum per flexionem *i* redeat ut in gen. sg., nom. pl. *fir* et acc. pl. *firu*, *a* (*o*) derivans mutata vocali antecedente ipsum perisse putandum est; quare nominibus gallicis in *-ios* desinentibus respondent hibernica in *-e*. Eadem ante *i* (procul dubio ex *a* progressam infectione) conspicitur in *rethit* (currunt; cf. supra *rith*) Wb. 11ᵃ. Interdum tamen *i* intactum relinquitur: *ginán* (gl. osculum) Sg. 46ᵃ iuxta *ferán* (gl. masculus) ibid.

De contraria *i* vocalis mutatione, quae fit *a* antecedente ut in *athair*, *bráthair*, *cethardai*, *robartai*, supra (p. 9) monuimus.

Infectio huius vocalis profecta ab *u* sequente (vel omissa) in flexione aut derivatione, si notatur, sicut *e* infectum scribitur IU: *fiur* (viro) Wb. Sg. Ml., *biuth* (mundo) Wb. *hogiun* (ex ore) Wb. 5ᵈ. *arilliud* (meritum) Wb. 2ᵇ. 21ᶜ. *dindriuth* (de cursu) Wb. 20ᵇ. *fius* (scientia) Wb. 10ᵇ. 25ᶜ. 30ᵃ. Sg. 209. *anfius* (inscitia) Wb. 25ᶜ. *intliucht*, *intsliucht* (sensus, intellectus) Wb. Sg. *fliuch* (in derivatis *fliuchidi*, *fliuchaide* [humidi, humidorum], *fliuchaigim* [gl. lippio] et composito *fliuchdercc* [gl. lippus] = *vliquos*, cambr. *gwlyp*, madidus) Cr. Sg. *arriuth* (gl. adorior) Pr. Cr. 57ᵃ; quare haud raro oritur dubitatio, utrum *e* an *i* habenda sit originaria. Saepe vero infectio haec omnino non notatur ut in acc. plur. *firu* (viros) Sg. 28ᵃ. 68ᵇ. *isna bidthu* (gl. in saecula; i. e. *bithu*) Wb. 4ᶜ; in aliis *i* extruso in eius locum *u* successit: *incairigud* (reprehensio) Ml. 34ᵃ. *tomus* (gl. mensura; redit *i* in gen. *intoimseo* [gl. ponderis] Ml. 35ᶜ.) Ml. 26ᵇ.

O gallica correpta apud poëtas latinos veteres. Vergil. Aen. 8, 727: extremique hominum Morini. Catull. 36: annales Volusi. Iuvenal. 15, 1: Volusi Bithynice. Lucan. 1, 433: qua Rhodanus raptum velocibus undis in mare fert Ararim. Sil. Italic. 3, 464: expavit moles Rhodanus etc. (et in aliis locis). Auson. urb. 8: praecipitis Rhodani sic intercisa fluentis; ibid. 13: qua rapitur praeceps Rhodanus (item Claudianus). Sil. Ital. 3, 467: iam rura Vocuntia carpit (fluvius).

Auson. profess. 10: gentis Aremoricae; urb. 13: insinuant qua se Sequanis Allobroges oris; epist. 5: scirpea Domnotoni tanta est habitatio vati? urb. 14: Divona Celtarum lingua; Mosell. 461: non Axona praeceps, Matrona non, Gallos Belgasque intersita fines, Santonico refluus non ipse Carantonus aestu; ibidemque in pluribus locis Mosella. Sidon. carm. 5, 208: Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona. Martial. 12, 24: o iucunda, covinne, solitudo. Lucan. 1, 426: docilis rector rostrati Belga covinni. Sil. Ital. 17, 422: agmina falcifero circumvenit arta covinno.

O hibernica integra in particulis *con-*, *com-*, *co-* in compositis ut *condelc* (comparatio) Wb. 17^b^. *comaccobor* (concupiscentia) Wb. 3^a^. *cotecht* (coitus, aditus) Wb. 9^d^, atque in nominibus plurimum, cum secuntur in proxima syllaba *a*, *o* sive *u*: *mora* (gen., maris; cf. Morini, Aremorici) Sg. 94^a^. *molad* (laus) Wb. fq. *nótbocctha* (quod te iactares) Wb. 5^b^. *accobor* (voluntas) Wb. fq. *folus*, *follus* (apertus; cf. Volusius, Volusianus) Wb. fq. *lobur* (infirmus) Wb. Servatur eadem in monosyllabis, nec non interdum sequente *i*, sed quae aliunde profecta esse videtur: *tol* (voluntas) Wb. fq. *trom* (gravis) Wb. 14^a^. *colinn* (gen. *colno*, caro) Wb. 2^b^. In positione quoque *o*, ut *e*, saepius manet intacta: *torbe* (utilitas) Wb. 1^a^. 2^c^. *lobre* (infirmitas) Wb. 18^a^. *forbe* (perfectio) Wb. 3^d^. *duforbaithe* (gl. veneretur, usque ad superiora) Ml. 31^a^. *forbuide* (gl. intentivum) Sg. 221^b^. Sed hoc idem adiectivum in Wb. frequentissimum est *foirbthe*, cui conferas mox sequentia exempla *doilbthid*, *foirggae*.

Vocalis *o* infectae scriptiones in codicibus vetustis hibernicis sunt OI et UI, quae eandem habent causam, quam habet *ai* ex *a* infecta; ut *goithimm* (gl. futuo; cf. cambr. hodiern. *godineb*, fornicatio, et *godineta*, puella meretrix, in lingua provinciali) Sg. 190^b^. *foilsigud* (manifestatio, e *folus*) Wb. 3^c^. *dinaib doirsib* (gl. de portis; nom. sg. *dorus*) Ml. 27^b^. *doilbthid* (figulus; cf. *dolbud*, figmentum) Wb. 4^c^. *foirggae* (gl. Thetis; i. e. *foirgge*, *foirge*) Sg. 124^a^; sed, quatenus huc pertinent, *uile* (omnis; cf. armor. *ol*, cambr. *oll*) fq. *buinne* (gl. tibia) Wb. 12^c^. *tuile* (gen. subst. *tol*, voluntas) Wb. 30^c^. *colluindi* (cum amaritudine, nom. *luinde*; cf. *londas*, gl. indignatio, Ml.) Wb. 29^b^. *sluindid* (significat; subst. *slond*, significatio, Sg.) Sg. 9^b^. Infectionis interdum etiam in monosyllaba invadentis (ut *ai* in *flaith* = flathis, *imm* = ambi) exemplum inprimis nominandum est subst. *muir* (mare) Sg. 8^a^, quam formam infectam prodisse e vetustiore *mori* demonstrant nomina gallica vetusta cum ea voce composita Moritasgus (Gallus Seno) Caes., deus Moritasgus Inscript. Orell. 2028, Moridunum (Britanniae oppidum) Itin. Anton., *Μοριχάμβη εἴςχυσις* (Britanniae aestuarium) Ptol., Morimarusa (= mortuum mare) Plin. Infectioni etiam voces latinas patuisse docet memorabilis scriptio *ioiuis* (Iovis) Sg. 8^a^, quacum comparandum est *tar ioib* (gl. per Iovem) Sg. 217^b^.

Sequente *u*, sive servatum est sive periit, plerumque non mutatur *o*, ut in dat. *corp* (corpori), acc. pl. *corpu* Wb. fq.; sunt tamen exempla *o* in *u* transgressi: *onach mud* (nullo modo) Sg. 25^b^. *iccach lucc* (gl. in omni loco) Wb. 7^d^, pluraque in compositione particulae *con*, interdum latente causa ut in *felsub*, *fellsube* (philosophus, philosophia), *orcun* (occisio), *domun* (mundus) Wb.

Ut *ai* ex *i*, *ea*, *eo* ex *a*, *o*, sic *iu* ex *o* prodire potuisse assimilatam ad vocalem antecedentem uno exemplo probatur Ml. 30^b^: *isé gnithi sium fadesin* (gl. sub ipsius agit patrocinio; *som*, ipse, alibi *sem* post *i* vocalem).

U correpta gallica vel britannica. Lucan. 1, 402: solvuntur flavi longa statione *Ru*teni (concordat Sidonius carm. 24, 33 *Ru*tenis); id. 1, 451: sacrorum Dr*u*idae (concordat Auson. professor. 10, 22: stirpe satus Dr*u*idum). Sil. Italic. 3, 468: satisque Dr*u*entia laetum ductoris vastavit iter. Auson. Mosell. 479: te Dr*u*na, te sparsis incerta Dr*u*entia ripis; ibid. 423: hostibus exactis Nicrum super et L*u*podunum; et 464: gelido D*u*rani de monte volutus amnis; id. parent. 7: tellus quem R*u*t*u*pina tegit, et 18: praeside laetatus quo R*u*t*u*pinus ager (Rutupiae portus Britann. Ptol. Ammian. Itin.) Sidon. carm. 22, 103: curvata D*u*rani muscose saburra (Duranius fl., hodie Dordogne); id. carm. 5, 211: defendit T*u*rones.

Intacta *u** in vocibus hibernicis minus quam aliae vocales correptae servatur, ut in particulis *su-* (bene), *du-* (male) in compositis: *sualchi* (virtutes), *dualchi* (vitia) Wb. fq. *suacaltmiche* (suavitas; i. e. bona affabilitas, *acaldam*) Wb. 15^{d}. *sulbir* (eloquens, e *labar*; eadem particula in vetustis nominibus gallicis: Suessiones Caes. Sucarus, Sucaria Inscript. Grut. 742, 3. Suasa Inscr. Grut. 369, 5) Wb. 17^{b}. 27^{a};** nec non in nominibus quibusdam monosyllabis et derivatis: *mug* (servus, puer), *sóirmug* (gl. libertus) Wb. 6^{b}. 10^{c}. *dub* (atramentum; adi. hibern. gael. *dubh*, cambr. arem. *du*, niger, unde nomen fluvii Dubis) Wb. 15^{a}. Ml. 13^{d}. *druid* (Druidae) Wb. 26^{a}. *bunad*, gen. *bunid*, dat. *bunad* (origo) Wb. 5^{b}. Sg. 33^{b}. *muntar*, gen. *muntaire* (familia) Wb. 21^{c}. 21^{b}.

In aliis *u* in intermediam suam *o* recedit eodem modo, quo *i* in *e* in *bith*, *betho*, *etal*, *felsub*, si sequitur *a* (vel *o*): *montar* (familia; supra *muntar*) Wb. 7^{c}. *fuil*, gen. *folo* (sanguinis) L. Ardm. 189. b. 2. *mug*, gen. *moga* (servi) Wb. 17^{a}; quin etiam ubi *a* mutata est aut periit: *mogæ*, *mogi* (servi, plur.) Wb. 3^{b}. 7^{d}. *moge* (servorum) 29^{b}. Quare non solum *crochad*, *crochtho* (crucifixio, -ionis), *rochrochsat* (crucifixerunt), *crochthe* (crucifixus) Wb., sed etiam nominativi *croch* (crux) Wb. 24^{c}. *bolc* (gl. uter; Festus ed. Dac. 1, p. 56: *bulgas* Galli sacculos scorteos appellant) Ml. *cilornn* (gl. urceus; cf. Cilurnum, Brit. oppid., Notit. dign.) Sg. 49^{a}. *cor* (positio; *immechuretar* Wb. 5^{a}.) Wb. 8^{d}. *dron* (firmus, rectus; cf. Druna Auson.) Wb. 5^{b}. 17^{b}. Unde licet voces *domun* (mundus) Wb. Cr., *domunde* (mundanus) Wb. fq. conferre cum nominibus vetustis gallicis Dumnacus, Dumnorix, Dumnorigis (quod nomen non differat significatione a nomine Biturix, Bituriges) apud Caes.

Sed etiam sine dicta causa *u* correptam transire in *o* comprobant scriptiones frequentes particularum *so-*, *do-* pro *su-*, *du-*, dativi et accusativi ut *láo*, *lao* (diei) Wb. 4^{b}. 6^{b}. *deo* (deos) Sg. 217^{b}. *gnímo* (facta) Wb. 29^{d}, comparativi ut *lobro* (debilior) Wb. 17^{b}.

Hunc correptarum *i* et *u* in *e* et *o* regressum si distinguemus a iusta infectione, quam efficit *i* aut *u* sequens, iustam infectionem *u* correptae non

---

* Interdum *v* scripta in codd., praesertim si supra scribitur, ut in Sg. *callach* (gl. porcum) 66^{b}. *aerachair* (gl. crus = *erochuir* 46^{a}) 68^{b}. *coirt l. borcc* (gl. cirta), *borggdae cuirtuide* (gl. cirtensis) 57^{a}. legenda sunt *cullach*, *aerachuir*, *cuirt*, contra *aethir punct ocdibeirt* (gl. detrahiturque dehinc) Cr. 33^{a} leg. *ocdiubeirt*.

** Quaeritur an eadem particula inseparabilis *su-*, sat communis usus in lingua sanscrita, sit vindicanda vetustissimae linguae germanicae e nomine Sugambri Tacit. Strab., quod aliis est Sigambri, ut hibern. *su-*, *so-* est cambr. vet. *hi-*, *he-* (h = s). Nominis interpretatio e contracto Sigugambri certo omnibus vetustae linguae gnaris (et mihi ignare melioris) nimis audax videbatur.

mirabimur saepe non magis notari quam correptae *i*, ac scribi tam in Wb. 8ᵃ: *inna cruche* (crucis) et Cam.: *airde cruche*, *ticsál archruche* (signum crucis, sumptio crucis nostrae), *cenel cruche*, *foditu chruche* (genus, toleratio cr.) e *croch* (= *cruch*) quam in Sg. 61ᵇ: *ainm̄ lubae* (gl. gummi; i. e. nomen fruticis), cui supponendus nom. *lub*, vel *muntire* (familiae) Wb. 21ᵇ, dat. *muntir* 24ᵇ. 24ᵈ. In aliis tamen scripta est infectio UI: *cruind* (rotundus; cambr. *crwn* = *crun*, fem. *cron*) Sg. 49ᵇ. Ml. 18ᵇ. *cuisp* (gl. tricuspis) Pr. Cr. 39ᵇ. *muinter* (familia) Wb. 7ᵇ. 14ᶜ. 25ᵃ. 26ᵈ, gen. *muintire* 9ᵃ. 28ᵈ, dat. *muintir* 11ᶜ. *ré niuil* (luna Iulii) Cr. 32ᵇ. *duine* (homo; cambr. *dyn* e dun?) fq. hibern. gael. hodiern. *duille* (folium; vetust. gall. *dula* in πεμπέδουλα Diosc., quinquefolium; nisi forte in his rectius supponitur *done*, *dola* = folium). Ob confusionem vero cum *o* (cuius britannica quoque exempla vetusta infra proferentur) interdum huius infectio OI intrusa videtur, siquidem conferendum est subst. *loth* (gl. coenum, gl. Lerna; = lat. lutum) Sg. 34ᵃ, gen. *loithe* (paludis, gl. Mefitis, cui superscribitur: *no. loithe infer.* i. e. nomen paludis inferorum) Sg. 127ᵃ, cum nominibus gallicis Lutetia Caes., Luteva Plin., atque *roithnech* (gl. serenus) Ml. 33ᵃ, *irroithinchi* (gl. in hilaritate) Wb. 5ᵈ, cum nomine Ruteni (i. e. hilares). Certo huc pertinent *mointer* (familia; supra *muntar*, *montar*, *muinter*) Wb. 1ᵃ. *croich* (cruci, crucem; *cruich* Cam.) Wb. 20ᵃ. 20ᶜ. 20ᵈ. 28ᵇ. *riagoil* (regulae, regulam) Sg. 20ᵃ. 9ᵃ.

Simili ratione atque *ea*, *eo* ex *a*, *o* (p. 8) ortam cernimus IU ex U, assimilatam praecedenti (vel omissae) vocali *i* vel *e*: *inna fíraingliu* (veros angelos) Wb. 9ᵃ. *hituisliu* (in casus) Sg. 71ᵃ.

Patet ex antedictis mutatas esse vocales correptas modis variis ac diversis. Cum enim tres vocales principales A I U inficerent invicem et inficerentur, non modo duplex orta est infectionis ratio, altera regularis, qua vocalis antecedens sequenti bifariam assimilata est, ut *a* in *ai* (*e*, *i*) et *au* (*o*, *u*) transiret, *i* in *e* et *iu*, *u* in *o* et *ui*, ex intermediis *e* in *ei* (*i*) et *eu* (*iu*), *o* in *oi* (*ui*) et *u* mutaretur, altera, quae postea demum in communem regulam abiit, sequentem e contrario vocalem assimilans antecedenti, ut *ea*, *eo* (*e*) ex *a*, *o* prodiret, *iu* ex *u* (*o*), *ai* ex *i*, *au* (*o*) ex *u*; verum etiam harum vocalium infectione vel assimilatione ortarum commixtio saepe inter se facta est, qua difficilis redditur investigatio verae originis. E. c. commemoramus *ei*, *oi*, *ui* pro *ai* positas, quarum exempla supra sunt allata. Sed duces infectionum regularium, quarum prior poterit dici infectio iusta, posterior defectio, sunt I et A.

Vocales longae.

Â productae exempla vetusta gallica apud poëtas. Vergil. Georg. 2, 159: lacus tantos, te, L*a*ri maxime, teque fluctibus et fremitu adsurgens, Ben*a*ce, marino; Aen. 10, 205: quos patre Ben*a*co velatus... Mincius ducebat (cf. Claudian. epithal. Pall. et Celer. 107: volucres, .. quas L*a*rius audit, quas Ben*a*cus alit. Venant. Fortunat. 10, 10: Antonn*a*censis castelli; ergo et Dumnâcus, Divitiâcus, Avitâcum, Eburâcum, Iuliâcum, Magontiâcum). Catull. 35: L*a*riumque litus. Ovid. Horat.: D*a*nuvius. Lucan. 1, 445: placatur sanguine diro Teut*a*tes. Auson. urb. 5: et Mediol*a*ni mira omnia; epist. 5: Cond*a*tem ad portum; Mosell. 1. 367: N*a*va, Sar*a*vus. Coripp. 2, 124: R*a*venna (cf. R*a*vidus Catull. 40). Est

etiam productae *a* notatio in inscriptione Veron. in Maffei Mus. Ver. 121, 3 (Orell. 3582): Virdomárus*.. Pámae sorori.

In codicibus hibernicis vetustis productio vocalium notatur vel accentu acuto suprascripto, vel scriptione duplici vocalium, addito interdum insuper accentu, ut *á*, *é* etc., *aa*, *áa*, *aá*, *ee* etc. Rarius et dubium productionis signum *u* vel *a* additum vocali tam notatae quam non notatae: *dáu* (= *dá*, duo) Cr. 42[b], *éu* (= *é*), *éum* (= *ém*) Inc. Sg. *deac* (= *déec* Wb. an = *diac?*) Ml. Cr.

A productae hibernicae exempla e codicibus: *már* (magnus) Wb. Sg. fq. *fid arddmár* (arbor alta, i. e. magnae altitudinis, ut *cennmar*, gl. capito, Sg. 52[a]. ubi deest notatio; cf. nomina gallica virorum et feminarum composita *-marus*, *-mara*)** Sg. 53[a]. *gnáth*, *gnád* (solitus, consuetus; cf. nomina virorum gallica composita *-gnatus*)*** Wb. Sg. fq. Cr. 18[c]. Concordant igitur cum linguis affinibus *máthir*, *bráthir* (mâter, frâter) Wb. Sg. *máthrathatu* (gl. matrimonium) Sg. 53[b]. Aliae quaedam voces: *sál* (gl. calx) Sg. 68[b]. *indocbál* (gloria) Wb. 4[c]. *ticsál* (sumptio) Camarac. *cnám* (os, ossis) Wb. 4[d]. *ho lámib* (manibus) Wb. 9[a]. *lámostae* (gl. manulatus) Sg. 60[a]. *dœláme* (gl. lacertus) Sg. 68[a]. *ráma* (remi) Sg. 36[a]. *ánib* (divitiis) Wb. 27[b]. *lán* (plenus), *láne* (plenitudo) Wb. Sg. fq. *lánamnas* (coniugium) Wb. 10[a]. *slán* (sanus, salvus, gl. sospes) Wb. 4[c]. 8[d]. Sg. 66[a]. 143[a]. *bán* (albus) Camarac. *stán* (gl. stagnum, potius: stannum) Sg. 73[a]. *dán* (donum, ars, ingenium) Wb. Sg. fq. *dáne* (gl. davus; i. e. Danus) Sg. 8[b]. *dánatu* (gl. audacia) Sg. 90[a]. *imthánad* (gl. talionem) Sg. 181[a]. *áru* (gl. rien) Sg. 96[b]. *áram* (numerus) Sg. 26[b]. 41[b]. *ond lár* (gl. ab solo, patrio) Ml. 22[a]. *sár* (contemptus) Wb. 19[a]. *rósárichset* (contempserunt) 1[d]. *fás* (vanus) Wb. 11[c]. *bádud* (naufragium) Wb. 17[d]. *insádaim* (gl. iacio) Pr. Cr. 57[a]. *rurádi* (locutus est) Wb. 7[d]. *imrádaim* (gl. tracto) Pr. Cr. 62[a]. *gád* (precatio?) Wb. 31[c]. *rotgádsa* (rogavi te) 27[d]. *irbág*, *irbága* (contentiones), *arbágimse* (glorior) Wb. 7[d]. 16[d]. *bráge* (gl. cervix) Sg. 50[a]. *snáthe* (gl. filum) Sg. 54[a]. *sráthath* (gl. acus) Sg. 107[b]. *sráthatath* (gl. aculeus) Sg. 47[a]. *bráth* (iudicium) Wb. 23[c]. *inna scáth* (gl. colores et figuras; i. e. umbrarum) Sg. 108[a]. *cách* (quivis) fq. Derivatio frequentissima *-ach* nunquam in

---

* Ita recte; sed falso Propert. 4, 10. 41 -marus cum correpta *a* (cf. p. 3 not. *).

** Apud scriptores: Viridomarus Caes., Indutiomarus Caes. Cic., Aegritomarus Cic., Comboiomarus Liv., *Χιομάρα* Polyb., *Σμερτομάρα* Anth. Pal. app. 103. Civismarus regulus Gallorum Liv. 24, 42. *Ἀτεπομάρος Γάλλων βασιλεύς* Plutarch. (Reisk. 7, 242). In inscriptionibus ap. Grut.: Macena Macemari f. 702, 1. 878, 5. Auctomarus 733, 1. Iantumarus 807, 5. 880, 4. Excincomarus 911, 2; apud Murat.: Solimara (dea) 114, 1; apud Orell.: Belatumara 497, Illiomarus 1955, Segomarus 2123, Nertomarus 2394; apud Steiner.: Solimari fil. 324, Dacomarus Cod. inscript. Danub. et Rhen. 207. Dinomogetimaro (deo) Mém. des Antiq. de France 13, XVIII. Alia in inscriptionibus et nummis (cf. Glück, p. 76 sq. Beitr. III. 432 sqq.): Admarus, Adiatumarus, Agomarus, Assedomarus, Brogimarus, Brogimara, Bussumarus, Cannitogimarus, Cobrouomarus, Condomarus, Comatimara, Ectimarus, Elviomarus, Ibliomarus, Iantumara, Itmarus, Intumarus, Litumara, Leucimara, Leudomara, Lombaromarus, Magimarus, Mogitmarus, Nemetomarus, Nuomarus, Redsomarus, Ressimarus, Solumarus, Spumarus, Trogimarus, Trogimara, Viromarus. Adde derivata: Ecimarius, Nertomarius, Atismaria, Ibliomaria, Solimariaca, quare dubitari vix potest, quin apud Orell. 2015 (Solimabius) legendum sit Solimarius. Nomina virorum hibernica eodem modo composita: *Ionnatmar*, *Iondadmar*, *Iondatmar* (= Indutiomarus) Annal. IV. magistr. ap. O'Conn. 3, 60. 61. *Airgetmar* (= Argentomarus) ibid. p. 45. *Teachtmar*, *Reachtmar* Tigern. ap. O'Conn. 2, 31.

*** Apud scriptores: Critognatus, Boduognatus Caes., Eposognatus Liv., *Καρσίγνατος* Polyb. (24, 4), Cassignatus Liv., *Κατούγνατος* Cass. Dio. In inscriptionibus ap. Grut.: Ategnata 758, 11. 763, 6; ap. Murat.: Senognatus 1282, 5. Arignotus (-gnatus?) 1459, 5; ap. Orell.: Međđignatius 4983. Cf. ap. Steiner.: Gnatus Vindonius Messor 200, et Lucius Gnatius Mascellio 303. Adde: Cintucnatus, Cintugnata, Cintugnatius, Bussugnata, Busugnatius, Camulognata, Devognata, Tugnatius (?) Beitr. III. 436 sq.

codicibus nostris *-ách* notata est; *á* ergo, cuius vetusta longitudo etiamnunc servatur in cambr. *-auc*, *-awc*, arem. *-ôc*, in hibernica lingua ob nimium fortasse eius derivationis usum in *a* correptam abisse putanda est, ut *e*, alias producta excussa sequente *n* in substantivis, nusquam *é* notatur in terminationibus frequentibus verborum *-et*, *-etar* (ex *-ent*, *entar*). In quibusdam *á* contractione vel productione suppletoria orta est; ut in *dál* (= *dathl*, cambr. vet. *datl*, gl. forum, *dadlt.*, gl. curia, in glossis Oxon.) in compositis et derivatis *dálšuide* (gl. forum), *dálde* (gl. forensis), *dálem* (gl. caupo) Sg. 57ᵃ. 63ᵃ. vix non in *mám* (iugum, servitus = *magm*, cf. *mug*, servus, Wb. Sg. et *hondoirmaigthetaid* [gl. squalore, i. e. vili servitute] Ml. 28ᵇ.) Wb. 8ᵉ. 21ᵇ. et *ár* (gl. strages; cambr. *aer*, acies; cf. Veragri Caes. compos. ut vertragus) Sg. 50ᵇ.

Vocalis duplicata in Wb.: *laa*, *láa* (dies) 5ᵇ. 6ᵇ. *indocbáal* (gloria) 4ᵇ. *láam*, *laám* (manus) 9ᵃ. 12ᵃ. 26ᵇ. *maam*, *máam* (servitus) 3ᵇ. 9ᵃ. *slaán* (salvus) 12ᵇ. *claar* (tabula) 15ᵃ. *faás*, *fáas* (vanus) 13ᵇ. 25ᵃ. *scáath* (umbra) 12ᶜ. In Cam.: *baan* (albus).

Patere hanc vocalem infectioni, ut patent aliae productae, plura demonstrant exempla: *hi fáithib* (in prophetis; nom. *infáith* Wb. 13ᵈ, *fáithi* (prophetae) 21ᶜ, *rèchto et faithæ*, legis et prophetarum, 21ᵇ; cf. vâtes) Wb. 13ᵃ. *nam braithre* (fratrum), *uambraithrib* (a fratribus suis; *bráthir*) Wb. 10ᶜ. 33ᵈ. *áirme* (gen., numeri; *áram*) Sg. 71ᵇ. *báigmi* (gl. gloriamur) Wb. 2ᵈ. *gnaithiu* (magis usitatus; *gnáth*) Sg. 200ᵇ. Sunt tamen etiam sine infectione *láme*, *lámae* (gen., manus) Sg. 68ᵃ. 68ᵇ. *brathre* (fratrum) Wb. 7ᵈ. *gnathiu* (usitatior) Sg. 179ᵃ.

Memoranda est vocalis huius in adiectivo regulariter scripto *már* mutatio non infrequens in *o* productam: *ismór athorbe de dúnni* (est magna eius utilitas nobis) Wb. 1ᵃ. *rocées side móor nimnith* (passus hic, Christus, magnam tribulationem) Wb. 6ᶜ. *is mór indethiden file domsa diibsi* (magna est sollicitudo quam habeo de vobis) Wb. 26ᵃ. *isfollus nach mór brig artic. linni* (gl. integros in nostra non invenimus lingua articulos; i. e. manifestum est non esse magnum valorem articuli apud nos, Latinos) Sg. 26ᵇ. Sic *á* in *ó* mutatum, quod infectione in *ói* transgreditur, in peregrinis *riaglori* (regulares) Cr. *humaldóit* (humilitas), *caindlóir* (= candelarius), *altóir* (altare) Wb. *oróit* (oratio) in inscriptionibus hibernicis vetustis.

Ê producta gallica (cf. *ei* et *î*). Vergil. ecl. 10, 47: nives et frigora Rhêni (et sic deinceps Rhênus apud omnes poëtas). Lucan. 1, 445: horrensque feris altaribus H*e*sus; id. 1, 424: optimus excusso Leucus Remusque lacerto; 1, 441: tu quoque laetatus converti proelia, Tr*e*vir. Auson. urb. 4: Trevericaeque urbis solium. Sidon. carm. 24, 32: ibis Tr*e*vidon. Auson. epist. 7: habet iunctos Vasatica r*e*da caballos. Venant. Fortunat. 3, 20: curriculi genus est, memorat quod Gallia, r*e*da (cf. Hor. sat. 2, 6, 42. Martial. 10, 13, 1). Inscriptio metrica Mediolanensis apud Gruter. 1161, 6: visere C*e*nomanos. Addo Verona Catull. Claudian., ut V*e*rannius, V*e*ranniolus (amici Catulli nomen) Catull. 9. 28. 47.

Vocalis *e* producta in lingua vetusta hibernica solet resolvi in IA, ÍA (rarior scriptio assimilata IE, EA, siquidem his significatur idem sonus) tam in monosyllabis quam in derivatis: *cen rian* (gl. cis Rhenum) Sg. 217ᵇ. *cian*, *cían*

(gl. ultra, gl. remotus; cf. Cenomani) Wb. 3c. Sg. 39a. Pr. Cr. 59a. *dian*, *dían* (gl. creber, gl. celer, gl. praepes, gl. pernix) Sg. 20a. 64b. 66a. 69a. *grien*, *grian* (sol, gl. lucifer) Cr. 33a. Sg. 61a, *grientairisem* (gl. solstitium) Cr. 35b. *ríar* (voluntas) Wb. 9d. *dias*, *diass* (spica) Wb. 13c. *fial* (vêlum, velamen) Wb. 15a. 15b. *ciall* (intellectus) Wb. Sg. fq. *sliab* (mons) Sg. 63a. *cliab* (corbis) Sg. 49b. 53a. 67a. *miad* (honor) Wb. 13b, *miathamli* (dignitate) 23c. *dériad* (gl. bigae; *riad* = rêda) Sg. 54a. *fiad* (coram) Wb. fq. *inna criad* (luti, gen.) Wb. 4c. *riag* (gl. patibulum) Sg. 53a. *lia*, *lie* (lapis) Sg. 67b. Wb. 4d. 21c, gen. dat. *liacc*, *liac* Wb. 4d. Sg. 22a. 65a. *deac* (num. X forma, alias *déec*, *déc*, cf. num.; sic *dea* Sg. Cam. = *dia*) Cr. Ml. *sciath* (gl. scutum) Sg. 49b. *fíach*, *fiach* (debitum) Wb. 2b. *líach*, *liach* (miser) Wb. 4a. 4d. *niae* (*mac sethar*, i. e. sororis filius) Corm. *cliath* (crates; med. lat. *cletæ* ap. Cangium, *cletella* Greg. Tur. 7, 37) in vetusto nomine urbis Dublinii *Athcliath* (vadum cratum) in chron. hib. Item in peregrinis: *síans* (sênsus) Wb. 11a. 12d. *insciam* (gl. schema) Ml. 29a. *pían* (poena) Wb. 10a.

Eodem modo cum flexionibus vel derivationibus: *arnaib pianaib* (poenis) Ml. 18c. *issíansib* (in sensibus) Wb. 27a. *focialtar* (subintellegitur) Wb. 29a. *adfiadar* (profertur) Sg. 74b. *fiadnisse* (testimonium) Wb. 1d. 2a. 3a. *diamuin* (purus) Wb. 6b. *sliassit* (gl. poples) Sg. 66b. *o thosuch bliadne* (ab initio anni) Cr. 32c. *hi cach bliadin* (quovis anno), *isinbliadinsin* (hoc anno), *teora bliadni* (tres anni) Cr. 32a. 32b. *blíadnide* (gl. annotinus) Cr. 43c. *riagul*, *riagol* (rêgula) Wb. Sg. Cr. *fiacail* (dens) Inc. Sg. *fíaclaich* (gl. dentatam) Sg. 49a. *briathar* (verbum) Wb. Sg. fq. *friambriathra* (contra verba eorum) Wb. 31b. *criathar* (gl. cerebrum; potius: cribrum) Sg. 48b. *it fíachaich* (gl. debent) Wb. 7a.

In aliis tamen accedentibus aut derivationibus aut flexionibus *ia* recedit in *ê* originariam, ita ut haec possit videri infectione orta ex *ia*: *déne* (gl. celeritas; e *dían*) Cr. 18b. *dénum* (facere; ex eodem *dian*?) Wb. Sg. fq. *búas péne* (mors poenae; *pian*) Wb. 4a, *bís pen* (quod est poena, acc. pro nom.) 15a, *pen* Ml. 16c. *fechem* (debitor; *fíach*) Wb. 32a. *inna grene* (solis, gen.), *tarsingréin* (supra solem) Ml. 16c. *féle* (gl. honestas, gl. verecundia) Sg. 26a. Ml. 15a. *félmae* (gl. saepes; cf. *fial*) Sg. 50b. *isnaib slebib* (in montibus; *sliab*) Ml. 29d. *clébene* (sporta; *cliab*) Wb. 17d. *crédume* (gl. aurichalcum; compos. *créd-ume* e *criad*) Sg. 73a. *armbrethre* (verbi nostri) Wb. 17b. Item non solum derivata sed etiam monosyllaba: *rélad* (manifestatio), *rorélus* (manifestavi) Wb. 12d. 13a. *félire* (gl. codice, aperto) Cr. 32a. *bélat* (gl. compitum) Sg. 24a. *bélre* (lingua) Sg. 31b. *céle* (maritus, socius) Wb. Sg. *trémuin* (infirmus) Wb. 17b. *gésachtach* (gl. pavo) Sg. 8b. *bés*, *bésad* (mos), *césad* (passio) Wb. fq. *téte* (luxuria) Wb. 20b. *décu*, *déccu*, *décad* (videre), *lég*, *legend*, *legatar* etc. (legere) Wb. *dréct* (pars) Wb. 4d. *drécht*, *drecht* (gl. ex parte) 11d. 5c. *nóidécde* (decemnovenalis; cf. num.) Cr. *bél* (labium), *scél* (nuntius) Wb. fq. *cél* (gl. augurium) Sg. 69b. *ném* (gl. onyx) Sg. 113b. *trén* (fortis) Wb. Sg. fq. *mér* (digitus) Inc. Sg. *ét*, *æt* (zelus) Wb. fq. *rét* (res) Wb. Sg. fq. In aliis *é*, quae non resolvitur, non originaria, sed productione suppletoria sine dubio orta est, ut in *sét* (via = *sent*; cambr. vet. *hint*, got. *sinths*, via) Wb. 24d, unde *sétche* (uxor) 10a. *létenach* (gl. audax) Sg. 50b, *inna letena* (gl. ausus, plur.; *rolaumur*, *rulaimur*, audeo) Ml. 16c. *tét* (gl. fidis; cambr. *tant*, scr. *tántu*, *tánti*) Sg. 46b. *do déit* (gl. ad dentem; nom. *dét* = *dent*) Sg. 67b. *cétne* (primus; cambr. *kynt*, *kentaf*) Wb. 9d; cum infectione *méit* (magnitudo; cambr.

meint) Wb. Sg. fq. *fén* (gl. plostrum, plaustrum; cf. isl. vet. *vagn*) Sg. 21ª. *én* (avis = *ethn*, cambr. vet. *etin*, plur. *etinet* gloss. Oxon.) Sg. *cenél* (genus) = *cenethl*, cambr. vet. *cenetl*) Wb. Sg. fq. Quaeritur, an simili modo orta sint alia ut *bél* (labium), *scél* (nuntius), *trén* (fortis)?

Scriptio duplex huius vocalis non infrequens, praesertim in Wb.: *dée* (dei, gen., al. *dé*) fq., *glée, glæe* (clarus) 12ª. 12ᶜ. *scéel* (nuntius) 27ª. *béelre* (lingua) 12ᶜ. *céele* (socius) 6ᵈ. *cenéel* (genus) 5ᶜ. 28ᵇ. *dorigéensat* (fecerunt) 5ª. *rocées, rochéess* (passus est) 6ᵇ. 6ᶜ. *bées, béesad* (mos, habitus) 9ª. 11ª. *déed* (inquietus) 25ᶜ. *héet* (zelus) 5ª. *céetne* (primus) 7ᵇ. *déec* (X; cf. num.) 15ᵇ. *dreecht* (portio; supra *dréct, drécht*) 5ª. In Cr.: *na ree fil á terra usq. ad XII signa* (cf. Wb. 22ª: *arnaib réib ilib*, gl. super omnes caelos) 18ᶜ. In Cam.: *bees* (mos), *reet* (res). Rarior in aliis codicibus est scriptio *eu*, ut in Sg. *dosceúlaim* (gl. experior) 157ᵇ. in Inc. Sg. *éu, éum*.

Infectio huius vocalis productae solet notari vel É, E vel ÉI, EI (ut supra *á* et *ái*): *bréthir, brethir* (dat., verbo; nom. *briathar*) Sg. fq. *dobreithre* (adverbii; *dobriathar*) Sg. 39ª. *ceille, céille* (gen., intellectus; nom. *ciall*) Sg. 188ª. 193ª, *céle, céele, céile* (socius) Wb. 6ª. 9ᵈ. 25ª. *cocéilsine* (gl. societas) Wb. 19ª. *coséitchi* (cum uxore; nom. *sétche*) Wb. 10ᵈ. *étside* (auditorum, gen.) Wb. 11ª. *indhéitsidi* (auditores) 30ᵈ. *éitset* (audiant) 13ª. *cétbaid* (sensus, sententia) Ml. 36ª. *lase cocéitbani* (cum consentis) Wb. 1ᶜ. *ba béicthi* (plorandum erat) Wb. 1ª. *cen imdéicsin* (sine circumspectione) Wb. 22ᶜ. *léicci* (sinit), *roléiced* (concessum est), *léicid* (sinite) Wb. 3ᵈ. 5ᵇ. 6ᵇ. *o bréinciu* (gl. a carie) Cr. 34ᵇ. Item in monosyllabis: *féith* (gl. rien, gl. fibra; cf. *teora féthi* Inc. Sg.) Sg. 63ᵇ. 69ᵇ. 100ᵃ. *sléic* (gl. lodix) Sg. 69ª. *léir* (nobilis) Wb. 4ᶜ. Sg. 41ª, comp. *lériu* Sg. 41ª. *seim* (gl. macer) Sg. 37ª, *seimtana* (gl. exilem) Sg. 14ª, comp. *semiu* (gl. exilior) Sg. 14ᵇ. *léim* (saltus) Wb. 5ª. *ceil* (sensum, acc. e *cial, ciall*) Wb. 9ª. *hi ceill, huacheill, huachéill* (dat.) Sg. 61ª. 67ª. 77ª. *ipéin* (in poena) Wb. 26ª. *céin* (donec, quamdiu; a *cian*, remotus) Wb. 10ᵇ, *dichéin* (ex longinquo, dudum) 21ᵈ. *isleib* (in monte) Wb. 15ᵇ, *ho sleib do sleib* (e monte ad montem) Ml. 29ᵈ. *bréic* (mendacium; acc.) Wb. 27ᵇ. *féich* (debita) Wb. 4ª. *airmitiu féid inchinn* (honor debitus capitis), *airmitiu féid donaib preceptorib* (h. d. praeceptoribus) Wb. 7ᵈ. 15ª. *téit* (? fervidae, plur. fem.) Wb. 29ª, in quibus *c* infecta est flexione interna *i*. Interdum nulla infectionis causa: *re cach réit* (gl. inprimis; i. e. ante omnem rem) Wb. 13ª.

Paucissima sunt exempla scriptionis IEI: *lieic* (lapides, nom. pl.) Sg. 18ᵇ. *huasallieig* (gl. archiater) Cr. 35ª, cf. *liaig* (gl. medicus; rec. *léigh*, cf. got. *lêkeis*) Corm. (v. *midach*).

Propria est infectionis scriptio ÉIUI, ÉUI, ÍUI, ÉOI, praesertim ante liquidas: *indféuil* (caro) Ml. 22ᶜ. *beóil, béiuil* (labia, plur.; *bél*) Wb. 7ᵈ. 12ᵈ. *ceneóil, cenéuil* (generis; *cenél*) Wb. 1ᵇ. 5ᶜ. 17ᶜ. *ceníuil, ceniuil, cenéuil, cenéiuil* Sg. 28ᵇ. 30ᵇ. 32ᵇ. 40ª. 61ª. *no. féiuir* (gl. carex; i. e. nom. graminis, gen. a *fér*; cf. Vêrona?) Sg. 68ᵇ. *indeíúin* (avis, gen.; *én*) Sg. 93ª. *tríuin* (herois, gen.; *trén*) Sg. 96ª. *tréuin* (plur., fortes) Wb. 27ª. *adgeuín, adidgeuín* (cognovit, cogn. eam.; 1. pers. *adgénsa*, cognovi, in eodem loco) Wb. 12ᶜ. *ni etargeiuin side riam* (non novit hic ante) Sg. 197ᵇ. Praeter infectionis rationem, immo ubi *éu* expectares: *docheneiuil* (gl. communia sunt; i. e. quod ad genus) Sg. 64ᵇ. *íbarscéuilsi* (in

2*

nuntio vestro) Wb. 17ᵇ. Exempla ubi non est liquida: *indeoit* (gl. zeli; nom *ét*, *œt* Wb. fq.) Ml. 32ᵃ. *intseuit* (viae) Ml.

Altera infectio raro notatur; sed ubi notatur, scribitur ÉU, EU, ÍU, IU, EO: *béulu* (labia) Inc. Sg. *beulu* Sg. 6ᵃ. *beolu* Wb. 3ᵃ. *ceneul* (generi) Sg. 40ᵃ. *ceníul* 31ᵇ. *ceníul* 2ᵃ. 10ᵃ. *indechenéul* (abl. adverbii loco: bigenere, communiter) 203ᵃ. *inníulu* (gl. in nubibus; i. e. in nubes, a nom. *nél*, hod. *néal*) Wb. 25ᵇ.

Î in vetustis nominibus gallicis. Catull. 102: mihi redde decem sestertia, Sîlo; 33: Vîbenni pater. Sil. Italic. 4, 80: agmen Tîcini flectit ad undas (concordat Claudian. VI. Cons. Hon. 195). Auson. Mosell. 438: haec ego, Vîvisca ducens ab origine gentem, Ausonius; ibid. 11: Nîvomagum divi castra inclita Constantini, urb. 14: Dîvona Celtarum lingua fons addite divis. Sidon. carm. 24, 16: hinc te suscipiet benigna Brîvas. Addo *Lîvius*, *Plînius*, nomina gallica Italiae superioris: pellibus exiguis artatur Lîvius ingens, Martial. 14, 190. vidit nubentem Plînius androgynum, Auson. epigr. 69;* nec non *Sîdonius*, Galliae meridionalis: hoc te Sîdonius tuus precatur, Sidon. carm. 13, 25.

Cum tamen Romani ut graecum sic gallicum EI more suo in î transformaverint, haud raro dubii haeremus, num vere sit statuenda î originaria. Id quod negandum certe est de vocibus *Dîvona* (cui conferenda videntur Divodurum, Divitiacus, Divio) et *rîx*, quarum tam verior scriptio servata quam altera transformatio invenitur in nummis et inscriptionibus: *Δειουονα*, *Dêvognâta*, *Dubnoreix* et *Dubnorêx* = Dumnorîx Caes., gen. *Ατεπορειγος* (cf. Glück. p. 4. 69. 70). Alternant igitur hic vocales gallicae, ut saepius alternant vocales productae, non solum in diversis linguis, sed etiam in una eademque; ut hib. *rolín*, *línad* (implevit, implere), verbum frequentissimum, sed adi. et subst. *lán*, *láne* (plenus, plenitudo) et lat. *plênus*, ut *rí*, *ríg* respondet latino *rex*, *rêgis*, et *fír* cum derivatis *fírian*, *fírinne* (in Wb. fq.) lat. *vêrus*, *vêritas*. Quapropter mirandum non est in his linguam hibernicam nec ipsam sibi constare nec cum britannicis dialectis semper concordare. Ut subst. hibern. *dia*, gen. *déi*, *dé* (deus) redit ad formam *dêvos* (*deïvos*) cum parte formarum britannicarum, cum aliae *dîv* prodant (cf. Î britann.).

Ceterum intacta manet î in vocibus hibernicis, ut *lí* (color, splendor: *arlí*, gl. propter gloriam vultus, i. e. splendorem faciei, Mosis; cambr. subst. et adi. *liu*, color, coloratus; cf. Livius) Wb. 15ᵃ. *síl* (semen; cf. Silo ap. Catull. et Silus Novariensis ap. Sueton. de clar. rhetor. 6, Silius Tacit. Annal. 11, 35, et Silius Italicus) Wb. 4ᵃ. 13ᵃ. Sg. 63ᵇ. Cr. 18ᵃ. *míled* (mîlitum), *mílte* (mîlitia) Wb. 11ᵃ. 28ᵃ. *fín*, *fínn* (vînum) Wb. 11ᵇ. 28ᵇ. Sg. 35ᵃ. *scrín* (gl. armarium), *scrínire* (gl. arcarius; cf. germ. scrîn, schrein) Sg. 33ᵃ. Wb. 7ᶜ. *scríbend*, *roscríb*, *roscríbad* (formae verbi scrîbere) Wb. Sg. fq. *síd*, *síid* (pax; cf. Sîdonius) Wb. 24ᵇ. 27ᶜ. *ídol* (îdolum) Wb. fq. *rí*, gen. *ríg* (rex, princeps; cf. nomina virorum et populorum composita -*rîx*, gen. -*rîgis*, plur. -*rîges*,** quae vox eadem est, quae in

---

* *Livo* in inscriptione ad lacum Verbanum: Cracca Livonis fil. Orell. 4901 et *Livius* Apollinis (Beleni gallici) cognomen in inscr. Bonnensi: Apollini Livio Orell. 2021. Nomen viri item. *Plinis* ap. D. Mor. 275.

** Nomina populorum Bituriges, Caturiges Caes. Plin. Nomina virorum apud scriptores Ambiorix, Dumnorix, Lugotorix, Orgetorix, Cingetorix, Vercingetorix, Eporedorix ap. Caes.; Adiatorix ap. Cic. Liv. Strab.; Boiorix ap. Liv. (34, 46). In nummis: Cantorix Duchalais 152. 437. 438. In

germanicis secundum legem mutarum scribitur *-rîcus*, got. *-reiks*) Wb. Sg. *fích* (gl. municipium), *o fích* (gl. a pago; lat. vîcus, germ. wîh, wîk) Sg. 53^{a}. 37^{b}.

Voces aliae quaedam hibernicae vetustae signo solito notatae: *ní* (res, aliquid) Wb. Sg. fq. *bí* (gl. pix; adi. *bíde*, gl. Picenum, gl. Picens) Sg. 50^{b}. 68^{b}. *rím* radix derivatorum et compositorum *rímaire* (computator) Cr. 3^{b}, *adrími*, *adrímfiter* (adnumerat, adnumerabuntur) Wb. fq. *lín*, *línn* (pars; cf. *fin*, *finn*) Wb. Sg. fq. *lín* (gl. retis, rete) Sg. 46^{b}. *sín* (tempestas) Cr. 33^{b}. *dínu* (gl. agna) Sg. 39^{b}. 49^{a}. *díles*, *díless* (certus, proprius) Wb. 5^{b}. Sg. 27^{a}. 29^{a}. *dílmin*, *dílmain* (licitus) Wb. 4^{b}. Sg. 163^{b}. 210^{b}. *lír* (gl. colera rubea) Cr. 35^{a}. *aconmír* (gl. medicatis frugibus offam; apud St.: *mír*, mica, gl. 156, *coinmír* [gl. offa] gl. 276) Sg. 103^{b}. *dír* (conveniens, iustus) Wb. 27^{a}. Ml. 30^{c}. *sír* (longus) Wb. 3^{d}. *tír* (terra) Wb. 2^{a}. 33^{b}. Sg. 39^{b}. *cír* (gl. pecten) Sg. 63^{b}. *marcír* (gl. strigilis) Pr. Cr. 27^{b}. *hís* (gl. infra) Sg. 46^{a}. *ísil* (deiectus, demersus) Cr. 18^{b}. *sís* (hic) Wb. Sg. *lígim* (gl. linguo, linxi; cf. λείχω) Sg. 176^{a}. *bríg* (valor) Wb. 11^{a}. 19^{c}. Sg. 150^{b}.[*] *dítiu* (gl. teges), *díddith* (gl. velum, velox) Sg. 50^{b}. 60^{b}. *scíth* (molestia) Wb. 23^{d}. *críthid* (gl. emax; sed *cren*, cambr. *pren* emere) Sg. 60^{b}. *dídnad*, *díthnad* (salus, sanitas) Wb. 1^{b}. 14^{a}. *crích* (finis) Sg. 9^{b}. 217^{b}. *rícht* (status, destinatio) Sg. 197^{a}. Oritur interdum *í* ex *e* vel *i* correpta, si sequens *n* excutitur, ut *mí*, gen. *mís* (mensis) Cr. 32^{b}. 32^{a}. *místae* (gl. mensurnus, gl. menstruus) Sg. 38^{a}. 58^{b}, *cís* (gl. fiscus, gl. vectigal; = census) Sg. 37^{b}. 52^{b}. *cístae* (gl. censorius) Sg. 35^{a}. In aliis productio orta est e combinationibus *ja*, *jo*: *íc*, *ícc* (salus, sanitas; cambr. *iach*, sanus, *iechuit*, sanitas) Wb. fq. *íth* (gl. puls; cambr. *iot*; cf. J hibern.) Sg. 70^{a}. 113^{b}.

Vocalis duplicata in codice Wb.: *lii* (color, splendor) 12^{b}. *nii* (res) 8^{a}. *rii* (rex) 28^{a}. *gniim* (factum) 1^{d}. 6^{a}. *liin* (pars) 27^{c}. *diir* (proprius, conveniens) 26^{a}. 31^{b}. *tiir* (terra) 29^{d}. *aisndiis* (praedicatio) 12^{d}. *siid* (pax) 27^{a}. *briig* (valor) 6^{b}. *iicthe* (salvatus) 5^{a}. *liit* (blasphemia) 2^{a}. *diith* (gl. detrimentum) 8^{d}. *sciith* (molestia) 18^{a}. Scriptionis *íu* in aliis codicibus pro *î*, ut *áu*, *éu* pro *â*, *ê* (p. 16), non certa sunt exempla, fortasse *giugrann* (gl. anser) Sg. 64^{b}, quod scribitur ab eodem 36^{a} *gigrann*; et *diuscart*, *diuscoilt* in Inc. Sg. pro *díscart*, *díscoilt*? Sed confer in decompositione formulam DO-O transeuntem in DIU. In hodierna tamen scriptione hibernica et gaelica frequens est *io* pro *í*.

Infectionis expers est *î*: *airde síde* (signum pacis) Wb. 24^{b}. *rún ícce* (mysterium salutis) Wb. 20^{d}.

Ô longa gallica apud poëtas latinos veteres. Horat. carm. 1, 16: Noricus ensis. Vergil. georg. 3, 474: Norica siquis castella … videat. Id. eclog. 9, 28:

---

inscriptionibus, ap. Grut. 921, 2: Andebrocirigis f.; ap. Murat. 643: Ἀλβιοριξ Ἀτεπορειγος; 1225: Bellorix; apud Orell. 347: Togirix; 1974: Eporedirigis f.; 1930: Marti Caturigi (proelii regi); 2059: Apollini Toutiorigi; 4967: Vassorix; ap. Stein. 145: Magiorix; 996: Elvorix; 703: vicani Segorigenses. In nominibus virorum britannicis, tam cambricis quam aremoricis, *-ri* (= rig) non solum in eadem positione invenitur, ut *Clotri*, *Bledri*, sed etiam frequentius praecedit (cf. I et G britann); item in nomine viri hibern. *Rioghbardan*, *Rigbardan* in Annal. IV. magistr. ap. O'Conn. 3, 616, 832. Addenda nomina vetusta locorum Rigodulum Tac., Rigomagus Stein. Ammian., Ῥιγοδοῦνον (oppid. Britann.) Ptol.

[*] Idem tanquam adiectivum: mater eius (S. Endei) *Brig* nomine id est *vigorosa vel virtuosa* Boll. Mart. 3, 269. Mater *Briga* (S. Congalli) Boll. Mai. 2, 580. Mulier *Brigh* ibid. p. 582. Sic britann. *bri* (= *brig*) in adi. compos. cambr. *guobri* (gl. gravis) gl. Oxon., frequenti in nominibus virorum aremoricis *Catwobri*, *Haelwobri* etc.

nimium vicina Cremonae, Mantua. Catull. 35: Veronam veniat, novi relinquens Comi moenia; 59: Bononiensis Rufa. Martial. 14, 195: magna suo debet Verona Catullo. Auson. Mosell. 365: tenuemque Drahonum. (Addo δουκωνέ nomen herbae gallicum apud Dioscoridem 4, 172 et Δαβρώνα, nom. fluv. Hiberniae ap. Ptol.). Sil. Italic. 4, 148: Boiorum mobilis ala. Sed cf. *ou* et *ú*.

Producta *o* hibernica, analogiam sequens productae *e*, resolvitur in UA, pro quo interdum infectum UÁI etiam in monosyllabis: *húar hirogenair* (hora qua natus est) in carm. Ml. 1, *do úair*, *isindóin uáir* (ad horam, eadem hora) Wb. 16[b]. 25[b]. *buáid* (victoria) Wb. 11[a]. 27[c]. 30[d]. *buadlia*, *buaidlia* (gl. fornix; i. e. lapis triumphalis) Sg. 69[a]. 113[a]. *innam buadach* (gl. victorum; cf. Bodiocasses, Bodiontici, Teutobodiaci Plin. (Boudicca? Tac.) Bodicus, Britannor. comes, Greg. Tur. 5, 16) Ml. 21[d]. 34[a].* *dintsruth buadarthu* (gl. de turbulento rivo; nom. *buadarthe*; cf. Bodotria Tac.? = Bodortia?) Ml. 2[b]. *sluag* (gl. agmen; cf. *Catuslogi*, i. e. pugnae agmina, pugnaces, belgicus populus, uti legendum apud Plin. 4, 17 pro corruptis lectionibus *Catoslogi*, *Catuslugi*, *Castulugi*, *Castologi*) Sg. 20[a], *húathad*, *huathad*, *huathath* (singularitas; cf. Ὠτάδινοί, pop. Britanniae ap. Ptol., i. e. singulares, pauci) Wb. 4[d]. 5[a]. Quaeritur, num contractum sit adi. *tualang* (aptus, peritus) Wb. 6[d]. 12[d]. 13[c]. 13[d]. ex *dofolang*, an conferendum cum nomine populi *Tulingi* ap. Caes., *Tylangi* ap. Avien. (cf. *ou*). Addo alia exempla solutae *ua*, *uai*: *luam* (gl. celox) Sg. 69[a]. *ruamnae* (gl. lodix) Sg. 69[a]. *fúan* (gl. tunica, lacerna) Wb. 30[d]. *lasc bas nuáin do* (gl. cum ei vacuum fuerit) Wb. 14[a], *ocuain* (gl. benignas; i. e. in commodando) 31[c]. *cuanene* (gl. pugil) Sg. 50[a]. *furuar* (effecit) Wb. 2[a]. *citné foruar* (gl. oculus non vidit . . . ., quae praeparavit deus, 1 Cor. 2, 9; i. e. quae sint ea quae praeparavit) 8[b]. *foruar fáilti dunni* (effecit gaudium nobis) 14[c]. *doguilse fodruar* (gl. a maerore venerunt) Ml. 20[b]. *ishé fodrúar* (ipse effecit id, deus) Wb. 15[a]. (cf. gloss. ad Oeng. Fél. Epil. 97: *fondruair.i.fodera*, quae vox praecedit Wb. 14[a].) *friuar dislemnethu de* (efficit eo politiores, nos omnes?) Wb. 4[a]. *túare* (cibus) Wb. 6[b]. 10[a]. *húas*, *túas*, *anúas* (supra) Wb. Sg. Cr. *gúassacht* (periculum) Wb. 13[a]. *uabar* (vana gloriatio) Wb. 13[a]. *gruad* (gl. mala) Sg. 14[a]. *tuag* (arcus; *tuag nime*, arcus caeli) Sg. 107[b]. *fúad*, *fúath*, *fuath* (forma, figura) Wb. 24[a]. 32[a]. 32[c]. Sg. 3[b]. 137[b]. *tuad*, *túath* (populus) Wb. 4[d]. 5[b]. 30[b]. *ar luach* (gl. propter foenus) Sg. 41[b]. *bruach* (gl. margo) Sg. 61[a]. *lúacharnn* (gl. λαμπάς) Sg. 47[a]. *tuachil* (gl. astutus) Sg. 60[a]. (*tuaichle*, astutia, Wb.). Eodem modo *ô* in graecis vel latinis vocabulis transumptis tractari documento est vox *gluas* (explanatio, explicatio) haud infrequens in Wb.: *gluass* 8[a], *gluas indí riam* (explanatio eius quod ante) 17[b]. *gluas forsani asrubart riam* (expl. super eo quod dixit ante; cf. *beim foris forsaní asrubart riam* 9[c]) 32[d]. *gluas forafensus fui thúas* (gl. quibus autem infensus est? Hebr. 3, 17; i. e. expl. ad fensus fui

---

* Quae possunt videri addenda, Boduognatus Caes., Maroboduus (nomen sine dubio origine germanicum, sed quod videtur ad etymologiam gallicam transformatum a finitimis Gallis) Tac., Ateboduus Inscr. Grut. 758, 11, in his potius correptam *o* statuendam probat *-bodu* haud rarum in nominibus virorum compositis aremoricis et cambricis. Aremorica e chartular. Rhedonens.: *Tribodu* 1, 26. 2, 13. *Catwodu* 1, 20. *Eubodu* D. Mor. 323. Cambrica e libro Landav.: *Arthbodu*, *Arthuodu* 136. *Gurbodu*, *Guruodu*, *Gurvodu* 220. 153. 170. 171. 178. 181, in quo libro invenitur etiam derivat, *Boduc* 229. Eandem correptam *o* exhibet hodiern. cambr. *bodd* (beneplacitum, voluntas), *boddus* (gratus, acceptus). Hibern. *buad*, *buaid* (victoria) britannice est *bud* (cambr. hod. *budd*) item satis frequens in nominibus virorum, ut *Catbud*, *Budhoiarn*, *Budic*, *Wrbudic* (cf. Ó britann.).

supra, i. e. offensus fui c. 3, 10) 33ᵃ; in Sg.: *do gluaiss* (ad expl.) 31ᵇ. *do gluáiss* 63ᵇ. *do gluáis anarbos* (gl. haec buxus arbor) 61ᵇ. *do gluais far acer* (gl. haec acer arbor) 100ᵃ — quam nihil aliud esse apparet nisi graecum γλῶσσα, glossa.

In quibusdam *ua* soluta redit in *ó* accedente flexione vel derivatione: *uathad*, dat. *in óthud* (in singulari), deriv. *óthatnat* (gl. pauculus) Sg. 41ᵃ. 49ᵃ. *luacharnn*, gen. *lochairnn* (laternae) Sg. 24ᵃ.* *saibes in obar* (gl. per inanem fallaciam; supra *uabar*) Wb. 27ᵃ. Sed certus et strictus usus hic statui vix potest. Alternant enim saepius formulae: *huar* (hora), gen. *hóre*: *cuit hóre* (ratione horae) Wb. 16ᵇ, accus. *hóir*: *cid co hóir* (gl. neque ad horam) Wb. 18ᵈ; sed Cr. 25ᵃ: *teora cethramdin huare* (gl. dodrans horae). Eodem modo multum variat scriptio vocis frequentis in Wb. et Sg. tanquam coniunctionis *uare* (quia), *huare*, *uáire*, *huaire*, *óre*, *hóre*. Nec aliter iuxta *foruar* ceteraque supra allata inveniuntur: *nifóiret cumtach nirisse* (non efficiunt aedificationem ecclesiae) Wb. 27ᵈ. *arnafóirinse doguilsi* (gl. ne iterum in tristitiam venirem ad vos) 14ᵈ, siquidem eodem pertinent. E *buáid* (victoria; manus altera codicis Wb. in eodem loco scribit *boid*) prodiit gen. *buade* Wb. 24ᵃ, e *tuath* (populus) gen. *tuaithe* Wb. 5ᵃ. 16ᵈ. 28ᵇ, accus. *tuáith* (*etir tuáith*) 28ᵈ, plur. derivati *túati* (laici) 27ᶜ; at quod in Cr. scribitur *suas* (sursum), est in Wb. *soos* (gl. sursum) 20ᵃ, *i sósib* (gl. in altis) 2ᵇ, atque in Wb. ipso tam *fodúacair* (=*fo-d-úad-gair*, id indicat) 11ᵇ. inventur quam *forócrad* (=*fo-ro-ód-grad*, descriptus est) 19ᵇ. *cenfócre* (sine monitione) 3ᵃ. *ocfócru* (in monitione) 31ᵃ.

Voces, in quibus servatur *ó*, e codicibus nostris: *óa* (gl. iecur) Sg. 65ᵃ. *óa* Wb. 12ᵇ. *bóchaill* (gl. bubulcus; cf. *bugel*, gl. pastor, Vocab.) Sg. 58ᵇ. *bóu* (*ni torbe dobóu*, gl. ad nihil utile, verbis contendere) Wb. 30ᵇ. *indróm* (Roma) Sg. 174ᵃ. *srón* (gl. nasus) Sg. 95ᵇ. *srónbennach* (gl. rhinoceros) Sg. 97ᵃ. Ld. *brón* (tristitia) Wb. 5ᵈ. 14ᵈ. Sg. 42ᵃ. *medónda*, *medóndæ* (medius) Sg. 10ᵃ. *inmedóncha* (intestina) Wb. 12ᵇ. Sg. 111ᵃ. *muirmóru* (gl. siren) Sg. 96ᵇ. *córe* (pax) Wb. 2ᵈ. 5ᵃ. 7ᵇ. 13ᵃ. *stóride* (corporalis) Wb. 2ᵇ. *tóbe* (decisio) Wb. 2ᵃ. 5ᵇ. Sg. 118ᵇ. *cródatu* (durities; apud St. *cruaidh*, durus, gl. 674) Wb. 31ᵇ. *óg* (integer, perfectus) Wb. Sg. *óge* (integritas, virginitas) Wb. 10ᵃ. *lóg* (merces, cf. *luach*) Wb. fq. *tróg* (miser; cf. Trogus, Trogmi) Wb. 19ᵇ. *trócaire* (misericordia) Wb. 5ᶜ. 15ᵇ. *bóc* (gl. osculum) Sg. 46ᵃ. In quibusdam tamen *ó* ex *á* prodisse supra adnotavimus; in aliis contractione ortum est: *anm̃an dorónta de dobriath.* (= *dorogenta*, nomina facta sunt de adverbiis) Sg. 216ᵃ. *ni arindí doróntæsi anisiu* (non quia vos feceritis hoc) Wb. 16ᵃ. *cid fognim cid fochésad dorróntar* (sive active sive passive factum est) 13ᵈ. *cedurónath ní dimaith* (etsi factum est aliquid boni) 33ᵃ. *sechichruth dondrón* (= *do-n-d-rogén*, quomodocunque id fecero) 5ᵇ. *act dorronai cori frissom* (modo feceris pacem cum eo) 32ᵃ. *dorronad siid* (quod facta est pax) 26ᵈ. *cid doronad friu* (quid factum est de iis?) 15ᵃ. *frinii duronad nach aile* (ad rem quam fecisset alius quis) 8ᵃ. *am. donad* (sicut faceret) Sg. 6ᵇ. In aliis ex *au* vel *ou* contractum est, de quibus videas sub his diphthongis; maior contractio est in voce *óc* (iuvenis), de qua sub J et V spirantibus.

---

* Patet inde forma gallica *lôcarn* (concordat brit. *lugarn* in Vocab.), quae etiamnunc servata videtur in nomine *Locarno*, oppidi ad caput lacus Verbani (lago maggiore); latinam formam contra exhibet *Lucerna*, nomen civitatis helveticae ad finem lacus Lucernici.

Scriptio duplex huius vocalis in Wb.: *soos* (gl. sursum) 20^{a}. *cóor* (gl. locus, libri) 12^{d}. *imróol* (plenitudo? cf. *foróil*, *furóil*, abundantia, 10^{d}. 16^{c}. *deróil*, penuria, 18^{a}) 12^{a}. In Cam.: *ood* (ab eo). In Sg. *sóol* (gl. velum; sed 70^{a}: *seol*, gl. carbasus) 14^{a}, *lóon*, *loon* (gl. adeps) 70^{a}. 125^{a}.

Infectio huius vocalis productae est ÚAI, UÁI sive OI: *uáisliu*, *huaisliu* (altior, nobilior; *uasal*) Wb. 19^{d}. 33^{d}. *ni foruáisligemni* (gl. non superextendimus nos) Wb. 17^{b}. *dobeir pól gluáis* (addit Paulus explanationem; ut supra *do gluais*; *gluas*) Wb. 4^{d}. *úaithed* (solitarius: *nì ba úaithed*, gl, adventus cum omnibus sanctis) Wb. 25^{a}. *asatoróimed asrúaim* (ἅπαξ λεγόμενα in loco obscuro glossae marginalis; cf. *buaid* et *boid* supra) Wb. 11^{a}. *preceptóir* (praeceptor; plur. *preceptóri*) Wb. 22^{c}. *óigthidi* (gl. sartores; i. e. redintegratores, *óg*) Sg. 186^{b}. In quibusdam contractio inesse videtur: *dianderóimtis* (si id susciperent, *er-fo-em?*) Wb. 26^{a}. *indhi nád arróimsat buith in gloria xpi* (qui non susceperint esse in gl. Chr.) 26^{a}. *íroimed cách achéele per caritatem.i.domaith friss* (gl. propter quod suscipite invicem; i. e. suscipito suum quisque socium p. c. id est ad bonum ei) 6^{d}. *maniroimsid ni dílgibther duib* (ni acceperitis, non ignoscetur vobis) 33^{c}.

Û gallica producta. Auson. Mosell. 423: hostibus exactis Nicrum super et Lupod*u*num. Sidon. carm. 13, 24: reddas patriam, .. Lugd*u*num exonerans suis ruinis. Venant. Fortun. 3, 29: urbs Vered*u*na; id. 8, 6: Augustod*u*num. Horat. carm. 4, 4. 14. Ovid. fast. 1, 12: Dr*u*sus (concordat Claudianus).* Auson. Mosell. 355: S*u*ra tuas properat non degener ire sub undas.**

Integra mansit haec vocalis in lingua hibernica: *dún* (gl. castrum, gl. arx) Sg. 57^{a}. 60^{b}, deriv. *dúnattae* (gl. castrensis) Sg. 57^{a}, verb. comp. *frisdúnaim* (gl. περιβάλλω τὸν μόχλον, obsero, obserare) Pr. Cr. 57^{b}, praet. *frisrodúnsat* (gl. obstruxerunt) Ml. 22^{a}, pass. *frisduntar* (gl. obstruitur) Ml. 14^{c}. En codicibus nostris satis nota et communis vox, quae passim cernitur in vetustis nominibus oppidorum gallicorum, ut Lupodunum, Cambodunum, Augustodunum etc. Cuius genetivus inesse videtur in nomine vetusto hib. *Maeldúin* (i. e. calvus castri).*** Significatione non multum differt ab hac voce vox *dûr*, non minus frequens in compositis oppidorum nominibus gallicis vel britannicis, tam in priore quam in posteriore loco: Autissiodurum, Divodurum, Boiodurum, Vitudurum, Octodurum, Brivodurum, Batavodurum etc. Durobriva, Durocatalaunum, Durocortorum, Durocornovium, Durovernum etc. in Itinerariis et apud scriptores; lexicon enim hibernicum (O'Reilly) exhibet adi. *dúr* (quod non inveni in glossis meis), in vetustis glossis glossatum voce

---

* Cic. Brut. 28: pronepos est Drusi, qui primus cognomen hoc ab interfecto *Druso*, *Gallorum* duce, tulit. Cf. Condrusi, nomen populi belgici. Nomen vetust. hibern.: Simul filius *Druis* Annal. Ulton. ad a. 724 ap. O'Conn. 4, 79. Subst. hodiern. *drús*, *drúis* (libido).

** Sura Mosellana, hod. Sure; est etiam Sura Rhenana, Alsatica. Nomina virorum gallica in inscriptt.: Surus (Cremonensis) Orell. 2728. Surus (Tribocus) Orell. 3408. Surinus in inscr. Ratisbon. ap. Grut. 715, 4. Cf. Surontium, locus Norici, in tab. Peut. Cf. hodiern. cambr. *sir* (gaudium, bonus animus)? Fuerit inde significatio nominum Drusus, Surus haud multum diversa, i. e. libidinosus, hilaris. Cf. supra p. 21 nom. propr. Briga e subst. *brig*.

*** In notitia chronologica in Cr. 17^{a}: "*bás muirchatho m. mailedúin* (mors Moricati filii Maeldumi) *hi cluain m. cunois áimda chiaráin X anno.*" Idem nomen in chronicis hibernicis: *Catasach mc Maoileduin*, Ann. IV. mag. O'Conn. 3, 329. *Catusach mac Maelduin*, *Congal mac Maeleduin*, Ann Ult. O'C. 4, 62. 64. Praecedit quoque, ut *dur*, sic *dun* in nominibus: *Dunchad*, *Dunchadh*, Ann. Tigern. et IV mag. O'C. 2, 212. 3, 230. 258. *Dunghal* Ann. IV mag. O'C. 3, 285.

daingean (adi. fortis, securus, subst. fortificatio).* Eadem vocalis in aliis vocibus: *múlu* (mûlos, acc. plur.), *múldae* (gl. mûlionicus; cf. nomen viri britannicum in inscript. ap. Grut. 700, 6: Epomulus, i. e. equomulus) Sg. 33b. *cúl* (tergum; cf. lat. cûlus) Sg. 148b. *dúl*, pl. *dúli* (elementum), *dúlem* (creator) Wb. Sg. fq. *rún* (mysterium; cf. got. germ. rûna) Wb. fq. *múntith* (gl. eruditor) Wb. 1d. *glún* (gl. genu) Sg. 63a. 172. *cen fodrúbu* (gl. sine deflexionum moris) Ml. 22a. *cúbus* (conscientia; cf. Bituriges Cûbi?) Wb. 1d. *rumúgsat* (gl. suffoderunt, altaria tua; i. e. absconderunt? cf. Sg. 9b: *formúigthe*, *formúchthai*, gl. abscondita) Wb. 5a. *arascrúta* (ut scrutetur) Wb. 31b. *dlúth* (gl. stamen) Sg. 14b. *dlúthe* (adhaerendi, gen.) Sg. 9a. *rundlúth* (gl. densaverat) Ml. 33a. *múchni* (gl. proditores protervi; rad. *múg*, *múch*?) Wb. 30c. Haec quoque vocalis interdum contractione orta est, ut in *núe* (novus), *clú* (rumor), *túus* (initium) e novia, clov, tovus (cf. V hib.), in *dúthract*, *dúthracht* (voluntas) Wb. fq. e *dofuthracht*, in *dús* (partic.) e *dufius*, *dofius* (ad sciendum).

Interdum producta *u* alternat cum aliis vocalibus, ut cum *a* producta: *gnúis* (facies) Wb. 12b. *ó gnúis* (gl. a facie) Wb. 25d, plur. *na gnuissi* (gl. ora) Ml. 32a. *gnús*, gen. *gnúso* (mos, consuetudo) Sg. 215a. *airdegnúsigud* (gl. significatio) Sg. 77a, redeunt ad radicem *gnu*, *gen* (cf. supra compos. *adgén*, *adgeiuin*, p. 19), ex qua et frequens adi. *gnáth* (consuetus), et subst. *gnás* in Wb. 10a: *triagnáissi* (per consuetudinem eius, cum ea, uxore), et ibidem: *maith les ágnasi* (gl. consentit habitare cum illa). Maior vocalium varietas cernitur in derivatis et compositis radicis *so* vel *su* (vertere), in quibus non solum *ó* et *ú* alternant (ut in verbo ipso: *dosoi*, convertis, Cr. 33b. *dosoat*, convertunt, Sg. 209b; hib. med. *muilinn imsui each* [molendinum quod circumvertit equus] Gl. *marcmuilinn*), sed etiam *á* (*a*) invenitur: *túth* (= *do-sóuth*: *dochum tútha sóere*, gl. pro libertate: Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant, Verg.; i. e. ad assequendam libertatem) Sg. 31b; *tintuúth* (= *do-ind-s.*, interpretatio) Wb. 12b, *tintud septien* (interpretatio LXX) Ml. 2a. 3a et *tintáith* (interpretamini) Wb. 12d, *dorintai* (interpretatus es), *tintaesiu* (interpretaris) Ml. 3c, *tentathig*, *inna tintatach*, *na tintathach* (interpretes, interpretum) Ml. 2a. 2d; in Sg. *impúth* (= *imb-s.*, gl. vertex) 60a. *impúd* (gl. στροφή) 106a. *tre impuud* (gl. per anastrophen) 202b et *impúidach* (gl. versutus) 60a.**

Vocalis duplicata: *clúu* (gloria, fama) Wb. 7c. *rúun*, *ruún* (mysterium, mysteriorum) Wb. 1d. 12b. 12d. *cúul* (*iarnachúul*, *iarcúul* post tergum) Wb. 24a. 31c. *dúus* (partic.) Wb. fq. *lúud* (velocitas) in Wb. 2a: *islúud leu teistiu fuile* (gl. veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem; i. e. est velocitas secundum

---

* Adi. in Ml. 32a: *isindun daingen* (gl. in edito, positus; i. e. in castro firmo); verb. denom. in Sg. 19a: *daingnigim* (gl moenio). Subst. in inferiore latinitate: *dangion* (apud Orderic. Vital.), *danjon*, *dongonus*, *donghon*, *donjon* (castrum) ap. Cangium; etiam nunc extans in gall. *donjon*, *dongeon*, angl. *dungeon*. Concordat cum dictis etiam hodiern. cambr. *dir* (= dûr), subst. securitas, adi. certus, firmus.

** In his tamen si *o* vel *u* radicis elisam esse sumimus vel contractam cum vocali sequente, non magis differunt *tintúth* et *tintathach* quam *dilgud*, *dilgud* (remissio) Wb. et *dilgadach* (gl. indulgens) Sg. 39b. Nec vero recentiore forma *diolgadh*, *diolgadh* et similibus collatis mirum cuiquam videbitur idem vocalium discrimen intercedere inter nomina gallica Indutius in inscript. ap. Orell. 431, Indutiomarus ap. Caes. atque hibern. *Iondatmar* (ex O'Conn. supra memoratum p. 16 not. **. Non addo nomen sancti britannici *Iltutus*, *Ildutus*: schola egregii magistri Britannorum *Eltuti* nomine, Boll. Iul. 6, 575. insula usque in hodiernum diem Lanna *Hilduti* vocatur, Boll. Ian. 2, 958. In hoc enim inest subst. brit. *tut*, hibern. *tuath* (populus; = tôt).

eos effusio sanguinum). Supra *tintuúth* Wb. *impuud* Sg. *arthuus* (primum) Ml. 19ᵇ. 29ᵃ. In Cam.: *duun* (nobis).

Infectio ÚI: *oc tuiste dúile* (in creatione mundi) Wb. 5ᵃ. *ramúinset* (didicerunt; cf. *múntith*) Wb. 5ᵇ. *huandlúithi* (gl. rimâ; cf. *dlúthe*) Sg. 46ᵃ. *túithlae* (gl. gibbus) Sg. 22ᵃ. *formúigthe* (cf. supra *formúchthai*), *indformúichdetad* (gl. absconditae, extremitatis) Sg. 9ᵇ.

Patet e dictis, multis quidem affectionibus etiam vocales productas obnoxias esse, non tamen adeo, ut sunt correptae. Poterant manere intacti tres apices *á*, *í*, *ú*; intermediae *é*, *ó* ex parte tantum solutae sunt in eas, inter quas sunt mediae, *ia* et *ua*, quarum infectio *éi*, *ói*, *uái* frequentior est. Ex prioribus *í* nunquam inficitur; *á* et *ú* infectione fiunt *ái* et *úi*, non tamen semper.

Postquam hucusque singillatim dictum est de vocalibus tam brevibus quam longis, hoc loco universe addenda sunt quaedam de earundem vocalium productione et elisione in quibusdam positionibus.

Cum in positione quam dicunt, i. e. ante consonas iunctas, saepissime in aliis linguis vocales corripiantur, in hibernica lingua vetusta non modo longas retineri patet tam e signatione codicum nostrorum (quamquam multum abest, ut sit communis haec notatio) quam e solutione vocalium *e* et *o* in *ia* et *ua*, sed etiam vocales principio breves productas esse ante combinationes semivocalium, praesertim *l*, *r*, *s*, cum ceteris consonis. Exempla utrarumque sunt: *sians* (= *séns*, sensus) Wb. 11ᵃ. 12ᵈ. *issíansib* (: *ní issíansib spiritáldib móiti*, gl. frustra inflatus sensu carnis suae; i. e. non in sensibus spiritualibus gloriandum; sed 23ᵇ: *i cach sens foirbthiu*, gl. omni sensu) Wb. 27ᵃ. *uall* (= *ualb*), gen. *uáilbe* (superbia) Wb. 10ᵇ. 14ᵃ. 30ᵇ. *cuart* in adverb. *inchuartaigthith* (gl. circum) Sg. 218ᵇ, *immecuáirt* (circumcirca; cf. Cortoriacum, Durocortorum?) Inc. Sg. *críst* (Christus; etiam nunc *Críost* = Críst) Wb. 15ᵃ. *iasc* (= *ésc*, piscis) Corm. *ditróscibea* (gl. iudicabit te) Wb. 1ᵈ. *diróscì* (distinguit) Sg. 42ᵇ. Eodem modo ceterae vocales: *fáilte* (gaudium) Wb. fq. *intatárcud* (relatio), *atárcaduch* (relativus) Sg. 200ᵃ. 209ᵇ. *dodircci*, *táircet* (efficit, efficiunt) Wb. 3ᵇ. 12ᵃ. *rechttáircidib* (gl. legislatoribus) Sg. 44ᵃ. *móirb* (mortui; pro *máirb*) Wb. 11ᵈ. *nomérpimm* (confido) Wb. 6ᵃ. *intairdérgud arrudérgestar dia* (gl. propositum dei) Wb. 4ᶜ. *airdérgud* Sg. 63ᵇ. *dimdérgud* (gl. de strato meo) Ml. 21ᶜ. *esséirge* (resurrectio) Wb. fq. *indearc* (amor; = *indeserc*, cf. *deac* = *déc*, p. 18) Wb. 33ᵈ. *indírge* (gl. iniquitas) Wb. 1ᶜ. *mílchumae* (gl. cimex) Sg. 69ᵇ. *cóimdith* (dominum, acc.) Sg. 29ᵇ. *asóircc* (verberat) Wb. 11ᵃ. *dúlchinne* (remuneratio) Wb. 3ᵇ. 20ᵃ. *cúrsachad*, *cúrsagad* (reprehensio) Wb. 7ᵈ. 14ᵈ. *todúrgim*, *dodúrgim*, *totúrgim*, *dotúrget* (irrito, irritant) Sg. 24ᵃ. 54ᵃ. 60ᵃ. 68ᵃ. *úrphaisiu*, *do úrfuisin* (gl. cancer, morbus) Sg. 100ᵃ *rúsc* (gl. cortex) Sg. 68ᵃ. Idem usus ante duplicatas illas consonas: *ciall*, gen. *céille* (sensus) Wb. Sg. fq. *bóill* (membra; pro *báill*, alias *baill*) Wb. 11ᵈ. Non singularis est lingua hibernica in hac re; nam ex germanicis quoque scandinavica vocales quasdam (quamquam non omnes) origine breves producit ante combinationes eiusmodi ut *lm*, *ls*, *lf*, *lg*, *lp*, *lk*, *ng*, *nk*, *st*, *sk*. Quid quod etiam hodie lingua vulgaris Rhenensis francica (prope Spiram, Heidelbergam) pro-

ducit *a* in vocibus *gârde'* (hortus), *wârde'* (expectare) etc., ac per magnam Germaniae partem increbruit consuetudo producendi et *a* in *ârt*, *bârt* et *e* in *êrde*, *wêrden*, *pfêrd*.

Contra frequenter eliduntur vocales tam radicis quam derivationis; et illae quidem in vocibus auctis ab initio et in fine, etsi plerumque breves, — quae iam in lingua gallica vetusta excussae esse videntur, si recte conferuntur nomina Abudius Tac., unde Abudiacum* (Vindelic. opp.) Itin., et Ἔβουδα (ins. Brit.) Ptol., atque Abducien. Toceti fil. (Inscr. ap Orell. 2049) — interdum tamen etiam longae, ut *á* vel *í* periit in his: *ni fodlat chenel* (gl. non discernunt genera; sed affirmative: *fodalet chenel* Sg. 198b; sing. *fotdáli* Wb. 12a. *fodáli cenél* Sg. 107a, a *dál*, pars, cambr. *daul*) Sg. 197a. *comfuirmud* (combinatio; = *com-fo-ri-mud*) Sg. 203a. *remfuirmedcha* (gl. praepositivae; = *rem-fo-rim.*) Sg. 212a. *atruirmed* (adnumeratus est) Wb. 2c. *ataruirmiset* (adposuerunt, adnumeraverunt ea; mox *atarímtis*, adponebant ea) Sg. 188a. Vocales breves elisae, A: *ni fodmat* (non tolerant; affirmative: *donaibhi fodaimet* Wb. 2a; britann. *gwoddaf*, *guddaf*) Wb. 20a. *isimmalle fosdidmat* (gl. restituti in corpore sustinebunt, futura supplicia mali; = *fos-didamat*) Ml. 15c. *adrograd*, *ararograd* (vetitum est, quod v. e.; = *rogarad*) Wb. 2c. 3a. *forchongrimm* (praecipio; *for-con-garim*) Wb. 9d. *conrochra* (ut amet; = *conrochara*) Wb. 6d. *coscramni*, *conchoscram* (destruimus, quod destruamus; *coscar*) Wb. 2b. *coscrad* (pro *coscarad*, destructio) Wb. 2b. 26a. *ma eterroscra* (= *eterroscara*, si discesserit) Wb. 9d. *sulbair*, *sulbairigthe* (eloquens etc.; = *su-labair*, bene loquens) Wb. 8a. 12d. *tre digbáil*, *iarndigbail* (*digabál*, desumptio) Sg. 9a. *dirogbad* (= *dirogabad*, ablatum, desumptum est) Sg. 9b. *nachinrogba* (ne nos capiat; = *rogaba*) Wb. 15d. Reiecta E: *asrobrad* (dictum est; *asroberad*) Wb. 3a. *tomnathar* (cogitet; rad. *men* in *menme*, anima) Wb. 17a. *conrotgatar* (aedificaverunt; = *conrotegatar*, a *teg*, domus), *cunutgim* (gl. architector; = *conotegim*) Sg. 32b. 141a. *coitchen* (communis; = *cotechen*, *cotegen*?) Sg. fq. *gním* (actio), *fognam* (servitus) fq., sed *rogéni* (fecit), *foruigéni* (servivit) Wb. *taidchricc* (redemptio; *doradchiúir*, redemit) Wb. 2b. Elisae I, U: *imfolngi* (efficit), *ni fulngidsi* (non perficitis; = *imfolingi*, *folingidsi*) Wb. 4d. 8b. *dílgud* (remissio), *dilgidsi* (rémittitis; = *dilugud*, cf. *doluigimse*, remitto, Wb. 14d) Wb. 2c. 5c. 14d. *écmacht* (gl. nequam: *écmacht arindí nád cumaing maith do denom*; i. e. impotens, quia non potest facere bonum) Sg. 50a.

Derivantes autem vocales in principio formularum bisyllabarum vel plurium syllabarum, quae aut per flexionem verborum cooriuntur, ut *-asam*, *-isem*, *-ibid*, *-ibea*, *-ibed*, *-abam*, *-ibem*, *-imis*, *-itis*, *-athar*, *-ither*, *-atar*, *-itir*, *-ibther* (= *ibither*), *-ate*, *-ite*, *-ithe*, *ithi* etc., aut per derivationem, ut *-as*, *-us* (gen. *-assa*, *-asa*, *-ussa*), *-ise*, *-isiu*, *-ad*, *-ud* (gen. *-atho*, *-utho*), *-ithe*, *-ide*, *-adach*, *-edach*, *-athatu*, *-ithetu* etc., tum quidem elidi non solent, cum vocalis radicis aut primitivae derivationis periit; praeterea autem eas servari non oportet nisi post positionem, quam dixerim gravem, i. e. si liquida liquidam vel muta mutam excipit, denique si priorem locum tenet muta. Exempla infra in libris de verbo et derivatione; quae ad

* Pertinere huc videntur nomina: Eptiacum in pago Wabarinse, in chart. a 776, ap. Vales., Eptadius (Gallus, civis Augustodunensis, sec. 6), Bolland. August. 4, 778. Abudiacum quoque locus Vindeliciae Eptaticum dicitur in Vita S. Tozzonis, Boll. Ian. 2, 56, et in Vita B. Herluccae auctore Paulo Bernried. (sec. 12), Boll. April. 2, 553: in ripa Lici fluminis locus magnae antiquitatis qui vocatur *Eptaticus*. Hodie *Epfach* cum reliquiis romanae vetustatis.

exhibendum conspectum hic colligo sine notatione locorum, ubi extant. Exempla flexionum verbalium: *ropredchaisem*, *ropredchissem* (praedicavimus; *predach*), *predchibid* (praedicabit), *doaidlibea* (visitabit; *do-adal*, *tadall*), *doaidlibem* (adibimus), *dofuircifea* (inveniet; *fuirec*), *arnutomnitis* (ne cogitarent; *tomen* = *fomen*), *labrafammar* (loquemur), *labrither* (dicitur; *labar*), *predchither*, *predchidir* (praedicatur), *tomnibther* (cogitabitur), *conocomalnide* (*-ithe*, ut impleretur; *comlán*), *predchite* (qui praedicant), *oirdnithe* (ordinatus; *ordan*), *airmithi* (numerandus; *áram*), *fodlaidi* (dividendus; *fodál*), *nistectitis* (non haberent id), *foéitsider* (subauditur). Exempla derivationum: *dílgotho* (remissionis), *patnide* (leporinus; *patu* Corm., gen. *patan*), *gentlide* (gentilis), *bliadnide* (annuus; *bliadin*), *dilgadach* (indulgens), *máthrathatu* (matrimonium; *máthir*, gen. *máthar*), *immarmussa* (scandali; nom. *-us*), *rectide* (legalis), *cétnide* (primarius), *cétnidetu* (originalitas).

Post positionem vero, in qua liquidam sequitur muta, vel post liquidam geminatam non aliter ac post vocalem radicis productam vocales illae etsi interdum retinentur, saepius tamen eliduntur. Exempla retentarum vocalium in verbis: *condelgatar* (comparantur), *doellatar* (declinantur), *dugáithatar* (circumveniuntur), *cuiretar* (ponunt), *mórate* (qui magnificant); in derivatis: *londas*, gen. *londassa* (indignationis), *dilledach* (declinabilis), *stóride* (corporalis), *arside* (veterum), *arsidetu* (vetustas). Exempla elisarum vocalium: *direllsat* (declinaverunt, a vero), *roseircset* (amaverunt), *cotondelcfam* (comparabimus nos), *nertfidir* (fortificabitur), *adrimfem* (adnumerabimus), *adrímter*, *adrimfiter* (adnumerantur, -abuntur), *dofoirmfed* (adderet; = *doforimfed*?), *leicfimme*, *leicfidir* (sinemus, remittetur), *creitfider* (credetur), *doberrthe* (tonderetur), *nolíntae* (implebatur), *ersoilcthe* (apertus); in derivatione: *coitchennsa* (communitatis; nom. *coitchennas*), *tarbde* (taurinus), *marbde* (mortuus), *cercde* (gallinaceus), *corpde* (corporeus), *dóinde* (humanus), *berrthid* (tonsor), *doilbthid* (figulus), *ranntatu* (partitio), *corpthatu* (corporalitas), *béstatu* (moralitas), *foirbthetu* (firmitas). Quare sunt exempla vocalis modo retentae modo elisae in una eademque voce: *ni tartisset* (non dederunt) Wb. 1ᵇ. *ni tartsat* Wb. 24ᵇ. *atroillisset*, *adroilliset*, *assidroilliset* (meruerunt) Wb. 4ᵃ. 17ᵃ. *nid arilset*, *ni arillset* (non m.) Wb. 4ᵃ. 4ᵈ. *scribatar* (scribuntur) Wb. 17ᵇ. *scribtair* Sg. 6ᵇ. *cretite*, *crette* (qui credunt) Wb. 3ᵈ. 15ᵃ. *duforbaithe* (gl. veneretur) Ml. 31ᵃ. *forbuide* (gl. intentivum) Sg. 221ᵇ. *foirbthe* (perfectus), *foirbthetu* (firmitas) Wb. fq. *bróinidae* (gl. molaris) Sg. 57ᵃ, sed *bróinde* (gl. rosarium) Sg. 35ᵇ.

Denique post vocalem brevem radicis cum consona simplici vel post vocalem finientem sine consona constanter eliduntur vocales a principio terminationum; ut in verbis: *rocarsam* (amavimus), *rogabsam* (sumpsimus), *roscarsid* (secessistis), *roscarsat* (recesserunt), *asbermis* (dicebamus), *asbertis* (dicebant), *gnither* (operatur), *berthar* (fertur), *bertar* (feruntur), *etirscartar* (discernuntur), *crochthe* (crucifixus), item in verbis denominativis frequentibus in *-igim*: *-igsem*, *-igfed*, *-igther*, *-igthir*, *-igfithir*, *-igfide*, *-igthe*. Excipiuntur deponentia verba in *-igur*, quae quidem in 1. pers. plur. praes. forment *-igmar*, *-igmer* (pro *igammar*, *igemmar*), in 3. tamen pers. sing. et plur., ut sit differentia ab isdem personis verbi passivi reicientibus vocales, semper retineant formas *-igidir*, *-igedar*, *-igitir*, *-igetar*, ut alia verba eiusdem seriei *-athar*, *-atar* etc.: *agathar* (timet), *moladar*

(laudat), *labrathar* (loquitur), *docuirethar* (asciscit), *taidminedar* (significat), *messammar*, *messimmir* (iudicamus), *laimemmar* (audemus), *sechemmar* (sequimur), *labratar*, *labritir* (locuntur), *immechuretar* (tractant). Exempla derivatorum elidentium vocales: *imbresan* (contentio), plur. *imbresna*, *crochad* (crucifixio), gen. *crochtho*, substantiva in *-igud*, gen. *-igtho*, *-ichtho*, *domunde* (mundanus), *talmande* (terrestris), *alpande* (alpinus), *aitrebthid* (habitator), *bathach* (moribundus), *imgabthach* (vitabundus), *treodatu* (trinitas), *sechdetu* (consequentia), *nephcongabthetu* (incontinentia).

Interdum nihil interest, utrum vocalis radicis elidatur an terminationis: *roilgisidsi* (legistis) Ml. 17[b] et *rolégsid* (legistis) Wb. 7[b]. *imfogbaidetith* (usum) Wb. 9[a]. et mox eodem loco *nephcongabthetid* (incontinentiam).

Diphthongi.

Diphthongi efficiuntur binis vocalibus una syllaba comprehensis. Cuiusmodi combinationes sex, de quibus dubitari nequit, procrearunt linguae celticae, utpote principem vocalem A atque intermedias E et O iungentes cum extremis I et U: *ai*, *oi*, *ei*; *au*, *ou*, *eu*. Quae aliae inveniuntur, una fortasse *ie* excepta, de cuius natura nondum satis constat, nihil sunt nisi variationes illarum. Monendum autem est non modo e diphthongis *ei* et *ou* vocales productas *é* et *í*, *ó* et *ú* prodire potuisse, sed etiam aliarum mutationum apud Gallos factarum vestigia extare, si quidem nec temere Romani *raeda*, Graeci ῥαῖδα (Fleckeisen, 50 artikel etc.) scripserunt, et *Teutomati* nomen cum *Touto* similibusque coniungere licet.

Eundem ordinem etsi nihil impedit quominus sequamur in lingua hibernica, quae novis duabus *ia* et *ua* in locum gallicarum *ei* et *ou* suffectis ipsa quoque sex diphthongos habere potuit: *ai*, *oi*, *ia*; *au*, *ua*, *eu*; tamen concedendum est numerum diphthongorum hibernicarum, ut auctum mutatione vocalium ac solutione semivocalium, ita magis magisque deminutum esse commixtione et contractione. Quo factum est, ut lingua hodierna, quamvis abundare videatur diphthongis, veras tamen easdemque antiquas vix tres servaverit: *ao*, *ia*, *ua*. Codices nostri vetusti signare solent diphthongorum vocales priores accentu acuto, ut *ái*, *áu*, quo facilius discernantur ab infectionibus (*ai*, *au*), quae reguIariter non signantur.

AI. Exempla gallica vetusta, cum dubitari non possit de quantitate diphthongorum, iam licet colligere ex omnibus scriptoribus, ut ex inscriptionibus, non e poëtis solis. Scriptio AI indubiam diphthongum prodit in inscriptione helvetica: Corneli Bilc*ai*sionis fil. ap. Orell. 316, cui nomini conferenda sunt G*ai*sio, C*ai*lus, C*ai*xo (n. fem.), S*ai*tullus, B*ai*corixsus, Mosg*ai*to (Beitr. III. 197), denique apud Gregor. Turon.: C*ai*nonense castrum 6, 13. In dei nomine Agg*anai*cus (Iuppiter, Orelli-Henzen 5612) forsitan rectius separes vocales; in aliis ut Valgasm*ai*erus, vicani Alti*ai*enses, Ann*ai*us, Bed*ai*us, Ben*ai*a, Lic*ai*us, Pint*ai*us, Sas*ai*us, Tur*ai*us, Ulbocon*ai*us, Verc*ai*us Inscr., Ecc*ai*os, Vadn*ai*os Numm. (Beitr. l. c.), Ιαρτ αι[ος?] inscr. Nemaus. etsi pro consona *i* accipiendam putaveris, diphthongum tamen magis commendare videntur et formae Co-

t*ai*io, Ce*ai*io (deo) l. c. 200. et notissimum illud Ann*ae*orum nomen. Romani enim scriptores gallicam diphthongum, ut graecam AI, in suam AE verterunt: *Ae*nus Tac., *Αἶνος* Ptol., *Ae*gus (Allobrox, Caes. B. Civ. 3, 59. 79), *Ae*dui, C*ae*roesi, P*ae*mani Caes. Quare quin B*ai*ocassis Auson. prof. 4, 7 per *ăj* legendum sit, vix potest dubitari.

In codicibus hibernicis vetustis haec diphthongus scribi solet ÁI (interdum AI deficiente accentu, ut in ceteris diphthongis): *sái* (gl. lacerna, tunica) Wb. 30ᵈ. *soccsáil* (gl. loligo, genus piscis) Sg. 47ᵇ. *sáin* (diversus) Wb. fq. *cáin* (bonus) Wb. fq. *ecáin* (gl. indecens) Cr. 43ᶜ. *máini* (dona, pretiosa; cf. lat. *mūnia*, vet. *moenia*, diversa ea quidem diphthongo, sed cognata) Wb. 23ᵈ. Sg. 33ᵃ. *commáin* (favor) Wb. 6ᵈ. 25ᵃ. *inna degmaini* (beneficia), *honaib mordegmainib* (gl. tantis beneficiis) Ml. 27ᵃ. 25ᶜ. *sáir* (ars) Sg. 90ᵃ. 133ᵇ. *áir*, *airid* (vituperatio, vituperatis) Wb. 16ᵃ, *tatháir* (vituperatio) 8ᵈ, *donatháira* (quam vituperat) 3ᵈ. *cáirchuide* (gl. ovinus) Sg. 37ᵇ. *áis* (aetas) Wb. 9ᶜ. 12ᵈ. 17ᵇ. 21ᵇ. 25ᵃ, gen. *áisa*, *áisso* Wb. 16ᵈ. 29ᵃ. *daiscuir* (gl. scurra) Sg. 56ᵇ. *saigul* (tempus, aetas) Wb. 15ᵈ. Ml. 16ᵈ. *sáib* (falsus) Wb. 30ᵃ. *sáibapstil* (pseudoapostoli) Wb. 16ᵇ. 28ᵃ. *sáibfirtu*, *sáibairde* (falsa miracula, signa) Wb. 16ᵃ. *gáid* (ventus) Cr. 19ᵃ. *táid* (gl. fur) Sg. 47ᵇ. *gáitha* (sapientes, plur. fem.) Wb. 18ᵃ. *dogáithaim̄* (gl. illudo), *dogaithaim* (gl. pellicio) Sg. 24ᵃ, *dogáithim* (gl. lacto) Sg. 145ᵃ. *áith* (gl. pinna), *deáith* (gl. bipennis) Sg. 67ᵃ. *báith* (gl. idiota, stultus) Wb. 12ᶜ. *cáith*, *cáithech* (gl. acus, Pr. Cr. 26ᵇ: *caith*, gl. furfur) Sg. 68ᵃ. *sáithar* (labor) Wb. 23ᵃ.

Deficiente tamen *a* in *o* et *i* in *e* (p. 4 et 12) haud raro in codicibus eadem scripta est ÓI, ÁE, ÓE: *adagmóini* (beneficia sua; supra *degmaini*) Wb. 28ᵃ. *óis* (aetas; supra *áis*) Wb. 13ᶜ. 21ᵇ. 28ᵈ, gen. *óisa* 8ᶜ. 22ᵇ. 28ᵈ. *áes* Wb. 28ᵇ. Cr. 31ᶜ. 32ᵇ. *aes* Cr. 32ᵃ. *mochomáessa* (aequales meos) Wb. 18ᶜ. *óesa* (gen.) Wb. 10ᶜ. *sóibapstil* (supra *sáib*) Wb. 8ᶜ. 17ᵈ, gen. *inna soebapstal* 18ᵈ. *inna sáebchore* (gl. syrtium) Cr. 34ᵇ. *indoiscairi* (gl. vilitatem; cf. *daiscuir*) Ml. 25ᶜ. *sáer* (*:sáer oc suidigud sil.*, gl. Victor in arte grammatica de syllabis; supra *sáir*) Sg. 7ᵇ. *áel* (gl. fuscina, tridens) Sg. 37ᵇ. Pr. Cr. 14ᵇ. *cáer*, *caer* (gl. bacca, gl. baccar) Sg. 22ᵃ. 126ᵃ. *caech* (gl. luscus) Sg. 24ᵇ. *aed* (n. propr. in notatione chronologica marginali cod. Cr. 15ᵃ: *DCCCXVII. aed rex hiberniæ moritur*. Cf. Aedui; hibern. hod. *aodh*, ignis). Itaque in cod. Cr. infectio genetivi propria notatur scriptione *áis* 32ᵃ (nom. et acc. *áes*, *aes* v. supra).

Recentioribus utriusque dialecti scriptoribus placuit *ao* scribi tam pro *ái* sive *áe* quam pro *ói*, *óe* originaria, mira quidem ea scriptione, sed quam postulare videretur nota illa orthographiae regula. Unde nova prodiit diphthongi huius infectae scriptio *aoi*.

OI gallica servata haud raro invenitur in inscriptionibus, ut in terminatione nom. plur. in inscriptione Novarensi: Tanotalikn*oi* (i. e. Dannotaliknoi), praeterea in inscr. Nemausensi in voce mutila ab initio: [*I*]*λλανοιταχος*, Divionensi: D*oi*ros, Tudertana: K*oi*sis, Moguntina: Adbogius C*oi*nagi f. na(tione) Petrucorius, Steiner. 440, quibuscum comparanda sunt: B*oi*niccus, C*oi*nus, D*oi*nus, Ess*oi*rus, C*oi*sstoboc(ensis regis), R*oi*pus, fortasse Sun*oi*va, Vindor*oi*cus, Bir*oi*nus (Beitr. III. 197), vix Ast*oi*lunnus, I*oi*ncissus, Autel*oi*us, B*oi*us cum compositis B*oi*ocalus, B*oi*odurum, Comb*oi*omarus, B*oi*orix (ib.), quamquam scrip-

tione Soïio, Koïios, Boïiorix his quoque diphthongus vindicari videtur. Latini scriptores hanc diphthongum more suo in OE mutarunt: M*oe*nis (nomen fluvii) Mel., M*oe*nus Plin. Tac. Eumen., M*oe*nicaptus regulus Gallorum Liv. 24, 42.* Easdem formas *oi* et *oe* servavit lingua hibernica vetusta, non servavit britannica vetusta, quae hanc diphthongum semper transformavit in *û*.**

Codices vetusti hibernici etsi OE in omnibus fere vocibus, quibus convenit haec diphthongus, passim habent, saepius tamen servarunt OI: *óin*, *óen* (unus) Wb. Sg. fq. *óentu*, *óenur*, *oenur* Wb. 7^c. 13^a. 14^a. *intí óinas* (qui abstinet) Wb. 6^b. *dóini* (homines), *dóinde* (humanus) Wb. fq. *dóinacht*, *dóinecht* Wb. 13^a. 15^d. *doenacht* (humanitas) Wb. 33^a. 33^c. *sóir* (liber) Wb. 7^b. *sóer*, *soer* (gl. ingenuus) Sg. 97^b. *sóirmug*, *sóirchele* (gl. libertus) Wb. 10^a. *ronsóirni*, *romsóirsa* (liberavit, salvavit nos, me) Wb. 2^d. 3^d. *dessimrecht sóire dochách arsóireni* (exemplum salutis cuivis salus nostra) Wb. 14^b. *sóere*, *sóire* (libertatis, nobilitatis) Sg. 31^b. 40^a. *i sóiri ceneóil* (gl. nobilitate generis) Wb. 17^c. *doer* (gl. mancipium) Sg. 51^b. *dóermam* (gl. squalor) Sg. 20^b. *ni dóir farmbethu* (gl. vos in carne non estis sed in spiritu) Wb. 4^a. *dóire* (miseria) Wb. 17^c. *indóiri* (in captivitatem), *adóiri* (e captivitate) Wb. 12^d. 30^a. *óegid* (hospites, plur.) Wb. 21^b. *oigetha* (hospites, acc.) Wb. 28^d. *óigedacht* (hospitalitas) Wb. 26^b. *doe* (gl. tardus) Sg. 66^a. *bróen* (pluvia) Cr. 18^a. *cóil* (gl. macer) Sg. 50^a. *cóim* (pretiosus) Wb. 4^b. 27^b. *coil et cóim* (gl. species, orationis; i. e. tenuis et ornata) Sg. 26^a. *inna cloen* (impiorum) Cam. *clóin* (iniquus), *clóine* (iniquitas) Wb. 4^a. 26^a. *derchóiniud* (desperatio) Wb. 15^d. 21^b. *crois* (cupedia) Wb. 9^d. *fóisite* (confessio) Wb. 3^d. 4^a. *tóisrenn* (materia) Wb. 4^a. 9^b. *óiph* (forma, habitus; hod. *aoibh*) Wb. 7^c. *nóib* (sanctus), *nóibe* (sanctitas), *ronóib*, *ronóibad* (sanctificavit, -atus est) Wb. fq. *tóib* (latus) Wb. 20^a. 21^c. *nóidiu* (gl. infans) Sg. 124^b. *noidenacht* (infantia) Wb. 24^d. *rofóided* (missus est), *rofóitea* (missi sunt) Wb. 23^a. 27^c. *nofóid* (gl. me mittere) 23^d. *isdo fóitir* (ad id mittitur) 25^a. *góithlachde* (gl. paluster) Sg. 54^b. *móith* (tener) Wb. 19^c. *troethath* (subiectio, submissio) Wb. 6^a. In aliis vero *ói* vel *óe* contractione ortum est, ut in his: *arfoemat* (accipiunt) Wb. 34^a. *arafóim* (quod accipit) 13^c. *arafoimat*, *arafóimtar* Sg. 60^b. 156^b. 210^b.

Quamvis frequenter *ái* variata in *ói* et *óe* in ambitum huius diphthongi transeat, rarissima in nostris codicibus sunt exempla contrariae mutationis, ut *aine* (unius, fem.) Cr. 31^c. *maidem* (gloriatio) Wb. 17^a, manu alia scriptum, cum alias semper *móidem*, *nosmóidet* (gloriantur) etc. inveniantur. Inferioris autem aetatis libri utramque diphthongum scriptione *ae* miscere consuerunt, quo factum est, ut postea atque in hodiernis dialectis utraque eadem scriptione *ao* (*aoi*) notaretur; ceterum diversitatem originis prodit lingua britannica diserte distinguens *ai* (*ae*) et *u* (= *oi*).

EI gallica (nisi addere velis ea, in quibus *i* consonam esse aut patet aut verisimile est, ut D*ei*otarus Caes. Cic. *Δηιόταρος* Strab., V*ei*agenus, Emac*ei*us

* Cf. etiam: M*oe*nis villa. Monast. S. Petri Carnot. cod. diplom., ed. Guérard, p. 37. Ἀλκιμοεννίς, nomen loci ap. Ptol., et sine dubio fluvii, unde postea Alcmona, a parte posteriore potius conferendum erit cum loci nomine gallico Muenna in Itin. Anton., derivato Mu-enna.

** Nam cambr. vet. *oi*, arem. vet. *oe* orta est ex *ê*. Differentiae causa ab hac secundaria *oi* originariam mutatam esse in *û* affirmari nequit, cum aliis sonis mutatione coincidentibus, ut *ê* originaria transgressa in *î*, nihilo magis mutetur sonus alter.

etc. Inscr. Beitr. III. 198) paucis exemplis vel ex inscriptionibus comprobatur: *Ei*deus (Iuppiter), *Ei*duor (Hermes), V*ei*tro, L*ei*turo, S*ei*ssevus, R*ei*tugenus (ibid.), quibus num Adon*ei*cus (Iuppiter) et G*ei*dumnorum populus (Caes.) conferendi sint, incertum est. Sed supra iam (p. 20) adnotavimus ad hanc diphthongum sine dubio multa eorum referenda esse, quae per *î* scribuntur, praesertim a scriptoribus latinis; ut L*î*cus nom. fluv. (L*i*cca Venant. Fort., minus recte *Λικίας* Ptol.), unde L*i*cates Plin. *Λικάτιοι* Ptol., cum hibern. *lia*, *lie* (lapis), gen. *liac*, *liacc* Sg. Wb. vel *Î*sca cum cambr. *uisc*, *wysc* comparantes ad primariam formam *Leiccos*, *Eisca* deducimur. Ceterum ne ipsam quidem linguam gallicam se abstinuisse duplici huius diphthongi mutatione patebit ei qui, quae supra commemoravimus, *Δειουονα* Numm. et D*î*vona Inscr., D*î*vo et D*ê*vognâta, vel Dubnor*ei*x, Dubnor*ê*x, Dumnor*î*x contulerit.

Hibernice haec diphthongus etsi interdum in Î abisse putanda est ut in *rí* (rex), *mín* (tener; corn. *muin*), fortasse in *síd* (pax), cui quidem cambr. *hedwch* similiter respondeat atque *lech* hibernico *lia*, regulariter tamen reddi videtur vocali Ê et diphthongo IA. E. c. nominamus *dia*, gen. *déi dé* (deus = *deivo-s*), *lia*, gen. *liacc* (lapis = *leix*), quibus forsitan alia quaedam addenda sint ut *cia* (quis?) Wb. Sg. Ml., *ciad* (silva) servatum in composito *ciadcholum* (gl. palumbes) Sg. 70ª, *cél* (gl. augurium) Sg. 69ᵇ, quibus respondent cambr. vet. *pui*, *coit*, *coil*, ut *fér* (gramen), gen. *feiuir* Sg. 68ᵇ, quocum conferendum est cambr. *gweir*, ut *riad* = lat. *raeda*, ut *níæ* (nepos) Corm. = cambr. *nei*, corn. *noi*, ut *fiad* (coram), *fiadnisse* (testimonium) Wb., quae per vocalis incrementum formata sunt ex radice *fid*. Ad eandem diphthongum revocandae videntur formae geminae ut *bíu* et *béo* (vivus), *gníu* et *gnéo* (facio).

AU gallica apud scriptores latinos et vetustiores et recentiores satis frequens: T*au*nus (Tac.; "super fluvios T*au*nuco Ittaque", dipl. ap. Martène 2, 8), T*au*sius (quidam e Tungris, Capitolin. Pertin. cap. 11), *Au*lerci (Caes.), R*au*rici (Caes. Plin.; R*au*ranum oppid. Itin. Ant.; R*au*racus, nom. viri, dipl. a. 653 ap. Mabill. de re dipl. p. 467), L*au*ro (nomen figuli) Steiner. Cod. inscript. rom. Danub. et Rheni 116, L*au*riacum (oppid. Norici ripensis in Itin. et ap. Ammian.; "in Andecavo villas nuncupatas L*au*riaco et . ." Martène 1, 51), T*au*risci (Plin.), Donot*au*rus (Helvius, Caes. B. G. 7, 65), L*au*sanna (Itin.; cf. L*au*siacus Martène 1, 34, L*au*sdunum, Stabul*au*s in vitis SS.), Cassivell*au*nus, Vercassivell*au*nus, Vell*au*nodunum (Caes.), Gen*au*ni (Horat.), Nem*au*sus (Itin., Auson.), Car*au*sius (Eutrop.), *Ἀλαυνοί* (pop. noricus), *Ἀλαυνός* (fluv. Brit.), *Ἀλαυνά* (oppid. Britann.) ap. Ptolem. al*au*da: avis galerita appellata quondam, postea *gallico vocabulo* etiam legioni nomen dederat *alaudae*. Plin. 11, 17. Verum in paucis haec diphthongus comprobatur inscriptionibus vetustis: Cobl*au*noni Murat. 1490, 6 (cf. Catal*au*ni Eumen. Eutrop., Orol*au*num, vicus inter Mosam et Mosellam, in Itin. Anton.), P*au*sinnus, P*au*sinna Inscr. Helv. Orell. 5066, *ματρεβο ναμαυσικαβο*, *τοουτιους ναμαυσατις*, D(i)ont*au*rios (Inscr. 1. 2. 14. ex Beckeri ratione); in aliis inscriptiones praebent OU, quam diphthongum Romani in *au* transformasse videntur. Ac ne in iis quidem, quae per *au* recte scribuntur, vetustissimam semper formam servatam esse apparet ex vocabulis cambricis *llawen* (hilaris), *llawer* (multum), *Casswallawn*, quorum nullum ad *au* diphthongum revocari potest. Quare quae ratio inter Genava et Genauni.

Vellavii et -vellaunus intercedere videtur, eadem nescio an in aliis quibusdam statuenda sit, ut *av* excussa aliqua vocali in diphthongum transierit.

Hibernice haec diphthongus in paucissimis integra manet, nec in nostris quidem codicibus certa exempla AU servatae extant nisi peregrina: *sául* (Saul) Goid. 20. *augtortás* (auctoritas) Wb. 14ᵇ, quibus addendum *augaist* (gen., mensis Augusti) Oeng. Fél. Aug. 31; praeterea autem ne transumpta quidem hanc diphthongum servarunt. Potius contracta *ó* conspicitur in *ór* (aurum: *or ṅglan*, aurum purum) Cod. Paul. ap. St. Goid. 39, gen. *óir* (MS. Vatic. ap. Pertz. VII. 481), in nomine Pauli in Wb.: *do pool* (Paulo), *ho pool* (a P.) 7ᵈ. 14ᵈ. *dobeir pól* (fert P.), *pól ingrentid* (P. persecutor) 4ᵈ. 18ᵈ. *robói pol* (fuit P.) 24ᶜ. *baga poil* (contentiones P.) 30ᵈ; denique infecta (ut in gen. *óir*, *póil*) in *cóisid* (gl. causativus), *hi cóis* (gl. in causa) Sg. 77ᵃ. *cois* (causam) Wb. 2ᵃ. Nec aliter in vocabulis vere hibernicis *ó* respondet *au* vetustae: *ó* (lat. *auris*, got. *ausô*) Gl. 33. Corm. v. *aire*, quare eandem contractionem statuere licet in vocibus quibusdam supra enumeratis sub Ó, ut *óg* (integer; cf. lat. *augeo*) Wb. Sg., vel quae per *-ón* sunt derivata, *medón* (medium), *inmedónach* (internus) Wb. Sg., si conferas nomina vetusta Genauni, Ἀλαυνοί.

Inveniuntur quidem in codicibus nostris pauca sive per AU scripta: *haue* (gl. nepos) Sg. 29ᵃ. *maicc 7 háui*, *m. 7 aui* (filii et nepotes) 30ᵇ. *do maccaib et auib* (filiis et n.) 28ᵃ. *la auu* (apud n.) Tir. 11; *nau* (navis) Paul.; *gáu et fír* (falsum et verum; bis), *fír et gáu* (bis; quater ergo, in textu et margine) Wb. 14ᵃ. *conid gau dóibsem* (ut sit falsum eis) Sg. 40ᵃ; sive per OU: *lour* (sufficiens, satis) Wb. 4ᵈ. 5ᵈ. 10ᵃ. 11ᵈ. 24ᵇ. *in lour* (gl. satin?) Sg. 15ᵇ. *islour coms.* (sufficit compos.) Sg. 159ᵃ. *ní lour less* (non sufficit ei) Ml. 35ᵈ. *loure*, *ar loure ni* (gl. sufficientia nostra; cf. Lauro, Lauriacum, Laurentius) Wb. 15ᵃ. *loun* (= *lóon*, *loon*, gl. adeps, Sg. 70ᵃ. 125ᵃ, unde *lónaichthi*, gl. adipati, crassi, cordis, Ml. 20ᵃ?) in sententia: *ni tucsam loun linn ishibithsa* (gl. nihil intulimus in hunc mundum; i. e. non attulimus penum nobiscum) Wb. 29ᵇ.

At nec in his negabimus diphthongum esse certe instabilem, si conferemus cambr. *llawer* (multum), arem. *gaou* et plur. hod. *gevier* (mendacia), lat. *avus*, lat. *navis*; et in isdem posteriore vocali deficiente (p. 14) vel utraque assimilata (p. 8) non solum ÁO oritur, sed etiam ÓO vel Ó contracta ut supra: *gáo et fír* Wb. in eodem loco, in quo supra *gáu*. *nách gáo dom anasbiur* (gl. deus scit, quod non mentior; i. e. quod non est falsum mihi quod dico) Wb. 17ᵈ. *cani góo dúibsi anasberid* (an non falsum vobis, quod dicitis?) Wb. 5ᵃ. *ni góo dún* (non falsum nobis, non fallimur) Wb. 14ᶜ. *nípa góo anduarairngert* (non erit falsum, quod promisit deus) Wb. 31ᶜ. *olsodin asgó doib* (ideo falluntur, haeretici) Ml. 21ᶜ. *sechitir goa* (secuntur falsa) Wb. 31ᵇ. *bit goacha* (erunt mendacia, signa) Wb. 26ᵃ. *inna gláosnathe* (gl. linearum), paulo infra nom. *inglóśnathe* Sg. 3ᵇ. *donglosnaithiu* (gl. ad normam iustitiae) Ml. 35ᵈ. *am loor fricach réit* (gl. sum sufficiens; alias *lour*) Wb. 24ᵇ. *no* (navis) Lib. Lagen., ex aliis libris correctum *nói* St. Goid. VII., gen. *noe* Sg. 69ᵃ. 132ᵇ. *clói* (gl. clavi) Sg. 189ᵃ. *tó* (silens; cambr. *taw*, tace, *tewi*, tacere) Mss. recent. Postremo Ú, quam scriptionem exhibent pauci codicum nostrorum loci: *ésu* (Esau) Tr. 85. *ba inse dún epert gue* (difficile nobis dicere falsum; i. e. dictio falsitatis, gen.?) Wb. 14ᶜ. *isguforcell doberam* (est falsum testimonium quod damus) Wb. 18ᵇ. *guaigedar* (mentitur),

guaigitir (mentiuntur) Ml. 31[b], invaluit in libris recentioribus pro qualicunque *au*: *ughdur* (auctor) St. gl. 1107. *ugdar* Gl. 38 (*intaugdar* Gild. Lor. gl. 2), *fer cúisi do condmail* (causidicus) St. gl. 434; *ua* (nepos) Gl. 38, item MS. apud O'Don. 132. 162. 445. 446 etc., *clúi* (clavi) Vis. Adamn. (St. Beitr. I. 463). Sic hodie *ughdar*, *cúis*, *ua*, *gu* et *go*.

OU gallica vix unquam apud scriptores, nisi forte huc pertinent *Τωύγενοι* Strab. et nomen insulae *Κώουνος* Ptol., frequentissime invenitur in inscriptionibus: curator vikanor. L*ov*sonnensium, Orell (ampliss. coll.) 324. Nariae N*ov*santiae Orell. (Inscr. Helvet. Turic. 1844) 166. Mercurio T*ou*reno Inscript. ap. Stein. cod. inscript. Danub. et Rheni 1, 781. C*ou*riae Grut. 816, 6. Murat. 1390, 3. Ander*ou*do viro Murat. 1577, 3. B*ou*do, B*ou*dii, B*ou*diae Grut. 838, 6. 722, 9. 1137, 3 (cf. B*ou*dobrica Itin. Ant.). L*ou*pi fil. (inscr. Trever.) Stein. 605. L*ou*tius Orell. (ampliss. coll.) 4994 I*ou*tissia Stein. 208. T*ou*ti fil. Or 422. T*ou*to (dativ.) Murat. 1503, 5. 1779, 13. T*ou*tia Orell. 1501. T*ou*tiorigi (Apollini) Orell. 2059. T*ou*tonis fil. Grut. 807, 11. T*ou*telae Grut. 858, 2. T*ou*tilli filiae Murat. 1281, 6. C*ov*tus Orell 480. Tr*ov*cetei Vepi f. Momms. 80. Tr*ou*cillius Stein. 263. Al*ov*nis Orell. 1964. Ac*ov*nis (inscript. Agunt.; cf. Acaunus, Agaunus, Agaunum, i. e. petra, saxum, Boll. Febr. 3, 741, Sept. 6, 342. 345) Orell. 1995. Mog*ou*no (Apollini Granno M.) Orell. 2000 Carass*ou*nius Orell. (Inscr. Helv. Turic. 1844) 302. Oll*ou*dio (Marti) Murat. 1981, 3. Adde ex nummis: C*ou*nus (cf. Caunus, pater Gildasii, Boll. Ian. 2, 958) ap. Duchal. p. 406 n. 102; ex inscr. mere gallicis: *Τοουτιους* (civis? rex?) *Ναμαυσατις*, Andecamulos T*ou*tissicnos (Becker. 2. 10), Tekos T*ou*tiu[s] Inscr. Novar.; denique multa similia Beitr. III. 191 sqq. Sed eadem diphthongus, ut a Romanis scriptione *au* reddita (cf. Lausanna, Caunus, campi Raudii), sic apud Celtas ipsos mutata esse videtur duplici ratione in *û* et *ô* (pariter atque *ei* in *î* et *ê*). Itaque non solum cum nominibus B*ou*dius, B*ou*dia, B*ou*dicca conferre licet Bodiocasses, Bodicus, cum T*ou*tus et similibus Tutus, Tutius, Tuto, Tutia (l. c. 195), sed etiam quae videtur differentia inter gall. uxello-, Uxellodunum Hirt., et hibern. *uasal*, cambr. *uchel* (altus) interesse, hanc ita explicaveris facillime.

Hibernica enim lingua hanc diphthongum regulariter in (Ó vel) UA convertit, cuius mutationis certissima sunt exempla: *túath*, *tuad* (populus) Wb., *buáid* (victoria) Wb., *huas*, *húas* (supra) Sg. 17[b]. Cr. 18[c], unde *huasal* (sublimis) Cr 33[d], quibus gall. T*ou*tus, B*ou*dius, Uxellodunum (i. e. *Ou*xellodunum, oppidum in praerupto monte situm) conferenda sunt; adde e libris recentioribus *ruadh* (ruber), cf. Ander*ou*dus (et R*ou*dus Fröhner. 1799). Potuisse certe *ou* in *û* abire infra apparebit.

EU gallica, etsi non abundante, idonea tamen exemplorum copia probatur tam apud scriptores quam in inscriptionibus: Br*eu*ni Horat. T*eu*tates Lucan. T*eu*talus Sil. Ital. T*eu*tomatus Caes. T*eu*tobodiaci Plin. *Eu*ronius Aus. parent. 14. Pl*eu*moxii Caes. C*eu*trones Caes. L*eu*ga (miliare gallicum) fq. L*eu*ci (populus Galliae; cf. super rivum L*eu*co, super rivum qui dicitur L*eu*cus dipl. ap. Baluzium 2, p. 1429. 1462) Caes. L*eu*caro (opp. Brit.) Itin. Ant. Marti L*eu*cetio Inscript. apud Grut. 58, 3, atque, si tamen continent diphthongum,

At*eu*la Orell. 3274. Sug*eu*lo Orell. (Inscr. helvet. 1844) n. 154. D*eu*sus, D*eu*sa Grut. 807, 6. 838, 14. Mercurius L*eu*d(ici)anus Stein. 1221; denique *eu*rises Inscr. Paris. et i*eu*ru septies in inscr. repertum. Conferenda fere videtur IU rarissima: L*iu*da, L*iu*datus Grut. 824, 2. 1159, 2, item in nomine loci Ῥιου-σιαούα (cf. R*iu*satium Mabill. sec. 2, 799. et R*iu*sa, nomen fluvii helvetici) ap. Ptolem.; in aliis vero dubitari vix potest, quin *eu* cum *ou* artissimo cognationis vinculo coniunctum sit. Nam T*eu*tomatus cum T*ou*tus, L*eu*cetius cum L*ou*cetius, L*ou*cita conferendum videtur, denique i*eu*ru in una inscriptione scriptum est *ειωϱου*, in quo vocabulo *ω* eundem locum obtinet quem *ô* in B*ô*dicus contra B*ou*dicca. Britannicum vero nomen viri *Iolus* (Orell. 1965) non magis videtur diphthongum continere quam *Iura* nomen montis.

In vetustis codicibus hibernicis quamquam duplici scriptione inveniuntur ÍU (etiam in hodiernis dialectis, sed accentu reiecto in posteriorem vocalem: hibern. *fiú*, gael. *fiú*, subst. pretium, adi. dignus; gael. *iúl*, cognitio) et ÉU vel ÉO, de neutra tamen firmis argumentis probari potest, eam vere respondere gallicae diphthongo. Nam quae vox gallica una ex commemoratis probabili coniectura explicata est, *ieuru* vel *ειωϱου* (fecit), haec eandem soni mutationem subisse videtur, quam *ou* subitura erat, si quidem recte *iúrad* (gl. factum est) L. Ardm. 189. b. 1. *fritammiurat* (afficiunt me), *fritammiorsa* (gl. me adficiet) Ml. 32ᵈ. 33ᵃ. conferuntur; in his igitur non hib. *iu* gallicae *eu*, sed *í* respondet gall. *i* sive *ει* (cf. EI), *ú* vel *ó* gall. *eu* sive *ω*. Quare si recte hib. *éula*, *éola*, *eola* (peritus), plur. *eulig*, *éolig*, *eolig*, *éolich* Wb. fq. *heulas* (peritia) Sg. 209ᵃ. cum nominibus Iolus, Ateula conferuntur, quaerendum est, num vere contineant diphthongum, an *î* et *ê* simili ratione ad pristinam *ei* revocandae sint. Nec magis liquet de ceteris huius scriptionis exemplis: *eu* (gl. stipes) Sg. 66ᵇ. *deolid* (clemens) Wb. 2ᵉ. 31ᵃ. *indeolid* (gl. gratis) Wb. 26ᵇ. *deoladacht* (gratia, clementia) Wb. 2ᵇ. *beura* (gl. sudes) Sg. 67ᵇ. *feugud* (gl. marcor, -oris) Sg. 100ᵇ. *réud* (gl. gelu) Sg. 63ᵃ *ar séuti* (ob pretiosa) Wb. 23ᵈ, quorum forsitan hoc et illud ad mutationem vocalis *ê* (p. 20) referendum sit. Iam vero quae per *íu* scribuntur, *fíu* (dignus), *biu* (vivus) Inc. Sg. sive *béu* Wb. 13ᵈ, in his *u* ex pristina *v* prodisse infra demonstrabitur. Neque omnino huc pertinent alia, quorum *iu* aut infectionem prodit (p. 10. 12), ut *spiurt* (spiritus; al. *spirut*) Tr. 98. 100, gen. *spiurto* id. 86, aut per compositionem coaluit, ut fortasse *diuti* (gl. sinceri; cf. *diuit sillab*, gl. syllaba sincera, sola, Sg. 25ᵇ. 26ᵃ. *con diuiti*, gl. in omnem simplicitatem, Wb. 17ᵃ) Wb. 23ᵇ, certo formula *diu-* non infrequens in compositis e *di-o-* (cf. compositionem), aut consona excussa ut *s* in *siur* (soror; cf. S hib.).

Quae illis sex diphthongis gallicis addenda poterat videri tanquam septima, **IE**, hanc in exemplis Beitr. III. 199. propositis: *Ie*ra, *Ie*gidi, *Ie*ssilus, *Ie*dussius, Dercoi*e*dus, Bori*e*dus; L*ie*cdi, D*ie*vio, P*ie*porus, G*ie*geius, Cr*ie*lo, Dr*ie*docius, nec fere esse diphthongum suspicamur neque eadem utique ratione explicandam esse. Nam in sex primo loco positis *j* consonantem esse nobis quidem veri simillimum videtur; contra in iis, quae secuntur, diiudicare non audemus, separandaene sint vocales binis syllabis, an soni quaedam ampliatio statuenda, eius similis quae in oscis *tiurrí*, *diumpaís* facta est. Illud in verbo *ieuru* conten-

dere non dubitamus propter formas *ειωρου* et hib. *iúrad*, de quibus supra egimus; hoc ut in linguis, quas dicunt romanas, sic in vetere iam gallica factum esse credamus oportet, si recte traditum est Agedinci oppidi nomen in inscriptione aliqua *Agied.* scriptum esse (cf. Glück. 16. not. 2). Qua soni exuberatione forsitan explicetur illud *η*, quod pro *e* correpta non solum apud scriptores graecos (ut Ptol. *Νεμῆται*) invenitur, sed etiam in inscriptionibus (*νεμητον*) et nummis (*Αγηδ*) graece scriptis.

Sed utcunque de hoc *ie* statuendum est, ad hibernicam linguam certe non pertinet, quae quinque ac fere quattuor diphthongis contenta, *ai*, *oi*, *ia*, *au*, *ua*, dici vix potest sextam procreasse.

B. Consonae.

Consonarum celticarum classes ut in ceteris linguis indeuropaeis sunt semivocalium liquidae et spirantes, mutarum mediae, tenues, aspiratae. Mutarum terni quamque classem soni constituunt, qui oris organis discernuntur, labiales, dentales, gutturales, semivocalium duas classes quaterni soni, non eodem certo modo distincti. In semivocalibus quod sit proprium ac divergat a linguis affinibus non animadvertitur, sed in mutis. Quarum proprietas ea est, ut ex parte tantum cum mutis ceterarum ut latinae et germanicae concordent, ex parte ergo discordent. Res autem ita se habet.

Linguam graecam potissimum, aliquanto minus latinam tribus mutarum classibus, mediis, tenuibus, aspiratis, abundare et hac copia fere congruere cum indica constat. Ex linguis septentrionalium nationum germanica utitur quidem eadem copia, non tamen ita congruit, ut quae in vocibus harum linguarum communibus aspiratae sunt in graeca et latina, eaedem sint aspiratae in germanica. In hac enim, quae in illis sunt aspiratae, factae sunt mediae secundam regulam transpositionis mutarum germanicarum eandem, qua quae extant mediae in meridionalibus linguis, tenues, quae tenues, factae sunt aspiratae. Sistunt has classium transgressiones hae duae voces goticae *bôka* (= *fagus*, *φηγός*) et *tunthus* (= *dent-*, *ὀδόντ-*), in quibus e mediis pristinis *g*, *d* prodierunt tenues *k*, *t*, e tenui *t* aspirata *th*, ex aspirata *φ* media *b*.

Linguae ab utraque parte germanicae confines, celtica ab occidente, slavica cum lituanica ab oriente, proprium modum secutae et intermedium, id unum concordant cum germanica, quod transposuerunt aspiratas in medias, reliquerunt tamen intactas medias et tenues, ut sunt in graeca et latina. Ecce exempla.

Mediae et tenues servatae, ut in meridionalibus linguis: hib. *dia*, brit. vet. *duiu* = gall. *deivo-*, *dîvo-*, *dêvo-* (lat. *deus*, *dîvus*, lit. *dëvas*, ind. *dêvás*). brit. vet. *dec* (hib. vet. *deich*, cambr. hod. *deg*, *c* aut infecta aut destituta; slav. *desęti*, = *δέκα*, *decem*, ind. *dáçan*; at got. *taihun*). hib. vet *dét*, brit. *dant* (lit. *dantis*, = lat. *dens*, *dentis*; at got. *tunthus*). radix *gan* in variis formis ut hib. vet. *rogénir*, *gein*, *ingen* Wb. Sg., brit. *ganer*, *ganet* (gr. *γένος*, lat. *genus*; got. *kuni*) cum radice *gen*, *gné* (gr. *γιγνώσκω*, lat. (*g*)*nosco*; germ. *kennen*). Tenues: *Πετουαρία* (Brit. oppid.) ap. Ptol. e numero brit. *petuar* = hib. vet. *cethir* (lit. *keturi*, aeol *πέσυρες*, dor. *τέτορες*, lat. *quatuor*; got. *fidvor* pro *fithvor*). hib. brit. *tri* (= *τρεῖς*, *tres*, lit. *trys*, slav. *trĭje*; got. *threis*). rad. *trag* (currere) in gall. vet *ver-*

tragus, hib. vet. *traig* (cf. p. 4, = gr. τρέχειν; got. *thragjan*). hib. brit. *cu*, *cun* (= κύων, κυνός, lat. *canis*; germ. *hund*). hib. vet. *cét*, brit. *cant* (= gr. ἑκατόν, lat. *centum*; got. *hund*). *catu* (pugna, in nominibus gallicis Caturiges, Catuslogi; brit. vet. *cat*) in statu pristino consonarum eadem vox est quae got. *hathus* (pugna, supponenda e ceteris dialectis germanicis). brit. vet. *dacr* (= gr. δάκρυ, lat. *lacrima*), ut supradictum *dec* (*decem*, δέκα)

Aspiratae pristinae factae mediae in septentrionalibus linguis universis. Labialis in principio vocis: verb. subst. hib. brit. vet. *buith*, *bôt* (slav. *byti*, lit. *búti*, germ. *bim*, *bist* etc.; at gr. φύω, lat. *fui*, *fore*). radix hib. brit. *ber* (hib. vet. *asbiur*, *dobiur* etc. fq. cambr. vet. *aperth* = *atbert*, hod. *berfa* (germ. *bahre*), got *bairan*, slav. *brati*, *berą*; gr. φέρω, lat. *fero*). hib. vet. *ben*, *be* (caesio, occisio, germ. *bano*, occisor; gr. φόνος). brit. *befer* (= *beber*, quod optimi codd. exhibent Prisc. 5, 3, 14,* vel *biber*, cf. Bibrax Remorum, Bibracte Aeduorum ap. Caes., gael. *beabhar*, germ. *biber*, anglosax. *beofor*, scand. *bifr*, slav. *bobrŭ*, lit. *bébrus*; lat. *fiber*). hib. vet. *bráthir*, brit. *braut* (got. *brothar*, slav. *bratrŭ*, lit. *brólis*; at gr. φρητήρ Hesych., lat. *frater*). cambr. *blodeu* (germ. *bloma*; at lat *flos*). hib. vet. *bris* (i. e. *briks*? got. *brikan*; lat. *frangere*). In media vel extrema: hib. dat. pl. *-ib* (lat. *-(i)bus*; ind. dat. abl. *-bhjas*, instr. *-bhis*). gall. vet. *ambi*, hib. vet. *imb* (germ. *umbi*; gr. ἀμφί). hib. gael. *grabhal* (= germ. *graben*? gr. γράφειν). — Dentalis in principio: cambr. *dor* (valva), hib. vet. *dorus*, cambr. *drws* (porta; got. *dauro*, slav. *dverĭ*, lit. *dùrys*; sed gr. θύρα). hib. *dear* (got. *dauhtar*, lit. *dukter-*, slav. *dušter-*; gr. θυγάτηρ. In media et extrema voce: brit. *med*, *medu* (germ. *medo*, lit. *medùs*; gr. μέθυ). hib. *aed* (ignis, n. pr., cf. Aedui; gr. αἰθ-). In combinatione tamen originaria *thr* lege non servata extat tenuis in hib. vet. adi. *trén* (i. e. *treen*), comp *tresa*, *tressa* (fortior) Ml. Wb., cambr. *traha* (audax, strenuus), quod vix differt a gr. θρασύς. — Gutturalis in principio: hib. vet. *gaim* (lat. *hiems*), cambr. vet. *gaem* (gr. χεῖμα). hib. vet. *gart* (in Sg. 92ᵇ *lubgartóir*, gl. olitor), cambr. *gardd* (got. *gard*, slav. *gradŭ*; gr. χόρτος, lat. *hortus*?). In media voce et extrema: hib. vet. *lige* (gl. torus, gl. lectus) Sg. 52ᵇ. 107ᵃ (got. *ligan*, iacere, subst. *ligr*, lectus; slav. verb. *lęga*, *lešti*, *lĕgati* decumbere, *ležati* iacere, subst. *lože* lectus; at gr. λέχος). hib. vet. *ligim* (slav. *lezati*, gr. λείχειν, lingere). hib. vet. *agathar* (timet; gr. ἄχεται). Radici *trag* supra gr. τρέχειν collatum est.

Possunt interdum inter se mutatae videri mediae celticae ortae ex aspiratis, ut *d* pro *b* in hib. *duile*, cambr. *delen*, gall. *dula* in nomine herbae πεμπεδουλά ap. Dioscor., si confertur gr. φύλλον, lat. *folium*, germ. *blat*; cambr. vet. *datl*, hib. vet. *dál* (contio, forum), si comparandum gr. φάω, φατός, φάτις; vel *g* pro *b* in hisce: hib. *goba*, cambr. *gof* (cf. vet. nom. gall. *Gobannitio* ap. Caes.), si confertur lat. *faber*; *goithimm* (gl. futuo) Sg., cambr. *godineb* (fornicatio; utrique subest radix *got*), si confertur lat. *futuo*. At omnia haec incerta sunt admodum; certiora videntur exempla mediae *g* originariae in *b* transgressae: hib. vet. *béu*, *béu*, *béo*, brit. vet. *biu* (vivus) = ind. *ǵîvás*, lit. *gývas*, slav. *živŭ*, got. *qvius*; hib. vet. *ben* (mulier) cum derivatis brit. = ind. *ǵánî*, gr. γυνή, slav. *žena*, got. *qvêns*, *qvinô*; cf. hib. *bó*, unde derivatum brit. *buch*, ut gr. βοῦς, lat. *bôs*,

* Alii *beuer*, quocum conferendum: Castor, animal quoddam quod aliter dicitur fiber, gallice autem *bevere* [hod. *bièvre*]. Lex. vet. ap. A. Mai. Auct. class. 8, 97.

contra ind. *gáus*, germ. vet. *chuo*, scand. *kû*. Contra negari nequeunt inter medias tenuesque alternationes quaedam factae contra communem regulam, partim sine dubio recentioris originis, in aliis tamen communes et antiquae. Exempla mediae in tenuem transgressae: hib. vet. *tenge* (lingua = *dingua*, got. *tungo*) pro *denge*; hib. vet. *cenél*, cambr. vet. *cenetl* (genus), cf. gallica patronymica *Toutissicnos*, *Oppianicnos*, *Trutiknos*, *Tanotaliknoi*, verum alias *rogénair* (natus est); hib. vet. *claideb*, cambr. *cleddyf* (= lat. *gladius*); his adde hib. vet. *ithim* (edo), de quo videas infra, ac voces supra dictas hib. vet. *trén*, cambr. *traha* (audax), denique cambrica: *cafael* (sumere, capere; hib. vet. *gabál*), *crafu* (radere, sculpere), *crafell* (radula, scalprum; *grauior*, sculptor, in Vocab.), *ynys prydein* (Britannia insula) Mab. fq. Exempla tenuis transgressae in mediam: hib. vet. *do*, cambr. *dy* (= *tuus*; pron. possess.), hib. *gabál* (= *capere*), hib. *gabar*, cambr. *gafar* (= *caper*; iam in vetustis nominibus gallicis *Gabali*, *Gabreta*, *Gabromagus*). De transgressae *v* in *b* exemplis, ut brit. *ber* (= *veru*) Voc., hib. vet. *birdae*, *berach* (gl. verutus) Sg. 60ª, vel hib. brit. *bran* (corvus) = slav. *vranŭ*, lit. *várnas*, *várna*, ut de cambr. vet. *iob* (= *Iov*, Iupiter) gl. Oxon. hib. vet. *tar iwib* (per Iovem) Sg. 217ᵇ, hib. vet. *fedb* (vidua; slav. *vidova*) Wb. infra (p. 54) disseretur.

In lingua igitur celtica ut in slavica et lituanica destructa est classis aspiratarum pristinarum transgressione in medias, non sunt destructae ceterae quae in germanica loco motae sunt. Haec generalis est regula consonarum celticarum. Sunt tamen quasi quaedam rudera aspiratarum, tam in celtica quam in slavica lingua, de quibus infra dicetur, ubi de aspiratis disseretur.

Consonarum celticarum dispositionem eandem fuisse tempore vetustissimo et ante aetatem Romanorum, patet e vetustis nominibus gallicis supra allatis: *Πετουαρία*, *πεμπεδουλά*, Catuslogi, Gobannitio, Gabali.

Recentiore demum tempore et post aetatem Romanorum eae alterationes consonarum effectae sunt certis collocationis legibus (non illae quidem semper) tam in mediis vocibus et extremis, quam in principio in contextu sermonis, quas eodem nomine, quo designavimus vocalium alterationes, nos dicemus i n f e c t i o n e s. Alteratio in lingua hibernica prae ceteris animadvertenda est tenuium, quae extant in gallicis vocibus atque vetustis cambricis vel aremoricis. Tenues illae hibernice aspirantur, ut in *cath* (pugna), *lethan* (latus) e vetustis *catu*, *litan*; in *cethir* (cambr. vet. *petuar*); in *máthir*, *bráthir* (mater, frater; cambr. vet. *braut*); in *croch* (= *cruc*; crux, crucis), *crochad* (crucifixio) aliisque. In constructione hib. vet. *tol cholno* (cupiditas carnis) genetivus *cholno* est e nom. *colin*. Eiusdem modi infectio, etsi minus late patens et diverso usu, invenitur in britannica lingua: *nerth* (vis, valor) e *nert*, quod est etiamnunc in hibernica lingua, iamque in vetustis nominibus gallicis compositis Nertomarus, Cobnertus; *marchauc* (equestris) ortum e gallico vetusto *marca* (*μάρκα*; *τριμαρκισία* ap. Pausan.), quod est servatum in hib. vet. *marcach*. Possunt ergo distingui status consonae p r i m i t i v u s vel o r i g i n a r i u s et status a s p i r a t u s, i n f e c t i o a s p i r a t a; sed eadem res in liquidis quae expertes aspirationis pronuntiatione tantum aut duriore aut molliore proferuntur, aptius videtur designari nomine status d u r i (primitivi) et status m o l l i s (secundarii) sive i n f e c t i o n i s m o l l i s, cum aliae quoque sint infectiones. Inprimis adnotandum est, hanc ipsam infectionem

fieri diverso prorsus modo et contrario in utraque lingua, hibernica et britannica. Nam in dialecto codicum nostrorum hibernica consonarum status pristinus servatur et ab infectione defenditur positione, i. e. sive iunctae secum sunt eaedem (geminatione), sive diversae vel eiusdem vel diversarum classium, ut liquidae post liquidas, mediae vel tenues post liquidas, tenues post tenues (quae quidem tenues in posteriore loco non solum ipsae tenentur, sed etiam antecedentes tenere solent); obnoxiae autem sunt infectioni extra positionem, i. e. si sunt simplices et singulares mediae inter duas vocales vel post vocalem finales. In britannica lingua infectionem contrariae legi parere vox ipsa proposita cambr. vet. *marchauc*, quae est hib. vet. *marcach*, comprobat. Exempla alia plurima infra sequentur.

Status aspiratus vel mollis prae ceteris infectio consonarum dici poterit; quae una fere invenitur in vetustis codicibus hibernicis. Contra pronuntiationem molliorem harum consonarum infectione correptarum codices hibernici veteres haud raro pronuntiationem duriorem status primitivi notant scriptione duplici consonarum non infectarum (in solo Sg. *m* signo plerumque notatur geminationis, utpote lineola supraducta; in ceteris autem codicibus haec quoque bis scribitur), etiam in positione, ut patebit e plurimis infra sequentibus exemplis, quamquam non in communem usum atque regulam transiit ea scriptio.

Sunt etiam aliae quaedam consonarum infectiones in vetusta lingua, sed nequaquam tam late patent quam in recentiore. Ut infectionis nasalis initia iam conspiciuntur in vetustis glossis hibernicis et cambricis, cum scribitur hib. *imme*, *imm* pro *imbe* (vetust. gall. *ambi*), vel cambr. *am* (= *amm*), mutata *b* in *m*. Latissime tam in britannica, praesertim cambrica recentiore et hodierna, quam in hibernica hodierna et gaelica patet infectio destituens. Hanc omnino ignorat lingua vetusta hibernica, in qua etiamtunc sunt *acus*, *accus* (part. et, subst. vicinitas), *cretem* (fides), *cét* (centum), quae hodie scribuntur *agus*, *credem*, *céad*. Nec magis in vetustis glossis cambricis destituuntur tenues, sed scribuntur etiamtunc *louichetic* (pellucidus), *caitoir* (pubes), *rit* (vadum; cf. Augustoritum, Galliae oppidum), *map* (filius), *crip* (pecten), quae hodie sunt *llywychedig*, *cedor*, *ryd*, *mab*, *crib*. Tamen huius quoque infectionis initia satis vetusta esse demonstrat non solum media *g* finalis saepius excussa (destituta) in isdem glossis cambricis, tam finalis quam interna in vocibus linguae romanae gallicae vel vetustioribus, sed etiam tenuium ipsarum destitutio haud rara in eadem lingua gallica aetate certe carolingica, secundum codices terrae continentis eiusdem aetatis, si non superioris. Exempla infra sequentur in classe mediarum et tenuium britannicarum.

Dicemus igitur primum de natura et infectione consonarum, praesertim internarum et finalium (de consonis principalibus videas in altero capite), ex ordine classium, quoniam consonae singularum classium fere concordant inter se infectione.

Liquidae.

L M N R. In vetustis nominibus gallicis vel britannicis. Singulares: *Lemannus* Caes. *Γάλατος* (Boiorum rex) Polyb. *Cilurnum* (Britann. oppid.) Notit. dign. *Μώμορος* Plut. (ed. Reiske 10, 732). *Camaracum* Itin. *Camulus*

Inscript. Ca*mul*oge*n*us Caes. *Nem*etes Caes. Tac. Ge*n*ava, Ce*n*abum Caes. A*rar* Caes. *Rau*rici Caes. Plin. Adde composita: I*n*subres Liv. Co*n*victolitavis Caes. Co*m*bretonio (opp. Brit.) Itin. Ant. Ve*r*nemetum (opp. Brit.) Itin. Ant. Ve*r*cingetorix, Ve*r*cassivellaunus Caes. Ve*r*co*m*bogius Inscr. Grut. 758, 11. Iunctae inter se vel cum aliis consonis: Pa*rm*a Liv. Ve*rn*odubrum Plin. Per*n*iciacum (loc. Belg.) Itin. Ca*rn*utes Caes. Catu*sl*ogi (comp. Catu-sl.) Plin. *Bl*estum (opp. Brit.) Itin. *Gl*annibanta (opp. Brit.) Notit. dign. *Pl*eumoxii Caes. *Cl*avenna Itin. *Sm*ertulitanus Inscr. Orell. 188. Boduo*gn*atus (comp. Boduo-gn.) Caes. *Br*ogitarus (Gallograecus) Cic. (Har. Resp. 13. 27). *Dr*usus (Gallorum dux; cf. p. 24) Cic. *Gr*udii Caes. *Gr*inarion (loc. circa Danuv. sup.) Itin. *Pr*onaea (fluvius Suram et Mosellam augens) Auson. *Tr*everi Caes. *Cr*itognatus Caes. Ma*ls*onis fil. Inscript. Grut. 703, 6. A*lb*a Vopisc. Ge*ld*uba Plin. Tacit. Ga*lg*acus Tac. A*lp*es fq. Ce*lt*ae, Ce*lt*illus Caes. Vo*lc*ae, Catuvo*lc*us, Vo*lc*atius Caes. A*mb*iani, A*mb*iorix Caes. Ca*mb*odunum Itin. A*nd*es Caes. A*nd*ecamulum Itin. Vi*nd*onissa, Vi*nd*obona Itin. Li*ng*ones Caes. Ci*ng*etorix Caes. Sa*nt*ones, Na*nt*uates Caes. Pervi*nc*us Inscript. Mu*rs*a, Mu*rs*ella (Pannoniae opp.) Itin. A*rb*eia (Britann.) Notit. dign. A*rd*uenna Caes. O*rd*ovices Tacit. A*rg*entoratum, A*rg*entomagus Itin. O*rg*etorix, Ge*rg*ovia Caes. Ca*rp*entoracte (opp. Galliae; ca*rp*entum, carrus) Plin. A*rt*obriga Itin. Ne*rt*omarus, Esune*rt*us etc. Inscript. Conde*rc*um (opp. Brit.) Notit. dignit. Aule*rc*i, Cadu*rc*i Caes. Geminatae, LL: Allobroges, Ollovico Caes. Vellaunus in Vellaunodunum, Cassivellaunus Caes. Sollius Inscr. ap. Orell. 3274. Condollius Steiner 31. 45. 997. Lallus (nom. figuli in vasis figlinis). Lalla Stein. 790. Aballo Itin. Cavarillus Caes. MM: Commius (Atrebas) Caes. NN: Bonna Itin. Amm. Nemetocenna Caes. Sumlocenna Inscr. in vasis figlinis Soliciniensibus. Adgonna Inscr. Grut. 1621, 8. Lemannus (cf. *Λεμαννόνιος κόλπος*, sinus Britann. ap. Ptol.) Caes. Cebenna Caes. Lucan. Auson. Arduenna, Gobannitio Caes. RR: carrus (currus gallicus) Caes. Ambarri Caes.

Scriptione graeca *rh*, quam in quibusdam ut *Rh*enus, *Rh*odanus (vix *rh*eda, unde *Rh*edones et *R*edones ap. Caes.) secuti sunt Romani, nec significatur apud veteres Gallos iam fuisse differentiam inter duriorem molliorem que liquidae pronuntiationem nec quidquam gallici soni redditur, cum sine *h* in eadem positione scripta sint nomina gallica Ruteni, Remi, Roscillus (Allobrox, ap. Caes. B. Civ. 3, 59; hib. vet. *rosc*, oculus), Raurici, Raeti, Rigomagus, Rigodulum, Rotomagus, Rutupiae etc. De M quoque, quae in mediis vocibus emollita iam a vetustis Gallis potest videri, si quidem nomen Exsomnus in inscript. Magunt. ap. Stein. 401, quod in alia quadam scribitur Exobnus Stein. 68, idem est atque hib. vet. *esomun*, cambr. *ehouyn* (*omun* = *ouyn*, timor; sine timore, intrepidus), cavendum est, ne nomina Cobnertus (in vasis figlinis inventum), quod scribitur Counertus Murat. 2071, 8, et Coblaunon Murat. 1493, 9 composita putes cum praep. *com-*. Nam illud quidem, Exomnus, facili mutatione prodiit ex Exobnus (ut lat. *somnus*, *Samnites* ex *sopnus*, *Sabnites*, vel celtica ipsa Du*mn*orix e Du*bn*oreix, Cogidu*mn*us e Cogidu*bn*us, de quibus cf. Glück. 69 sqq.); hoc autem ne ad praep. *com-* referas, vetant nom. vet. Vercobius Orell. 2728 et subst. hib. *cob* frequens in glossariis veteribus, idem quod gael. *cobh* (victoria, triumphus), quocum composita sunt Cobnertus, Coblaunon pro Cobon., Cobol., ut Lugdunum

pro Lugodunum. Denique quae huc pertinere videntur e codice Mariani Scoti ap. Pertz. 7, 481 (sed secundum imitationem codicis, non secundum textum expressum), hib. *obenn*, *óim* (cf. gael. *aoibh*, *aoibhinn*, *aoibhneach*, gratus) in adnotatis: *isóim dón*, *isobenn dón*, ad vulgatam postea sonorum *bh* et *mh* commutationem referenda sunt; cf. vet. *nem* (ind. *nábhas*, slav. *nebo*), *carmocol* (= carbunculus).

Status primitivus liquidarum hibernicarum servatur 1. in principio vocum constanter, si non inest causa infectionis in contextu sermonis. Notatio pronuntiationis durioris hoc loco nec in vetustis codicibus fit nec in hodierna scriptione aut hibernica aut gaelica. Unam *m* duplicatam invenio in quibusdam locis, sed in quibus praeter unum *ni m̄all* (non lente) Sg. 199ᵃ geminationem assimilatione effectam esse pateat: *lammenmuin* (apud mentem, in mente), *lammaccu* (apud filios), *lammarbu* (gl. simul, cum mortuis) Wb. 3ᵈ. 19ᵃ. 25ᵇ. *asm̄e* (quod ego sum) Sg. 202ᵃ.

2. In mediis vel extremis vocibus: *a*) in geminatione: *ball* (membrum) Wb. *mall* (lentus) Wb. 25ᵈ. *imm*, *imme* (circa) Wb. Sg. *cumme* (aequalis) Wb. Sg. *rann* (pars), *cenn* (caput) fq. *inglennat* (gl. vestigant), *grinnenu* (gl. fasciolas) Ml. 37r. 10r. *barr* (gl. cassis, gl. frons, frondis) Sg. 67ᵇ. 113ᵇ. Eodem forsitan pertineant, quae tertio loco ponenda videbantur, exempla *n* vel *m* geminatae latente causa, ut *colinn* (caro) Wb. vel quae infra proponentur (c. *β*—*δ*).

b) In positione, in qua frequens est scriptio duplex: *comairlle* (consilium) Wb. 16ᶜ. *colmmene* (gl. nervus) Sg. 221ᵇ. *ainmm*, *anmman* (nomen) Wb. Sg. fq. *menmmann* (animae) Sg. 59ᵇ. *isindairmm* (gl. in loco) Wb. 4ᵈ. *tarm̄orcenn* (terminatio) Sg. 166ᵃ. *comalnnamar* (implemus) Cam. *furnn* (super nos) Cam. *fornn* Wb. fq. *ifurnn* (infernum) Wb. Sg. *carcar ifirnn* (carcer inferni) Wb. 32ᵃ. *bándé iffirnn* (gl. Parcae) Sg. 53ᵇ. *lúacharnn* (lucerna), acc. *lochairnn* Sg. 24ᵃ. 47ᵃ. *cilornn* (gl. urceus; cf. Cilurnum) Sg. 49ᵃ. Liquidam etiam priorem status duri fuisse probant scriptiones: *cellned* (inquinatio) Wb. 8ᵈ. *collno*, *collnide* (al. *colno*, *colnide*, a *colinn* caro) Wb. 3ᶜ. 3ᵈ. 8ᵃ. *accomallte* (gl. socius) Wb. 5ᵇ. *comallnad* (impletio), *comallnithe* (impletus) Wb. 2ᵃ. *fellsube* (philosophia) Wb. 30ᵇ. *soillse* (lux) Cr. 33ᵃ. *omalldoit* (humilitas) Tr. 60. *melltach* (alias *meldach*, gratus) Wb. 4ᶜ. 9ᵈ. *aim̄ser* (tempus) Sg. fq. *cóim̄dith* (dominum, acc.) Sg. 29ᵃ. *immbi* (circa eum) Wb. 13ᵈ. *annse* (difficilis) Wb. 6ᵈ. *scribinnd* (scribendi, gen.) Wb. 15ᵃ. *forrn*, supra *fornn*) Wb. 8ᵈ.

c) Extra positionem contra communem regulam statum durum significare videtur geminatio: *α*) in fine substantivorum quorundam: *fínn* (vinum), *línn* (pars; al. *fín*, *lín*) Wb. Sg., *camull* (camelo, dat.) Tr. 60, quibus forsitan alia quaedam addenda sint non geminata in codicibus, ut liquidae subst. *sil* (semen), *ben* (mulier) in hodierna lingua sunt status duri; *β*) in terminationibus *-im*, *-imm*, *-an*, *-ann* substantivorum ordinis II seriei V (ubi videas exempla); *γ*) in flexionibus verborum: 1. pers. sing. praes. *-im*, *-imm*; 1. pers. plur. omnium temporum *-am*, *-em*, *-im* (unde et in depon. et pass. *-amar*, *-ammar*, *-emmar*, *-immir*, et in depon. *igm̄er* in Sg.); 1. pers. sing. tempp. secund. *-in*, *-inn* (exempla in verbo); *δ*) in pronominibus suffixis 1. pers. sing. et plur.: *uáim*, *uaimm*, *uáin*, *uann* (a me, a nobis; plura exempla in pronomine).

Status mollis sive infectio liquidarum, ut omnium consonarum, in principio vocum in constructione efficitur certis legibus, de quibus in capite altero;

in mediis vel extremis vocibus extra positionem ratione communi. Scriptio infectarum semper simplex in codicibus: *nem* (caelum), gen. *nime*, *nemed* (sacellum); *lám* (manus), gen. *láme*; *lán* (plenus), *láne* (plenitudo) Wb Sg. Pronuntiationem fortiorem et duriorem servavit hodierna lingua; lenior infectarum *l*, *n*, *r* extra positionem scriptione non notatur. Proprium autem sonum induit infecta *m* (prope ut *v*, germ. *w*), proprio signo notatum, hibernice *ṁ*, gaelice *mh*, e. c. *neaṁ*, *neamh* (caelum), gen. hib. *niṁe*, gael. *néimhe*; *láṁ*, *lámh* (manus), gen. *láṁe*, *lámhe*; hib. *caṙṁogal* (carbunculus).

Proprias et singulares vias inter liquidas linguae hibernicae sequitur N, de quibus separatim hoc loco post communem liquidarum regulam dicendum est; in mediis enim et extremis vocibus perit ante sonos quosdam, manet ante alios, alternat cum NN, ND, NT in positionibus quibusdam.

1. Perit *n* in media voce ante *s* et *f* (vel *b*, si locum eius spirantis tenet, cf. p. 54) et ante tenues, sive radicis est, sive terminationis grammaticae cum illis consonis. Exempla: *sét* (via; cambr vet. *hint*, got. *sinths*) Wb., *cét* (= centum) Wb. Cr., *cóic* (= quinque) Wb. Cr., *carmocol* (= carbunculus) Sg. 47[b], *mis* gen. (= mensis) Cr. Sg., *cís* (= census) Sg., *ífurnn* (= infernum; cf. Ê et Ꝭ) Wb. Sg., *coibse* (= confessio) L. Ardm. Wb., *cobsud* (stabilis; rad. *foss*) Ml. 54 r. Itaque una cum *s* terminali decidit in nom. *mí* (mensis) Cr., in terminatione comparativi *-iu*, *-a* et acc. plur. *-u*, *-a*. Producuntur fere reiecta *n* vocales radicis, non tamen semper; ut a radice *men* non solum *airmitiu* (honos. reverentia) Wb. fq. derivatur nusquam notatum accentu, sed etiam elisa vocali *oimtiu* (= *fomintiu*; observatio) Wb. 31[b]. *toimtiu* (= *dofomintiu*, opinio) Wb. 16[d]. 20[a]. Non producuntur vocales flexionum verbi *-at*, *-et*, *-it*, *-atar*, *-etar* etc. (ex *-ant*, *-ent* etc.), aut derivationum *-at* (ex *-ant*) etc., nec vocalis praep. *etar* (= inter), quibus nunquam signum productionis additum invenitur, ut ne in peregrinis quidem: *accidit*, *aiccidit* (= accidentia) Sg. 9[a]. 6[b]. *abstanit* (= abstinentia) Wb. 6[b]. 6[c]. *pennit* (= poenitentia; *nn* = *nd*, *nt*) Cam. Wb. 9[c]. 22[c]. 24[a]. 26[b].

Interdum tamen *n* in media voce ante easdem consonas manet in particulis *in* et *an* (privativa) compositis, vel si *n* est radicis, ad quam accedit terminatio vel derivatio incipiens ab illis consonis. Composita: *intonnaigim* (gl. inundo; *tonn*, unda) Sg. 141[a]. *du insudigthisiu* (gl. statuta tua; partic. pass. *suidigthe*, positum, statutum) Ml. 30[b]. *tinfet* (aspiratio; = *do-in-fet*) Sg. fq. *anfoirbthe* (imperfectus) Wb. *anfiss* (inscitia) Wb. Sg. *anbsud*, pl *anbsidi* (instabilis) Ml. 64 r. *ind ingchis* (gl. incensum; memorabili scriptione) Ml. 22 r. Terminationes incipientes a consonis *t*, *s*, *f*, combinatae cum *n* exeunte radicis: *dénti* (faciendum), *déntar* (fiunt; *den-t.*), *dorigensat* (fecerunt; *gen-sat*), *linfiter* (implebuntur; *lin-f.*) et alia fq., ut derivationes: *annse*, *anse* (difficilis) Wb. 6[d]. 17[a]. *censæ*, *cense* (quies) Wb. 20[c]. 30[b]. 31[c]. *ar incensai* (gl. propter modestiam) Ml. 31[b]. *muntar*, *montar*, *muinter* (familia; cui vix videtur conferendum Κομοντόριος Paus.) Wb. fq. *cinteir* (gl. calcar; cf. *Centrones*, pop. alpinus, Plin.?) Sg. 50[a]. *sant* (avaritia, cupiditas; cambr. *chwant*, desiderium; cf. *Suanetes* Plin.?) Wb. 23[b]. In quibus, si non omnibus, at in plerisque excussam esse vocalem statuendum est, ut de terminationibus *-atar*, *-asat*, *-ibiter*, *-ise* supra (p. 28) exposuimus. Adde subst. *sians*, *sens* e lat. *sensus* transumptum (cf. p. 26), cum lat. *census*, *mensis* respondeant hib. *cís*, *mís*.

Ut ante tenues et spirantes reprimitur liquida *n*, ita ante medias *g* et *d* non solum servatur (ut *m* ante *b*), sed etiam praevalet in combinatione ND (ut *m* in combinatione *mb*) adeo ut mediam assimilare soleat; immutata litteris, vix sono manet NG.

2. Perit *n* terminalis flexionum, particularum, numeralium quorundam in eadem positione, ante tenues atque *s* et *f* (vel *b* infectam), a quibus incipiunt sequentes voces. Eadem liquida servatur ante vocales et mediam *d*, fit *m* ante *b*, assimilatur ante omnes liquidas plerumque, non tamen semper. Qui casus *n* terminalem hac ratione amittunt, sunt acc. sing. et gen. plur. cuiusvis generis ac nom. sing. neutr. nominum omnium, pronominum plerorumque. Sed in nominibus nonnunquam defectio consonae iustum modum excessit in codicibus nostris; certam regulam magis servant pronomina, particulae, numeralia haec:

a) Articuli nom. acc. sing. generis neutri AN, et genet. plur. cuiusvis generis INNAN vel NAN. Formae servatae ante vocales et medias: *animdibe* (circumcisio), *andliged* (lex), *angné* (forma); *innan étside* (auditorum), *innan dáne*, *nan dáne* (donorum). N excussa vel assimilata ante *s*, *f*, *b*, tenues vel liquidas: *atír* (regio), *acetharde* (quatuor), *afiadnisse* (testimonium), *ascél* (nuntius), *allae* (dies); *na persan* (personarum), *inna tol* (cupiditatum), *inna crann* (arborum), *inna forcetal*, *na forcetal* (institutionum), *na sacardd* (sacerdotum), *innamball* (membrorum). Aliam regulam sequitur forma articuli INN in acc. masc. et fem., cuius altera *n* ne ante medias quidem semper servatur, perit ante ceteras consonas omnes. Citata vel alia exempla articuli in illis formis infra sequentur, ubi de articulo agetur.

b) Pronomina possessiva trium personarum numeri pluralis ARN, FARN (BARN), AN; item pronomen relativum AN. Ante vocales et medias: *arnetargne* (cognitio nostra), *farnirnigde* (oratio vestra), *farndergud* (stratum vestrum), *an etarscarad* (seiunctio eorum), *anasbiursa* (quod dico), *andudesta* (quod deest). Ante *s*, *f*, tenues, liquidas: *ar firianugud* (iustitia nostra), *arcoscni* (institutio nostra), *farfailte* (gaudium vestrum), *barpectha* (peccata vestra), *fartoimtiu* (opinio vestra), *arropredchad* (quod praedicatum est), *apredchimme* (quod praedicamus), *acarthar* (qui amatur), *acésme* (quod patimur). Exempla haec et alia in pronomine.

c) Praepositiones IN (in), CON (cum), REN (ante), IARN (post) eodem modo haberi docent exempla frequentissima, quae videas in capite de praepositionibus.

d) Coniunctiones AN, DIAN (cum, si), ARAN (ut), quippe quibus contineatur relativum AN, ac fere CON (donec, ut): *anaslui* (cum excedit), *andoforsat* (cum condidit), *diandenmis* (si faceremus), *diambed* (si esset), *aranepertar* (ut dicatur), *arandernaid* (ut faciatis), *conda* (ut sim), *comba* (ut sis), *combi* (donec sit); *aconfoiremni* (cum comparamus nos), *diacomalnammar* (si implemus), *aratartar* (ut offeratur), *aracomalnither* (ut impleatur), *arasechemmar* (ut sequamur), *coti* (donec venit), et alia exempla, quae suo loco sequentur.

e) Numeralis hibernici II forma neutri generis DAN: *danorpe* (duae hereditates) Wb. 2ª. *foadanóg* (sub duo eius integra) Sg. 75ᵇ. 98ª. *da nainmm* (duo nomina) Sg. 28ª. *inda nainmso* (haec duo nomina) Wb. 21ᵈ; *da llae* (duos dies) Cr. 31ᵈ; sed *dasale* (duo sputa) Inc. Sg. *da cenél* (duo genera) Sg. 61ª. *inda-*

tairngire (duo promissa) Ml. 38r. Neglegentius *indagné* (duae formae) Sg. 168ᵃ, nisi forte ante *gn* inutilis videbatur additio litterae *n*.

f) Eandem regulam secuntur numeralia hibernica VII, VIII, IX in his exemplis: *it secht ṅocht* (gl. septies octoni) Cr. 33ᵃ. *octndelbe 7 oct ṅgné* (gl. formae octo) Sg. 166ᵃ. *mochoe nóiṅdrommo* (Mochoe novem collium) Sg. 226. (gl. marg.) *noi mbliadna. x. iarsin* (undeviginti annos postea) Leb. Brecc. *conrici hucht noinomne* (usque ad iugum novem quercuum) Tirech. 1. *fri ré noi nuar* (spatio novem horarum) Lib. Ballym. (O'Don. 92). Deest liquida ante tenuem: *it secht cét* (gl. septies centeni) Cr. 42ᶜ; item ante spirantem: *nói sethir* (gl. novem glandulae) Sg. 49ᵇ. Deficiunt quidem e meis codicibus exempla vetusta numeri X cum sequentibus vocalibus et mediis, sed cum in hodierna lingua inficiantur eclipsi nasali consonae etiam post hunc (*deich g-cosa*, decem pedes, ut *secht g-cosa*, *ocht g-cosa*, *noi g-cosa*), statuendae sunt formae vetustiores numerorum VII—X *sechten*, *ochten*, *nóin*, *dechen*, ut sanscr. *saptan*, *ashṭan*, *návan*, *dáçan*, ut lat. *septem*, *novem*, *decem*.

3. Alternat in quibusdam N cum formis NN, ND, NT, quarum princeps habenda est ND, quae aut assimilatione mutetur ante vocales, aut duretur ante *s* mortificatam plerumque, aut in N singularem transeat ante tenues potissimum.

Formam assimilatam NN in articulo infra patebit cum in accusativo sing. masc. et fem. gen., cuius altera N ad casus terminationem pertinet, ante vocales, tum in bisyllabis formis *inna*, *innan* viguisse.

Forma primaria ND in media voce potissimum servatur in praepositione *in* coalescente cum pronominibus suffixis (exceptis formis *inte* (in eam), *intiu* (in eos, eas), de quibus infra dicetur) ut *indium*, *indiumsa* (in me), *indiunn*, *indiunni* (in nobis), *indit* (in te), *indib* (in vobis), *indid* (in eo), *indi* (in ea), *indib* (in eis; cf. pronn. pers. suff. et praepos. *in*).* In fine extat in articuli forma *ind*, post quam vocales excidisse probatur infectione tenuium et spirantium, quae sunt in principio nominis insequentis; hanc formam servari ante vocales et liquidas et ante *f* (interdum *s*) emortuam in sing. masc. et neutr. genetivo et dativo, in plur. masc. nominativo, in fem. sing. nominativo et dativo, e paradigmate articuli apparebit.

Forma durata NT fere adhibetur, ubicunque *s* excidit aut in terminatione vocis aut in principio proximae. Invaluit igitur articuli forma durior *int* ante vocales in nom. sing. generis masculini, in quo etiam post formam *in* servatur status durus consonarum; eadem forma articuli *int* semper fere invenitur (rarius extat *ind*) ante *s* debilitatam vel ut dicunt mortificatam in omnibus trium generum casibus, in quibus *ind* est ante vocales (exempla in artic.). Item particula *ind* in compositione (vetust. gall. *ande-*) fit *int* ante *s* inficiendam sequentis vocis (cf. compos.). Denique eadem forma in duabus formulis coalescentium cum praepositione *in* pronominum invaluit cum accusativo: *inte* (in eam, fem.) Sg. 6ᵃ. *intesi* (gl. in ipsam) Sg. 199ᵃ. 209ᵇ. *intiu* (in eos) Sg. 7ᵃ. Ml. 21ᵃ. 28ᶜ, quas ab *indše*, *indšiu* profectas esse ex aliis formis quibusdam patet. (Exempla adverbiorum pronominalium AND et SUND mutatorum in *ant*, *sunt* infra sequentur, p. 61.)

* Quae formae commonefaciunt latinae vetustae *indu* pro *in*: *indu mari* Enn., *indupedio*, *induperator* Lucil. = impedio, imperator.

In omnibus his singularem quoque N scribi ante consonas, praesertim tenues, infra apparebit.

Sed est, ubi liquidam N (vel assimilatam M) ante vocales et medias positam primo aspectu superfluam et sine causa additam putaveris; id quod nunquam factum esse patebit accuratius intuenti singula exempla. Sunt autem haec varii generis:

1. In quibusdam servatae sunt, quae in aliis sive regulariter (ante tenues et spirantes) sive neglegenter perierunt, terminationes casuum, accusativi (vel nominativi neutr.) sing., genetivi plur., dativi dual., sed a fine vocis transpositae ad principium proximae, eodem more qui hodie e c l i p s i s nomine insignitur. Exempla: acc. masc. *nonguidimse dia nerutsu* (quod oro deum pro te) Wb. 27ᵈ. fem. *cen gutai ṅetarru* (sine vocali inter eas) Sg. 7ᵃ. neutr. *taibrith atóichte ṅdoib* (datis iis proprium) Wb. 6ᵃ nom. neutr. *am. nách annse ṅdúib* (ut non est difficile vobis) 6ᵈ. gen. plur. *fognam innamball naile* (servitus ceterorum membrorum) 12ᵇ. dat. dual. *for deib ṅdíllib* (secundum duas declinationes) Sg. 106ᵇ. Interdum terminatio casus a terminali thematis consona non distinguitur: *fri alpai ṅdesiu* (ad alpem versus citra) Sg. 217ᵃ. *ainm napstil* (nomen apostoli) Wb. 20ᶜ. Accusativi forma in praepositionibus quibusdam nominalibus: *dochum ṅdée* (ad deum) Wb. 10ᵃ. *indegaid ṅguttae* (post vocales) Sg. 5ᵃ. *.u.tarhesi ṅi* (u pro i) Sg. 4ᵃ. Eodem modo scriptus acc. articuli: *trisin mbrat* (per pallium) Tr. 55. *lasin ṅgutai* (apud vocalem) Sg. 7ᵇ, contra morem vulgatum in codd. nostris, qui alteram *n* omittere consuerunt ante consonam qualemcunque.

2. Non multum differunt ea, in quibus brevissimae formae articuli, nom. acc. sing. neutr. aut acc. dual., omissa vocali in solam N abierunt: *ni epur nísin* (non dico hoc; *anísin*) Sg. 73ᵇ. *etarṅdirainn* (inter duas illas partes; *indirainn*) Sg. 2ᵇ. *tresṅgné* (per figuram) Sg. 73ᵇ; aut ubi pronomen relativum ad eandem formam brevissimam redactum cernitur tam ante verbi formas: *céin ṁbiis ocfognam* (quamdiu est serviens) Wb. 8ᵇ. *am. ṅguidess* (ut rogat) 24ᵈ. *intain ṁbis* (cum est) 17ᵇ, quam post verbum substantivum: *asnolcc* (gl. qui iudicas; i. e. quod est malum) 1ᶜ. *ní ceilsom asné cr.* (non celat ipse quod is est christus) 4ᵈ. *óre asṅduil* (quia est creatura) 1ᵇ. *céin basmbéo infer* (quamdiu vivus est vir) 10ᵇ. *ata nanṁan sidi* (quod sunt nomina haec) Sg. 154ᵇ.

3. In media voce praeter infixum *n* relativum inprimis praepositio *con* obscurata est, non solum excussa vocali ut in *frecṅdirc* (praesens), *écndirc* (absens; *fre-con-d.*, *é-con-d.*) Wb. Sg. *éicndag comnissim* (gl. detrectatores; i. e. detr. proximi) Wb. 1ᵃ, quae non discrepant a *dofoirṅde*, *tóirṅdet* (significat, -ant; = *do-fo-rinde*, *-rindet*) Sg. 9ᵃ. 25ᵇ, sed etiam consona primum aspirata, ni fallimur, deinde *ch* excussa inter *r* et *n*: *forṅgaire* (praeceptum) Wb. 10ᵃ. *forṅgarthaid* (imperativus) Sg. 147ᵃ. *dorairngert* (promisit) Wb. 30ᵇ. 31ᵃ. *tairngiri* (promissionis) Wb. 2ᶜ. 4ᶜ. 11ᵃ. 33ᶜ. 33ᵇ, in quibus *for-chon-gar*, *do-ar-chon-gar* (etiam *do-ro-ar-chon-gart*) composita insunt. Si pro his formis nonnunquam elisa *n* inveniuntur *ón tairgiriu* (gl. pollicitatione) Ml. 33ᵈ. *iarsintairgiriu* (secundum promissionem) Wb. 19ᶜ. *isindrecdairc* (in praesenti, *isindfr.*) Pr. Cr. 61ᵃ. *am. nondéicdichtherni* (gl. sicut blasphemamur) Wb. 2ᵃ. *dofoirde*, *dofoirdet* Sg. 26ᵇ. 203ᵇ, quibuscum comparanda sunt *briathra aildi* (verba pulchra) Ml. 31ᵃ. *áildiu* (pulchrior) Wb. 12ᵃ, ex adi. *álind*, itaque pro *áilndi*, *áilndiu* (recent.

aillne, *aille*), id vix non neglegentiae tribuendum est. De puncto alias delente, quod saepissime in his conspicitur, videas infra p. 65.

Spirantes.

H S J V. Horum sonorum bini sunt affines, *h* et *s* verae spirantes quae alternant inter sese in plurimis linguis, *j* et *v* ortae e vocalibus *i* et *u* admixta spiratione aliqua. Utrorumque priores, *h* et *j*, debiliores dici possunt, qui soni nec eadem sint frequentia iam in vetusta lingua celtica, nec eadem durandi vi in recentiore linguae conformatione, qua posteriores et fortiores. Itaque si fortiores illi soni, *s* et *v*, ex parte tantum pertulerunt oppositionem consonarum hibernicam nec praeter statum duriorem sunt servati, sed oblitterati infectione, mirandum non est debiliores ex omni radice hibernica evanuisse. Britannica quoque *j* in principio tantum vocum servata est.

H et S in vetustis nominibus gallicis. H: *H*ercynia silva Caes. et apud scriptores latinos post eundem, ut *H*ercuniates (nomen populi Pannoniae) apud Plinium, sed Ἀρκύνια ὄρη ap. Aristot., Orcynia apud scriptores graecos teste Caesare. *H*elvii, *H*elvetii Caes., sed Elvius, Elvorix in inscriptione Mediomatricensi (Grut. 12, 10. Stein. 996), Elvetius in inscr. helvet. (Orell. 480). Item apud Plinium 26, 7: *halus* quam Galli sic vocant, Veneti cotoneam (herbam); sed 27, 6: *alum* nos vocamus, Graeci symphyton petraeum. Non radicalis in his sine dubio *h*, sed addita eodem modo quo in nominibus vetustis germanicis *H*erminones, *H*ermunduri. Vix aliter in mediis vocibus: Va*h*alis Caes. (attamen Vacalis, Vachalis aliis). Dra*h*onus (fluv.) Auson. Mos. 365. Le*h*erenno (deo) Inscr. ap. Orell. 2020. Ne*h*alenniae (deae) Orell. 2029. 30. 31. In inscriptionibus frequentia nomina compos. -ne*h*ae: Rumanehae, Maviatinehae matronae, ut videtur, Gallorum deae. In nomine Euhages, adiuncto Bardis et Druidis apud Ammianum (15, 9), equidem non video *h*, sed nihil nisi falso lectum *ΟΥΑΤΕΙΣ* graeci fontis (Strabonis 4, 4), i. e. vâtes (hibern. vet. *fáith*). De *h* in his nominibus intromissa conferas spirantes britannicas.

S gallica vel britannica singularis: *S*abis, *S*eduni, *S*enones Caes. Σεσηρο-νεύς (*S*a*s*ranius Inscript. britann. Orell. 2779) Plut. (ed. Reiske 10, 732). Bellove*s*us, Sigove*s*us Liv. Ve*s*ontio, Ale*s*ia Caes. Ali*s*ontia Auson. Beli*s*ama (Minerva) Orell. 1969. Βηλησαμι Beck. 2. Adde composita: Civi*s*marus (p. 16) Liv. Carti*s*mandua (cf. Epomanduodurum, Mandubii) Tacit. Rati*s*bona (cf. Vindobona, Bononia) in chartis medii aevi. Iuncta aliis consonis: Catu*sl*ogi (compos. -*sl*ogi p. 22) Plin. Σμέρται (pop. Britann.) Ptol. *Sm*ertulitanus Inscr. Orell. 188. Ro*sm*erta (dea; compos. Ro-*sm*.) Inscr. Bratu*sp*antium (compos. Bratu-*sp*.) Caes *Sp*arnacum (hod. Epernay) chart. med. aev. *St*anacum, *St*iriate (loc. Noric.) Itin. Στουκκία (fluv. Brit.) Ptol. *Sc*aldis Caes. Plin. *Sc*arponna (ad Mosellam) Itin. In media voce: Ta*sg*etius, Morita*sg*us Caes. Ca*sp*ingium (ad Rhen. infer.). Itin. Ἀνηρόεστος (Gallor. rex) Polyb. Pi*st*illus Inscript. Orell. 2776. I*sc*a (fluv. Brit.) Ptol. Itin. Mati*sc*o Caes. Isini*sc*a (loc. Vindelic.) Itin. Ma*ls*onis fil. Inscript. Grut. 763, 6. Mur*s*a, Mur*s*ella (Pannon. oppid.) Itin. Καρσίγνατος Polyb. (25, 4). Duplicata SS: Casses (di) Inscr. Orell. 1979. Cassivellaunus

Caes. Tricasses, Viducasses, Bodiocasses (populi gallici) Plin. Baiocasses Notit. provinc. Galliar. Vindonissa Itin. Salassi Liv. Revessio Itin.

Eandem spirantem subiunctam gutturali in vetusta lingua gallica significari littera X patet inde, quod eius loco modo *s* modo *ch* (vel *h*) profertur tam hibernice quam britannice. Cui sono si ob scriptionem XS haud infrequentem in inscriptionibus eandem pronuntiationem vindicare velis, qua indicum *kš* effertur ut in notissimis *kšatrám* (imperium), *kšatríjas* (miles, optimas), obstat isti opinioni altera scribendi consuetudo, qua non solum in media voce sed etiam in extrema X et S commutatae inveniuntur, ut *Atimetux, Alanux* et *Atimetus, Alanus* (Beitr. III. 211). Qua scriptione illum potius sonum significari haud improbabile videtur, quem Germani etiamnunc scribimus, tametsi non iam pronuntiamus: *chs*. Exempla vetusta: A*x*ona, Ta*x*imagulus, U*x*ellodunum Caes. A*x*uenna Itin. Anton. Vena*x*omodurum (Raet. oppid.) Notit. dignit. U*x*acona (Brit.) Itin. Anton. Οὔξελλον, Οὔξελλα (oppida Brit.), Οὐέξαλλα (aestuar. Brit.), Λόξας (fluv. Brit.) Ptol. Le*x*ovii Caes. Lu*x*ovio Inscr. Orell. 2024. Lu*x*ovium (monast. medii aevi, hod. Luxeuil). Pleumo*x*ii Caes. Mo*xs*ius Inscript. Orell. 429. Ri*xs*ius Orell. 4983. De*xs*iva, De*xs*ivia (dea; Θέξιμον, herbae nomen gallicum ap. Dioscor. leg. δέξιμον? cf. sanscr. *dákšina*, gr. δεξιός, lat. *dexter*, hib. vet. *des*, brit. *deheu*) Orell. 1988. Bri*x*ia (Cenomanorum caput) Liv. Bri*x*ellum Tac. Itin. Chri*x*us (Boiorum rex) Sil. Ital. Senicco Seni*xs*onis fil. Inscript. Murat. 1402, 5. Adde: Ombe*xo*, Bonne*xis*, Hanna*x*us, Berha*x*is et Barho*s*is, Dunnoho*xs*is, Uloho*xs*is et Uloho*x*is, Biho*xs*is et Biho*s*cinnis (? si tamen recte huc referuntur) Beitr. l. c. In compositis: E*x*obnus, E*x*omnus (hib. vet. *esomun*, cambr. *ehouyn* Mab. 2, 64, intrepidus) Inscr. Stein. 68, 401. E*x*cingilla Murat. 1621. E*x*cincomarus Grut. 911, 2. In positione: Ando*x*ponni fil. Inscr. Murat. 1204, 5. Medivi*x*ta Grut. 795, 8. Murat. 2073, 1. Abre*x*tubogius Murat. 22, 5. Addo Ταξγαίτιον (Raet. loc.) Ptol., Bono*x*us (nomen figuli) Stein. cod. inscript. Danub. et Rheni 207, Pi*x*tilos Duchalais p. 171. 460 sqq., Ali*x*ie Beck. 4, quae nomina alibi scripta sunt per solam *s*: Ta*s*getius Caes., Bono*s*us ("origine Britannus, Galla matre") Vopisc. Firmus etc. cap. 14, Pi*s*tillus Grut. 130, 9, Ali*s*iia Beck. 3 et Ale*s*ia Caes.; denique Ando*ss*o et Ando*x*us in eadem inscr. (l. c. III. 211). Quare cum de *h* radicali linguae gallicae vetustae dubitandum sit, quasi duo gradus spirationis in ea videntur fuisse *s* et *x*.

J et V in nominibus gallicis vetustis. J in principio potissimum: *I*ura Caes. *I*uvavum Itin. Inscript. *I*ovincilli fil. Inscr. Brix. Murat. 1353, 6. *I*oincissus Steiner. 1583. *I*aso, *I*assus (in vas. figlin.) Orell. 429. Ver*i*ugodumnus Inscr. Orell. 2062. *I*umma Exobni fil. civ. Mediomatric. Atuns *I*unnae fil. Stein. 68. *I*antumarus Grut. 807, 5. 880, 4. Dubitationem movent ἰουπικέλλουσον (iuniperus Gallis), ἰουμβαρούμ (veratrum nigrum G.) Dioscor. 1, 103. 4, 16. In media voce: Ba*i*ocasses, Ba*i*ocassi Notit. provinc. Galliar. Auson. Beda*i*um Itin. De*i*otarus Cic. Caes. Nore*i*a Caes. Itin. Cele*i*a, Matre*i*a Itin. Sidonie*i*a Inscr. Grut. 736, 2. Bo*i*us (nomen viri) Auct. ad Herenn. 4, 3. Bo*i*odurum (nom. oppid.) Ptol. Itin. Bo*ii* (nomen gentis) Caes. Tac. Praeterea in inscriptionibus non modo *aii*, *oii* reperta sunt, quorum exempla supra (pp. 30. 31) proposuimus, sed etiam *ii* bis in una inscr. (Beck. 3): dug*ii*ont*ii*o, Alis*ii*a, qua scriptione *ij* significari non est quod dubites. Alternatio inter *j* et *gi* colligenda

videtur e nominibus quibusdam vetustis: Q. *G*iamius Bellus et Communis *G*iami fil. Inscr. Stein. 996, si confertur *I*amillius Orell. 4983. Item qui Livio Tolistoboïi, sunt -bo*gi* Plinio, -βόγιοι graecis scriptoribus, cui nomini adiungo virorum nomina iam dicta Abrextubo*gi*us, Vercombo*gi*us, et apud Livium 38, 19 Combo*l*omarus, siquidem legendum est Combo*i*omarus (cf. Bo*l*odurum Tab. Peut. pro Bo*i*odurum).

V: *V*ahalis, *V*ellavii, *V*ellaunodunum, *V*eliocasses, *V*eneti, *V*enelli, *V*ercingetorix, *V*erucloetius, *V*erbigenus, *V*iridomarus, *V*iridovix, *V*ocontii, *V*olcae, *V*osegus Caes. *V*assus, *v*asallus in media latinitate. *V*i*v*isci Auson. etc. A*v*aricum Caes. A*v*enticum Tac. A*v*icantus Inscr. Orell. 2033. Andeca*v*i Tac. Plin. Ra*v*enna (cf. Ῥαούιος, Hibern. fluv., Ptol.) Plin. Clare*n*na Itin. Ca*v*ares (pop. gall.) Plin. Καύαρος (rex Gallor.) Polyb. Ca*v*arinus, Ca*v*arillus Caes. Li*v*io (Apollini) Inscr. Bonn. Orell. 2021. Di*v*ico, Di*v*itiacus Caes. Di*v*ona Auson. No*v*iodunum Caes. No*v*iomagus Itin. Iu*v*a*v*um Itin. In derivationibus: Lita*v*iccus Caes. Ausa*v*a Itin. Gena*v*a Caes. Dexsi*v*ia (dea) Inscript. Gergo*v*ia, Lexo*v*ii Caes. Durocorno*v*ium Itin., aliisque pluribus (cf. sub derivatione). In positione: He*l*vii, He*lv*etii, E*lv*ius, E*lv*etius, E*lv*orix (p. 46). deo A*rv*alo Inscript. Orell. 1510. 1511. A*rv*erni, Ne*rv*ii Caes. Elisae inter duas vocales V exemplum gallicum videtur esse Io*i*ncissus Steiner. 1583, si conferas Io*v*incillus (v. supra).

De linguae vetustae hibernicae sonis spirantibus agentes primum debiliores, *h* et *j*, deinde fortiores, *s* et *v*, tractabimus, quia eadem ratione illi omnino, hi partim perierunt.

H in voce hibernica radicalis non est, nec sicubi in codicibus vetustis extra combinationes *ph*, *th*, *ch* scripta est in principio vocum, quidquam est nisi spiritus praemissus vocali inchoanti, ut in vetustis nominibus gallicis Hercynia, Helvii. Quae *h* cum nec radicalis nec necessaria sit, sine certa regula modo extat, modo abest: *uile*, *huile* (omnis) Wb. fq. *éula* (peritus) Wb., *heulas* (peritia) Sg. 209ᵃ. *aui*, *háui* (nepotes) Sg. 28ᵃ. 30ᵇ etc. Regularem usum, quo hodiernae dialecti, hibernica et gaelica, in hiatu post articuli formas *na* (gen. sing. fem., nom. acc. dat. plur.) vel praepositiones vocalibus terminatas *h* praefigunt ante vocalem nominis sequentis, nescit vetusta lingua, quae etsi habet *inna hirise* (fidei) Sg. 209ᵇ, tamen etiam: *inna idbairte* (oblationis), *inna indocbale* (gloriae), *inna anme* (animae), *na æcilse* (ecclesiae) Wb. 22ᵃ. 22ᵇ. 25ᶜ. 27ᵃ. *na aocobra* (cupiditates) Wb. 20ᶜ. *la atacu* (apud Atticos) Sg. 147ᵃ. *a oentu* (ex unitate) Wb. 26ᵇ. *aalbain* (ex Albania) cod. Mariani Scoti ap. Pertz. 7, 481.

J quoque, quam servavit lingua gallica, prorsus evanuit ex hibernica, non solum e mediis vel extremis vocibus, sed etiam e principio, ubi etiamnunc extat in lingua britannica, atque in hibernica ipsa servantur reliquae spirantes *s* et *v*. Cuius rei insigne exemplum praebet vox *óc* (hodiern. *óg*, destituta *c*) ap. Corm. v. *gluss*, unde derivatum *óclachdi* (gl. iuvenilia) Wb. 30ᵇ, compositum *ócmil* (gl. tyro) Sg. 77ᵇ, eadem ac brit. *iouenc* (iuvenis). In hac ergo voce hibernica vetusta *óc* iam perierunt *j* principalis, *v* media (nisi statuenda est diphthongus; cf. AU), *n* ante tenuem (cf. *coic* = quinc, brit. *pimp*, quinque;

p. 42), vocalesque residuae coaluerunt in productam *ó*. Nec aliter subst. *aig* (gl. cristallus) Sg. 67ᵇ est pro *jaig*, cambr. hod. *ia* (= *jag*, glacies), unde arem. adi. *yen* (= *yein*, *yagin*, glacialis, gelidus) Buh. 40, 5. 92, 15. 23. In aliis *j* incipiens cum sequentibus vocalibus transiit in *í* productam: *íc*, *íca*, gen. *ícce* (salus, salutis), e quo *ícthe* (salvatus, sanatus) Wb. fq., ortum e *jacc*, cambr. hod. *iach* (sanus), unde subst. *iechyt* (sanitas) Mab. 1, 283, arem. *jechet* Buh. 46, 5, particip. *jachet* (sanatus) Buh. 130, 2. 200, 3, ut cambr. vet. *iot* (gl. puls) gl. Ox. factum est hib. *hith*, *íth* (gl. puls) Sg. 20ᵃ. 70ᵃ. Item in nomine Iesu: *íssu*, *ísu* Tr. 39. 74, cum in aliis *i* vocalis scripta sit: *tar ioib* (gl. per Iovem) Sg. 217ᵇ. *iohain* (Iohannes) Tr. 26. 29. 39. 40. 48. 49. *iordánein* (Iordanis) Tr. 65. *iudide*, *iudeu* (Iudaeus, -os) Wb. fq. *iacaum* (Iacob) Tr. 128. *ré niuil* (luna Iulii) Cr. 32ᵇ.

S ubi status duri est, maiorem vim destructioni opposuit quam reliquae spirantes. Est autem status duri 1. in principio vocum, si non est causa infectionis. Quo loco usitata est scriptio simplex: *sen* (senex), *senm* (sonitus; cf. Senones) Wb. Sg. *suide*, *suidigud* (sessio, positio; cf. Sudeta ? hibern. hod. *suidhte*, positus, in ordine, serie) Wb. Duplex vero in combinatis *cosse*, *cossin* (adhuc, pro *co se*, *co sin*) Wb. 1ᵃ. 2ᵇ. *lasse* (apud hoc, cum; alias *lase*) Wb. fq. prodit geminationem vel assimilationem.

2. In mediis et extremis vocibus *a*) in geminatione: *iress*, *airess*, gen. *irisse* (comp. *air-ess*, fides, instantia; cf. Suessiones, esseda) Wb. fq. *uisse* (iustus) Wb. fq. *less* (commodum) Wb. 12ᵃ. *less* (gl. clunis) Sg. 67ᵃ. *mess* (iudicium) Wb. 6ᵇ. 11ᵇ. *ness* (gl. mustella, mus longa) Sg. 36ᵃ. *indfiss*, *fessa* (scientiae, gen.; cf. got. *vissa*) Wb. 5ᵃ. 26ᵈ. *sossad* (positio) Wb. 4ᵇ. *cissib* (cincinnis) Wb. 28ᵇ. *airchissi*, *airchissecht* (parcit, clementia) Wb. 4ᵃ. *coss*, plur. *cossa* (pes) Wb. 12ᵃ. *eross* (gl. puppis) Sg. 105ᵃ. Ob fortiorem semper *s* intactae pronuntiationem in isdem saepius *s* simplex scripta est ut *ires*, *hires* Wb. fq. *cosaib* (pedibus) Sg. 33ᵇ. *sosad* Sg. 7ᵃ etc. Vocum harum aliquibus supponendam esse vetustam gallicam *x* comprobant partic. privat. *es-* (*escara*, inimicus; alias *é-* ut *sé* sex, e *ses*) = gall. *ex-* in compositis, et adi. *dess*, *des* = *dex* (dexter; cf. nomen *Dexsiva*); nec aliter in latinis vocibus transumptis *x* in *s* mutatur: *diesamni* (de examine) Ml. 33ᵃ. *anesid* (gl. exitium) Ml. 15ᵈ. 34ᵃ. *doessid* (gl. exitio) Ml. 36ᵃ.* In aliis dentalis muta ante *s* vel *t* in *s* abiit, cui sequens *t* interdum ipsa quoque assimilata est, ut *mess* (iudicium), *fiss*, *fius* (scientia) ex radicibus *med*, *fid* prodierunt; servatae *t* post illam *s* exemplum est *tinfesti* (gl. flatilem; subst. *tinfeth*, *tinfed*, flatus, aspiratio) Sg. 17ᵇ.

b) In positione. Scriptionem duplicem in posteriore loco non inveni, ubi semper *arsaidi* (vetustos) Sg. 75ᵇ. *tursitnech* (gl. irriguus) Sg. 24ᵃ. similia, at in priore: *tesst* (testes) Wb. 14ᵃ. *cossec* (institutio) Wb. 9ᵃ.

c) Extra positionem nonnunquam contra regulam servari videtur: *α*) in radicibus post productas quasdam vocales: *fass* (vanus; alias *fáas*) Wb. 13ᵇ. *dá-*

* Idem vel post vel ante alias consonas fieri docet *do imchomairsnechaib* (interrogativis; *imchomarc*, interrogatio) Sg. 30ᵃ; nisi quod ante *t* in hibernica lingua (aeque atque in graeca: ἐκτός) c potius servatur *s* extruso, quare a particulis *es* (ex), *ós*, *uas* (super) derivata sunt *echtar* (extra), *óchtur* (superius). Discordat *nephlax* (gl. iuremissa; i. e. non laxa) Ml. 51r.

sact (insania), *dússactig* (insani) Wb. 9ᵇ. 12ᵈ. *bés, bées, béss*, plur. *béssi, bessa* (mos, mores) Wb. fq. *rochéss* (passus est), *césad* (passio) Wb. fq., *céssad* Wb. 19ᵇ. *mís* (mensis, gen.), *cís* (census) cf. p. 42. *gúassacht* (periculum) Wb. 13ᵃ. *tuus* (initium) in formula *arthuus* (initio, primum) Ml. 19ᵃ. 29ᵃ, unde *tóisech* (princeps), *tosach, tossach* (initium) Wb. Sg.; β) in signo praeteriti *s* (in plur. *-set* et *-isset*) et in terminationibus 1. et 3. pers. plur. *-mis, -tis* temporum secundariorum, et *-as, -es* formae relativae; γ) in pronomine 3. pers. sing. masc. suffixo praepositionibus quibusdam accusativum poscentibus: *less, leiss, fris, friss, triuss* (cf. pronom.); δ) in derivationibus *-as, -es, -is, -us*, gen. *-assa, -essa, -ussa*, et *-so, -se, -isiu, -ius, -nise, -nisse* etc. Verum dubitari vix potest, quin in plerisque si non in omnibus his causa servatae *s* sit aut geminatio vel assimilatio (γ. δ) aut excussio consonae ut in *cís* (= census).

Ad *x* hib. in *ss* vel *s* mutatam referendae sunt formae quaedam verborum, in quibus *s* e gutturalibus *c, g* orta videri possit, sive primariae sunt formae (futuri aut coniunctivi) sive secundariae. Quas infra suo quamque loco accuratius tractandas hic, ut in uno conspectu colligantur, strictim attingimus: *dofuthrisse* (velim) Wb. 32ᵃ. *nad duthrised anicc* (quod nollet eorum salutem; cf. *dofuthractar*, gl. volunt, Wb. 20ᶜ et subst. fq. *duthract, duthracht*, voluntas) 4ᵈ. *dondnindnisinse. dodnindnastise* (leg. *nastesi*; traderem eum, traderetis eum, Satanae) 9ᵇ. *mani tindnised* (nisi tradidisset) 4ᵇ. *atdomindnastar* (gl. deducar illuc, in Hispaniam) 7ᵃ. *atomanaste* (gl. a vobis deduci in Iudaeam) 14ᶜ. *mad condiuiti doindnasatar* (si cum simplicitate tribuentur, dona; cf. *doindnagar*, gl. tribuitur, Wb. 16ᵈ et subst. fq. *tindnacul*, tributio) 17ᵃ. *doinnasatar* (tribuentur) Ml. 30ᶜ. *ciathiasusa martri* (etsi subeo martyrium; *tiag*) Wb. 23ᵃ. *mathéis cucuibsi* (si contenderit ad vos) 14ᵃ. *cithes hí loc bes ardu* (etsi contenderit in locum altiorem) Ml. 23ᵈ. *ni imthesid cen imdéicsin* (ne ambulaveritis sine circumspectione; *imthiag*) Wb. 22ᶜ. *cofardumthéisidse* (ut me adiuvetis; *fortiag*) 7ᵃ. *diandremthiasat* (si ei praecesserint) 5ᵃ. *am. bid me féin notheised cucut* (acsi ipse ad te contendissem) 32ᵃ. *comairle do abisolon notésed* (consilium Abs. ut contenderet) Ml. 23ᵇ. *aracleisid* (gl. scutum fidei, in quo possitis tela nequissimi extinguere; additur vox: *irchlige*) Wb. 22ᵈ. *bad nertad dúib inso asnéirsid* (sit firmatio vobis haec, quod resurgetis) 25ᵃ. *ní do deckur uirt in esseirgu inso arbid immalle asseirset* (non ad differentiam ordinis in resurrectione hoc, dictum est, nam una resurgent, mortui) 13ᵇ. *cindas inchoirp ineséirset* (gl. quali enim corpore venient?) 13ᵃ. *ceni esérsitis. mani esersitis* (si non resurgerent) Ml. 15ᶜ. *condéirsid a forcital sosceligthide* (ut deseratis doctrinam evangelicam) Wb. 25ᵈ. *ni dérsid forsóiri ar fognam* (ne deserueritis libertatem vestram ob servitutem) 20ᵇ. *naich ndeirsed* (quod eum non deserturus esset; mox subst. *anephdeirge som*) Sg. 209ᵇ. *diandaithirsid ón* (si id correxeritis) Wb. 9ᵃ. *dúus indaithirset* (si forte paenitentiam agant; *aithirge*, paenitentia) 30ᵇ. *ní taidirsed nech huann* (nemo misereretur nostri; subst. *taidirge*) 4ᵈ. *ni conairsoilset* (non quod aperuerint; *ersoilcthe*, apertus) Ml. 31ᵇ. *neck immechomairsed* (qui interrogasset; *imchomarc*) Ml. 20ᵇ. *ní inchoissised* (aliquid quod significaret; *inchosig, inchoisig*, significat Sg.) Wb. 2ᵃ. *mani coméitis do* (si non indulseris ei) 6ᶜ. *mani cometsam deartolaib* (si non indulserimus voluntatibus nostris; *cométig*) Cam. *diatormastar amét* (si aucta fuerit eius magnitudo; *tórmag* = *doformag*) Ml. 20ᵃ. Inprimis ex radice *ic* cum

variis praepositionibus composita multas eiusmodi formas natas esse docebunt haec exempla: *resiu rissa* (antequam veniam) Wb. 14a. *muriissi farndochum* (gl. donec veniam) Ml. 34a. *act risam* (?) *nem* (si assecuti erimus caelum) Wb. 12c. *neich risid aless* (cuius rei indigueritis) 24b. *risat ade* (consequentur hoc) 5b. *arnachatísat sóibapstil* (ne veniant falsi apostoli) 17d. *am. ni risinse* (acsi non essem venturus) 9c. *resiu rísinse* (antequam venirem) 18a. *conroissinn* (ut assequar) 26d. *manithised*, *condid tised*, *condised*, *resiu tised* (nisi venisset, donec, antequam veniret) 4c. 21a. 25a. 27c. *connatissed etir indigal* (ne veniret omnino ultio) Ml. 27c. *machotismis* (si id possemus) Wb. 25c. *cechonis cor dosétche uait* (quamvis possis ponere tuam uxorem de te) 10c. *cechonistis* (etsi possent) Sg. 138c. *forsanairisedar ingním* (in quem facta erit actio) Sg. 139b. Perit *n* combinationis *ng*: *ma fristossam* (si abiuraverimus) Cam. *ni robe nech taratoissed* (non erat per quem iuraret; *tongad* Ml. 36c) Wb. 33d. *fulós* (gl. sustinere) Ml. 33c. *arafulsam ar fochidi* (ut toleremus tribulationes nostras; *fulang*) Wb. 14c; nescio an eiusdem radicis sint: *fochith nadfochomolsam*, *nadfochomalsid* (tribulatio quam non sustineamus, sustineatis) 14b. 11b; *am. ni cuimsin* (ac si non possem; *cumang*) 17b. *am. ni cuimsimmis adenum* (acsi non possemus id facere) 17c. *am. bid dúib doecmoised* (acsi vobis accidisset; *tecmang*) 5d. *resíu forchuimsed* (antequam eveniret) 4d. *am. farcuimsitis* (acsi facta essent) Sg. 148a. *cochotabosadsi* (ut vos confringeret; *comboing*, confringit, Wb. 4d) Ml. 18c. — Nec minus certa sunt exempla *ss* vel *s* a dentalibus profectae in eiusmodi formis, ut *inhí asindisset* (ii qui enarraverint) Wb. 30d. *sechis asnindised ón* (gl. argumenta curavit exprimere; *aisndedat*, *asindedar*) Ml. 31a. *cini estar*, *cia estir* (quamvis non edat, q. edat; *ithim*) Wb. 6b. *ismacc miastar* (filius iudicabit) 1d. *messimmir inna fírainglíu* (iudicabimus ipsos angelos) 9c. *mestar* (gl. aestimari; *midiur*) Ml. 24a. *rofessursa* (sciam), *rofestar*, *ni fiastar* (sciet, nesciet), *confestar* (ut sciat), *nad fiastar* (quod nesciat) Wb. et multa alia eiusdem radicis (*fid*).

Interdum *s* in principio vocum aut prorsus periit, cuius rei certissimum exemplum praebet *amal*, *amail* (instar), contra *cosmil* (similis), *samlith* (ita) aliaque derivata et composita, aut in quibusdam tantum positionibus servatur, ut leviter intuenti adiecta videatur, ut ante articuli formas *inn*, *ind* (*in*), *an* (*a*), *naib* (dat. plur.), *na* (acc. pl.) et ante pronomen relativum *an* (*a*) post praepp. *in*, *con*, *ren*, *iarn* (quae reiciunt *n* ante *s*), *a*, *la*, *co*, *fri*, *tre*, *tar*, *for*, ut fiant combinationes: *isin*, *resin*, *iarsin*, *cosin*, *cosa*, *cosnaib*, *tarsna*, *isnaib*, *forsnaib*, *isna*, *trisna*, *frisna* etc., quarum exempla proponentur, ubi de pronomine et de praepositionibus agetur. Eadem ratione forsitan explicandum sit: *condib sinonn persan* (ut sit eadem persona; alias *innon*) Sg. 189b.

Infectione *s* perit in vetusta lingua. Recentior quidem lingua, quae hanc spirantem in statu primitivo profert ut *s* fortem, prope ut *ss*, pronuntiat infectam ut *h*; sed recentioris originis puto hanc *h*, ut *h* in hiatu inter articulum vel praepositionem et vocalem sequentis nominis, de qua supra dictum (p. 48). Codices enim vetusti hibernici infectam *s*, ut *f*, in principio vocum aut notant **puncto delente**,* aut omnino omittunt. Punctum delens in solo

* Signo hoc, quod in Sg. in usum grammaticum abiit, in eodem codice saepe significatur in vocibus latinis litteram falso scriptam esse delendam, quae consuetudo est communis codicum medii aevi.

codice Sg. adhibetur, omissio consonae in omnibus. Idem punctum hodierna adhibet orthographia hibernica, verum usu multo magis dilatato, non solum pro *s* et *f*, sed consonae qualiscunque infectae signum, cum gaelica pro eo *h* postponat consonae (quam scriptionem in hoc opere etiam in vocibus recentioris hibernicae linguae adoptavimus). Exempla signi delentis in Sg.: *di ṡerc* (amore) 1ᵃ. *foṡodin* (hoc modo) 182ᵇ. 220ᵇ. *roṡechestar* (secutus est) 208ᵇ. *intṡamil* (imitatio, instar) 6ᵃ. 64ᵃ. *intṡliucht* (sensus, intellectus) 39ᵇ. 50ᵃ. *indṡrotho* (fluvii, gen.) 35ᵇ. *dálṡuidæ* (gl. forum) 59ᵃ. *comṡuidigthi* (composita) 222ᵃ, et sic in locis plurimis. Omissa *s* infecta in Sg.: *intliucht*, *dindindliucht*, *frislond nintliuchta* (*intṡliucht*) 3ᵃ. 42ᵇ. 53ᵃ. 198ᵃ. *remuidigthe* (gl. praeposita; = *remṡuidigthe*) 3ᵇ. *díruidigud*, *díruidigthe* (derivatio, derivatus; pro *diṡruidigud* a *sruth*, rivus, pro quo in eodem loco bis male *dirṡuidigud*) 188ᵃ. Omissio in Wb.: *intliucht* 5ᵇ. 5ᵈ. 26ᵈ. 33ᵈ. *intamil*, *intamlitis*, *intamlid* (= *intṡamil*; 9ᵃ: *intsamlatar*) 5ᵃ. 5ᵇ. *indeircc* (in amore) 25ᵃ. *indearc bratharde* (amor fraternus; = *indeṡerc* 33ᵈ. Minus accurata scriptione interdum in codice Sg., frequenter in aliis codicibus nec punctatur *s* infecta, nec omittitur.

E mediis et extremis vocibus *s* singularis infecta evanuit nullo vestigio relicto: *hiairn* (= *iairn*, gen. hib. vet. *hiarn* Corm., hod. *iaran*, gael. *iarunn*, ferrum; adi. *iarnach*) Inc. Sg. ex *isarn*, quod redit in vetustis dialectis germanicis. *siur* (soror) in demin. *siurnat* (gl. sororcula) Sg. 46ᵇ e *sisur* (lat. *soror* pro *sosor*, sanscr. *svásṛ*). *giall* (gl. obses) Sg. 102ᵃ, *gell* (gl. pignus) Ml. 27ᵃ, siquidem conferendum est cum germ. vet. *gisal* (obses). *gaide* (gl. pilatus: a pilo pilatus; i. e. pilo, hasta praeditus) Sg. 159ᵇ* cognatum est vetusto gallico *Gaesati* (*Γαισάτοι* Polyb.), utpote derivatum *gai-de* e substantivo *gai* orto e *gais*, quod etiam in lingua vetusta germanica invenitur in nominibus Gaisericus, Radagaisus. Addenda sunt num. *sé* (sex) pro *ses*, et terminationes quaedam grammaticae, ut comparativi *-u*, *-iu* (lat. *-ior* cum *r* pro *s* ut in *soror*), secundae personae singularis *-e*, *-i* (*dene*, *gaibi*, lat. *-as*, *-es*, *-is*), denique quorundam nominis casuum.

---

* Eadem vox Sg. 67ᵇ: *sabindae* .i. *gaide* (gl. Quiritis pro Quiris, Sabinus; post formas Tiburtis, Laurentis i. e. Laurentinus), ubi glossatori interpretanti nomen Quiritis nescio an in mentem venerit vocis hibernicae assonantis; est enim hodie quoque gael. *coir*, hasta. At cf. Macrob. 1, 9: Quirinus quasi bellorum potens, ab hasta, quam Sabini *curim* vocant. Ab eodem errore profecta est interpretatio: *gaigim* (gl. quirito et quiritor) Sg. 144ᵇ. Apud O'Donov. p. 284: *crand gae cen iarn fair* (lignum hastae i. e. hastile sine ferro in eo), et p. 319: *in gai sea* (hastam hanc) e vetustis libris. Non bene ergo Polybius 2, 22: *διεπέμποντο πρὸς τοὺς κατὰ τὰς Ἄλπεις καὶ τὸν Ῥόδανον ποταμὸν κατοικοῦντας Γαλάτας, προσαγορευομένους δὲ διὰ τὸ μισθοῦ στρατεύειν Γαισάτους· ἡ γὰρ λέξις αὕτη τοῦτο σημαίνει κυρίως.* A mercede enim Gaesati omnino non sunt denominati. Eadem vox fortasse inest nominibus virorum galaticis in Asia minore: *Γαιζατοδίαστος* Inscript. ap. Murat. 2, 643. *τοῦ Γαιζοτόριος* ap. Polyb. 25, 4, quod rectius erit *Γαιζατόριγος*, gen. nominis *Γαιζατόριξ*, significantis *pilatum*, *armatum* aut *armatorum dominum*. Nec aliis graecis interpretationibus plane fides est habenda, ut ei quae servatur e Clitophonte apud Plutarchum (ed. Reiske 10, 732. 733): *παράκειται αὐτῷ (Ἄραρι ποταμῷ) ὄρος, Λούγδουνος καλούμενον, μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Μώμορος καὶ Ἀτεπόμαρος, ὑπὸ Σεσηρονέως τῆς ἀρχῆς ἐκβληθέντες, εἰς τοῦτον κατὰ προσταγὴν τὸν λόφον πόλιν κτίσαι θέλοντες· τῶν δὲ θεμελίων ὀρυσσομένων αἰφνιδίως κόρακες ἐπιφανέντες καὶ διαπτερυξάμενοι τὰ πέριξ ἐπλήρωσαν τὰ δένδρα. Μώμορος δ' οἰωνοσκοπίας ἔμπειρος ὑπάρχων τὴν πόλιν Λούγδουνον προσηγόρευσεν. λοῦγον γὰρ τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν κόρακα καλοῦσι· δοῦνον δὲ τὸν ἐξέχοντα· καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ἐν ιγ' Κτίσεων.* *Munitum* enim *locum* proprie significat vox celtica *dûn* (p. 24), non *eminentem* (legendum *τόπον ἐξέχοντα*?) vel *montem*; atque oppida quaedam indidem denominata non in monte, sed in planitie sita sunt, ut Lupodunum, Camulodunum etc.

Nunquam aut in principio vocum aut in mediis infici *s*, quam sive muta sive *m* excipiat, cum scriptione codicis Sg., in quo ante has consonas nec periit unquam *s* nec puncto delente notata est, tum praeceptis grammaticorum linguae hodiernae comprobatur. Itaque exemplis supra (p. 52) prolatis *intsamil*, *intsliucht*, *distruidigud* opponuntur *tinscana*, *intinnscana* (incipit) Sg. similia.

V etsi sequitur analogiam spirantis *s*, tamen cum non sit eadem intensitate nec vi resistendi, est paulo minoris ambitus. E mediis enim et extremis vocibus post vocales evanuit omnino praeterquam in transumptis quibusdam ut *graif* (gravis), *breib* (brevis) Sg., nec nisi post liquidas et mediam *d* servata est, scripta B, quam infectam esse probat scriptio hodierna *ḃ*, *bh*; perstitit in solo principio in statu duro, in quo fere scribitur F. Quodsi unquam, hic quadrat denominatio status duri, quo ex *v* (= germ. *w*) prodit *f*, cuius pronuntiationem eandem ac latinae *f*, *ph* demonstrant tam transumpta *fellsube* (philosophia; *b* quoque leniter hic aspiranda extra positionem, totum fere ut *felsufe*) Wb., *ifurnn* (infernum) Wb. Sg., *inmetafordid* (*μεταφορικῶς*) Ml. 44 r. quam scriptio varians *tinfed*, *tinphed* (aspiratio) Sg. 6ª. 9ª. Inde patet oppositione consonarum hibernicarum inter sese et distinctione inter pronuntiationem duram et mollem facta sonum quorundam, ut nonnunquam in nimiam mollitiem transiit, qua omnino evanescerent, ita interdum in nimiam duritiam protrusum esse. Exempla status duri in principio vocum: *fín*, *fínn* (vinum) Wb. Sg. *fin* (albus; cambr. *gwin*, e *find*; cf. Vindobona, Vindonissa) Sg. 35ᵇ. *fini* (cognati; in Ml. 18ᵇ: *fingalcha*, gl. parricidalia, arma; cf. vetust. nom. Veneti?) Wb. 28ª. *fír*, *fírian* (verus, iustus), *fírinne* (iustitia) Wb. fq. *fial* (velum, velamen) Wb. 15ª. *fiss* (scientia; cf. got. *vissa*) Wb. fq. *fissith* (gl. catus) Sg. 52ª. *fissid* (gnarus, sciens), *anfissid* (ignarus) Wb. 26ᵈ. 29ᵇ. *fedb* (vidua) Wb. 28ᵈ. *fid* (arbor; cf. brit. *guiden* Voc., gall. Viducasses) Sg. 53ª. *fích* (pagus) Sg. 37ᵇ. 53ª. *ó folt* (a caesarie; brit. *gualt*, capillus) Wb. 11ª. *folcaim*, *folcaim̃* (gl. humecto gl. lavo; brit. *golchi*, lavare, cf. Volcae, Volcatius) Sg. 145ª. 146ᵇ. *fers* (versus) Sg. 59ᵇ.* Etiam cum liquidis *l* et *r*, quae in aliis linguis post vocalem reponuntur, haec spirans in principio vocum coniungitur, ut in lingua slavica *vl*, *vr*: *flaith* (imperium; brit. vet. *gulat*, hod. *gwlad*, regio, ex quo adi. *guletic*, *gwledig* potens; cf. slav. *vladiti*, sed germ. *waldan*) Wb. 9ᵈ. *hífiid cr.* (gl. epulemur non in fermento veteri; i. e. in epulis Christi, nom. *fled*) Wb. 9ᵇ. *ifledaib* (in epulis) Wb. 27ᵇ. *fledaichthith*, *fledaichthidi* (gl. epulo, gl. epulones; cambr. hod. *gwledd*, epulae) Sg. 52ª. *fliuchdercc* (gl. lippus), *fliuchaigim* (gl. lippió) Sg. 24ª. 10ᵇ. *fliuchidi* (gl. humectiora) Cr. 34ᵇ. *inna fliuchaide* (gl. humidorum) Sg. 73ª. *fliuchaidatu* (humiditas; cf. cambr. *gwlyp*, madidus, Mab. 2, 378, *rogulipias*, gl. olivavit, gl. Lxb.) Cr. 18ª. *flesc* (linea, virga) Sg. 3ᵇ. 40ᵇ. *fracc* (mulier; cambr. *gurehic* gl. Ox. *gwreic* Mab.) O'Ḍav. De praep. *fri*, *frith* (cambr. *gwrth*) infra disseretur (p. 66).

Haud raro B pro *f* sive *v* primitiva positum est, duplici ratione:

1. Media vera non emollita extat in principio hib. brit. *bran* (corvus, cor-

---

* Latinae *v* pronuntiationem ut *f* pro *w* in Germania, quae etiamnunc in usu est, a monachis Scotis vel Hibernis, frequentibus in monasteriis Germaniae, initium sumpsisse credibile est.

nix; slav. *vranŭ*, lit. *várnas*, *várna*), nescio an in aliis quoque ut hib. *beura* (gl. sudes) Sg. 67[b], *bir* (gl. sudum) St. app. 152, *berach*, *birdae* (gl. verutus) Sg. 60[a], brit. *ber* (gl. veru) Voc., si comparandum est lat. *veru*. Ne tamen his admisceas ea, quorum *b* ad *gv* pristinam redire videatur, ut hib. *bíu*, *beo*, cambr. *byw* (vivus), hib. *bethu* (vita), quibus non solum lat. *vivus*, *vita*, sed etiam graec. *βίος*, *βιῶναι* atque got. *qvius*, germ. vet. *quek* respondent, aut hib. cambr. *ben* (mulier), quocum conferimus graec. *γυνή*, boeot. *βάνα*, got. *qvêns* et *qvinô*.

2. Media infecta (quam prodit scriptio recentior, *ḃ* sive *bh*) sine dubio locum tenet *v* primitivae, cuius sonum aut servavit aut resumpsit:

a) in mediis vel extremis vocibus post liquidas *l*, *r*, *n* (quae non mutatur in *m*, in quam mutari debebat ante *b* veram) ac post mediam *d* (mollem post vocales, *ḋ* sive *dh*): *delb* (imago) Wb. Sg., recent. *dealbh*, cambr. *delw* Mab. *tarb* (taurus), rec. *tarbh*, cambr. *taru* Leg., corn. *tarow* O. 123. Cr. 403, gall. *tarvos* Inscr. Par. *banb* m. (sus), gen. *bainb* Corm. (v. *bab*) O'Dav. (vv. *fuirec*, *lupait*, *scuithid*), corn. *baneu* Voc., cambr. rec. *banw*. *fedb* (vidua), corn. *guedeu* Voc., cambr. rec. *gweddw*; in quibus omnibus infectae *b* hibernicae respondet cambr. vet. *u*, rec. *w*, corn. vet. *eu*, rec. *ow*, nisi tota periit ut in corn. *del* Pass. Post vocalem eadem *b* cernitur in pron. person. 2. plur. infixo vel suffixo: *dobtromma* (gravat vos), *airib* (pro vobis), *sib* (vos), *adib* (estis) Wb., quam infectam prodit non modo hodierna scriptio, sed etiam omissio relativi N ante hoc pronomen semper facta: *nobcara* (quod vos amat) Wb. 27[d], contra *am. nondubcairimse* (ut ego vos amo) 23[a]. Item in latinis interdum *b* scriptum est loco *v* originariae: *bobes* (boves) Wb. 10[d], ut in transumptis *tar ioib* (gl. per Iovem) Sg. 217[b]. *breib* (brevis) Sg., cum in aliis *u* extet: *snechti ioiuis* (nives Iovis) Sg. 8[a]. Hoc quoque memorandum videtur, quod pro latina *f* in vocabulis transumptis eadem *b* invenitur: *nipa lour do sacarbaicc* (gl. si quis esurit, domi manducet, 1. Cor. 11, 34; i. e. non sufficiet ei sacrificium) Wb. 11[d], ut pro graeco *φ* in *felsub*, *fellsube* (philosophus, philosophia) Wb.

b) Eadem ratione in principio pronominis possess. *farn*, *far* (vester) saepius molliorem sonum (ut in hod. *ḃar*) significat scriptio *barn*, *bar*, itaque in uno eodemque loco: *dofarforcitlidib et dobarnanamchairtib* (praeceptoribus vestris) Wb. 14[a]. Quae scriptio post vocales potissimum invaluit: *dobarrucu* (gl. ad verecundiam vestram) Wb. 9[a]. *dobarcursagad* (ad reprehensionem vestri) 20[a]. *dobarcélib* (sociis vestris) 25[d]. *dobarnirâil* (ad confirmationem vestram) 26[a]. *dobartabart ó sos.* (ad ferendos vos de evangelio) 18[c]. *fobarmbídsi* (vestra causa) 23[d]. *níbar scéuilsi* (non vestri nuntii) 17[b], sed etiam post consonas invenitur: *ni arbarseirc* (non propter amorem vestri) 19[d]. Ante hanc quoque formam semper excidit *n* terminalis praepositionum: *ibartintúth* (in interpretatione vestra) Wb. 19[d]. *hibarpeccad* (in peccato vestro) 20[b]. *ibarfoirbthetusi* (in perfectione vestra) 25[d]. *mabeid hibarcumung* (si est in potestate vestra) 5[d] — perinde atque ante *f*: *iarfartoimtinsi* (secundum vestram opinionem) 20[b]. *hifarnirnigdibsi* (in vestris orationibus) 7[a] — nunquam in *m* transit ut ante *b* primitivam: *iarmbaithis* (post baptisma), *imbélre naill* (in aliam linguam) 12[d]. *imbélre* 13[c]. *imbás*, *imbethith* (in mortem, in vitam) 13[d]. *imbethu* (in vita) 14[b]. 25[b]. *imbrecairecht* (gl. in astutia) 15[b]. *formbriathar* (sermo vester) 26[a]. *farmbethusi* (vita

vestra) 27[b]. *friambriathra* (contra verba eorum) 31[b]. *combíu* (donec sum) 30[a]. *diambemni* (si sumus nos) 24[a]. *rambia* (erit ei) 27[c]. *arambere biuth* (quod fruaris) 28[a].

c) Minus certa sunt alia quaedam exempla *b* pro *f* scriptae, ex quibus certiora videntur haec: *imbresna* (gl. pugnas verborum) Wb. 29[b]. *ni imbresnat* (non adversantur) 29[d]. *oc imbresun* (in altercatione) 30[a], sed *arimfresna* (nam altercatur) 30[c]. *imfresnat* (adversantur) 31[b]. *donaibhi immafresnat* (gl. inficientibus) Ml. 20[d], cf. *dondfresndid* (gl. satanae; i. e. adversario, impugnatori) Wb. 9[b]; *ába-min* (optat) Sg. 161[b], sed *afameinn* 207[b]. *affamenad*, *afamenad* (optaret) 148[a]; *cúbus* (conscientia; *con-fius*) Wb.; *coibnes*, *coibnesta* (affinitas, affinis; *fini* p. 53) Sg., item *coibse*, *cobsud*, *anbsud* (p. 42).

Assimilatam esse *v* liquidae *l* in subst. *uall* (superbia) Wb. 10[b]. 15[d], *indhuall* (gl. elatio) Ml. 28[a], unde *huallaig* (gl. elati) Ml. 34[c], *na hualchá* (gl. superba) Ml. 31[c], *ualligim* (gl. abrogo; i. e. arrogans sum) Sg. 22[a], docet genetivus *bes uáilbe* (mos arrogantiae) Wb. 14[c]. *uáilbe et utmaille* (gl. iuvenilia desideria fuge; i. e. arrogantiae et instabilitatis) Wb. 30[b].

Interdum praeter regulam communem sicut *s* (p. 51) *v* quoque in principio vocum aut deperiit, ut in *espartain* (tempus vespertinum) Corm. (v. *crepscuil*), cui conferendum est, quod praep. *fri* non modo in inferioris aetatis libris saepissime in *ri* abiit, sed etiam in cod. Wb. bis cum pronomine suffixo scripta est *riumsa* (a me) 14[a]. 16[d]; quapropter *errach* (ver) — dat. *ó errug* (gl. vere) Cr. 37[a] — cum gr. ἔαρ, lat. *ver*, cum lit. *vasarà* (aestas) comparantes vix errabimus; aut cum vocali, quae eam excipiebat, in *ú* contracta est: *úr* (recens) Corm. cum derivatis *úrde* (cambr. *gwyrdd*): *húrda* (gl. viridarium) Sg. 35[b]. *húrdai* (gl. viridia) Ml. 18[b], *ondúrdatu* (gl. virore), *nuraigedar* (gl. virere) Ml. 15[b].

Si *f* hibernica inchoans e regula accipit **infectionem**, signatur eodem modo quo *s*, i. e. mortificatur puncto delente, vel omittitur. Signum delens hic quoque in solo codice Sg.: *derbḟogir* (gl. ipsae pronuntiationes) 3[b]. *do immḟolung ḟuit* (ad efficiendam longitudinem) 6[b]. *isindḟrecndairc* (in praesenti) 166[a], atque in aliis locis multis. Omissio tam in Sg. quam in ceteris codicibus; in Sg.: *indeoger* (diphthongus; = *indefoger*) 18[a]. *toirndet* (significant; = *dofoirndet* 72[b]) 25[b]; in Pr. Cr.: *isindrecdairc* (idem quod supra allatum *isindḟrecndairc*) 61[a]; in Wb.: *indectsa* (nunc; i. e. *indḟectso*, hoc momento, hac vice) 3[a]. *oinecht*, *oinect* (gl. semel; i. e. *oinḟecht*, una vice) 3[b]. *aralaith*, *innalaith* (propter regnum eius, in regnum suum; *flaith*) Wb. 30[a]. 31[a]. *a orcital* (doctrina eius; *aforcital*) 8[b]. *duthracht* (voluntas; = *doḟuthracht*, ut *dofuthrisse*, velim, *dofuthractar*, volunt, Wb. 32[a]. 20[c]) sq. Attamen saepius etiam *ḟ*, ut *ṡ*, quamvis sit in statu infectionis, ergo oblitteranda, nec puncto notatur nec omittitur in codicibus, sed manet, non pronuntianda, sola scriptione etymologica.

Nihil retinuit in lingua hibernica *v* primitivam post vocales, non solum in extremitate vocum, ubi vix retinetur in ulla lingua, sed etiam in mediis. Nusquam servata est in vocibus, quae produnt eam in vetustis nominibus gallicis vel linguis affinibus. Verum non una eademque in omnibus his ratione *v* habetur, sed modis variis. Nonnunquam enim, etsi non intacta, servata tamen quodammodo dici potest, utpote in vocales sono proximas transgressa *u* (ut in nomine *leui* Tr. 6) vel *o*; unde diphthongi prodierunt *iu*, *eo*, *au*, *ou* vel harum mutationes hibernicae *ó*, *ú*, *ua* (cf. p. 33. 34).

Servatae igitur *íu* vel alternantis cum *éu* et *éo* exempla certa haec habemus: *fíu* (dignus; cambr. *gwiw* Mab. et hodie; cf. galli. Vîviscus?) in cod. Wb. *mad fíu lib* (gl. quod si dignum fuerit) 14ᵃ. *ni fíu* (non decet) 13ᶜ. 15ᵃ. 18ᶜ. 20ᵇ. *ni fiu* 10ᵇ; *bíu* (vivus; corn. *biu*, vita, Voc., cambr. *byw*, *buw*, vivus, Mab.) Inc. Sg., *béu* Wb. 13ᵈ, frequentius *béo* ut Wb. 10ᵇ. 19ᵃ vel *beo* (arem. *beo*) 3ᶜ. 4ᵃ, unde derivata sunt adi. *beode* Sg. 39ᵃ, subst. *beothu*, *beotho* (vita) Wb. 3ᶜ. 11ᵃ, verb. *beoigidir*, *beoigedar* (vivificat) Wb. 13ᵈ. 19ᵃ. Cum his conferendum videtur *genitiu* (genetivus) transumptum, sed quod totum abiit in hibernicum flexionis modum.

Servatae *au* vel *ou* exempla supra proposuimus *gáu*, *gáo* (falsus), *auc* (nepos), *nau* (navis), *lour* (sufficiens), a quibus vix sunt disparanda *glaosnathe* (linea) et *loun* (penus, copia; cf. *lón*, food, provision, O'R.); ibidem tamen adnotavimus saepius *ó* (*ua*) vel *ú* proferri tam in isdem vocabulis alternantes cum diphthongis ut *gó*, *gu*, *guaigedar*, quam solas in aliis ut *clói* (clavi), *óc* (iuvenis). Sic igitur diphthongum coartatam habent

in *ô*: *oí* sive rectius *ói* (ovis; ind. *ávis*, lit. *awis*) Corm., idem *ui* scriptum O'Dav. *nói* (navis), gen. *nóe*: *sainécosc noe* (gl. celox; i. e genus singulare navis), *inchruth noe* (gl. aplustre; i. e. apparatus navis) Sg. 69ᵃ. 132ᵇ; sed etiam *nau* (p. 33), *naueirchinniuch* (gl. nauiclero) L. Ardm. 188. b. 2, diphthongo servata, ut in Adamnani vita S. Columbae ap. Boll. Iun. 2, 197: matris pater latine *filius navis* dici potest, scotica vero lingua *Macnaue*. Nec aliter in subst. *bó* (bos) Br. h. 50. 52, Corm. — unde comp. *bóchaill* (gl. bubulcus) Sg. 58ᵇ, deriv. *Bóinne*, gen. *na Bóinni* (ap. O'Donov. p. 318 e libro vetusto), nomen fluvii Hiberniae meridionalis, qui Ptolemaeo dicitur *Βουουίνδα* (i. e. *Buvinda*) — si recta lectio est (nam alias duas memorat St. 54: *achetbbou*, *achadh bó*), diphthongus servata est in eadem vita S. Columbae ap. Boll. Iun. 2, 216: monasterium quod latine Campulus bovis dicitur, scotice vero *Achad bou*; cf. *Inis bou finde*, Beda.

In *û*: *tuus*, *tús* (principium) Ml., e quo derivata *toisech* (princeps, dux), comp. *tóisechu* (gl. prior), *toisigiu*, sup. *tóisigem* (gl. primus), *tosach*, *tossach* (initium) satis frequentia in Wb. et Sg., *tóisechaire* (gl. primas) Sg. 50ᵃ, videtur ortum e *tovus*, cum in privilegio ecclesiae Landavensis in libro Land. p. 113 scribatur *touyssogion* (principes; cambr. hodiern. *tywysogion*, sing. *tywysawg* e subst. *tywys*, ductus). Etiam adi. *núe* (novus: *fon mám nuu .i. isindfeni nui*, gl. sub iugo novo, Ml. 2ᵃ. *dóini nui*, homines novi, Wb. 22ᶜ), unde deriv. *núide*, compos. *núiadnisse*, i. e. *núefiadnisse* (:*i comairbirt núidi*, in novo testamento, Wb. 3ᶜ. *indocbal núiednissi*, *rect núiadnissi*, gloria, lex novi testamenti, Wb. 15ᶜ. *inúiethnissiu*, in novo testamento, Wb. 10ᵈ) ad formam *novia* respondentem indico *návja* (lit. *naújas*) reducendum est, quam prae se ferunt tam vetusta nomina Noviodunum (quattuor oppida huius nominis ap. Caes.), Noviomagus, Novesium Itin., quam quae inferioris sunt aetatis, Novesium Ammian. (18, 2), Novigentum (super Matronam, Bolland. Mai. 6, 804). Itaque hib. *núide* et quae ei respondent, arem. vetust. *nowid* (*Lis nowid*, i. e. Curia nova, bis in charta de a. 826, in Chart. Rhedon. 1, 14), recent. *newez*, cambr. *newydd* infecta *o* ad formam derivatam *novidia* revocanda sunt. Ceterum concedenda est vocalium assimilatio facta iam in vetustis Nîvomagus (pro Niviomagus? in quo diversa vox vix statuenda) Auson., Nivisium (= Novesium Amm.) Sulpic. Alex. ap. Gregor. Tur. 2, 9, villa Nivella, Nivialla, Nivigella ap. Bolland. (Iun. 2, 832.

Iul. 3, 61. Sept. 5, 580; cf. Nuella Sept. 5, 601). Addendum videtur subst. *clú* (gl. rumor; cf. slav. *slovo*, *slava*) Sg. 46^b, si conferas cambr. *clyw* (auditus) et verbi cambrici formam *clywet* (audire), a qua discedit tam hibernicum verbum idem significans variis formis anomalis quam deriv. *clúas*: *clúasa* (aures), *donaib clúasaib* (auribus) Sg. 3^a. 50^a, quocum forsitan cambr. *clust* comparaveris. Variat formis nomen Davidis: *duaid* Ml. 2^b. 30^c, *duid* Ml. 14^b, *dauid* Goid. 20 (*dabid* scriptum Oeng. Fél. Mart. 1). De aliis, ut *súil* (oculus) Wb. 9^a. 12^a. 15^a. 27^c. plur. *súili*, *súli* 19^d. 25^c, fortasse de quibusdam supra sub U producta enumeratis, dubia res est. Etiam inchoantem *v* cum proxima vocali hac formula *ú* absorptam esse in adi. *úrde* (viridis) supra diximus.

In omnibus igitur his, etiamsi non servatam ipsam *v*, attamen quasi vestigium eius impressum habemus *u* vel *o* vocalem aut conspicuam in diphthongis aut e productis vocalibus *ó* et *ú* investigandam. Contra in aliis (quin etiam in isdem vocibus) spirans illa tota periit, variis vocalibus, plerumque productis, quae interdum inter se alternant, absorpta.

Exemplum *v* deperditae post *a* incertum: *ola* (oleum; cambr. *aleu* Cant. *oleu* gl. Ox. arem. *oleo* Buh. hod. *olew*, got. *alêv*) in compositis *olachrann* (gl. oliva) Wb. 5^b, *olachaill* (olivetum) Sg. Ml., si ad lat. *oliva*, *olivum* revocandum est; hibernicam tamen formam negari nequit propius accedere ad lat. *olea*, *oleum*. Certiora *Letha* (Litavia, Letavia) O'C. 503 nomen britannicum terrae Aremoricae, sed idem (quasi *Laithe*) nomen Latii F. h. 10, Oing. Fél. ut cambr. vet. *litau* gl. Ox. *tana* (tenuis; cambr. *teneu* Mab. 1, 259) Sg. 248^b, cf. Praef. XII.

Post *é*: *déad* (finis, unde adi. *dédenach*, finalis; e *deved*, cambr. *diwedd*) Wb. Sg. *dia*, gen. *dé*, plur. *dé*, *déib* (deus; cf. pp. 20. 32), unde adi. *diade* (divinus) Wb. Sg. Fortasse *glé* (clarus, conspicuus) Wb. 9^d. 11^a. 12^d. *glée* 12^a. *glée* 12^a, siquidem conferendum est cambr. *gloiu* (gl. liquidum) Cant. 86. *gloyw* (pellucidus) Mab. 2, 10. 36. *gloew* 3, 152.

Post *í*: *íar* (posterior, occidens) tam in formula adverbiali *aníar* (in, ab occidente) Wb. Cr., quam in praep. *íarn* (post) et adv. *íarum* (postea),* siquidem recte confero nomina Ἰουέρνιοι (n. populi in angulo Hiberniae spectante occidentem et meridiem), Ἰουερνίς (oppid. Hiberniae), Ἰουερνία (nomen insulae) ap. Ptolem., quae Romani accommodaverunt ad vocem suam *hibernus* i. e. hiemalis. Item *lí*, *lii* (color, splendor; cambr. *lliw*; cf. Livius, livor) Wb. 12^b. 15^a. Transgreditur *é* in *í* (quaeritur, utrum abundantia formarum an per flexionem solam) in adi. *clé* (sinister): *cle* St. gl. 387, dat. fem. *duchli* (gl. ad sinistram) L. Ardm. 184. b. *for laim chli* (gl. a sinistris; cf. *laevus*) Cr. 19^c. Transgrediuntur *iu*, *éu*, *éo* in *í*, *i* non modo in flexione adi. *biu*, *béu*, *béo* (vivus), cuius pluralis *bí* Sg. 39^a vel *bíi* scribitur: *bíi in hiris ex mortuis* (vivi in fide) Wb. 5^b — nec aliter in comp. *bithbéo* (semper vivus), plur. *bithbí* Sg. *bithbíi* Wb. — sed etiam

* *Iar*, occidens, principio significat regionem posticam, cui opponitur *áir*, *air*, oriens (regio antica), unde deriv. *airech* (primus, primas) et subst. *airechas* (principatus). Celta enim sicut Indus denominat mundi regiones ad solem orientem conversus; oriens igitur ipsi quoque est antica regio. occidens postica, septentrio sinistra, meridies dextra. Quamobrem non solum in libris hibernicis septentrionalis pars Momoniae vocatur *Tuathmúmha* (unde angl. *Thomond*), meridionalis *Desmúmha* (ad verbum: sinistra, dextra M.), cuius incolae *dési* (Desii) dicuntur, sed etiam a scribentibus latine saepe nominatur *dextralis* Britannia. (Lib. Land. 111. 143. 213 etc.)

Servatae igitur *íu* vel alternantis cum *éu* et *éo* exempla certa haec habemus: *fíu* (dignus; cambr. *gwiw* Mab. et hodie; cf. gall. Vîviscus?) in cod. Wb. *mad fíu lib* (gl. quod si dignum fuerit) 14ᵃ. *ni fíu* (non decet) 13ᶜ. 15ᵃ. 18ᶜ. 20ᵇ. *ni fiu* 10ᵇ; *bíu* (vivus; corn. *biu*, vita, Voc., cambr. *byw*, *buw*, vivus, Mab.) Inc. Sg., *béu* Wb. 13ᵈ, frequentius *béo* ut Wb. 10ᵇ. 19ᵃ vel *beo* (arem. *beo*) 3ᶜ. 4ᵃ, unde derivata sunt adi. *beode* Sg. 39ᵃ, subst. *beothu*, *beotho* (vita) Wb. 3ᶜ. 11ᵃ, verb. *beoigidir*, *beoigedar* (vivificat) Wb. 13ᵈ. 19ᵃ. Cum his conferendum videtur *genitiu* (genetivus) transumptum, sed quod totum abiit in hibernicum flexionis modum.

Servatae *au* vel *ou* exempla supra proposuimus *gáu*, *gáo* (falsus), *aue* (nepos), *nau* (navis), *lour* (sufficiens), a quibus vix sunt disparanda *glaosnathe* (linea) et *loun* (penus, copia; cf. *lón*, food, provision, O'R.); ibidem tamen adnotavimus saepius *ó* (*ua*) vel *ú* proferri tam in isdem vocabulis alternantes cum diphthongis ut *gó*, *gu*, *guaigedar*, quam solas in aliis ut *clói* (clavi), *óc* (iuvenis). Sic igitur diphthongum coartatam habent

in *ô*: *oí* sive rectius *ói* (ovis; ind. *ávis*, lit. *avìs*) Corm., idem *uí* scriptum O'Dav. *nói* (navis), gen. *nóe*: *sainécosc noe* (gl. celox; i. e genus singulare navis), *inchruth noe* (gl. aplustre; i. e. apparatus navis) Sg. 69ᵃ. 132ᵇ; sed etiam *nau* (p. 33), *naueirchinniuch* (gl. nauiclero) L. Ardm. 188. b. 2, diphthongo servata, ut in Adamnani vita S. Columbae ap. Boll. Iun. 2, 197: matris pater latine *filius navis* dici potest, scotica vero lingua *Macnaue*. Nec aliter in subst. *bó* (bos) Br. h. 50. 52, Corm. — unde comp. *bóchaill* (gl. bubulcus) Sg. 58ᵇ, deriv. *Bóinne*, gen. *na Bóinni* (ap. O'Donov. p. 318 e libro vetusto), nomen fluvii Hiberniae meridionalis, qui Ptolemaeo dicitur *Βουουίνδα* (i. e. *Buvinda*) — si recta lectio est (nam alias duas memorat St. 54: *achetbbou*, *achadh bó*), diphthongus servata est in eadem vita S. Columbae ap. Boll. Iun. 2, 216: monasterium quod latine Campulus bovis dicitur, scotice vero *Achad bou*; cf. *Inis bou finde*, Beda.

In *û*: *tuus*, *tús* (principium) Ml., e quo derivata *toisech* (princeps, dux), comp. *tóisechu* (gl. prior), *toisigiu*, sup. *tóisigem* (gl. primus), *tosach*, *tossach* (initium) satis frequentia in Wb. et Sg., *tóisechaire* (gl. primas) Sg. 50ᵃ, videtur ortum e *tovus*, cum in privilegio ecclesiae Landavensis in libro Land. p. 113 scribatur *touyssogion* (principes; cambr. hodiern. *tywysogion*, sing. *tywysawg* e subst. *tywys*, ductus). Etiam adi. *núe* (novus: *fon múm nuu .i. isindfeni nui*, gl. sub iugo novo, Ml. 2ᶜ. *dóini nui*, homines novi, Wb. 22ᵃ), unde deriv. *núide*, compos. *núiadnisse*, i. e. *núefiadnisse* (:*i comairbirt núidi*, in novo testamento, Wb. 3ᵃ. *indocbal núiednissi*, *rect núiadnissi*, gloria, lex novi testamenti, Wb. 15ᵃ. *inúiethnissiu*, in novo testamento, Wb. 10ᵈ) ad formam *novia* respondentem indico *návja* (lit. *naújas*) reducendum est, quam prae se ferunt tam vetusta nomina Noviodunum (quattuor oppida huius nominis ap. Caes.), Noviomagus, Novesium Itin., quam quae inferioris sunt aetatis, Novesium Ammian. (18, 2), Novigentum (super Matronam, Bolland. Mai. 6, 804). Itaque hib. *núide* et quae ei respondent, arem. vetust. *nowid* (*Lis nowid*, i. e. Curia nova, bis in charta de a. 826, in Chart. Rhedon. 1, 14), recent. *newez*, cambr. *newydd* infecta *o* ad formam derivatam *novidia* revocanda sunt. Ceterum concedenda est vocalium assimilatio facta iam in vetustis Nîvomagus (pro Niviomagus? in quo diversa vox vix statuenda) Auson., Nivisium (= Novesium Amm.) Sulpic. Alex. ap. Gregor. Tur. 2, 9, villa Nivella, Nivialla, Nivigella ap. Bolland. (Iun. 2, 832.

Iul. 3, 61. Sept. 5, 580; cf. Nuella Sept. 5, 601). Addendum videtur subst. *clú* (gl. rumor; cf. slav. *slovo*, *slava*) Sg. 46[b], si conferas cambr. *clyw* (auditus) et verbi cambrici formam *clywet* (audire), a qua discedit tam hibernicum verbum idem significans variis formis anomalis quam deriv. *clúas*: *clúasa* (aures), *donaib clúasaib* (auribus) Sg. 3[a]. 50[a], quocum forsitan cambr. *clust* comparaveris. Variat formis nomen Davidis: *duaid* Ml. 2[b]. 30[c], *duid* Ml. 14[c], *dauid* Goid. 20 (*dabid* scriptum Oeng. Fél. Mart. 1). De aliis, ut *súil* (oculus) Wb. 9[a]. 12[a]. 15[a]. 27[c]. plur. *súili*, *súli* 19[d]. 25[c], fortasse de quibusdam supra sub U producta enumeratis, dubia res est. Etiam inchoantem *v* cum proxima vocali hac formula *ú* absorptam esse in adi. *úrde* (viridis) supra diximus.

In omnibus igitur his, etiamsi non servatam ipsam *v*, attamen quasi vestigium eius impressum habemus *u* vel *o* vocalem aut conspicuam in diphthongis aut e productis vocalibus *ó* et *ú* investigandam. Contra in aliis (quin etiam in isdem vocibus) spirans illa tota periit, variis vocalibus, plerumque productis, quae interdum inter se alternant, absorpta.

Exemplum *v* deperditae post *a* incertum: *ola* (oleum; cambr. *aleu* Cant. *oleu* gl. Ox. arem. *oleo* Buh. hod. *olew*, got. *alêv*) in compositis *olachrann* (gl. oliva) Wb. 5[b], *olachaill* (olivetum) Sg. Ml., si ad lat. *oliva*, *olivum* revocandum est; hibernicam tamen formam negari nequit propius accedere ad lat. *olea*, *oleum*. Certiora *Letha* (Litavia, Letavia) O'C. 503 nomen britannicum terrae Aremoricae, sed idem (quasi *Laithe*) nomen Latii F. h. 10, Oing. Fél. ut cambr. vet. *litau* gl. Ox. *tana* (tenuis; cambr. *teneu* Mab. 1, 259) Sg. 248[b], cf. Praef. XII.

Post *ê*: *déad* (finis, unde adi. *dédenach*, finalis; e *deved*, cambr. *diwedd*) Wb. Sg. *dia*, gen. *dé*, plur. *dé*, *déib* (deus; cf. pp. 20. 32), unde adi. *diade* (divinus) Wb. Sg. Fortasse *glé* (clarus, conspicuus) Wb. 9[d]. 11[a]. 12[d]. *glée* 12[a]. *glée* 12[a], siquidem conferendum est cambr. *gloiu* (gl. liquidum) Cant. 86. *gloyw* (pellucidus) Mab. 2, 10. 36. *gloew* 3, 152.

Post *î*: *iar* (posterior, occidens) tam in formula adverbiali *aniar* (in, ab occidente) Wb. Cr., quam in praep. *iarn* (post) et adv. *iarum* (postea),* siquidem recte confero nomina Ἰουέρνιοι (n. populi in angulo Hiberniae spectante occidentem et meridiem), Ἰουερνίς (oppid. Hiberniae), Ἰουερνία (nomen insulae) ap. Ptolem., quae Romani accommodaverunt ad vocem suam *hibernus* i. e. hiemalis. Item *lí*, *líi* (color, splendor; cambr. *lliw*; cf. Livius, livor) Wb. 12[b]. 15[a]. Transgreditur *é* in *í* (quaeritur, utrum abundantia formarum an per flexionem solam) in adi. *clé* (sinister): *cle* St. gl. 387, dat. fem. *duchli* (gl. ad sinistram) L. Ardm. 184. b. *for laim chlí* (gl. a sinistris; cf. *laevus*) Cr. 19[c]. Transgrediuntur *iu*, *éu*, *éo* in *í*, *i* non modo in flexione adi. *biu*, *béu*, *béo* (vivus), cuius pluralis *bí* Sg. 39[a] vel *bíi* scribitur: *bíi in hiris ex mortuis* (vivi in fide) Wb. 5[b] — nec aliter in comp. *bithbéo* (semper vivus), plur. *bithbí* Sg. *bithbíi* Wb. — sed etiam

* *Iar*, occidens, principio significat regionem posticam, cui opponitur *áir*, *air*, oriens (regio antica), unde deriv. *airech* (primus, primas) et subst. *airechas* (principatus) Celta enim sicut Indus denominat mundi regiones ad solem orientem conversus; oriens igitur ipsi quoque est antica regio, occidens postica, septentrio sinistra, meridies dextra. Quamobrem non solum in libris hibernicis septentrionalis pars Momoniae vocatur *Tuathmúmha* (unde angl. *Thomond*), meridionalis *Desmúmha* (ad verbum: sinistra, dextra M.), cuius incolae *dési* (Desii) dicuntur, sed etiam a scribentibus latine saepe nominatur *dextralis* Britannia. (Lib. Land. 111. 143. 213 etc.)

in derivato eiusdem radicis *biad* (victus) Wb. 18ᵃ. *biad* fq. (cf. gr. *βίοτος*), ac quod supra *beothu* scriptum memoravimus, alibi semper *bethu* est.

In aliis *v* una cum vocali praecedente deperiit, ut in transumptis *primit*, plur. *primiti* (primitivus) Wb. 13ᵇ. *posit*, *comparit*, *superlit* (positivus, comparativus, superlativus) Sg., quibus nescio an addenda sint et *éo* (mors): *ec* L. Hymn. ap. O'Don. 64, gen. *eca* Corm. (v. *audacht*), et *des*, *dess* (dexter), collata cum corn. *ancou* Voc., cambr. *angheu* Mab., et brit. *dehou*, *deheu*.

Denique prorsus periit *v* post consonam praeter memoratas *l*, *r*, *n*, *d* qualemcunque, ut post *c* (*qv*), de qua infra inter tenues dissereretur, post *s*, siquidem vocibus hibernicis *sé* (sex), *si* (vos), *sant* (cupiditas), *siur* (soror) supponendae sunt formae vetustiores *svex* (cambr. *chwech*, at lat. *sex*, got. *saihs*), *svi* (cambr. *chwi*), *svant* (cambr. *chwant*), *sviur*, *svisur* (cambr. *chwaer*, sanscr. *svásr*, germ. *swestar*, at slav. *sestra* et lat. *soror*); nisi quod interdum *s* abiecta potius *f* servatam esse apparet ex his exemplis: *morfeser* (*mórféser* i. q. *mórséser*, magnus seviratus, i. e. septem viri) L. Ardm. 18. a. 2. *mo fiur*, *mo fiar* (soror mea) L. Hymn. (Beitr. I. 338), quibus addenda esse videntur *farn*, *barn* (vester) et pronomen *b* (vos).

Mediae.

B D G. In vetustis nominibus gallicis vel britannicis. Singulares: *B*agacum Itin. Ga*b*ali, Atre*b*ates Caes. Co*b*nertus (comp. Cob-n.) Inscr. *D*ivico, *D*ivitiacus Caes. A*d*iatunnus Caes. Se*d*uni Caes. Bou*d*icca Tac. A*d*bucillus (comp. Ad-b.) Caes. Vo*d*goriacum (loc. Belg.; compos. Vod-g.?) Itin. *G*enava, *G*utruatus Caes. Li*g*er, Se*g*ovax, Se*g*ontiaci, Se*g*usiani Caes. Lu*g*dunum (comp. Lug-d.) Tac. Itin. Iunctae consonis aliis: *Bl*avutum (oppid. Gall. occident.), *Bl*aboriciacum (opp. Norici), *Bl*estium (opp. Brit.) Itin. *Br*igantium Itin. *Br*igantes (pop. Brit.) Tac. *Br*ogitarus Cic. Allo*br*oges Caes. *Dr*appes Caes. *Gl*annoventa, Ambo*gl*anna (oppida Brit.) Notit. dign. Boduo*gn*atus Caes. *Gr*aioceli, *Gr*udii Caes. A*lb*a Vopisc. To*lb*iacum Tac. A*mb*iani, A*mb*iorix, A*mb*arri Caes. Ca*mb*odunum Itin. A*rb*eia (Britann. opp.) Notit. dign. Ve*rb*eia (dea) Inscript. Orell. 2061. So*rb*iodunum (oppid. Brit.) Itin. Me*ld*ae Caes. Ge*ld*uba Plin. Tac. A*nd*es, A*nd*ecumborius Caes. A*nd*ematunnum, A*nd*ecamulum Itin. Vi*nd*onissa Itin. A*rd*uenna Caes. O*rd*ovices Tac. Ga*lg*acus Tac. Be*lg*ae Caes. Li*ng*ones, Ci*ng*etorix Caes. O*rg*etorix, Ge*rg*ovia Caes. Ta*sg*etius, Morita*sg*us Caes. *Ῥοβόγδιοι* (pop. Hibern.) Ptol. Duplices; BB: Abbo (in vas. figl.) Inscr. Abbatus Sil. Ital. (4, 239; sed lectio incerta, cum alii legant at Batus, Acatus etc.). DD: Addua (fluv.; sed Aduatuci Caes.) Tac. Plin. Ad D notatum lineola perducta, de quo infra inter aspiratas dissereretur, pertinere videntur: Meddic (figuli nomen) Stein. cod. inscript. Danub. et Rheni 207. 219. 224. Meddignatius (sed Medivixta Grut. 795, 8) Inscr. Orell. 2064. Coddacatus (?) Inscr. Vesont. Orell. 2064. GG: Setuboggius Esuggii fil. (sed Vercombogi fil. Grut. 758, 11. Abrextubogius Murat. 22, 5. Adbogius Stein. 440) Inscript. Ambian. Orell. 2062. Flaniggo Inscript. Brix. Orell. 3543.

Mediarum hibernicarum status durus in vetustis codicibus non modo (sicut liquidarum et spirantis *s*) geminatione significatur, praesertim in codice Sg., sed etiam positis mediarum loco tenuibus, nimirum ob duriorem pronuntia-

tionem, quae scriptio cum in aliis codicibus frequenter, tum semper fere in quibusdam adhibetur in Wb., cuius tenues P, T, C respondent geminatis BB, DD, GG codicis Sg. Esse vero pro mediis tenues ut scriptas sic prolatas, eadem pronuntiationis duritia, qua *v* in *f* provectam supra cognovimus, quamquam inferiore aetate mediae redierunt, apparet inde, quod haec scriptio, cuius eadem varietas in tenuibus primitivis observatur (cf. infra p. 70), nisi secundum certas leges fere non adhibetur in mediis, quare interdum nec haec nec illa status duri fit significatio, sed simplices manent integrae *b*, *d*, *g*; accedit quod nonnunquam mediae loco vel geminata tenuis invenitur, etiam in cod. Sg., qui raro utatur tenui pro media, ut *borcc* (burgum), *roppad* (esset).

Est autem status durus mediarum 1. in principio vocum extra causam infectionis. Scribi hoc loco solet media simplex, ut *bennach* (gl. cornutus; cf. Benacus?) Sg. 60ª. *dia* (deus; cf. Divodurum), *dún* (arx; cf. -dunum) Wb. Sg. *gen* (os; cf. Genava) Wb. Invenitur tamen scriptio duplex sive durior post pronomen possess. 3. pers. sing. feminin.: *a ggnim feisne* (eius, fem., ipsius actio) Sg. 199ª; item post praepp. *for*, *id* etc. in compositione: *forbbart* (gl. abolitio) Sg. 52ª. *idpart* (oblatio; *edbart* alias, = *idbbart*) Wb. fq.; dat. *edpairt*, *edpartaib* Sg. (cf. p 5). *ni ædparthi inso* (gl. minime hoc est adhibendum) Sg. 6ᵇ. *forggnuis* (forma, figura) Sg. 76ᵇ. 216ᵇ. *etarcne* (et *etargne*, cognitio, = *etarggne*; gen *etarccnai* Ml. 14ª) Wb. fq. *etarcnad* Wb. 26ᵈ. Tr. 22. Ac semper in tenuem progressa est media *d* praepositionis *do*, cuius in compositione periit vocalis ante vocales vel consonas emortuas *ṡ* et *ḟ*, ut in *tanicc* (venit, = *doanicc*), *tuidecht* (positio, = *doṡuidecht*) multisque dupliciter compositis cum *tair-* (= *doair-*), *taith-* (= *doaith-*), *tes-* (= *does-*), *tiar-* (= *doiar-*), *timm-* (= *doimm-*), *tin-* (= *doin-*), *tind-* (= *doind-*), *tó-* (= *doḟo-*), *tór-* (= *doḟor-*), de quibus infra (V. 2) disseretur. Denique exemplis supra (p. 37. 38) prolatis tenuis pro media positae *tenge*, *trén*, *cenél* addi possunt alia ex libris recentioribus ut *póc* (osculum, = *bóc* Sg. 46ª) Corm. et *péist* (bestia, ibid. *béist*) Corm. v. *prúll*. Ad geminationem alia pertinere videntur ut formae verbi substantivi coalescentes cum particulis *ro*, *ni*, *ce* praefixis: *robbói*, *robbu*, *robbe*, *robbatar*, *nibbu*, *nibbe* Sg. fq. *ropo* (fuit, = *robbo*), *nipo*, *cepu*, usitata scriptio in Wb.; fortasse *nitobartathdirsi* (non ad vos reprehendendos, = *ni d.*) Wb. 16ª. *ni ténat* (non faciunt) Wb. 24ª.

2. In mediis et extremis vocibus: *a*) in geminatione. Quae quamquam in nominibus gallicis vetustis quibusdam supra allatis invenitur, rara est in hibernicis. Illustria tamen geminatae mediae exempla habemus transumpta *abb* (abbas) Oeng. Fél. (St. 72. O'C. 504), *ab* Corm., unde *secndabb* (Corm. *secnab* .i. *secundab* id est secundas abbas vel secundus abbati): plur. *secndapid* (gl. gubernationes), dat. *secndapthib* (gl. actoribus) Wb. 12ᵇ. 19ᵈ; *assapati* (eorum sabbata) Wb. 27ª; illustria tenuis exempla *rochretti* (credidit) Wb. 5ᵇ. 11ª. 12ª. *crettes* (qui credit) 2ᵇ. *do creittim* (credere) 1ᵇ, *cretem* etc. fq., cf. ind. *çraddadhâmi*, ac, nisi vehementer fallimur, transumptum *fetarlicce* (gen., veteris legis) Wb. 4ᵈ. 26ª. 27ᶜ. dat. *fetarlicci* 10ᵈ. 27ᶜ. Geminationi praeterea sunt adnumeranda, in quibus vel compositis vel usitatissima illa in hibernicis coartatione comprehensis finalem prioris vocis consonam principalis alterius excepit eadem sive ab initio sive assimilatione facta. Ut in formis verbi substantivi cum

pronomine *b* infixo: *robbia* (erit vobis) Wb. 13d = *ropia* 16a. 23a. 27c, *tresindippiat* (per quam vobis erunt) 25d; ut in compositis *inepbuith* (ἐν τῷ οὐκ εἶναι, = *neb-buith*) Wb. 14a. *tecnate* (gl. domesticus, = *teg-gnate*, domo assuetus; cf. *teagno*, an old habitation, O'R. et *gnáth*, *gnás* p. 16. 25) Wb. 7b, unde *tecnatatu* (gl. familiaritas) Ml. 22a. 28b; in formulis *atom-*, *cotom-*, *fritom-* (= *ad-dom-*, *cot-dom-*, *frith-dom-*), etc., de quibus inter pronomina infixa agetur; denique in plurimis compositis cum praepositionibus *ad-*, *aith-*, *frith-*, *ód-*, quarum consona terminalis assimilata sit sequenti. Quorum ex magna copia infra (V. 2) proferenda satis erunt haec: *apélugud* (adulatio; = *adbélugud*) Sg. 45b. *apelugud ho belugud ho belaib 7 fomraid hi cridiu* (gl. tales amicitiae, falsae; i. e. adulatio loquendo labiis et falsitas in corde) Ml. 31a. *innan apelaigthe* (gl. adulatorum) Ml 28a. *apthin* (perditionem, perniciem, = *adb.*) Wb. 23c. 32c. *indepaidse* (hoc veneficium, = *aithb.*) Inc. Sg., pl. *aipthi* (gl. veneficia) Wb. 20b, unde *ipthach* (gl. maledicus) Wb. 9b, *ibdach* Inc. Sg. *ni epil* (non perit, = *aithbil*) Sg. 30a. Wb. 30d. *epiur*, *epur*, *epert* (dico, dicere, = *aithb.*) Wb. fq. *taipe* (concisio, brevitas, = *doaidbe*) Ml. 14d. *obbad* (gl. recusatio, = *odbad*) Sg. 90a. *doopir* (privat, = *diodbir*) Sg. 221a. *diuparthe* (privatus) Sg. 28a. *topur* (fons, = *dofoodb.*) Wb. 29c; *accaldam* (allocutio, = *adgaldam*; cf. *adgládur*, gl. appello, Sg. 146b) Wb. *acaldam* Sg. 153b. *écne* (sapiens, neutr. sapientia, = *aithgne*) Wb. 7c. 8a. 8b. 26d. *tacair* (decens, = *doathg.*) Wb. fq. *taiccéra* (rationem reddet) Wb. 6b. *frecre* (responsum, = *frithg.*) Wb. Sg. *fócre* (monitio, = *foodg.*) Wb. 31c. Rariora sunt eiusdemmodi exempla, in quibus tenuis assimilatione effecta nasalem sequatur, ut in his compositis cum praep. *imb* et *ind*: *imcaib* (gl. devita, = *imbgaib*) Wb. 28a. *isimcabthi* (vitandum est) 30b. *immanimcab* (vita eum) 30d. *imcabál* (vitatio) Sg. 203a. *incébthar* (vituperabitur, = *indgébthar*) Wb. 15d.

b) In positione. Frequentior hic scriptionis varietas, quam supra memoravimus, exemplis mediarum singularum illustrabitur.

B, BB, P: *deirbbæ*, *indeirbbæ*, *inderbbe* (*aimsire*, temporis certi, incerti, gen. adi. *derb*) Sg. 66b. *nomérpimm* (committo me) Wb. 6c. *roerpad* (commissum est) 10c. 18d. 31a. *comarpi* (coheredes; = *arbb*, *erbb*, cf. *roerbad*, *comarbus* 4a. 10d) 19c. *burpe* (stultitia; = *burbbe*, cf. *burbe* Wb. 8a. 17c) Wb. 5a. 17c. 19b. adi. *borp*: *dangiid borp* (gl. stultus fiat) 8d. *a galatu burpu* (gl. o insensati Galatae!) 19b. *ingulpan* (gl. aculeum) Ml. 20d. *in impudiu* (*impúth* p. 25) Wb 9c. *impessi* (gl. obesi cordis) Ml. 20a. *timpne* (mandatum; al. *timne*) Wb. 4d. *impdibthe ut boetius* (gl. cirtensis) Sg 57a. *imp* (sitne; al. *imb*, *im*) Wb. 10a. *arimp* (ut sit; plur. *armbat*) Wb. 14b. 15c. 32c.

D, DD, T: *ardda* (gl. sublimia) Cr. 18b. *arddu* (altior) Sg. 161b = *artu* (cf. Arduenna) Inc. Sg. *ordd*, gen. *uirdd* (ordo) Sg. fq. *ord* Sg. 159b. *ort* (ordinatio, missio) Wb. fq. *dodcchur uirt* (ad differentiam ordinis), *inúrt*, *inurt* (gl. in suo ordine) Wb. 13b. *darési afoduirt* (gl. quidam murmuraverunt et perierunt; i. e. post, propter murmurationem suam; cf. *fodordchu*, gl. susurratores, Wb. 1c) Wb. 11a. *cert* (= *cerdd*, gl. aerarius, qui idola aere faciebat; i. e. faber, lat. *cerdo*, lat. med. specialiter coriarius ap. Cangium) Wb. 28c. 30d. *cerddchae* (gl. officina; compositum: fabri domus) Sg. 51a; ex eadem radice nata esse videntur *focheirt* (gl. seminas) Wb 13c. *am. foceirt* (ut deponit) 32a. *focertam* (de-

ponimus) 15[b]. *fuscerdam*, *fucertar* (reponamus, ponitur) 34[a]. *isin oena focerddar* (gl. in id ipsum desolvuntur) Sg. 71[a]. *na sacardd* (sacerdotum; mox *sacart*) Sg. 54[a]. *primsacairt* (summi sacerdotes) Wb. 10[d]. *acaltam* (allocutio; al. *accaldam*) Wb. 4[d]. *issuacaltmichi* (gl. in suavitate) 15[d]. *doacaldmacha* (appellativa) Sg. 29[b]. 31[a]. *melltach* (gratus, = *melddach*, Wb. 4[c]. *meldach*, cf. Meldi) Wb. 9[d]. *do intamil* (ad imitationem; *indsamuil* Wb. 13[c]) Wb. 5[a]. *intsamil* (gl. instar) Sg. 64[a]. *intamlid* (imitamini), *intamlitis* (imitarentur) Wb. 5[b]. *tintúth* (interpretatio) etc. (p. 25). *int* (articuli forma, cf. p. 44). *ant* (ibi; *and* paulo ante) Ml. 14[d]. *antsin* Ml. 36[a]. *sunt* (hic, = *sund*) Wb. 12[c]. 13[a]. 14[d]. 23[a]. *dosunt* (ad hoc) Wb. 21[d]. *scribent* (scribere) Wb 27[d], gen. *scríbint* Wb. 6[c]. 13[a], dat. *scríbunt* (al. *scríbend*, *scríbind*, *scríbund*) Sg. 9[a]. 213[b]. *hisintórunt* (in figura), *cen torant persine* (sine significatione personae) Sg. 3[b]. 154[a]. *claindde* (gen. a *cland*, liber, proles) Wb. 28[b]. Ad tenuem pertinere videntur: *arcoimddim* (gl. causor) Sg. 59[a]. *cumddubartaig* (gl. ancipitis; alias *cumtubart*) Sg. 104[a].

G, GG, C: *huathecmungg* (gl. eventu) Sg. 28[a]. *do omalgg* (gl. mulxi) Sg. 23[b]. *condelgg* (comparatio) Sg. 42[a]. 45[a], *hi condeulgg* (in comparatione), *conrodelgg* (comparavit), *condelggaddar* (comparantur) 25[b]. 39[a]. 40[a], in eodem cod. *condelg*, *condelgatar* 41[b]. 42[a]. 43[a] et *hi coindeilc* 3[b]. *bolc mergach* (gl. uter rugatus; cf. *bulga* ap. Festum, supra p. 14; post *mergach* mox *meirc* acc. subst.; eodem pertinet cambr. vet. *mergidhaham*, gl. evanesco, gl. Ox.) Ml. 57 r. *penbolcc* (gl. paenula) Wb. 30[d]. *foirggae* (gl. Thetis) Sg. 124[a].* *borcc*, *borggde* (gl. cirta, cirtensis; i. e. burgum, burgensis, ob hebr. cirta, urbs) Sg. 57[a]. *frigargg* (erga austerum; cf. *rogarg* Inc. Sg.) Bern. 115[a]. *lorc* (gl. trames) Sg. 66[b]. *derc* (ruber) Sg. 35[b]. Cam. Conferenda igitur et radix *orc*, unde *orcas* (qui occidit) Wb. 28[a]. *bith moircc domsa* (gl. vae mihi est, i. e. interfectio mea, *m-circ*) Wb. 10[d]. *ni am. inni asoircc* (gl. non quasi aërem verberans) 11[a]. ac plura derivata et composita ut *orcun* (occisio) Wb. 4[b]. *oircnid* (occisor) Sg. 12[b]. 13[a]. *frithorcon* (offensio, = *frithorgon* Cam.) Wb. 16[c]. 18[a]. Ml. 22[d], cum cambr. vet. *orgiat* (gl. caesar; i. e. qui caedit) gl. Oxon. et vetusto nomine *Org*etorix; et subst. *ferc* (ira), adi. *fercach* (iratus) Ml. 22[a]. 22[d] cum cambr. vet. *guerg* (gl. efficax) gl. Oxon. et nomine gallico *vergo*bretus.

c) Extra positionem etsi infecta semper media expectanda erat, nonnunquam tamen integra servata, immo in tenuem provecta invenitur in extremitate vocum: *níp*, *nip* (ne sit, non sit; *nib* Sg. 158[a]) Wb. 5[c]. 28[b]. 30[d]. 26[b]. 28[a]. *manip* (nisi sit) Wb. Sg. *cinip* (ut non sit) Wb. 11[d]. *cip* et *cib* (quicunque est) Wb. *rop* (fuerit, sit) Wb. 18[a]. 23[b]. Sg. 169[a]. Inc. Sg. *corop* (ut sit) Wb. Sg. Inc. Sg. *condip* (*condib* Sg. Wb.) Wb. *arnap*, *arndip*, *airndip* (ne sit; *arnab* Sg. 179[b].) Wb. *indip* (num sit) Wb. 26[b]. — at constanter *conroib* (ut sit), *arnaroib*, *conaroib* (ut sit, ne sit) Wb. — *barnaip* (Barnabas) Wb. 10[d]. 18[d], quocum conferenda videntur exempla *b* duri in fine syllabae notati: *abbgitir* (alphabetum; hib. hod. *aibgidir*) Sg. 21[a]. 23[b]. Cr. 33[a]. *apgitri*, *apgitrib* (gl. elementa, elementis mundi) Wb. 19[d]. *gibbne* (gl. cirrus) Pr. Cr. 63[b]; *doadbit* (demonstras) Sg. 159[a]. *tadbat* (demonstrat, = *doadbat*, v. supra) Wb. 10[b]. *donadbat* (quod demonstrat;

* Eadem vox in sententia poëtica margini adscripta in Sg. p. 112: *faircæ* cum puncto delente sub *c*, cui suprascriptae sunt *gg*. Ac Sg. 67[b]: *foirrœ* (gl. tithis), neglegentius. Patet inde forma *foirge*, de cuius etymologia p. 11.

doadbadar, demonstratur, fq.) Sg. 27ᵇ. Ml. 15ᵃ, cf. *tinfet* (inflat), *hóre doninfet* (quia inflat) Wb. 4ᵇ, etiamsi *tinfeth* (aspiratio) verior scriptio videtur quam *tinfed*; *c* pro *g* post vocalem scriptae exemplum nobis non occurrit, ne in fine quidem syllabae, nisi ei tribuere velis composita ut supra (p. 60) allatum *tecnate* vel ut *trócar* (misericors, = *tróg-car*, miseri amans), unde fluxit *trócaire* (misericordia) Wb. 4ᵃ. etc., in quo assimilata est media tenui eiusdem organi. In mediis autem vocibus, praeterquam in transumptis ut supra memorato *apgitir* (= abecedarium), ut med. hib. *táiplis* (gl. alea, = angl. *tables*) St. gl. 27, vix unquam extra positionem dura inveniatur media (nec tenuis); quare si in vocibus quibusdam *bb* scriptum est vel *p*, aut geminatio (vel assimilatio) statuenda est, ut in *roppad dúl tan.* (esset secundae declinationis) Sg. 111ᵇ. *ropat* Sg. 199ᵃ. *obbad* (gael. *obadh*) Sg. (supra p. 60), aut tenuis ab initio infuit, ut infuisse conicimus in voce *caebb* (gl. iecur) Sg. 6ᵇ. De *bb*, *dd* primitivarum loco tenuium *p*, *t* in codice Sg. scriptis infra (p. 70) dicetur.

Conferenti quae adhuc proposuimus exempla patebit medias servatas quidem esse integras in positione post qualemcunque consonam, ad tenuis tamen duritiam legitime non progressas nisi aut muta antecedente (ut geminatas vel assimilatas) aut *r* (vel *l*), post nasales vero (ut interdum post vocales) in extremitate tantum vocum saepius in tenues abisse, rarius in extremitate syllabae praeterquam ante *s* emortuam. De mediis assimilatis nasali praecedenti infra dissereter (p. 63 sqq.).

Infectarum mediarum scriptio simplex esse solet, ut *claideb* (gladius) Wb. Sg., *teg*, gen. *tige* (domus) Wb. Ob aspiratam tamen earum pronuntiationem frequenter etiam scribuntur aspiratae, ita quidem ut pro *b* infecta inveniatur *f* vel *ph*, *th* pro *d*, *ch* pro *g* infecta. Hodierna scriptio gaelica est *bh*, *dh*, *gh*, hibernica *b*, *d*, *g* cum punctis; pronuntiantur autem aliquanto mollius quam aspiratae, *bh* ut *v* (aut *w* Anglorum), *dh* et *gh* (nullo discrimine intercedente) ut *j* (aut *g* Batavorum).

Aspirata quam dicunt infectione et scriptione tanguntur mediae 1. in principio vocum, si extat causa infectionis. Inde oritur scriptio alternans: *ba* (sive) Wb. 23ᵇ, alias *fa*, *ciafa* (quamvis sis) Ml. 36ᵃ, sed *comba*, *armba* (ut sis) Wb. 22ᵃ. 30ᵇ. Sic *fadésin* (ipse) in libris recentioribus saepe *bodesin* vel *budéin* scribitur. (O'Don. 130.)

2. In mediis vel extremis vocibus extra positionem. Ob scriptionem aspiratam in his locis frequentiorem exempla singularum mediarum separabimus.

F, PH = B infecta. Futuri signum *b* fit *f*: *labrafammar* (loquemur) Wb. 12ᵃ. *nonsamlafammar* (comparabimus nos) 17ᵇ. *dofuircifea* (inveniet) 25ᵇ. *sóirfa*, *sóirfed* (salvabit) 11ᵃ. 32ᵈ. *noibfea* (sanctificabit) 13ᵇ. *iccfe* (salvabis) 10ᵃ. *tucfa* (intelleget) 12ᵈ. *leicfidir* (sinetur) 6ᵇ. Scribitur tamen etiam *predchibid* (praedicabit) ibid. 26ᵃ. *ditróscibea* (gl. iudicabit te) 1ᵈ. *samlibidsi* (aemulabimini) 21ᶜ. *daucbaidsi* (intellegetis) 21ᶜ. *dalugub* (ignoscam), *dilgibther* (ignoscetur) 14ᵈ. 32ᵃ. 33ᵃ. Terminales *-ub*, *-ibther* nusquam scribuntur *-uf*, *-ifther*, quamquam vix non sunt ita pronuntiatae; positio autem nec in *-ibther* (ex *-ibither*) nec in *sóirfa* etc. statuenda, quia vocales ante terminationes excussae sunt. Particula privativa *neb-* in Sg. saepius scribitur *neph-*; *cammaib* (etiam) Wb. 3ᵈ est et *cammaif* Wb. 10ᵇ et *camaiph* Sg. 9ᵃ. 21ᵃ. 198ᵃ. 209ᵇ. Sic *dephthigim* (gl. dissideo) Ml. 21ᶜ, verbum

denom. a subst. *debuid*, *debuith* (altercatio) Wb. 10ᶜ. 30ᵇ, adi. *debthach* (contentiosus) Wb. 11ᵈ, pl. *debthich* 11ᵈ; *alind áóiph inforcitil nemnech im̄ ainne* (formosus eius habitus institutionis, virulentus autem eius sensus; O'R. *aoibh*) 7ᵃ.

TH = D infecta.* Subst. *buáid* (victoria) Wb. fq. est scriptum *buáith* Wb. 11ᵃ; e *núiadnisse*, *núiednisse* (novum testamentum) prodit dativus *innúiethnisiu* Wb. 10ᵈ; e *pridchim* (= praedico) Wb. fq. *pridchis* Tir. 8, *pridchais*, *pridchad* F. h., sed *prithchite* (qui praedicant) Tr. 71. Ad commutationem vero sonorum supra (p. 38) memoratam referendum est, quod verbum *edo* non modo in libris vetustis scribitur *ithim* (gl. mando, is) Sg. 146ᵇ, ut derivata et composita *comithi* (gl. comessationes) Wb. 20ᵇ, *ithemair* (plur., voraces) Wb. 31ᵇ, sed hodie quoque. De aliis admodum dubia est res, ut de *flaith* (imperium, dominus), *flaithemnacht* (gloria) Wb., quocum comparare possis slav. *vladiti*, got. *valdan*, de *arriuth* (gl. adorior; i. e. accurro, incurro) Pr. Cr. 57ᵃ. *rethit* (currunt), *rethess* (qui currit) Wb. 11ᵃ. 24ᵃ. *dindriuth* (de cursu) Wb. 20ᵇ. *innarrith* (gl. in nostro curriculo) Sg. 108ᵇ, quae legenti in mentem venit gallicorum vetustorum Eporedia, Eporedii Plin., Eporedorix Caes., Rhodanus, reda; concordant enim cum hibernicis formae britannicae ut cambr. hod. *gwlad*, vet. *gulat*, unde adi. *guletic*, cambr. hod. *rhed* e vet. *ret*; quapropter hib. *flaith*, brit. *gulat* ut plurima feminina addito *t* (*ti*) ex radice *vla*, *val* (lat. *valeo*) manasse putamus, *reth* prorsus disiungendum esse a gall. *rêda*, cui respondet hib. *dériad* (gl. bigae) Sg. 24ᵃ. De contraria *th* infectae in *d* mutatione infra agetur, cum dicetur de tenuibus.

CH = G infecta. Subst. *teg* (domus; brit. *ti* = *tig*) scribitur *tech* Wb. 15ᵃ. 33ᵃ. *isaichti* (gl. metuendus; = *isaigthi*, Wb. *agathar*, timet) Sg. 33ᵇ. *traichthechdae* (gl. pedester; *traigthech* 50ᵇ. 38ᵃ) Sg. 54ᵇ. Etiam excussae *g* infectae exemplum unicum esse videtur *sái* (gl. paenula; cf. lat. *sagum* et nomen gall. vet. Tecto*sagi*) Wb. 30ᵈ; ante consonas saepius excussam esse *g* infectam supra (pp. 17. 19. 23) diximus.

In positione contra legem consonarum communem infectas esse medias hoc minus est credendum, quod etiam in iis vocibus, in quibus vocalis sit excussa, positio ergo universe non statuenda, interdum mediae integrae servantur, ut hodiernum *diolgadh* (p. 25. not.**) respondet vet. *dílgud* (de quo cf. p. 27). Quae igitur in positione infectae videri possunt mediae, illae aut ad *b* infectam respondentem gall. V, ut *delb*, *tarb*, *banb*, *fedb* (p. 54), aut ad tenues sunt revocandae, quae excussa vocali extra positionem habeantur, ut *d* in *ibdach* = *ipthach* (p. 60). Nescio tamen an hodierna lingua in quibusdam iustum excesserit aspirationis modum, ut in adi. *dearbh* (certus) certe excessit, cuius quidem formae *deirbbæ*, *indeirbbæ*, *inderbbæ* Sg. supra propositae sint.

In mediis vetustae linguae hibernicae iam prima conspiciuntur initia infectionis, quae in recentiore lingua atque in britannica paulo latius est progressa, infectionis nasalis. Mediae enim duae, *b* et *d*, in mediis et extremis vocibus praecedenti liquidae *n* (vel *m*) haud raro assimilantur; eadem assimilatio mediae *g* interdum puncto liquidae imposito significari videtur *ṅg*,

* Diversa est infectio illa mediae *d*, satis vetus in terra continenti, quam efficit sequens *i*: Abu*z*acum Itin. Anton. pro Abu*di*acum Tab. Peut., Scan*z*a ap. Iornand. pro Scan*di*a; etiam in initio: *z*aconus pro *di*aconus, Inscr. Orell. 2620. Cf. ital. *mezzo* e *medius*, *pranzo* e *prandium*. Eandem tamen in nom. gall. Red*s*omarus Inscr. Grut. 806, 11 statuendam esse vix credideris.

quamquam plerumque nihil mutatur in scriptione *ng*, et ipsae quoque assimilatae NN, MM (neglegentius interdum scriptae simpliciter N, M) alternant in vetustioribus codicibus cum primitivis ND, MB, vel cum tenuibus NT, MP, NGG (supra p. 60). Exempla: nomen fluvii Hiberniae meridionalis hib. vet. *Bóinne* (cf. p. 56) apud Ptolemaeum est *Βουουίνδα*, i. e. Buvinda, Bovinda. Pluralis subst. *rind* neutr. (signum caeleste) Sg. 70ᵇ. Cr. 18ᵈ, gen. *renda* Sg. 73ᵃ, scribitur *inna rinn* (gl. astra) Ml. 5 r., sed *inna rind*, *na rind* Cr. 18ᵇ. Ml. 2ᵃ, ut masc. *inrinnd* (aculeus) Wb. 13ᵈ. et comp. *indá érrend* (gl. stigmata; i. e. duo signa, vulnera, an: duorum v.?) Wb. 20ᵈ; a verbo eiusdem radicis comp., cuius infinitivi vice fungitur subst *torand* (significatio, = *doforand*) Sg. 198ᵃ, iuxta formas *dofoirnde*, *dofoirndet*, *toirndet* (significat, -ant) invenitur *tororansom* (gl. signavit) Ml. 29ᵇ, ut iuxta *slond*, *sluindi* (significatio, significat) Sg. fq. *nunsluinfemni* (nos significabimus nos) Wb. 15ᵃ, iuxta *ógdílgend* (gl. internecio) Sg. 52ᵃ. *diandilgiunn* (ad eorum deletionem) Ml. 33ᶜ. Adi. *fin* (= *finn*, albus: *dindluibfin .i. luibderc*, gl. de rosa, Sg. 35ᵇ) scribitur *find* in nomine proprio hibernico *Fiacc Find* L. Ardm. 18. a. 2. (cf. gall. vet. *Vindo*bona, Vindonissa, Vindomagus), ut adi. hod. hib. et gael. *cruinn* (rotundus) servata media *cruind* in Sg. 49ᵇ. 66ᵃ. et Ml. 18ᵇ.* Praep. *im*, *imm*, *imme* (circa) in Wb. et Sg. passim scripta, et separata et in compositis, servavit formam originariam *mb* (in gallicis vetustis: Ambigatus Liv. Ἀμβίδρανοί, Ἀμβιλικοί Ptol. Ambarri, ambacti Caes.; cf. p. 5) in quibusdam locis codicis Wb.: *imbráti* (cogitationes; sed 1ᵈ: *imrádat imráti*, cogitant cogitationes) 31ᵇ. *gnim et briathar et imbrádud* (gl. occulta cordis manifesta fiunt; i. e. actio et verbum et cogitatio) 12ᵈ. *isar farnimbrádudsi* (gl. sollicitudinem quam pro vobis habemus) 16ᵇ. *lasse gabas immbi* (gl. cum mortale induerit immortalitatem; i. e. cum sumpserit circa se) 13ᵈ. Adi. *imde* (multus, abundans): *imda* (gl. opulentus) Sg. 125ᵃ. *cit imdi far forcitlidi* (gl. si decem milia paedagogorum habeatis; i. e quamvis sint multi praeceptores vestri) Wb. 9ᵃ. *ifochidib imdib* (gl. in tribulatione multa) Wb. 24ᵃ. *corop imdu de duún* (gl. ut gratia abundet; i. e. ut sit abundantior nobis; compar.) Wb. 3ᵃ, prodiit ex *imbde*, *imbide*, cuius radix *imb* (= *ambi*; cf. gall. vet. Ambiorix, Ambiani Caes.) extare videtur in deriv. subst. *imbed* (gl. ops, copia) Sg. 125ᵃ. *rommúnus imbed dom* (gl. scio abundare) Wb. 24ᵇ. Adi. *camm*, *cam* (curvus; cf. Cambodunum Ptol. Itin. Cambolectri Plin. Μορικάμβη εἴσχυσις Ptol. Cambete Itin. Camba fluv.): *honaib crichaib cammaib* (gl. obliquis sulcis) Ml. 2ᵃ, ut in compositis: *camderc* (gl. strabo; i. e. curve prospiciens; cf. *fliuchdercc*, gl. lippus, Sg.) Sg. 63ᵃ. 70ᵇ. 93ᵇ. *camthuisil* (casus obliqui) Sg. 197ᵃ. 209ᵃ. Quin etiam radicalis consona verbi substantivi haud raro assimilata est antecedenti *m* (*n*) coniunctionis *con* vel pronominis relativi: *commiu inricc dó* (gl. ut iam perfectus sim; i. e. ut sim dignus eo; *combiu* Wb. 30ᵃ) Wb. 24ᵇ. *comman* (ut simus) 31ᵃ.

* Per mediam autem aetatem linguae hibernicae contraria viguit consuetudo scribendi *nd* pro *nn* primitivo, ut pro *cenn* (caput) Wb. Sg. Ml. legitur *cend* apud Corm. (vv. *cáinte*, *coire Brecain*), ut e nomine Hiberniae ipsius *Ériu* Corm. (gl. *Elg*), cuius gen. *érenn*, dat. acc. *érinn* semper legitime scripti sunt apud eundem, — *érenn* pro *érinn* apud Mar. Scot.: *bennach érenn* (benedic Hiberniam) Pertz. 7, 481 — formatur gen. *érend*: *fir erend*, *fer nerend* (viri, virorum Hiberniae), *co tir nerend* (ad terram Hib.) ap. O'Donov. p 217. 235. 359 e codicibus servatis in Hibernia, libro Lecan. et alio dicto "Leabhar Breac"; ex inscriptione vetusta circa a. 1123 apud eund. p. 234: *do rig erend* (regi H.); cf. *i Rachraind* („in Rachrainn", nom. insulae cuiusdam) e codice dicto "Leabhar Breac" apud O'Donov. p. 155.

commmmis (ut essemus) 6ᵇ. 26ᵇ. 29ᵈ. *comtis* (ut essent) Wb. 10ᵈ. Sg. 7ᵇ. *amtar* (cum essent) Sg. 31ᵇ. *hore romtar* (quia fuerunt) Wb. 7ᵇ. *arrumtar* (cum essent) Ml. 34ᵈ. *námminduine* (quod non essem homo) Wb. 17ᵈ. *cid armad* (quid propter quod esset? cur esset?) Sg. 167ᵃ. *ni armad* (non quo esset) Wb. 25ᵈ.

Ex horum exemplorum analogia conicere licet, ubi nasalis mediae anteposita puncto delente notetur, mediam potius quam nasalem perire assimilatione. Ut in compositis: *écndairc*, *éicndirc* (absens), *frecndairc*, *frecndirc* (praesens), *tóirndet*, *dofoirndet* (significant), *secndapid* (p. 59), *aisndedat* (gl. conserunt verba) Ml. 31ᵃ, *forngaire* (mandatum), *durairngred* (promissum est), *immefolnget* (efficiunt); ut interposito pronomine, vel relativo: *frismbiat* (ad quas pertinent) Sg. 202ᵇ, vel personali: *nosnguidsom* (rogat eos) Wb. 25ᵇ; item in principio vocum, sive praemissum est pronomen: *am. nguidess* (ut rogat) Wb. 24ᵈ. *céin mbiis* (quamdiu est) 8ᵇ, sive nasalis ab extremitate vocis antecedentis transposita: *dered mbetho* (finis mundi) Wb. 10ᵇ. *etargne ndáe* (cognitionem dei) 21ᵃ. *lasin ngutai* (apud vocalem) Sg. 7ᵇ. Quae notatio quod etiam ante vocales invenitur, tam in media voce quam in principio: *am. asnindedar* (ut profertur) Wb. 13ᵃ. *friraimn naili* (ad aliam partem) Sg. 212ᵃ. *cen rian netron* (sine Rheno inter nos) 217ᵃ. *isfuath neperta* (est figura dictionis) 137ᵇ, ubi nasalis perire omnino non potuit, id omnem dubitationem tollere videtur.

Ceterum infectio haec quamquam initio nihil est nisi assimilatio mediarum *b*, *d*, *g* ad praecedentes liquidas nasales, in compluribus tamen exemplis quae protulimus (*lasin ngutai*, *dered mbetho*, *etargne ndáe*) iam in vetusta lingua hibernica ad eandem prorsus speciem progressa est, quam dilatata huius assimilationis consuetudine praebet infectio nasalis in recentiore lingua hibernica. Qua non in mediis tantum vel extremis vocibus assimilatione semper existunt *nn*, *mm* (*m*), sed etiam in principio omnes tres mediae, *b*, *d*, *g*, post pronomina et particulas terminatas littera *n* (*m* ante *b*), quas supra enumeravimus (p. 43), omittuntur pronuntiatione, quamvis ut in antiquis illis *lasin ngutai* etc. sic hodie quoque scribantur, i. e. assimilantur vel obscurantur secundum grammaticos hibernicos, unde eclipsis nomine rem signaverunt. Tam de hac eclipsi, quam equidem dixerim nasalem, quam de altera, destituente, infra in capite altero.

Tenues.

P T C (Q). In nominibus gallicis et britannicis. Singulares: *P*arisii, *P*etrocorii, *P*ictones Caes. E*p*ona Iuven. E*p*oredia Plin. Lu*p*odunum Auson. Sa*p*audia Ammian. Mena*p*ii Caes. Rutu*p*iae Itin. *T*urones, *T*eu*t*oma*t*us Caes. Ἄτις (Boiorum rex), Αὐτάριτος (Gallorum dux) Polyb. Ru*t*eni, Lu*t*e*t*ia Caes. Li*t*ana Liv. Neme*t*es, Vene*t*i, Cale*t*es Caes. *C*arausius Eutrop. *C*arantonus Auson. *C*aratacus Tac. O*c*elum, Vo*c*ates Caes. Li*c*ates Plin. Λικίας Ptol. Ni*c*er Vopisc. Rauri*c*i Caes. Plin. Eborα*c*um, Iulia*c*um, Magontia*c*um Itin. Iunctae: *Pl*eumoxii Caes. *Pr*onaea Auson. *Tr*everi Caes. *Cl*avenna, *Cl*arenna Itin. Veru*cl*oetius, *Cr*itognatus Caes. *Cr*uppellarii Tac. Bratu*sp*antium (compos. Bratu-sp.) Caes. *St*anacum (Noric.) Itin. *Sc*aldis Caes. Plin. Al*p*es fq. Car*p*entoracte Plin. Ca*sp*ingium Itin. Ando*x*ponni fil. Inscript. Murat. 1204, 5. Ce*lt*ae,

Ce*lt*illus Caes. Ca*nt*ium, Na*nt*uates, Ce*nt*rones Caes. Ὀρτιάγων (Galatar. rex) Polyb. Ne*rt*omarus, Esune*rt*us Inscript. Ca*st*icus Caes. Medivi*xt*a, Abre*xt*ubogius Inscriptt. Moenica*pt*us Liv. Ve*ct*is Plin. Vo*lc*ae, Vo*lc*atius, Catuvο*lc*us Caes. Iovi*nc*illus, Pervi*nc*us Inscriptt. μάρκα, τριμαρκισία Paus. Ma*rc*omagus Itin. Conde*rc*um (opp. Brit.) Notit. dign. Ca*rc*aso Caes. Aule*rc*i, Cadu*rc*i Caes. I*sc*a Itin. Li*sc*us, Ro*sc*illus Caes. Tauri*sc*i, Scordi*sc*i Liv. Plin. Duplices; PP: Luppo, Peppo, Inscr. vasor. figl., Drappes Caes. TT: Atto Inscr. (Act. Palat. 1, 33), Vettius Inscr. (Orell. 4295. Stein. 996), Solovettius Liv. CC: Acco (Senonum princeps), Iccius (Remus), Voccio (Noricorum rex) Caes. Nicco Inscr. (Act. Pal. 1, 33), Becco Mocconis fil., Utilia Veccati f., Cracca Livonis f. Inscr. (Orell. 4901).

QV etsi nec in gallicis nec in britannicis (aut vetustis aut recentioribus) nominibus vocabulisve unquam invenitur, quoniam in iis vocibus ipsis, quae latine cum *qu* proferuntur, et Galli et Britanni perinde ac Graeci P in eius locum substituerunt, ut *Epona*, *petorritum*, *pempedula* (contra lat. *equos*, *quattuor*, *quinque*), eandem tamen linguae vetustissimae hibernicae sine ulla dubitatione tribuendam esse non modo nomine litterae docemur servato in utroque alphabeto, si rei auctoribus fides est habenda (O'Don. XXXI. sqq.), sed etiam ogmica figura comprobata inscriptionibus vetustissimis, in quibus tam nomen CORPIMAQvAS (postea *Corbmac*, *Cormac*) extat quam genetivus MAQvI (hib. *maicc*, filii, cui responderet gall. *mapi*, cf. brit. *map*) aliquotiens est repertus. Itaque coniciendum est maiorem partem earum vocum, in quibus hib. *c* opponitur brit. (vel gall.) *p*, antiquissimis temporibus per *qv* prolatam esse, postea vero *v* ut post *s* (p. 58) sic post *c* perisse, aut nullo vestigio relicto: *ech* (lat. *equos*, brit. *ep*), *cách* (lat. *quisque*, cambr. *paup*), *cethir* (lat. *quattuor*, brit. *petuar*), *ce*, *cia* (lat. *quis*, cambr. *pui*), *cóic* (lat. *quinque*, brit. *pimp*), aut quasi assimilatione quadam geminata tenui: *macc* (filius, brit. *map*), aut vocali per *u* infecta: *fliuch* (humidus, cambr. *gulip*, *gwlyp*, p. 12). Quodsi pristina *qv* abiit in gallicam et britannicam *p*, nemini mirum esse debet tenuem P hibernicam multo artioribus finibus contineri quam *p* britannicam. Adde, quod in aliis quibusdam *c* hib. respondet *p* brit., non solum ut *c* (*q*) in *p* transgressa esse videatur: *cenn* (caput); = brit. *penn*, cf. mons Appenninus), *ciall* (intellectus, = cambr. *pwyll*), *cland* (proles; = cambr. *plant*), *cruim* (vermis, = cambr. *pryf*), *crann* (arbor; cambr. *pren*), rad. verb. *cren* (emere; cambr. *prenu*), sed etiam in quibus *p* initio fuisse pateat, ut in compluribus peregrinis: *casc* (pascha) Cr., *indchorcur* (purpura)* Tr. 115, cf. *dubchorcur* (gl. ferrugo) Sg. 52[a]. *ondfescur* (vespera) Sg. 183[b]. *clúm* (= pluma) Corm. v. *orc tréith*. Inprimis autem a principio vocum omnis fere *p* evanuit, ut vix ulla vox hibernica *p* principali utatur, praeter *patu* (lepus) Corm., unde *patnide* (leporinus) Sg. 37[b], et transumpta: *persan* (persona) Wb. Sg. *peccad* (peccatum), *pridchim* (praedico), *precept* (praeceptio, doctrina), *pian* (poena) Wb. fq. *pennit* (paenitentia) Wb. 9[c]. 22[c]. 24[a]. 26[b]. *ni farcuairt parche docoid* (non in circuitum parochiae venit; *pairche* a parochia

* Simplex eadem vox restituenda est pro *cocuir* (gl murex) Sg. 68[b], cf. *corcair* (gl. purpura) St. gl. 224. Derivatum adi. *corcra* (purpureus, ruber) in libris inferioris aetatis (O'Don 119. St. 122. n. Beitr. I. 350).

Corm.) Wb. 21ᵃ. *fiche pond* (gl. pondo viginti) Sg. 70ᵃ. *samlaid fri ponc* (pariter ac punctum) Sg. 150ᵇ. *proind less* (prandium, prandere apud eum) Wb. 9ᵇ, gen. *nepproinde la genti* (gl. simulatio; i. e. non prandendi cum gentibus) 19ᵃ, dat. *reproinn* (ante prandium) 28ᶜ, unde compositum *praintech* (refectorium, = *praindteg*, domus prandii) L. Ardm. 18. b. 1. *pardus, parduis* (paradiso, paradisi) Tr. 17. 18. 19. *promthe in iriss* (gl. probus in Christo) Wb. 7ᵇ, *promfidir* (probabitur) 17ᵇ, *dopromad forndeserce* (gl. ingenium bonum conprobans) 16ᶜ, *intais amprom* (aetas improba) Ml. 31ᶜ, *indamprome* (improbitas) Sg. 42ᵇ. *piss* (gl. pissa, i. e. pisa) Sg. 73ᵃ. *propiri dilsi anisiu* (gl. alia vero propria, nomina) Sg. 32ᵇ. *pupall* (gl. tentorium, = *papilio* Lamprid.) Sg. 50ᵃ. *popul* (populus) Wb. 33ᵃ. Ml. 27ᵃ. *it primiti .i. is primit som mor. inesseirgiu* (gl. primitiae dormientium, 1 Cor. 15, 20) Wb. 13ᵇ. *primsacairt* (primi sacerdotes) Wb. 10ᵈ. *cia port indib* Wb. 26ᵇ. Ibi enim *p* in *f* (et *v*) mutata, ut in praep. *fri*, *frith* (ind. *práti*, graec. προτί, πρός, cambr. *gwrth*), saepius prorsus periit, ut in vocibus: *athir* (= pater), *lán*, *línad* (plenus, pleo), *il* (= got. *filus*, πολύς), *lia* (= πλείων), *ro* (= pro), *ar* (= παρά) etc.

In lingua hibernica vetusta tenuium status primitivus servatus 1. in principio vocum, si non est causa infectionis, in codicibus non scribitur alio modo nisi simplici: *patnide* (gl. leporinus) Sg. *tol* (voluntas), *tar* (trans) Wb. Sg. *cath* (pugna), *carid* (amat) Wb.

2. In mediis et extremis vocibus servantur tenues intactae: *a*) in geminatione: *upp* (interiectio, gl. ei, hei) Sg. 120ᵇ. *att* (gl. tuber) Sg. 61ᵇ. *crottichther* (gl. citharizatur; cf. chrotta Britanna, Venant. Fortun. 7, 8) Wb. 12ᶜ. *littir* (dat., litterae) Cr. 31ᵈ. *peccad* (peccatum) Wb. fq. *macc* (filius) Wb. fq. *bacc* (gl. ligo) Sg. 52ᵃ. 62ᵇ. *liacc* (lapidis) Wb. 4ᵈ. *icc*, gen. *icce* (salus) Wb. fq. *becc* (parvus) Wb. fq. *cnocc* (gl. gibber, gl. ulcus) Sg. 22ᵃ. 23ᵃ. Pr. Cr. 9ᵃ. *sebocc* (gl. capus) Sg. 105ᵇ. Eaedem simpliciter scriptae: *cnocach* (gl. gibberosus) Sg. 22ᵃ. *liac* Sg. 22ᵃ. 65ᵃ. *lieic* (lapides) 18ᵃ. *ic*, *áhic* (salutem, s. suam) Ml. 34ᵈ. Wb. 2ᵇ. *bec* Sg. fq. *liter*, *litre*, *litridi* (littera, litterae, litteratores) Sg. fq. *crot* (gl. cithara; vox scripta post *buinne*, gl. tibia) Wb. 12ᵃ, et mox in eodem loco dat. *croit*: *angaibther isindbuinniu l. croit* (gl. quod canitur; i. e. tibia vel crotta). *mac* (filius) Wb. Sg. Huc sine dubio pertinet pars vocum earum, quae secuntur sub *d*.

b) In positione, in qua frequenter status durus notatur duplici scriptione (praesertim in Wb., qui pro duplicandis mediis tenues simplices scribere solet): *corpp* (corpus) Wb. 3ᵈ. *rectto* (legis) Wb. 1ᵈ. 4ᵈ. *ni écen dobimchomartt* (gl. oboedistis ex corde, in eam formam doctrinae) Wb. 3ᵇ. *censectti* (gl. sine simulatione) Wb. 5ᵈ. *tecttaire* (gl. dispensator; i. e. legatus) 8ᵈ. *cumactte* (potestates; ter in eodem loco ita scriptum) 6ᵃ. *olcc*, *ulcc* (malus) Wb. fq. *imchumarcc* (interrogatio, salutatio) 7ᵇ. *sercc*, *desercc* (amor), gen. *desercce* Wb. fq. *fliuchdercc* (gl. lippus) Sg. 24ᵃ. *airdircc*, *irdircc* (conspicuus) Wb. 1ᵃ. 7ᶜ. *anaithescc* (responsum) 9ᵈ. *leiscc* (gl. pigri) 31ᵇ. *nebleiscc* (gl. non pigri; cf. Liscus Caes.) 5ᵈ. *mescc* (ebrius) 28ᵇ. *tairmescc* (perturbatio) 10ᵇ. *coscc* (institutio) 5ᵃ. 5ᵇ. *cosscc* 9ᵃ. *écoscc* (habitus) 6ᵈ. *sainecoscc* (proprius habitus) 5ᵃ. Exempla scriptionis simplicis: *alpai-n* (Alpes; cf. nom. pr. hib. *Alpin*, *Elpin* in Annal. Tigern. ap. O'Conn. 2, 216. 253) Sg. 217ᵇ. *heirp* (gl. capra, gl. damma) Sg. 48ᵃ. 61ᵃ. *saltlae* (gl. calx) Sg. 50ᵃ. *molt* (gl. vervex) Sg. 68ᵇ. *cinteir* (gl. calcar) Sg. 50ᵃ.

muntar, *montar* (familia) Wb. fq. *santach* (cupidus) Wb. 28ᵇ. *sant* (cupiditas, avaritia) Wb. 20ᵇ. 31ᵇ. *art* (lapis) Corm., servatum in nominibus virorum vetustis *Artgal*, *Artbran* in Annal. Tigern. ap. O'Conn. 2, 221. 228, *Artur* ibid. p. 160 (cf. Artalbinnum, Artobriga Itin. et in Vita S. Domitiani abbatis apud Segusianos, Boll. Iul. 1, 53: usque ad petram quae *Artemia* dicitur). *cocart* (corrige), *cocarti* (corrigendum) Sg. (cf. praef. XII). *incoceirt* (gl. emendationem) Ml. 2ᵃ. *etarcert* (interpretatio) Wb. Sg. *nert* (virtus, valor; in nominibus gallicis compositis Nerto- et -nertus) Wb. fq. *gort* (gl. seges) Sg. 66ᵇ. *certle* (gl. glomus) Sg. 70ᵇ. *olc* (malus) Wb. fq. *folcaim* (gl. humecto, gl. lavo; cf. Volcae, Volcatius Caes.) Sg. 145ᵃ. *marcach* (gl. equester) Sg. 50. *torc* (gl. aper) Sg. 37ᵇ. *rosc* (oculus) Wb. 21ᵇ. *cosc* (institutio) Wb. fq.

Priorem quoque positionis litteram durius prolatam indicat tam mira scriptio supra allata *cossce*, quam *tesst* (testis) Wb. 14ᵃ. Excipitur tamen positio *ct*, quae etsi frequenter integra servatur ut in vocibus: *octe* (angustia; cf. Octodurum Caes.) Wb. 16ᵃ. *tectiri* (legati; supra *tecttaire*) Wb. 15ᵃ. *rect* (lex), *infectso*, *indectsa* (nunc) Wb. fq. *oinect* (semel) Wb. 3ᶜ. *oct* (octo) Sg. 166ᵃ. *luct* (agmen, pars; cf. Lucterius Caes.) Wb. 12ᵇ. 14ᵇ. *deact* (deitas) Wb. interdum, ut *dóinect* (humanitas) Wb. 15ᵃ; frequentius tamen infecta littera priore fit *cht*, tam in substantivis derivatis in *-acht*, *-echt*, quae passim inveniuntur, quam in radice ipsa vel accedente *t* ad gutturalem radicis: *locht* (crimen) Wb. 31ᵇ. *ochte* (angustia) Wb. 16ᵃ. *ontechtairiu*, *techtiri* (de legato, legati) Wb. 14ᵈ. 24ᵈ. *innocht* (hac nocte) Sg. 112. Ml. 1. *nochtchenn* (nudus capite) Wb. 11ᶜ. *snechti* (gl. nives) Sg. 8ᵃ. *ocht* (octo) Cr. *recht* (lex) Wb. fq. *lucht* (pars) Wb. 16ᶜ. *co muir nIcht* (ad mare Ictium) Corm. v. *Mogheime*, ut in Vita S. Declani episc. hibern. ap. Boll. Iul. 5, 597: mare *Ycht* quod dividit Galliam et Britanniam. Nec aliter variat scriptio *n* antecedente: *sancht* L. Hymn. (Beitr. I. 451), sed *sanctáir* (gl. sanctuarium) Sg. 33ᵃ. Contra inter *r* et *t* eliditur gutturalis: *ascomort* (gl. occidi) Sg. 210ᵃ. *contochmairtsiu* (gl. contrivisti) Ml. 17ᵃ. *dobimchomartt* (compulit vos) Wb. 8ᵇ. *friscomartatar* (gl. offenderunt) Wb. 5ᵇ. *timmorte*, *timmarte* (coartatus) Sg. Ml. e radice *arc* (*arg*). Eodem modo *cht* e *pt* prodit, commutatis ut supra *p* et *c*: *neoht* (gl. neptis) Sg. 67ᵇ. *secht* (septem) Cr. *sechtmaine* (gen., septimanae) Cr. 32ᶜ, in libris recentioribus etiam in peregrinis ut *cacht* (capta, serva) Gl. 9. O'Dav. *aicecht* (acceptum, gl. lectio) St. gl. 898, unde *uraicecht* (prima institutio), quamquam nostri codd. servant *pt* in *exceptaid* (exceptio) Sg. 37ᵃ, *exceptid* Wb. 2ᵃ. 25ᵃ. *precept* (praeceptum, doctrina) Wb. fq. ut in *œgeptacdi* Wb. 30ᵃ.

c) Extra positionem servantur tenues in statu duro, si *n* ante eas excussa est (cf. p. 42; fuerunt ergo principio in positione): *etar* (= inter), *cétne* (primus; cambr. *kyntaf*) Wb. Sg. fq. *cét* (centum) fq. *sét* (via; cambr. vet. *hint*) Wb. 24ᵈ. *do déit* (gl. ad dentem) Sg. 67ᵇ. *létenach* (gl. audax; cf. *rulaimur*) Sg. 50ᵇ. *tét* (gl. fidis; cambr. *tant*) Sg. 46ᵇ. *léic*, *léicci* (sine, sinit; lat. *linquo*) Wb. fq. *cóic* (= quinque) Sg. Cr. *óc* (iuvenis; = cambr. *iouenc*) Wb. Sg. Frequentissima *t* non infecta in derivationibus nominum *-at*, *-et*, *-it*, *-ate*, *-ite*, *-thatu*, *-thetu*, quibus supponendae sunt vetustiores *-ant*, *-ent*, *-ante* etc., quibusque possunt adnumerari, si ex *-anc*, *-inc* (cf. arinca, frumenti genus gallicum, Plin.), *unc* sunt ortae, *-ac*, *-acc*, *-icc*, *-ucc*. Exempla: *fiche* (= viginti) Cr. Sg. in gen. *fichet* Cr., plur. *fichit* L. Ardm. *foisite* (confessio), *foirbthetu* (firmitas) Wb. *derucc* (gl.

glans; e *derunc*, *dervinca?*) Sg. 113[b]. Eadem *t* in terminationibus 3. pers. plur. activi et passivi *-at*, *-et*, *-itis*, *-atar*, *-etar*, *-itir*, quibus respondent britannicae et latinae *-ant*, *-ent*, *-antur* etc.; vel amissa vocali *-te*, *-tis*, *-tar*, *-tir*, praesertim post vocalem radicis brevem et consonam simplicem: *berte* (qui ferunt) Wb. 9[c]. *asbertis* (dicebant) Wb. 4[c]. 25[b]. *no gaibtis* (sumebant) Ml. 2[b]. *bertar* (feruntur) Wb. fq. *etirscartar* (separantur) Sg. 73[b], sed etiam post vocalem productam: *scríbtir* (scribuntur), *adrímter* (adnumerantur), quamquam inveniuntur *dénatar*, *légatar* (cf. p. 28 et verb. passiv.).

d) Servatus videri potest status primitivus tenuium extra positionem in vocibus quibusdam, plerumque post productam vocalem: *dítiu* (gl. teges, gl. velare) Sg. 50[b]. 57[a]. *séuti* (pretiosa) Wb. 23[d]. *ét* (zelus) Wb. fq. *hétt*, *héet* 5[a] *inéutt* (gl. in aemulatione) 6[a]. *rét*, *réta*, *rétu* (res) Wb. fq. *dorat* (dedit) Wb. fq. *téte* (fervor) Wb. 20[b], *téit* (fervidae; cf. Teteus, Tettaeus, Sylvanus Tettaeus in Inscriptt.) Wb. 29[a]. *fiacail* (dens) Inc. Sg. *fiaclaich* (gl. dentatam) Sg. 49[a]. *sléic* (gl. lodix) Sg. 69[a]. *décu*, *déccu* (video) Wb. fq. *deac* (= *déc*, numerus X postpositus aliis, cum solitarius sit *deich*) Cr. *bréic* (acc., dolum, fraudem) Wb. 27[b]. *brecairecht* (gl. astutia) Wb. 15[b]. *bóc* (gl. osculum) Sg. 46[a]. *mocoll* (gl. subtel) Sg. 63[a]. *crocenn* (gl. tergus) Sg. 111[b], gen. *inchrocainn* (cuticulae) Sg. 95[a], *croicend* (pellis, rheno) Corm. *ocus*, *accus* (vicinus) Pr. Cr. 59[b]. Wb. 23[b]. *acus*, *ocus* (et; cambr. *a* = *ach*) fq. *aicmae* (genus) Sg. 34[b] — num conferendum cambr. *ach*, genus, generatio (*ch* = *cc*) ? vix eidem radici tribuendum *aicsendaid** (gl. causidicus; cf. *accuis*, causa) Sg. 74[b]. At in quibusdam harum vocum *n* (vel *m*) excussa statuenda erit, in aliis geminatio vel assimilatio ut in *trócaire* (misericordia, = *trógcaire*, p. 62) Wb. 4[c]. 5[c]. 15[b]. et compluribus infra (p. 72) sequentibus. Praeterea duplex causa invenitur, quare interdum sit servata tenuis singularis. Tum enim non tanguntur tenues in vocibus peregrinis receptis, ut *oipred* (opus, operatio) Wb. 1[b]. 10[c]. 21[a]. Sg. 190[a]. *papa* (papa, pontifex) Cr. 40[a]. *popul* (populus) Wb. 33[a]. *pupall* (gl. tentorium; = *papilio* Lamprid., cambr. *pubell* e *papell*, unde hispan. *pabellon*, gall. hodiern. *pavillon*) Sg. 50[a]. *etal* (Italia) Wb. Sg. *metir*, *metair* (gen. metri) Sg. 8[a]. 25[b]. *metarde* (metricus) Ml. 27[d]. *not* (nota), *nota* (notae), *notaitir* (notantur) Sg. 3[b]. 6[b]. 28[a]. *notire* (notarius) Wb. 27[d]. *cucann*, *cucan* (gl. pistrinum, gl. cocina, gl. culina, gl. penus) Sg. 49[b]. 51[b]. 68[a]. 107[b]. *sacart* (sacerdos) Wb. Sg. *loc*, *locc*, *luc*, *lucc* (locus) Wb. Sg. *fin. acat* (gl. acetum) Sg. 73[a]. *trop* (tropus) Ml. 15[a], gen. *truip* 53r. *intropdaid* (gl. tropicos, i. e. τροπικῶς) 16r. sicut in peregrinis etiam mediarum loco tenues efferri supra dictum est; tum terminalis consona particulae frequentis in compositione, quae respondet gallicae *ate-*, quamque varie scriptam et formatam esse supra (p. 5) exposuimus, praesertim ante medias (quas ipsas quoque indurari p. 60 demonstratum est) haud raro dura servatur: *atbail* (perit) Sg. 4[b]. Wb. 4[d]. *ciatbela* (ut pereat, etsi perit) Sg. 30[a]. *atbélmis* (perituri eramus) Wb. 4[d]. *actgnithi* (gl. intellecta) Wb. 1[b]. De tenuibus mediarum locum simili ratione obtinentibus v. supra.

e) Manet intactum, ni fallimur, propter pristinum *v* excussum (sive assimi-

---

* Pro qua *cs* in aliis scribitur *x*: *do naib oxalaib* (gl. ad ascellas) Tr. 35. *foxlid* (ablativus) Sg. fq., *forróxul* (gl. tulit) Wb. 27[a]. *dixnigur* (appareo, sum; cf. *déicsiu*, visio, *décu*, video) fq.

latum ut *macc* = *maqvas*), pronomen 2. pers. sing. T infixum vel suffixum, et personale: *notail* (te alit) Wb. 5ᵇ. *notbeir* (fert te) Wb. 6ᶜ. *duit* (tibi), *uait* (a te), *lat* (apud te) etc. Wb., et possessivum: *ditgnímaib* (de factis tuis) Wb. 31ᶜ, non tamen in principio: *ni tussu thóenur* (non tu solus; i. e. tua solitudo) Wb. 5ᵃ.

P, T, C saepius pro mediis status duri i. e. pro *bb*, *dd*, *gg* scribi supra dictum est (p. 59); codex Sg. e contrario geminationem mediarum adhibet pro tenuibus originariis, praesertim DD pro T: *diddith* (gl. velox; cf. supra *ditiu*) 60ᵇ. *inis maddoc* (insula Matoci; gl. marg.) 194ᵃ. *meirddrech loc* (gl. fornix; Wb. *mertrech*, meretrix) 113ᵃ; ac, nisi forte haec ad D (p. 60) pertinent, *hilddai* (plurales) 71ᵇ. *dáldde* (gl. forensis) 57ᵃ. *coldde* (gl. colurnus) 33ᵇ. 35ᵇ. *geinddae* (gl. genitalis) 64ᵃ. *randdatu* (partitio; de *t* post *l*, *n* videas p. 72) 27ᵃ; saepissime vero in terminationibus verborum in *-addar*, *-eddar*, *-ddar*, *-dde*, *-ddis*, pro *-atar*, *-etar*, *-tar*, *-te*, *-tis* (exempla videas in verbo). Scriptio BB pro P in nomine proprio viri *Coirbbre* (in gloss. marg.: *meisse 7 choirbbre*, i. e. ego et C.) Sg. 194ᵃ, = *Coirpre*, *Corpire* (term. *-ire*, *-re* ut in *rectire*, *notire* etc.) i. e. Carpentarius, si conferamus vocem gallicae originis *carpentum*; recentius idem nomen est *Cairbre* e subst. *cairb*, currus, quocum congruit *carbad* = *carpant*, *carpent* (cf. nom. gall. hod. *Charpentier*, germ. *Wagner*).

Infectione tenues transeunt in aspirationem, quae simplici modo significatur addita post easdem H, ut P, T, C infectae scribantur PH, TH, CH. Quae scriptio hodie quoque adhibetur in lingua gaelica; hibernica autem etiam hic, ut alias semper, tanquam signum infectionis punctum superadditum assumpsit (cf. pp. 51 et 55). Quae aspirationis significatio prodisse videtur e vetusta eiusdem nota, dimidio litterae H priore, quod in scriptura minore etiam in codicibus hibernicis vetustis interdum superadditum invenitur tenui aspirandae, ut in Sg. *tri digbail fa tormach* (= *fa thormach*, cum signo supra *t*) 188ᵃ. *tre comais.* (= *ch*) 159ᵃ. *gním l. cesad* 209ᵃ. *taibsiv gníme l. cesta* 209ᵇ. *inconsain isindfrecndairc issí bís..* 166ᵃ. *istim act asringba oin syl.* 169ᵃ. *atrebtar and* 198ᵃ. *isairi ní tabur* 207ᵃ. *ascoimtig* (quod est usitatum) 54ᵇ, in cod. Ld. *dubthac* (= *Dubthach*) nomen scribae, in cod. Neoburg. *cris natrac mucris natair* (= *cris nathrach muchris nathair*, cum isdem signis supra utramque *t* et *c*). Pronuntiatio recentior aspiratarum est communis, *ph* = φ, *ch* = χ, excepta *th*, quae ut *h* profertur, hibernice et gaelice.

Inficiuntur autem tenues 1. in principio vocum in constructione sermonis (secundum leges infra dicendas): *onphapa* (a papa) Cr. 40ᵃ. *inphreceptori* (praeceptores) Wb. 5ᵃ. *ón chetni phersin* (a prima persona) Sg. 191ᵃ. *rophroidech* (praedicavit) Wb. 5ᵃ. 10ᶜ. *mo thol cholnide* (voluntas mea carnalis), *hó thoil cholno* (voluntate carnis; *tol*, *colinn*) Wb. 3ᶜ. 20ᶜ. Sola H loco aspiratae CH scripta: *nipo hetóir dorat digail* (non statim dedit ultionem; *cetóir*) Wb. 4ᶜ.

2. In mediis et extremis vocibus extra positionem secundum communem regulam.

TH = T infecta: *athir* (pater), *máthir* (mater), *bráthir* (frater), fq. *cethir* (quattuor) Sg. Cr. *lethan* (latus; cf. Litana Liv.) Wb. 16ᵃ. *irroithinchi* (gl. in hilaritate) Wb. 5ᵈ. *roithnech* (gl. serenus; = *roithinech*, cf. Ruteni?) Ml. 33ᵃ. *breth*, gen. *brithe* (iudicium; cf. Vergobretus Caes.) Wb. fq. *bith*, *betho* (mundus), *bith-* (sensum augens; cf. Bituriges) fq. *loth*, gen. *loithe* (palus, coenum; cf.

Lutetia) Sg. 34ᵃ. 127ᵃ. *roth* (gl. rota) Sg. 18ᵇ. *rith*, *riuth*, *rethit* pp. 12. 63. *cath* (pugna; cf. Caturiges, Catuslogi Plin.) Wb. 9ᵃ. 22ᵈ. 23ᵈ. *fonchath* (gl. sub Marte) Sg. 44ᵃ. *do chathugud* (ad pugnandum) Wb. 22ᵈ. *gáitha* (sapientes, fem.) Wb. 18ᵃ. *gnáth* (consuetus; cf. Boduognatus, Critognatus Caes.) Wb. Sg. *sciath* (scutum) Sg. 49ᵇ. Ml. 22ᶜ. *brothad* (momentum) Ml. 48r. Adde quod *th* infecta interna passim invenitur in flexionibus verborum et derivationibus *-athar*, *-ithir*, *-ithe*, *-ithi* etc., respondentibus latinis *-atur*, *-itur*, *-atus*, *-itus* etc., finalis tam in derivatis substantivis *-ath*, *-eth*, *-ith*, *-uth* (cf. lat. *peccatum*, *senatus*, *penates*, *monitum*, *monitus*) quam in terminationibus verbi passivi *-ath*, *-eth* (lat. *-atus*, *-itus*). Tamen haec scriptio *th* quamvis in mediis vocibus communis, rarior est in extremis, ut in substantivis: *peccath* (peccatum) Wb. 9ᶜ. *troethath* (submissio) 6ᵃ. *césath* (passio) 6ᵃ. *iarsinchumsanathso* (post hanc requiem; al. *cumsanad*) 33ᵇ. *molath* (laus) Sg. 59ᵇ. *uathath*, *huathath* (singularis) Sg. 71ᵃ. *dligeth* (lex) Sg. 2ᵇ. *toschith* (victus) Wb. 10ᵈ. *samlith* (ita) 12ᵈ. 13ᵃ. *imbethith* (in vitam) 13ᵈ. *dondirsolcoth* (gl. ad apertionem oris) 22ᵈ. *sens*, *ciall saichdetath* (sensus consequentiae) Sg. 149ᵃ. *indoentath* (unitatis) Sg. 28ᵃ. *randatath* (partialitatis) Sg. 220ᵇ. *cotarsnataith* (oppositionem) Sg. 29ᵇ. *hicomsuidiguth* (in compositione) Sg. 2ᵇ. *diltuth* (scandalum) Wb. 6ᶜ; in verbis: *érbrath* (dictum est) Sg. 220ᵃ. *doratath* (datum est) Sg. 7ᵇ. *durónath* (factum est) Wb. 33ᵃ. *roslogeth* (gl. absorpta est, mors) Wb. 13ᵈ. *tintáith* (interpretamini), *asberith* (dicitis), *irmith* (iudicatis) Wb. 12ᵈ. *taibrith* (datis) 6ᵃ. *nachomalnith* (ea impletis) 13ᵃ. *décith* (videte) 20ᶜ. *gniith* (facit) 21ᵇ. *sluindith* (significat) Sg. 29ᵇ. Solet enim in hoc loco scribi *d*, cuius scriptionis infra sequentur exempla. — Exempla quaedam excussae in media voce infectae *th*, ut *dál* (forum) pro *dathl*, *én* (avis) pro *ethn*, *cenél* (genus) pro *cenethl*, supra proposita sunt (pp. 17. 19). Eadem excussione inter vocales facta explicantur formae *lae*, *laa* similesque vocis *lathe*, *laithe* (dies), de quibus in declinatione.

CH = C infecta: *sechem*, *sechemmar*, *sechitir* (sequimur etc.) Wb. fq. *crochad* (crucifixio), *croch*, gen. *cruche* (crux) Wb. fq. *mertrech*, *meirddrech* (meretrix) Wb. Sg. E vita S. Congalli abbatis hibern. ap. Boll. Mai. 2, 584: hominis mater *Luch* vocabatur quod sonat latine mus (cambr. hod. *logod* e vet. *locot*, idem significans). Addenda est hic quoque *ch* infecta interna in derivationibus *-achas*, *-echas*, *-echaire*, *-echide* etc.: *airechas* (primatus) Wb. 1ᵈ. 3ᵈ. Sg 174ᵃ. *tóisechaire* (gl. primas) Sg. 50ᵃ; finalis frequentissima in derivationibus *-ach*, *-ech*, *-uch*, quibus respondent gallicae vetustae *-âc*, *-ec*, *-ic*, *-uc* in nominibus Divitiacus Caes., Raurici Plin. Inscr., Turecum Inscr., Avaricum Caes., Aventicum Tac., Aduatuci Caes. De terminatione *-ach* pro *ách*, eadem quae est in nominibus gallicis derivatis *-âcum*, *-iâcum* atque in cambricis derivatis *-auc* (= *âc*), videas p. 16 sq. — CH = Q, brit. P: *fliuch*, *fliuchide* (humidus, madidus, cf. p. 66; cambr. *gwlyp*: *kymwlypet*, aeque madidus, Mab. 2, 378, *roguli-pias*, gl. olivavit, gl. Lxb.) Sg. Cr. *ech* (equus) L. Ardm. 17 b. 1, unde deriv. *echaire* (gl. mulio), compos. *echlas*: *inechlas múldae* (gl. mulionicam paenulam; cf. Epona, Eporedia, Eporedii, nomina gallica) Sg. 33ᵇ. 62ᵇ. *nech* (pron., brit. *nep*) fq. *sech* (praep., cambr. vet. *hep*) fq. *cách* (quivis; cambr. vet. *paup*) fq. Excidisse videtur *ch* in *na*, nom. acc. neutr. pronominis *nach*.

In flexionibus verborum et derivationibus duarum vel plurium syllabarum si excutitur vocalis incipiens (cf. p. 27), *th* et *ch* legitime nihilo minus inficiun-

tur, nec valet positionis lex. Exempla TH accedentis, in flexione verborum: *adrimther* (adnumeratur) Cam. *carthar* (amatur) Sg. 193a. *asberthar* (dicitur) Wb. fq. *berrthar* (gl. tondeatur) Wb. 11c. *gaibther* (sumitur, canitur) Wb. 12c. 28c. Tr. 68. *scríbthar* (scribitur) Sg. 28a. *legthar* (legitur) Wb. 9b. *tucthar* (intellegitur) Wb. 12c. *crochthe* (crucifixus) Wb. 29d. *ærsoilcthe* (apertus) Sg. 147c. *foirbthe* (perfectus) Wb. fq. In derivatione: *eperthith* (gl. lelex; i. e. locutor) Pr. Cr. 48a. *indílegthith* (gl. exterminator) Cr. 43b. *fledaichthith* (gl. epulo) Sg. 52a. *pectha*, *pecthe* (plur. a *peccad*) Wb. fq. *carthaig* (gl. amantes), *carthacha* (gl. affecta) Ml. 52r. 66r. et nomen viri *Carthachus* (cambr. vet. *Caratauc*, gall. vet. *Caratacus* Inscr.) Boll. Aug. 1, 343. Hic quoque *th* prorsus abolita in formis passivis: *berir* (fertur) Wb. 12d. 31a. 32a. *berar* (feratur) 7b. 16d. 27a. *asberr* (dicitur) Sg. 21a. *tabarr* (datur) Wb. 17a. aliisque, quae videas in coniugatione. — Exempla CH accedentis: *cenélcha* (generalia, sing. *cenélach*) Sg. 3a. *sualchi*, *dualchi* (virtutes, vitia; sing. *sualig*, *sualich*, *dualich*) Wb. fq. *ishitilchaib ardaib* .i. *isnaib telchaib* (gl. in excelsis) Ml. 14a. *tailchube* (gl. crater), *indælchubi* (gl. cadi) Sg. 95b. 180a. *dedencha* (finalia) Wb. 30d. *inmedónchaib* (gl. pro intestinis) Sg. 111a. *inmedónchu* (interior) Sg. 39a. 40a. *diairchinchib* (de primariis; *airchinnech*) Wb. 7b. *sinnchenae* (gl. vulpecula) Sg. 47a. *senchas* (vetus historia, vetus lex) Wb. 20a. 30c, plur. *senchassa*, *senchaissi* 28c. 31b, dat. *senchassib*, *senchassaib* 30d. 31b. *ainches* (gl. fiscina) Sg. 37b. *centarcha* (gl. citima) Cr. 36a. *centarchu* (citerior; *centarach*) Sg. 39a. 72c. *curchas* (gl. arundo) Sg. 52b. *cáirchuide* (gl. ovinus) Sg. 37b. *do hireschaib*, *hireschu* (fidelibus, fideles) Wb. 3a. 4b. *frissna diltadchu* (gl. adversum negatores) Ml. 20a. *fodordchu* (gl. susurratores) Wb. 1c. *cumachtchu* (gl. potior) Sg. 39b.

Radicis consonas vocali elisa non magis servari probatur exemplo vocis *dorche* (obscurus, obscuritas) Sg. 165a. 183b. Ml. 26r. 30b, quacum sunt conferenda *riched* (caelum) Oing. Fél. et *richis* (ignis) O'Dav. *richiss*, dem. *richisán* (carbo, carbunculus) Sg. 47b. Memorandum autem est, in compositis utriusque radicis *sech* (sequi; dicere) elisione facta, etsi interdum tenuis aspiratur: *diuschi* (excitat) Sg. 6b. vel media scribitur: *diusgea* (expergefaciat) Wb. 4a, plerumque tamen integram servari non modo *s* sed etiam tenuem: *cosc* (*coscc*, *cossсc* p. 67) Wb. fq. *aithescc*, *taithesc* (responsum) Wb. 9d. 27c. *honaib ascadaib* (gl. ab aemulis), *á ascada* (gl. aemuli) Ml. 3a. 49r. *insce* (sermo) Sg. Wb. Ml. Cam., quare scriptione admodum variant derivata decompositi *toisc* (necessarius, = *dofosich*?) Wb. 12b. 31d: *tascide* Ml. 20a. Pr. Cr. 1a. *taschide* Wb. 10a. *taschidetu* (necessitas) 23b. *toschith*, *toschid* (victus) 10a. *tasgid* 29a. Ac prorsus tollitur haec lex assimilatione, si consonae affines se secuntur. Itaque a nomine numerali *cóic* (quinque) derivatur *cóica*, gen. *cóicat* (quinquaginta; non *cóiccha* ut *fiche*, *tricha*, *cethorcha*) Sg. Cr., a *túath* (populus), *brothad* (momentum), *guidimm* (rogo), *troethath* (subactio), *imrádud* (cogitatio) per derivationem vel flexionem proficiscuntur *túati* (laici) Wb. 27c, *ambrotte* (gl. momentaneum) 15c. *guiter* (petitur) 30d. *gute* (supplicantium), *mani erthroitar* (nisi subigitur) Ml. 48r. *imráti*, *imbráti* (plur.) Wb. 1d. 31b. *dagimrata*, *drogimrato* (gen., bonae, malae cogitationis) 3d; eadem ratione qua per compositionem formata sunt *trócaire* (supra p. 62), *marcír* (*márcir* in cod., gl. strigilis; i. e. equi pecten, *marc-cír*) Pr. Cr. 27b. *foraitbi* (risit; *fo-ro-aith-tibi*) Tr. 62. *frituidecht* (obiectio) Sg. 21a. 189a, gen. *frith-*

tuidechtae Ml. 25[b], cf. *nephpiandatu* (impunitas) Ml. 28[a]. Inprimis vero tres consonae L, N, S finientes radicem augendam a ceteris plerisque hoc differunt, quod respuunt post se infectam TH et positione iunctae servant integram T terminationum, *-tar*, *-ter*, *-tith* etc.: *réltar* (manifestatur) Wb. 12[a]. *rélto* (manifestationis; nom. *rélath*) Wb. 12[a]. *adcomaltar* (coniungitur) Sg. 148[b]. *accomallte* (gl. socius; i. e. iunctus) Wb. 5[b]. *boltigetar* (odorem faciunt; *bolad*, odor) Wb. 14[d]. *cumsanto* (quietis; *cumsanad*) 33[b]. *dénti* (faciendum) Wb. fq. *forcanti* (intimandum, praecipiendum) Cr. 33[a]. *digente* (faceretis) Wb. 9[d]. *múntith* (gl. eruditor) 1[d]. *ingrentid* (persecutor) 18[d]. *rufeste* (sciretis) 9[d]. *césto* (passionis; *césad*) Wb. Sg. fq. Item, in quibus T e D prodire potuit, *dalta* (gl. curialis) Sg. 55[b]. *remdedólte* (gl. antelucanus) Sg. 36[a]. *béste* (moralis), *béstatu* (moralitas) Wb. 12[a]. *bastai* (gl. letales), *bastu* (gl. letali) Ml. 65r. *inbastaid* (gl. letaliter) 46r. *nephchostae* (gl. apes) Sg. 102[b]. *glanchosta* (gl. merops) Pr. Cr. 48[a]. *lámostae* (gl. manulatus) Sg. 60[a]. — Simili condicione tenuem priore loco positam servari potuisse patet hinc, quod T, secundum regulam aspiratum in nomine *baithis* (baptismus) Wb. L. Ardm., excussa vocali ante S restituitur in verbo: *baitsimse* (baptizo), *marudbaitsius* (si baptizavi) Wb. 8[a]. *iarnabaitsed* (post eius baptizationem), *baitzisi* (baptizavit eum) L. Ardm. 18. a. 1. 2; tamen etiam *baithsetar*, *baithsed* Tr. 49.

In positione, contra communem regulam, statui posse infectionem tenuium in quibusdam vocibus vix credendum est. In his enim, quarum etymologia obscura est: *úrphaisiu* (cancer, morbus), *do úrfuisin* (gl. ad cancer) Sg. 100[a]. *corthón* (: *lester chorthón bis ocedpartaib dodeib*, gl. effutilis) Sg. 56[b]. *milchumae* (gl. cimex) Sg. 69[b]. *inna coilchomae* (gl. intestinorum) Sg. 49[b], aut derivatio aut compositio supponenda est.

Exemplis supra propositis (p. 63) apparet saepius TH locum tenere D infectae in codicibus vetustis; plura multo alia exempla demonstrant, e contrario D et G (quae sunt pronuntiandae certo cum aspiratione) locum tenere TH et CH infectione ortarum e T et C.

D = TH interdum in radice: *mádramil* (maternus; = *máthr.*) Wb. 13. *illed* (in latus), *alled* (ex parte), *innarleid* (in latere nostro), *cách led* (quodvis latus; *leth*, *leith* fq.) 1[d]. 2[a]. 4[b]. 14[c]. *ledmarb* (semimortuus), *cen ledfognam* (sine servitio dimidiato) 2[c]. 10[a]. *gnád* (= *gnáth*, consuetus) 8[d]. *inbaid* (alia manu additum, gl. idiota; *báith* ibid.) 12[d]. *rad* (gratia) 1[d]. 3[d]. 13[b]. 21[c]. *maid* (bonus) 1[c]. 1[d]. 2[c]. 4[a]. *bidbéo* (semper vivus, immortalis; alias *bith-*) 3[b]. *bidbethu*, *bidcore* (aeterna vita, pax) 3[d]. *aidgne* (= *aithgne*, cognitio) 1[c]. *deidbir* (indubius, necessarius; *deithbir* Sg. 3[b]. 71[a]. Wb. 33[c]) Wb. 6[a]. 17[d], *dedbir* 3[b], comp. *deidbiriu* 6[a]. 9[c]. *ertroidfeasiu* (subiges; supra *troethath*) Ml. 48r. *tinfed*, *tinphed* (spiritus, aspiratio; *tinfeth* Sg. 9[a]) Sg. fq. *indindrid naimtidi* (gl. vastationis; supra *rith*) Ml. 26[d]. *féid* (debitus; *airmitin féith donfiur* Wb. 11[c].) Wb. (p. 19). Multo frequentior est in flexionibus verbi deponentis *-adar*, *-edar*, et verbi passiv. *-idir*, *-fidir*: *moladar* (laudat) Wb. 17[b]. *comalnadar* (implet) 15[b]. 29[a]. *mideadar* (cogitat) Sg. 63[a]. *predchidir* (praedicatur) Wb. 14[d]. *firfidir* (verum fiet) 13[d]. *iccfidir* (salvabitur) 25[a], pro quibus in aliis locis inveniuntur *-athar*, *-ethar*, *-ither*, *-fither*; in verbi tamen deponentis *-igur* tertia persona solam formam cum *d* in usum venisse *-igedar*, *-igidir*, exempla docent satis frequentia

(sub verbo). Sed frequentissima est *d* pro *th* in fine terminationum, ut in flexionibus praeteriti passivi *-ad*, *-ed*, quae in plur. fiunt *-atha*, *-etha* (cf. verbum), in terminatione et 3. pers. sing. et 2. plur. *-id*, ubi rarius est *-ith* (p. 71), in derivationibus substantivorum *-ad*, *-ed*, *-id*, *-ud*, e quibus accedente flexione prodit *th*: *comalnad* (impletio) Wb. fq., gen. *comalnatha*. *dliged* (lex), plur. *dligetha* Sg. fq. *buid* (esse, = *buith*) Wb. 2^a. 5^b. *dilgud* (remissio), gen. *dilgotho*, *dilgutha* 2^c. 18^b. *crochad* (crucifixio), gen. *crochtho* 8^a. *peccad* (peccatum), gen. *pectho* Wb. fq. *foilsigud* (manifestatio) 3^a. 12^d, gen. *foilsichtho* 12^d. *incholnigud* (incarnatio), gen. *incholnichtho*, *incholnigthea* 4^d. 27^a. *cosind loscud* (cum adustione), *huanaib loiscthib* (gl. adustionibus) Ml. 55r. Manere autem solet D etiam in media voce, ubi alias praevalet scriptio *th*, in derivationibus substantivorum *-id* (*-lid*, *-nid*, *-thid*) per flexionem aucta et *-idetu* atque in adiectivis in *-ide* frequentissimis: *forcitlid* (praeceptor), plur. *forcitlidi* Wb. fq. *aitribthid* (incola; cf. supra scriptionis *-thith* exempla) Sg. 57^b, dat. pl. *aitrebthidib* 32^b. *timthirthidi* (servi, plur.), *fognamthidi* (ministri) Wb. 8^c. *foglimthidi* (discipuli) 13^a. *ailidetu* (alternitas) Sg. 38 . 60^b. *cétnidetu* (primitivitas) Sg. 188^a. *forbuide* (gl. intentivum) Sg. 221^b. *lathidi* (gl. diurno) Ml. 54r. *stóride* (corporalis), *colnide* (carnalis), *rechtide* (legalis) Wb. fq. etc., tamen *humaithe* (aĕneus) Tr. 129. Quae *d* [primitiva?], excussa huius derivationis vocali inchoante, manet tam post binas consonas, quam post *l*, *n*, nunquam tamen post *s* (post quam *t* scribitur, non infecta secundum regulam): *torcde* (aprinus), *ilde* (pluralis), *conde* (caninus) Sg. Plura alia exempla sub derivatione. Praecipuum addo exemplum incertitudinis, quae oritur varietate scriptionis tam in radice quam in terminatione: *macdath* (mirum) Wb. 17^c. *magthad* 5^a. *machthad* 18^c. *machdath* Sg. 6^a. 65^a. 222^a. *machdad* 62^b. 68^a. 158^a. 161^b. 167^a. *admachdursa .i. ismachdad lim̄* (gl. miror) Sg. 6^a. *ismachdad* (gl. mirus calculandi praeceptor) Cr. 41^d. *hónmachdad lintair* (gl. ingenti stupore; st. impletur) Ml. 25^a.

G = CH in radice: *doig* (verisimilis; alias *doich*, comp. *dochu*) Wb. 5^d. Frequentior est in derivatione *-ech* aucta, ut *-egas*: *airegas* (primatus) Wb. 7^b. 12^b; in gen. *mertrige* (meretricis) Wb. 9^d. *samthige* (manubrii) Tr. 131; in comp. et sup. *-egu*, *-igiu*, *-igem*: *tóisegu* (prior; *tóisech*) Wb. 18^d. *toisigiu* Sg. 153^b. 189^b. *tóisigem* (gl. primus) Sg. 42^a. *dligthigiu* (rationabilior; *dligthech*) Sg. 22^a, cum sint in aliis locis: *airechas* (principatus) Wb. Sg. *tóisechu* (gl. prior) Sg. 42^a. *tairismechu* (fortior) Wb. 28^b. *inna mindechu* (gl. tenuiores) Ml. 26^b. 27^d; in verbis: *intosgaigther* (gl. initiatur) Tr. 47. *rosariged* (contemptus est; *rósárichset*, quem contempserunt, Wb. 1^d) Wb. 3^c; denique in combinatione GD pro CHD: *airegde* (praestans; *airech-de*, cf. *airech*, *airechas*) Wb. 4^c, comp. *airegdu* (praestantior) 1^c. 18^d. 25^b. *irnigde* (oratio) Wb. fq.; contra *mindchichthiu* (gl. tenuior; e *mindchich-the*) Ml. 19^d. *irnichthe* (oratio) Wb. 17^a. In terminationibus tamen *-igud*, *-ugud*, gen. *-igtho* vel *ichtho*, dubitare licet, num semper *ch* originaria, an potius *g* ante *th* transiens interdum in *ch* sit statuenda (cf. derivatio). Praecipuam sedem haec quoque *g* pro *ch* sumpsit in fine vocum, in flexionibus derivatorum in *-ach*, *-ech* et substantivorum et adiectivorum: *itossug* (in initio; nom. *tossach*. et dat. *itossuch* 14^c. 19^b) Wb. 17^a. *ó errug* (gl. vere: nom. *errach*, hod. *earrach*) Cr. 37^a. *isinteglugsin* (in hac familia) Wb. 21^a. *óis teglig* (gen., aetas familiae, i. e. ii qui familiae sunt, familiares; nom. *teglach*, ut *tenlach*,

catlach etc. composita cum *-lach* derivationis instar) Wb. 7c. *in ellug* (in unione) Wb. fq. *tunig* (tunicam), *samthig* (manubrium) Tr. 128. 131. *indetaig* (vestimenti; *étach*) Ml. 10r. Sic acc. sing. et nom. plur. substantivi *cathir* (civitas), gen. *cathrach*, scribitur in Sg. et Ml. *cathraig* (cf. declinatio). Adiectivorum derivatorum in *-ach*, *-ech* pluralis item satis frequenter scribitur *-ig*: *cumachtig* (potentes) Wb. 14a. *dúthrachtig* (volentes, prompti) 23b. *dássactig* (stulti) 12d. *hiressig*, *amhiressig* (fideles, inf.) 12d. 19a. *cretmig* (credentes) 15a. *eulaig* (gl. experti; sg. *eolach*) Ml. 51r., *eolig* Wb. 14d. 26b. 31d. *airig* (primi; sg. *airech*) 25a, *erig* Ml. 47r. *toirsig* (tristes; sing. *toirsech*) Wb. 27c. *carthaig* (amantes) Ml. 52r. Sed etiam *-ich*: *dasachtaich* (gl. insensati) Wb. 19b. *iressich* (fideles) 24c. *éolich* (sapientes) 15b. *toirsich* (tristes) 26d. *fiachaich* (debentes) 7a. *buidich* (grati) 7a. 29b. *tairismich* (constantes), *cretmich* (credentes; *-mech*) 5d. 10c. Non aliter in sing. gen. masc., dat. et acc. fem.: *toirthich* (frugiferae, arboris) Wb. 5b, *toirthig* Ml. 15b. *isindepistil tóisich*, *isindedenich* (in prima epistola, in ultima) Wb. 14d. *ónd rainn dídenig* (a parte posteriore) Pr. Cr. 62b. *cumdılubartaig* (gl. ancipiti, terminant genetivo) Sg. 104a. *sainredaig* (gl. peculiari) Ml. 35r. *fiaclaich* (gl. dentatam) Sg. 49a. *forbartaig* (gl. exoletam, virginem) Sg. 173a. *frisintitacht tóisig* (ad adventum primum) Wb. 25d.

Alia infectio tenuium in lingua vetusta hibernica nondum extat. Tenuium infectio nasalis in cambricis tantum quibusdam vocibus invenitur; a lingua hibernica, tam vetere quam recenti, aliena est, in qua quidem destrui soleat liquida nasalis ante tenues, tam in mediis vocibus quam extremis, si sequitur vox a tenui inchoata (p. 42 sqq.).

Recentioris demum linguae hibernicae, ut britannicae, est tenuium infectio destituens, qua tenues P, T, C debilitatae transeunt in medias B, D, G. Infectio haec destituens, de qua et hic et in altero capite dicendum est, ut comparetur cum infectione destituente britannica, praesertim cambrica, infra exponenda, in lingua hibernica recentiore et gaelica in maiore parte earum vocum viget, quae statum durum tenuium servant in vetusta lingua. Destituuntur enim tenues:

1. In principio vocum post terminationes ac pronomina et particulas, quae *n* finientem reiciunt ante tenues, a quibus inchoantur proximae voces. Plura de hac infectione, vel eclipsi, quo nomine utuntur grammatici hibernici, destituente infra in capite altero.

2. In mediis et extremis vocibus: *a*) In positione, in combinationibus *rp*, *sp*, *st*, *sc*, et cum maiore quidem aliquanto ambitu in lingua gaelica, quam hibernica: hib. gael. *carbad* (= carpentum; vet. hib. *carpat* Corm.: gen. *mac carpait*, dat. *isincarput* v. *Cormac*, plur. nom. *carpait* v. *orc tréith*). hib. *easbog*, gael. *easbuig* (episcopus; vet. *epscop*, postea *espoc*). gael. *Criosd* (Christus; hib. vet. *críst*), hib. hod. *Criost*, sed *criosdaidh* (christianus). *éisdeacht* (auditus; vet. *étsecht*). hib. gael. *iasg* (piscis; vet. *iasc* Corm.). Extat tamen etiam *corp* (corpus), *corpardhe* (corporalis). Tam gaelice quam hibernice etiam in principio vocum *sg* in usu est, ut *sgaradh* (separari; vet. hib. *scarad*), *sgéal* (nuntius; vet. *scél*), *sgriobhaim* (scribo; vet. *scríbim*), sed magis *sp*, ut *spiorad* (spiritus), quam *sb*, quamquam ut *sd* haec quoque in principio interdum invaluit. Combinatio *cht* gaelice semper fere, hibernice rarius est *chd*: hib. *rencht*, gael.

reachd (lex), hib. *seacht*, gael. *seachd* (septem), hib. *daoineacht*, gael. *daoineachd* (populatio); attamen etiam hibernice: *achd* (sed), *uchd* (pectus), *umhlachd* (humilitas). Combinationes *lt*, *lc*, *rt*, *rc*, *nt* non solum hibernice, sed etiam gaelice servantur: *alt* (artus), *olc* (malus), *neart* (virtus), *marc* (equus), *seirc* (amor), hib. *muinter*, gael. *muinnter* (familia), hib. *sant*, gael. *sannt* (avaritia).

b) Extra positionem consueta est destitutio, sive excidit *n* ante tenues sive non excidit: *eadar* (vet. *etar*, inter), *céad* sive *ceud* (vet. *cét*, centum), *déad* sive *deud* (= *dét*, dens), *óg* (iuvenis), *cúig* (quinque); *pubull*, *puball* (tentorium; vet. *pupall*), *pobull* (populus), *abgidir* (vet. *apgitir*, alphabetum), *caibidil* (capitulum), *creideamh* (vet. *cretem*, fides), *agus* (et; vet. *acus*, *ocus*), *mogul* (vet. *mocoll*, gl. subtel), *sagart* (sacerdos), *leig*, *leigid* (permittere; vet. *léic*), *deug* (decem), *póg* (osculum; vet. *bóc*), *seabhag* (falco; vet. *sebocc*). Item in derivationibus *-ad*, *-ed* etc.: *carbad* (= carpentum), *airgiod* (= argentum), *fichead* (vet. *fichet*, viginti), atque in flexionibus verborum *-ad*, *-id*, *-adar* (vet. *-at*, *-it*, *-atar*). Destituitur *t* pronominis suffixi personalis et infixi possessivi, hibernice et gaelice: *agad* (apud te), *asad* (e te), *ionnad*, *annad* (in te), *umad* (circa te), *fúd*, *fodhad* (sub te) etc., quamquam hib. etiam scribitur *agat* etc.; *ód láimh* (a manu tua; vet. *ótláim*), *read láimh* (ante manum tuam). Sed tamen: *leat* (apud te), *uait* (a te), *diot* (de te), *duit* (ad te), *riot*, *riut* (ante te) etc.; *do téadan* (ad faciem tuam), *do tfáighe* (ad prophetam tuum; *t* ante vocales et *f*). Excipiuntur etiam aliae quaedam voces, ut videtur, ob geminationem tenuium: *mac* (filius), *cnoc*, *cnocán* (collis, colliculus), *leac* (lapis), *ioc* (salvare, sanare), *fiacail* (dens) etc.

Aspiratae.

Φ Θ X. Liceat has simplicibus signis notare, ergo e graeca lingua petitis, cum in ceteris linguis non sint singularum aspiratarum signa simplicia. In vetustis nominibus gallicis sine dubio extat aspirata labialis *Φ*, F (PH), quamvis de eius origine nihil constet, incipiens: *F*ocunates (pop. raeticus) Plin. 3, 20. Arria *F*adilla, Iulia *F*adilla (mater et soror Antonini Pii, generis Nemausensis) Capitolin. Antonin. P. c. 1. In chartis et libris medii aevi: villa *F*ornolus, dipl. a. 632 ap. Mabill. dipl. p. 464. villa quae dicitur *F*elgerias, dipl. a. 998 ap. Mabill. p. 579. pagus *F*alminensis (al. Falmenna, hodie Famène, regio ad Arduennam silvam) Boll. Sept. 1, 700. ecclesia *F*asleia, Boll. Octob. 1, 295. Combinatio FL: *Fl*aniggo Inscr. Brix. Orell. 3543. FR: *Φρ*οῦδις (fluv. Belg.) Ptol. *Fr*egus (Raetus) Inscr. Orell. 484. *Fr*icus, nomen figuli in vasis figlinis. Iuliae Mursae Roa*f*riti feminae (cf. nomina virorum cambrica vetusta compos. *Milfrit*, *Guorfrit* in libro Landav.) Inscript. Ratisbon. ap. Gruter. 527, 2. *Fr*ontasia *Fr*ontonis fil. (-asia ut in aliis nominibus gallicis Mercasia, Ocrasia) Inscr. Grut. 741, 4. *Fr*onto Cosonis fil. Inscr. Iuvav. Grut. 872, 2. In media voce: Pompeii Magni primum ludi ostenderunt chama, quem Galli *rufium* vocabant, effigie lupi, pardorum maculis (ita ed. Sillig., al. *chaum* pro *chama*, *raphium* pro *rufium*) Plin. 8, 19. Ῥου*φ*ιάνα (nomen loci a parte sinistra Rheni superioris, inter nomina indubie celtica Borbetomagus, Noviomagus, Argentoratum) Ptol. 2, 8. Ῥου*φ*ῖνος Κελτὸς τὸ γένος Zosim. 4, 51. Sau*f*ellus Trogus Tac. Annal. 11, 35. Matronis Au*f*aniabus, Au*f*anis Inscr. Noviomag. et Lugdun. Orell. 2079. 2106. Au*f*ustius Catuso Inscr. Orell. 273.

Incerta sunt quae gallicarum aspiratarum praeter *f* exempla apud scriptores inveniuntur. Nam Θ, TH falsa est sine dubio in his nominibus: *Βαθανάτιος* (dux Gallorum) ap. Athenaeum 6, 5, idem in diversis codicibus scriptum *Βατάνατος* et *Ἀθανάτιος*, secundum nomen populi *Adanates* in vet. inscr. ap. Orell. 626 rectius erit *Adanatius*. *Ambacthius*, nomen viri in inscr. ap. Orell. 2774, est idem quod in alia quadam ap. Stein. 877 rectius scribitur *Ambactus*, ipsum quoque nomen viri (cf. *ambacti* Gallorum ap. Caes.). Inscriptio ap. Orell. 3582: Virdomárus *Th*artontis f. domo Biturix, eadem quae ap. Murator. 870; verumtamen hic legitur *Tr*arontis pro Thartontis. Rio*th*imus (Britonum rex) ap. Iornandem c. 45 idem est quod Riotimus vel potius Riotamus (nom. propr. viri cambr. vet. *Riatam*, *Riataf* Lib. Land. 176. 177, ut arem. *Riatham* e cod. S. Vedast. ap. D. Mor. 211, cum sint in Rhed. *Woratam*, *Conatam* 1, 22. 34; cf. Cunotamus Orell. 2779), sicut in media latinitate alternant spata et spatha (cf. Cangium). Nec magnam fidem habeo nominibus herbarum gallicis apud Dioscoridem, nisi ex lingua celtica ipsa comprobentur incorrupta. Sed sine dubio corruptum est *ταρβηλοδάθιον* (gr. *ἀρνόγλωσσον*, lat. plantago minor) 2, 152. De eadem herba legitur apud L. Apuleium Madaurensem (Medici antiqui. Venet. 1547. p. 211ᵇ): arnoglosson, arnion.., cynoglosson... Galli Tardos, Lotios.... Romani plantaginem latam, alii plantaginem maiorem. Nomen Tardos, Lotios = tardoslotios etiam hic corruptum; ex utroque tamen combinato possit erui *Ταρβοταβάτιον*, i. e. lingua tauri Gallis, quae aliis dicebatur lingua agni, lingua canis, ex hib. vet. *tarb*, cambr. *taru* (taurus) et cambr. *tafawd* (lingua; = vet. *tabât*). Nec vero plus auctoritatis afferent ad vindicandam Gallis *ϑ* relicua herbarum nomina duo ap. Diosc.: *θοῦνα* (gr. *χελιδόνιον*, lat. fabium) 2, 211. *θέξιμον* (gr. *ἀριστολοχία*; cf. p. 47). Attamen sonum dentali aspiratae *ϑ* simillimum, si non eundem, in vetere Gallorum lingua viguisse quominus prorsus negemus, impedimur disertis testimoniis nummorum et inscriptionum, de quibus post alios novissime disputavit Becker. (Beitr. III. 207 sqq.). Primum enim invenitur D notatum lineola traiciente, quod hic anglosaxonica figura reddemus, tam simplex: Þirona (*De*irona?) dea, Epað, Hpað, Abudoð, Caraðitonu, quam geminatum: Teððiatius, Teððignius, Caððarenses, Boððu.., Geððì, Billiceððni, Coneððì, Caraððouna, Meððu, Meððul. Meððic. [Me]ððil, Meððillu, Meððirius, Miððirius. Meððignatius, Coððacatus(?). Deinde ex his nominibus compluria vel ipsa vel parum mutata per S scripta extant: *S*irona, Abudo*s*, Te*ss*ignius, Cara*ss*ounius, quae scriptio conferenda est notissimo illi Laconum Σ pro communi Graecorum Θ prolato. Denique TH et Θ ipsum produnt duo nomina: Ca*tth*arenses (Ca*tth*ar. Ca*tth*r) et [V]eliocaθi, quorum illud supra cum ðð scriptum redit, alterum ap. Caes. Plin. Oros. atque in Inscr. Orell. 6991 scriptum est Veliocasses. Omnibus igitur his collatis dubitari vix poterit, quin Galli quoque usi sint dentali aspirata, quam *ϑ* graeco vel *th* anglico respondisse inde colligendum est, quod simili ratione in spirantem *s* abiit, quam qua Lacones *θεός* in *σιός*, Angli *hath* in *has* (habet) mutarunt. Quare quod sine nota invenitur *d* in Me*dd*ic. Me*dd*ignatius, Me*d*ivixta, id non tam soni quam signi similitudine factum esse credimus, haud aliter ac si umbrica *s* et *ç* in tabulis commutantur. Ceterum scriptionis varietati — ð (*d*),

s, *th*, *ϑ* — *ds* quoque addendum esse videtur ex nomine Re*ds*omarus (= Reð-ðomarus?), supra (p. 63 not.) memorato.

Gutturalem autem aspiratam X, CH a gallica lingua penitus alienam iudicamus, quae in summa nominum gallicorum copia apud Caesarem, Plinium aliosque scriptores atque in Itinerariis romanis nusquam inveniatur. Apud Gregorium demum Turonensem nomina quaedam aremorica extant in quibus *ch* non sit infitiandum: *Ch*anao, *Ch*onomorus, *Ch*onober, Britannorum comites, 4, 4. 20; Waro*ch*us Macliavi filius, 5, 16. 27. 9, 18. At non difficile perspicias in his *ch* obtinere locum *c*, si conferas nomina virorum britannica tam *Keneu* (i. e. Catulus) Mab. 2, 236, *Morcenou* Lib. Land. 136, *Junkeneu* Rhed. ap. D. Mor. 357, quam composita cum *cun-*, *con-* ut *Cunotamus*, *Conomaclus*, *Maglocunus* (infra sub U brit.); sic Warochus est nomen arem. *Weroc*, *Gueroc* Rhed. ap. D. Mor. 331, servatum etiam in nomine frequenti regionis aremoricae *Broweroc*, quae dicitur *patria Gueroci* Rhed. ap. D. Mor. 339, derivatum ut plurima in *-ôc* (cambr. vet. *auc*, = vet. gall. *-âc*). Nec aliter se habebit res in paucis nominibus alibi traditis: *Χιομάρα* (uxor Ortiagontis Galatarum regis; a quo nomine diversum non fuerit nomen viri Civismarus ap. Liv.)* Polyb. 22, 21. Chrixus (Boiorum dux; in quo equidem nihil video nisi adi. cambr. *crych*, crispus, cf. *ch* = x inter spirantes britannicas) Sil. Ital. 4, 248. *Ἀκιχώριος* (Gallorum dux) Pausan. 10, 19. Fenochea Inscr. Nannet. Orell. 4459. Principio vero haec *ch* tam aliena existimanda est a lingua gallica quam a latina, quae etsi pristinas aspiratas aut reiecit aut in spirantes *f*, *h* convertit, postea tamen paucas formas procreavit, quales sunt *pulcher*, *sepulchrum*, *triumphus*.

Sed, utut res se habet, in recentioribus certe dialectis celticis aspiratarum praeter unam *f* (spirantem) nullum extat vestigium. De destructione pristinarum aspiratarum facta in linguis ab utraque parte germanicae confinibus, slavica et celtica, supra dictum est (p. 36 sqq.); qua re plurimum distant illae linguae a graeca, nec multo propius accedunt ad latinam. Cum enim dialecti balticae (lituanica, lettica, prussica) omnibus careant aspiratis, et slavica lingua et celtica, etsi maiorem partem earum aspernatae sunt, quasdam tamen si non aspiratas ipsas, at spirantes similes sono ut magis gratas receperunt ac servarunt.

Et slavica quidem *ch* servavit, aspiratam sive potius spirantem gutturalem. Verum haec lingua etiamsi in gutturalibus summam infectionis vim varietatemque explicuisse dicenda est, quae non modo ad servatas *k* et *g* (tam mediam ab initio quam aspiratam in mediam progressam: *gostĭ* = hostis, got. *gasts*, *gradŭ* = got. *gards*) additis *s* et *z*: *srŭdĭce* = cor cordis (hib. *cride*). *desętĭ* = decem, *slu* = *κλυ* (hib. *clu*); *znają* = gnosco, *zima* = hiems, *zemja* (*zemlja*) = humus, *mlŭzą* = mulgeo, *azŭ* = ego, sed etiam isdem ante *j* et *ĭ*, *i*, *e*, *ě* vocales infectis miram sibilantium varietatem procreaverit: *četyrije* = quattuor (lit. *keturì*, hib. *cethir*), *lěčiti* (mederi) e *lěkŭ* (medicus, = got. *lêkeis*, *leikeis*, hib. *liaig*); *žena* = *γυνή* (got. *qvinô*), *ležati* = germ. *ligan*, *lože* = hib. *lige*; *carĭ* (rex) = Caesar, *cělŭ* (sanus) = got. *hails*; *mnichŭ* (monachus), voc. *mniše*, plur.

* Nomina peregrina a graecis scriptoribus minus accurate sine dubio reddita sunt quam a latinis, utpote ori graeco magis accommodata. quamquam praeterea a librariis depravari potuerunt. E. c. addo gallica quaedam nomina ab iis corrupta: *Οὐεργέντοριξ* (= Vercingetorix Caes., cuius formam genuinam comprobat nomen *Cingetorix* Caes., sine particula *ver* praemissa) ap. Plut., *Λουκοτεκία* (= Lutetia; cf. p. 15) ap. Ptol., *Ἴσομβρες* (= Insubres) ap. Polyb.

mnisi; eadem tamen nunquam veteris aspiratae vice fungentem habet illam *ch*. Quae, si excipias pauca vocabula obscurae originis, partim quae transumpta videantur, in quibus respondet *h* goticae, ut *chlěbŭ*, panis, got. *hlaibs*, *chwila* (germ. *hwila*, *weile*), utique (ut *h* graecum, persicum, *h* et *ch* britannica) ex *s* progressa est, ut in vocibus *snŭcha* (nurus) = ind. *snušá*, *jucha* (ius) = ind. *jûšá*, *mucha* (musca) = lit. *musě*, *blocha* (pulex) = lit. *blusà*; in terminationibus praeteriti verborum *-chŭ*, *-chomŭ*, *-cha* etc., quae respondent tam hibernicis et britannicis *-as*, *-asam* etc. quam graecis in *-σα*, atque in terminatione locativi pluralis *-achŭ*, *-ěchŭ*, *-ichŭ*, sine dubio eadem atque indica *-su*.

Qua re lingua slavica tota differt a latina, quae etsi non ut lingua graeca omnes tres aspiratas servavit, sed una *th* protinus amissa ceteras duas aut mediis *b* et *g* aut spirantibus *f* et *h* commutavit, tamen has spirantes semper aspiratarum instar adhibuit. In principio igitur vocum plerumque vel suo utramque loco servavit, ut *f* = *φ*: *fero* = *φέρω*, *fur* = *φώρ*, *fui* = *ἔφυν*; *h* = *χ*: *hiems* = *χιών*, *χεῖμα*, *hortus* = *χόρτος*, *vehere*, *vehi* = *ὀχεῖν*, *ὀχεῖσθαι*; vel *f* potissimum substituit in locum aspiratae dentalis: *fores* = *θύρα*, *ferus* = *θήρ*, quamobrem in media voce media *b* aspiratae loco *f* respondet graeco *θ*: *uber* = *οὖθαρ*, *ruber* = *ἐρυθρός*.

Haec de aspiratis slavicis et latinis praemittenda videbantur, ut haberemus quibuscum compararemus celticas; iam quaeritur, utri harum linguarum sit conferenda celtica de aspiratis (sive potius spirantibus). Ac primum quidem britannicae dialecti, quae solae duos eiusmodi sonos procrearunt, *f* et *ch*, hac re differre videntur a lingua slavica et propius accedere ad latinam; verum accuratius rem intuenti patebit *ch*, quae tota aliena ab hibernica lingua ne in britannica quidem extra iunctionem *chw* reperitur, sicut *h*, quae praeterea semper eius locum obtinet, nihil aliud esse nisi *s* variatum, regulariter igitur respondere slavico *ch*. Ergo si forte *h* in vetustis nonnullis nominibus gallicis in media voce scriptum residuum putaveris ex aspirata gutturali eodem modo quo *h* latinum, id comprobari nullo modo potest. Deinde *f* etsi diversam rationem sequitur in hibernica lingua atque in britannica, in neutra tamen primitiva aspirata habenda est. Quae extat quidem in vocibus britannicis, ut vetustis hodie quoque, non solum in principio, sed etiam in mediis et extremis: *fun* (ligatura; iam in glossis Oxon. *funiou*, gl. vittae), *fol*, *foll* (stultus, gall. hod. *fou*, *fol*, *folle* = *follis*, cf. Diez.), *fur* (prudens; utraque vox etiam in Voc. et Buh.), *falm* (cambr. hod. *gwynt falm*, turbo, ventus vehemens; cf. Falmenna, Falminensis pagus), *forest* (silva; quae silva dicta est *forestella* ab antiquo, dipl. a. 691. Miraei opp. p. 1126; vox ut hodie iam antiquitus etiam apud Germanos audita: *foreste* dominicum, i. e. silva regia, in leg. Langobardor. 1, 22. 7), *coffr*, *cofaur* (cista, arca; med. lat. *cofferum*, *coferum*, *cofrum*, *cofrus*, *cophrus*, *cophinus*, *cophinellus* in diplom. inde a sec. 12 ap. Cangium; gall. hod. *coffre*, vox item ad Germanos transgressa), *cof* (venter; *coff* Buh. 12, 18). Hae voces e lexicis linguae cambricae; alia exempla e libris vetustioribus, cambrica, cornica, aremorica, infra sub F britannica. At harum vocum praeter *falm* vix ulla conferri potest cum gallica vetusta; ex ceteris vero illae quae certam comparationem habent cum vocibus affinium linguarum, eaedem ipso *f* congruente cum lat. *f* praeter regulam, e qua supra (p. 37) diximus pristinas aspiratas ut slavice item

celtice mediis commutari, transumptae produntur ut *fur* e lat. *fur*, *fol* e lat. *follis*, *fun* e lat. *funis*, *fa* (= *fab*) e lat. *faba*, *fo* (= *fog*) e lat. *fugere*, *frwyn* e lat. *frenum*, *frowyll* e lat. *flagellum*, *forest* e lat. med. *forestis*, *grefiat* (notarius; lat. med. *grafarius*, gall. hod. *greffier*), *gref* (liber, lat. med. *grafia*, scriptura) in cod. Lichfeld. et libro Landav. (cf. F britann.) e gr. γράφειν; incerta est aliarum comparatio, ut si *fraeth* (eloquens) cum gr. ῥήτωρ, *froen* (nasus) cum gr. ῥίς ῥινός, *frau* (torrens), *frut* (*frot* Voc., *ffrwd* Mab. rivus) cum lat. *flumen* conferas; in mediis vero vocibus *f* e legibus linguae britannicae postea demum a media *b* vel liquida *m* proficisci potuit. Denique certiore linguae hibernicae comparatione statim videbimus longe aliam viam demonstrari, qua *f* ut *h* (*ch*) progressa sit.

Patet igitur linguam celticam, quamvis cum latina id habeat commune, quod binos eiusmodi sonos utraque servavit, ad slavicam tamen hoc propius accedere, quod neuter illorum verae et antiquae aspiratae locum obtinuit. Haec de aspiratis linguae celticae universe dicenda erant.

In lingua vetusta hibernica, de qua iam seorsum disserendum est, ne unius quidem illius, quam servavit, aspiratae celticae *f* idem est ambitus qui in britannica. Nam ut pristina *v* principalis hibernice contra ac britannice in *f* transiit, ita pro britannica *f* in principio vocum supra propositarum, quae quidem utrique linguae sint communes, hibernice profertur *s*, ac duplici quidem ratione. In aliis enim primitiva *s*, hibernice servata, britannice in *f* mutata est sequente *r* (ut *w* sequente in *ch*, alias in *h*): *srón* (gl. nasus; cambr. *froen*) Sg. 95ᵇ. *sruth*, gen. *srotha*, *srotho* (cambr. vet. *frut*, flumen, rivus) Wb. 32ᶜ. Sg. 35ᵇ; in aliis *f* latina, britannice servata, hibernice in *s* mutata est: *seib* (gl. faba; brit. *fa*) Sg. 73ᵃ. *srogell* (gl. flagrum; cambr. *frowyll* = flagellum) Sg. 48ᵇ, gen. *srogill* Wb. 17ᵈ. hib. med. *srían* (= cambr. *frwyn*, lat. *frenum*) St. gl. 819. *sust* (= fustis; cambr. *ffust* Mab.) O'Dav. gl. *fleasc*. *sinister* (fenestra; cambr. *ffenestyr*, *ffenestr* Mab.) O'Dav. gl. *dorncla*. Quamquam servatae quoque *f* exempla extant: *felsub* (philosophus), *fellsube* (philosophia), *ifurnn* (infernum) Wb. Sg. ut hod. *fonn*, gen. *fuinn* (fundus, terra, regio), *forc* (furca; cambr. *forch*). Ad haec accedunt pauca quaedam, in quibus *f* a *p* profectam esse admodum probabile est: *fri*, *frith* (= πρός, προτί) supra memoratum, *fo* (sub) et *for* (super), quae eadem formae et sensus ratione sibi opponuntur qua ind. *úpa* et *upári*, graec. ὑπό et ὑπέρ, got. *uf* et *ufar*, lat. *sub* et *super*; sed in his ut in slav. *po* abiectio litterae principalis statuenda est, post quam legitima aspiratione *p* in *ph* mutatum facile in *f* abire potuit; mirum quod brit. in omnibus his *gu* (= *v*) protulit: vet. *gurth*, *guo*, *guor*. Praeterea, quorum *f* obscura est origine: *fáilid* (laetus), unde plur. *fáilti* Wb. 16ᶜ. 24ᶜ, derivatum *fáilte* (gaudium) Wb. fq. *faling* (pallium, tunica; hib. gael. *fallaing*, *falluing*, cambr. *faling*) apud Girald. Cambr. in topographia Hiberniae 3, 10: gens ista, hibernica, vice palliorum *phalingis* laneis (al. *falangis* nigris) utitur. Fortasse gael. hod. *fochann*, *fochunn* (frumentum, seges; cf. nom. vetust. Focunates?). In media voce, in qua aspiratam transgressam in mediam, ut alibi, proderet verb. gael. *grabhal* (sculpere), si esset eiusdem originis cuius allata cambr. *gref*, *grefiat*, interdum quaeritur, utrum *f* e *b* sit orta (cf. p. 62) an e *p*: *brefe* (gl. anus; = *cuairt*, circus), *bréfean* (gl. anulus) Sg. 59ᵇ. In vita S. Endei Hiberni ap. Boll. Mart. 3, 271: cam-

pus qui in hibernico *Magh-liffe* vocatur. De voce hib. vet. *úrphaisiu*, *úrfuisiu* (gl. cancer, morbus) Sg. cf. p. 73.

In lingua cambrica aspirata *f* ut *ch* combinationis *chw* infectionis expers est; in hibernica omnis *f* uno et eodem numero habetur: *cuir t' fallaing iomat* (pone pallium tuum circa te) O'Don. p. 309.

II. Soni britannici.

A. Vocales.

Constituta regula sonorum celticorum ex hibernica vetustate vel gallica, iam satis erit levius eam attingere vel in memoriam revocare, sed modo amplius comprobemus oportebit leges propositas desumptis e britannica dialectorum varietate exemplis tam cambricis quam cornicis et aremoricis, modo exponamus propria sonorum britannicorum. Ita hic in parte de vocalibus, ut mox de consonis et in ceteris partibus. Quantitas vocalium, cum productarum notatio in codicibus britannicis in usu non sit, statuenda est comparatione. Soli libri cornici interdum productam vocalem, maxime *o* et *u*, notant addita vocali, praesertim *y* vel *e*: *tays* (pater, al. *tas*) P. 1, 1. *boys* (esse, al. *bos*) 49, 2. 110, 2. 122, 1, de *boys*, *bous* (cibus), *luer* (solum), *luef* (manus), *brues* (iudicium) cf. pp. 95. 97, quae consuetudo postea in Cr. increbruit; tamen nec regularis est illa notatio, et interdum postea demum productae sunt vocales, quae hoc modo signantur, ut *deak*, *deag* (decem) Cr. 1977. 2265. Infectio vocalium britannicarum eadem fere est atque hibernicarum, quamquam in his paulo latius patet.

Vocales breves.

A correpta intacta mansit in plurimis vocibus britannicis.

Cambrica exempla: *car* (amicus, cognatus; hib. vet. *cara*; in vetustis nominibus gallicis frequens radix *car*) Mab. 2, 226. 231. *guas*, *gwas* (puer, servus; cf. *vassus*, *vasallus*, *vassallus* apud scriptores medii aevi) gl. Ox. Mab. *ma* (= *mag*, locus): *Ma Mouric* (Mauriciomagus, locus Mauricii) Land. 197, frequens praesertim in compositis *-ma*, *-fa*. *cat*, *kat* (pugna; hib. vet. *cath*, in gallicis nominibus vetustis *catu*) Corm. v. *cathal*, Mab. 2, 381. 389. *map* (filius) gl. Ox. 39ᵇ. *rannam* (gl. partior), *lammam* (gl. salio), *carr* (gl. vehiculum; *carrus* apud Caesarem Gallorum currus, unde *carrata*, *carrada*, i. e. quantum carrus capit, in libris medii aevi) gl. Ox. *tal* (frons) Cb. 51. Cott. *cam* (= *camb*, curvus; cf. Cambodunum, Moricambe) fq. Nomen Taranis, Gallorum dei apud Lucanum, etiamnunc intactum in voce cambrica *taran* (tonitru).

Cornica e Voc.: *car* (amicus), *tal* (frons), *glan* (ripa), *bras* (grossus), *cam* (strabo), *garan* (grus), *taran* (tonitru), *mab aflauar* (infans), *gauar* (capra). E Pass.: *car* (parens) 93, 3. *gwan* (debilis) 166, 4. *mab*, *mam* (filius, mater) fq. *garm* (clamor) 4, 2. 207, 4.

Aremorica: *car* (cognatus) Buh. 8, 23. 192, 8; verb: *caret* (amare) frequens ibid. *tal* (frons) 126, 21. *mat* (bonus) fq. *cam* (curvus) 174, 8. 194, 18 etc.

Addo vetusta nomina propria virorum cambrica et aremorica satis frequentia, derivata vel composita e vocibus allatis *car*, *guas*, *mat*, *cat*. Cambrica e libro Land.: *Caratauc* (= *Caratacus* Inscript. Grut. 902, 5. *Karadawc* Mab. 2, 379. 3, 271) 71. 155. 206. 248. 259. 261. 263. *Atgar* 138, *Adgar* 149. *Concar* 180. *Juncar* 149. *Guassauc* 264. *Guasfuith* 263. *Guasduin* 267. *Conguas* 165. *Melguas* 174. *Drutguas* 265. *Matauc*, *Matoc* 73. 194. *Matgueith* 267. *Catell* (cf. Catullus nom. gall. in inscr. p. 4) 213. 236. 241, *Cattell* 230. 231. *Catleu* 130. 135. *Catgen* 136. 140. *Catguare* 140. *Catguaret* 188. 206, *Catguoret* 195. 206. *Catgucaun*, *Catguocaun* 111. 126. *Catgueithen* 174. *Guencat* 137. 141. *Dincat* 194. Aremorica e Chartul. Rhedon.: *Karmonoc* 1, 11. *Haelcar* 1, 5. *Hencar* 1, 15. 21. *Jarncar* 1, 21. *Lowencar* 1, 8. *Jodicar* 1, 39. *Wethencar*, *Guethengar* 1, 2. 3. 2, 13. *Comaltcar* 1, 44. 2, 30. *Wasbidoe* M. 304. *Penwas* 1, 53. *Matwor* 1, 41. *Matfred* 1, 20. *Matwethen* 2, 15. *Matwidoe*, *Matvedoi* M. 305. 315. 340. *Catoc*, *Katoc* 1, 53. *Catbud* M. 302. *Catwodu* 1, 20. *Catlowen*, *Catlon* 1, 1. 3. 20. 23. 2, 27. *Catloiant*, *Catloient* 1, 8. 2, 16. 24. *Catwollon* 2, 18. *Catwethen* 1, 5. *Catworet* 1, 1. 2, 16. *Maelcat* 1, 32. M. 304. *Worocat* M. 275.

Infectione, quam britannice quoque efficit sequens *i* vel *e* orta ex *i*, vix efficit *u*, *a* correpta mutatur in E. Vocalis inficiens hic quoque ut in lingua hibernica saepius decidit vel coaluit cum vocali radicis.

Cambrice: *eu* in frequentibus nominibus propriis virorum derivatis vel compositis ex *avi* (cf. Avicantus in Inscript. Nemaus. Orell. 2033.* *eunt* (gl. aequus; *eunhinsic*, iustus, Voc. = *eunthintic*, qui aequa, iusta via procedit) Ox. 8ª ex *avent* (cf. Dea Aventia Inscr. Orell. 368. 369. 370, unde Aventicum, nomen oppidi). *peri* (infin. verbi *param*, *paraf*, efficio, unde nomen Parisii, Parisi, efficaces, strenui) Mab. fq. *enw* (nomen; hib. vet. *ainm*) Mab. 1, 235. *cledyf* (gladius; hib. vet. *claideb*) Mab. fq. *betid*, *bedyd* (baptismus; hib. vet. *baithis*) Cb. Mab. 1, 265. 266. *emenyn* (butyrum; hib. vet. *imb*) Leg. 2, 1, 5. *centhiliat*, *centhliat* (gl. canorum) Cb. 7. 49. *keryd* (reprehensio, castigatio; hod. *kerydd*) Mab. 1, 244. 246. 2, 7.** Item in transumptis: *cepister*, *kebyster* (capistrum) gl. Ox. B. 43ª. Leg. 1, 12, 6. *cestill* (castella, sg. *castell*) Land. 173. *mentil*, *mentyl* (pallia; sg. *mantell*) Leg. 2, 1, 6. *selsic* (gl. lucanica; salsicium) Ox. B. 42ª. Eadem *e* ante *ei* vel alias vocales infectas: *cemmein* (gl. gradibus) Ox. 38ᵇ. *deueyt*, *deueit* (oves) Leg. 2, 1, 2. Mab. 1, 274. *meneich* (monachi) Land. 121. 151. 231. *esgyrn* (ossa; sg. *asgwrn*) Mab. 1, 263. Continuatur haec infectio per duas syllabas: *leguenid* (laetitia; *llewenyd* Mab. ex adi. *llawen* ibid.) carm. Cb. *eterinn* (volucris; ex *atar* collect., *adar* Mab.), *lemenic* (gl. salax, e verb. *lammam*,

---

* Quod nomen servatum est in Chart. Rhedon.: *Eucant* Mor. 307, in quo cum eadem voce alia videntur composita *Eubodu* M. 328. *Eudon* 1, 20. 2, 21. *Eumonoc* 2, 22. *Euhoiarn* 1, 4. 8. 2, 13, ut cambrica in Libro Land.: *Eudem* 181. *Eutut* 264. *Eutigirn* 133. 136. 235, et aliter mutato *a* (p. 84): *Oudem* 176. *Oudocui*, *Oudochui* 147. 212. Derivatum inde nomen vulgatissimum *Owen*, *Owein*, *Ywein* (= Avinus), cuius formae in L. Land. *Euguen* 196. *Eugein* 213. *Iguein* 231. *Yugein* 229. 230. *Yuein* 226. *Ouein* 214. 236. 241. *Auguinn* 236, in Chartul. Rhed.: *Ewen* 1, 5. 32. *Ewon* 1, 5. 6. Mor. 293 et *Owen* in comp. *Riowen* 1, 6. *Haelowen* M. 305. Significare videtur nomen virum impigrum, diligentem, vigilantem; est enim arem. verb. deriv. *euezhat* (vigilare) 90, 12. De scriptione *gu*, *ug*, *ugu* = *w* videas sub V.

** At *cared* (gl. nota, gl. nequitiae) Ox. 38ᵇ. Cb. 86, ut arem. *carez* Buh. 50, 4.

gl. salio) Ox. 8ᵃ. 5ᵇ. *Brecheniauc* Land. 227 = regio *Brachani* (hod. Brecknok) ib. 210. *kadernyt* (securitas; adi. *kadarn*, firmus) Mab. 1, 249. *menegi* (monstrare, dicere, e rad. *manae*) Mab. fq. Addo exemplum e Mab. 2, 211: *medyr vab methredyd aurtrei* (Iaculans filius Iaculatoris qui iaculabatur), cuius tribus vocibus subest formula *materi* = *matari* (*mataris*, telum vel missile gallicum, ap. Liv. 7, 24; *mataris* transalpina, Auct. ad Herenn., restituendum ap. Caes. 1, 26; cf. nomen vetustum Mediomatrici).

Hibernica infectionis ratio, quam in quibusdam cambrica hodierna amplexa est, (epenthesis) *ai* aliena est a lingua vetere. Saepius autem vocalis inficiens subiuncta vocali infectae aliam efficit epenthesin EI, praesertim si post hanc defecit *i* inficiens ipsa: *map meir* (filius Mariae) Cb. *keis* (quaestio, expeditio, aggressio) Mab. 2, 372, unde verb. *keissaw* (quaerere, = *kassiaw*; cf. Cassivellaunus et nom. compos. -casses p. 46) Mab. fq. *breich* (= brachium) Mab. 1, 258. *yspeit* (= spatium) Leg. 2, 10, 9. Mab. 1, 248. 2, 19. *Breichaul* (nom. propr. viri) L. Land. 217, quod nomen est ibid. 208. 254 *Brechiaul*. *Brecheinauc* (regio Brachani, supra *Brecheniauc*) L. Land. 258, *Brecheinoc* apud Girald. Cambr. *march uab meirchawn* (= *merchiawn*: Marcus fil. Marciani) Mab. 2, 380; item plerumque in formis pluralibus, quarum exempla infra (II. 2.) proponentur; verum etiam servata insuper vocali inficiente: *guodeimisauch* (passi estis; cf. hib. vet. *forodamassa*, passus sum, *fodamtis*, patiebantur, Ml. 22ᵈ. 34ᵈ (gl. Ox. 39ᵃ). *Brecheiniauc* (regio Brach.) L. Land. 138. *meibion*, *gweision* (filii, pueri) Mab. fq. Hic quoque infectionis modus interdum per duas syllabas pergit: *meineich* (supra *meneich*) Land. 192. *peileidyr* (hastilia, al. *peleidyr*, *pelydyr* a sg. *paladyr*) Mab. 2, 60. cf. *twrneimeint* (torneamenta) 1, 235.

Cornica *a* infecta e Voc.: *brech* (brachium) 7ᵃ. *enef* (anima) 8ᵇ. *renniat* (divisor, discifer) 8ᵃ. 10ᵃ. *esel* (membrum; cambr. *esill*, hib. vet. *asil*, gl. artus, Sg. 68ᵃ) 7ᵃ; in duabus subsequentibus syllabis: *emenin* (butyrum) 10ᵃ. *guirleueriat*, *gouleueriat* (veridicus, falsidicus; e *lauar*, hib. vet. *labar*) 8ᵃ. 8ᵇ. E Pass. et Dram. *bregh* (brachium) O. 262. D. 2754. 2762. *merwell* (mori; *marow*) P. 121, 2, *merwel* 70, 4. 89, 3. D. 446. 1713. 1755. *enef* (anima) O. 479. 849. 1273. P. 199, 1. *eneff* P. 106, 1. 4, pl. *enevow* 1, 4. 17, 4. *leuer* (loquitur), *leuerel*, *leuerell* (loqui), *leuerys* (locutus est) fq. *kyn leuerryf* (quamvis loquar) D. 1481. Interdum tamen sine infectionis causa *e* pro *a* scriptum est ut *leuaraf* (loquor) O. 1653. D. 14. 1834. *leuara* D. 59 (rectius *lauaraff* P. 8, 1. *lauaraf* O. 7. D. 532. 1947. *lauara* D. 1). In aliis ante *i* (*y*), parcius ante *e* flexionis *a* infecta scribitur *y*: *rynnys* (divisus; cf. *rannam*, *renniat* supra) P. 190, 1. *may hyllyf* (ut possim; *gallaf*, possum P. 156, 4. D. 51. 54. 1162. 1427.) D. 554. *pan vyrwyf* (cum moriar) D. 227. *gylwys* (clamavit; *galw*) P. 43, 2. 121, 3. 142, 1; plerumque tamen incerta scriptione et variante non modo inter *y* et *e*: *hynwys* (nominatus; *hanow*, nomen) D. 1951. P. 214, 1. 217, 1 et *henwys* D. 778. 790. P. 208, 1, *kyry* (ames) D. 991. 1289. 1736. *kyrry* O. 537 et *kerry* O. 2142. D. 2240, *gylwel* (clamare, vocare) D. 955. 1897, et *gelwel* 1816. P. 203, 2, *gelwys* (supra *gylwys*) P. 30, 1. 128, 1, *lyuerel* (supra *leuerel*) D. 1230, sed etiam inter *e* (*y*) et *a*: *marwel* (supra *merwel*) D. 324. *may allyf* (supra *hyllyf*) D. 83. *ysyly* (membra) O. 1797. D. 1733. *ysely* P. 173, 3. *esely* 184, 4. 235, 1. 3. O. 2735. *asely* P. 183, 2. Ab epenthesi *ei* abhorret cornica dialectus, quae cambri-

cis *meirch* (equi), *deueit* (oves) opponit *mergh* O. 1065. *deues*, *deves* D. 894. P. 48, 4. Contra in monosyllabis quoque invenitur *y*, ut *gyll* (potest), *kyf* (capit, capiet) fq.; sed *why a ergh* (iubebitis) P. 170, 1. iuxta *yrghys* (iussit) 28, 1. 72, 1. 147, 4. 241, 1. *yrghy* (posceret) 201, 4.

Aremoricae infectionis exempla e Buh.: *brech* (brachium) 168, 8. *Devvy*, *Devy*, *Deuy* (Davidagius) fq. *clezef* (gladius) 90, 10. *cleffet* (morbus; adi. *claff*) 8, 20. 168, 10. 198, 6. *meruell* (mori; adi. *maru*) 40, 7. *eneff* (= anima) 62, 8. Duarum *a* subsequentium infectio: *leuerez* (dicis) 56, 10. *leueret* (dicite; cf. *da lauaret*, ad dicendum, 126, 7) 22, 12. 140, 12. 168, 14. Ab *ei* ex *a* progressa ut cornica sic aremorica se abstinet; contra constanter *a* infectam assimilat insequenti *i* flexionis vel derivationis: *compizrien* (compatres) 98, 21. *ysily* (membra; sg. *esel*) 196, 2. 204, 8. *guillif*, *guillit* (possim, possitis; *gallaf*, possum) 44, 12. 19. 90, 22; 194, 20. *guiluit* (vocate; id. *gueluet* 156, 26) 168, 12. *quiri* (ames; = *cari*) 178, 8. *quiffif*, *quifi* (capiam, inveniam, -ies; inf. *caffout*) 206, 1; 64, 1. 88, 20. *na millic* (ne maledixeris; = *maldic*, *mallic*) 70, 3. *liuiris* (dixi) 122, 16.

Invenitur praeterea in cambricis quibusdam vocibus *a* assimilata sequenti *o* vel *u*, eodem fere modo quo in hibernicis fit *au*, *o* ante *u* (p. 6. 7), ut in *montol* (gl. trutina; hod. *mantawl*, plur. *mantolion*; cf. Petromantalum Itin.) Ox. 7ᵇ. *morthol*, *myrthwl* (malleus; = *martul*, *martellus*, gall. hod. *marteau*) gl. Ox. B. 42ᵇ. Mab. 3, 89; *notuid* (acus; hod. *nydwydd*, *nodwydd*, sed arem. *nadoz*) gl. Ox. B. 42ᵇ. *ocoluin* (cos; *agalen* Mab. 2, 229) ibid. 43ᵃ. Verum nec constanter fit haec assimilatio, praeterquam in diphthongo *ou* = *au*, et extra assimilationis causam *a* in *o* interdum transit, ut *-oeth*, *-uith*, *-uid* oritur e terminatione *-act*, quae alias fit *-aeth*: *kyfoeth* (potestas; hib. vet. *cumact*, *cumacht*) Mab. 1, 11. 19, unde adi. *kyuoethawc* (potens) Mab. 1, 16. Eodem modo cornice: *morogeth* (equitare) P. 28, 4. *morogyon* (milites) 250, 1. *molloȝ* (maledictio) 66, 3. *moleythy* (maledicere) 18, 2. *poruit* (paries) Voc. 9ᵇ. *ganow* (os, Voc. *genau*) P. 106, 1. 2. *chefuidoc* (= hib. *cumachtach*) Voc. 7ᵃ; vix ita *galluidoc* (potens; arem. *galloudek*!) Voc. 7ᵇ. Nec prorsus differt corn. *oin* (agnus; cambr. *oen*) Voc. 9ᵃ. *oan* D. 697, quamquam etiam hib. *uan* (= *ón*, *ogn*, p. 63) St. gl. 459 ad *o* vocalem referendum est.

Abest interdum britannice infectio ab iis vocibus, in quibus insit hibernice, ut in praep. *am*, quae iam in cambr. vet. *amlais* (gl. demissus; i. e. circumsolutus) Ox. 39ᵃ invenitur, eadem ac vet. hib. *imme*, *im* (vet. gall. *ambi*); in part. insep. *at-*, hib. *aith-*, *id-*, *ed-*, quae inest in subst. *aperth* (gl. victima), plur. *aperthou* (gl. munera, gl. sacra) Ox. 41ᵃ. 37ᵇ. 38ᵃ, pro *atberth*, hib. vet. *idpart*, *edbart* (victima, oblatio). Item in subst. *cams* (alba; hib. vet. *caimmse* Sg. 23ᵇ, *camisia* in libris medii aevi) Voc. 9ᵇ, *camse* Mab. 2, 218. Quibus omnibus conferenda, de quibus infra, *mor* (mare, hib. *muir*), *oll*, *ol* (omnis, hib. *uile*) in tribus dialectis. Rursus extat infectio in iis vocibus, in quibus causa perspici non possit: *etem* (filum; cambr. hod. *edau*) gl. Ox. 37ᵃ, plur. sine infectione *adaued* Mab. 2, 241. 374. 383. *lleydyr*, *lleidr*, *lleidyr* (latro; at corn. *lader* V. 8ᵃ. D. 1174. P. 74, 4. 99, 4. 192, 1. 193, 1, *ladar* D. 2577) Leg. 2, 4, 9. Mab. 3, 156—158, ibid. verb. *lettratta*, *latratta* (latrocinari), *llugorn eliffeint* (cornu bellicum eburneum; *eliphant*, elephas, 1, 17) Mab. 2, 200. *dreic* (draco), plur. *dreigeu*

Mab. 3, 301. 302. Item in derivatione *-eit* (hod. *-aid*) substantivorum, ut *carreyt* (quantum carrus capit) Leg. 2, 1, 34, quae vox in latine scriptis est *carrata.* Adde arem. *a perz* (a parte) Buh. 36, 4 contra cambr. *o barth* Mab. 2, 206, corn. *abard*, *abàrh* V. 7ᵃ. *abarth* P. 198, 1. O. 1792. 2539. 2700. D. 1152. 1322. 1348. R. 1725. *abart* D. 1329, sed *aberth* P. 30, 3. 44, 3. 89, 1. 151, 1. 185, 1. 197, 1. R. 2083, *aber* R. 2108, *berth* R. 860.

E cambrica: *nef* (caelum; hib. *nem*) fq. *hen* (senex) fq. *mefyl* (dedecus; hib. *mebul*) Mab. fq. *ebawl* (pullus equinus; = *epaul* deriv. ex *ep*, quod extat in vetustis nominibus gallicis Epona, Eporedia etc.; hib. vet. *ech*) Mab. *penn*, *pen* (caput; cf. iugum Penninum, deus Penninus Liv.; hib. *cenn*, *cen*) fq. *delw* (imago; hib. vet. *delb*) Mab. 1, 15. *guerg* (gl. efficax; cf. Vergobretus Caes.) gl. Ox. *nerth* (vis, valor; cf. Cobnertus Inscr., hib. *nert*) fq.

Cornica: *nef* (caelum), *les* (herba; cf. gall. vet. Lesura (p. 10), *pen* (caput) Vocab. E Pass.: *nef*, *neff* (caelum) 4, 1. 7, 2. *ger* (verbum) 83, 3. 92, 3. 247, 3. *nerth* (vis, valor) fq. *gwerthe* (vendere; cf. cambr. *gwerthuawr*, magni pretii, Mab.) 38, 4.

Aremorica: *guelet* (videre) Buh. fq. *bled* (lupus) in nomine viri deriv. *Bledic* (cf. nomina virorum cambrica *Bledud* L. Land. 195. *Bledris* 176. *Bledbui* 190. *Bledgur* 214. 233. 246 et hib. vet. *bled*, gl. pistrix, gl. belua marina, Sg. 15ᵇ) Chart. Rhed. 1, 2. *ret*, *rez* (necessarius) Buh. fq. *nerz* (vis) Buh. 194, 11. 196, 1. 5.

Accedente derivatione prodit *i* in pluribus vocibus cambricis: *hinham* (gl. patricius; i. e. senator, germ. ältester, ab *hen*) Ox. B. 45ᵃ. *Nimet*, *Dimet* (nomina virorum propria; cf. *Neuet*, n. pr. viri, Mab. 2, 243. Nemetacum, Belgiae locus, Tab. Peut., e n. pr. derivatum ut Avitacum, Iuliacum etc., et nomina populorum Nemetes, Demetae) Chron. cambr. ed. in praef. edit. Leg. H., ut in compositis: *Gorniuet*, *Gurniuet*, *Eidniuet* Land. 195. 202. 263. *Dyuet* (Demetia) Mab. 2, 240. 242. 3, 189. *Guined* (regio Cambriae Venedotia) Nenn. p. 53. *Gwyned* Mab. 2, 391. 3, 189. *guirgiriam* (gl. hinnio; cf. *guerg*) Ox. 8ᵃ. *binfic* (gl. beneficium) Ox. B. 43ᵇ.* Eadem *i* in monosyllaba infectionis instar intrat: *tig* (domus; cambr. hod. *ty*, arem. *ti*; hib. vet. *teg*, gen. *tige*) in comp. *boutig* (gl. stabulum) Ox. 6ᵃ, unde hib. *tigerne* (dominus), cambr. vet. *tigirn* in n. pr. *Eutigirn* Land. 133. 136. 235, *Eutegirn* 136. (*Edern*, *Edyrn* Mab. 2, 19. 23). Est tamen inter *e* et *i* alternatio tam in vetustis nominibus gallicis quam in vocibus recentioris linguae, ut saepe nequeat discerni, utra vocalis prior sit. Ante *e* syllabae derivantis extat *e* radicalis in nominibus vetustis: Nemetes, -nemetum, Demetae (apud Ptol. bene *Αὐγουστονέμετον*, sed minus bene *Νεμῆται* et male *Δημῆται*), Veneti, Belenus (Apollo), Bregetion (locus ad Danuvium infra Carnuntum, ap. Ptol. Itin. Ammian.). Ante alias vocales derivationis tam *e* invenitur, ut in nominibus Lemannus, Nemavia, Nemausus; quam *i*: Cunobilin, Cunobiline (Cunobilinus rex

---

* Num his adnumerandum sit *linn liuan*, stagnum *Liuan* (Cambriae lacus; cf. Lemannus lacus Caes., *Λεμαννόνιος κόλπος* Ptol. Brit.?) Nenn. p. 75. 76, *pull lyfann*, *pull lifan* L. Land. 219, diiudicare non audemus propter varias formas: *Lumond* Godofr. Monm. 9, c. 6, *Lumonoy* (*Limmonium*, *Lummonui*) Nenn. §. 67 (cf. cambr. *lumon*, germ. *born*, *quelle*, San-Marte, Gottfr. v. Monm. p. 377) ac *Linligwan* ibid. c. 7, quae summam movent dubitationem.

Camulodunensis, *Κυνοβέλλινος* Dioni) in monetis britannicis vetustis ap. Camden. *Βιλινουντία* (Apollinaris herba) Dioscor. 4, 69. Tigurinus pagus Caes. Litana silva Liv., -litanus in nominibus virorum gallicis. Conferatur etiam nomen Vergilius, Virgilius (p. 11). In libro Land. saepius invenitur nomen viri modo *Eli* modo *Ili* scriptum, ac nomen cambricum *Beli* L. Land. 209. 215. 230. Mab. 2, 26. 3, 297 aremorice est *Bili* Chart. Rhed. 1, 7, idem frequentius in compositis. Est subst. *llet* (latitudo) Mab. 3, 301, sed adi. *llydan* (latus) Mab. fq., ut in hodierna quoque lingua *lled* et *llyd* (latitudo), *lledanu* (dilatare) et *llydan* (latus). Ideo et subst. *breenhin*, *breeninn*, *brennhin*, *brennin* (rex; = *brȩennin*, *breentin*, deriv. *-entin* e *bre* = *breg*, cf. corn. *den bryntyn*, homo nobilis, D. 1542) Privil. eccles. Land. in libr. Land. p. 118 consocio cum adi. *bry* (altus, sublimis; = *brig*), et confero cum supra memorato nomine Bregetion (cuius alia lectio in Itin. Anton. est Bregention) vocem vetustam *briga* in compositis Artobriga (collis lapidosus, germ. steinbühel?), Litanobriga (latus collis?), Brigobanne in Itin. et nomina Brigantium (a quo lacus Brigantinus), Brigantes (pop. britann., collium habitatores?).*

In hodierna lingua cambrica interdum *ei*, *ai* quasi infectione ex *e* prodire videtur, ut si conferas subst. *caib* (ligo), plur. *ceibiau* (= gael. *ceaba*), cum vet. *cep* (gl. fossarium) Ox. B. 42[b], subst. verb. *eistedd* (sessio, sedere) cum vet. *estid* (gl. sedile) Ox. 6[a], subst. *sain*, plur. *seiniau* (sonus), verb. *seiniaw* (sonare) cum hib. vet. *sen*, *senn* (sonare) radice verbali, e qua subst. *senm* (sonus). Hoc idem ut in *a* infecta (p. 82) ita in *o* (*u*) infecta accidit in subst. *dail*, *deilion* (folia) e vet. *delen* (Voc.), si conferendum est hib. gael. *duille*. Initia huius scriptionis conspiciuntur in voce *bleid* pro *bled* scripta in nominibus propriis virorum: *Bleidud* Cod. Lichf. (App. L. Land. p. 273) atque in L. Land. ipso: *Bleideu* 147. *Cinbleidiou* 188. *Arthbleid* 236. Ex *telu* autem (familia) carm. Cb. hoc modo iam in Leg. cod. A. non solum *teylu* 1, 7, 7. 13. 16. *penteylu* 1, 7, 1. prodiit, sed etiam *teulu* 1, 1, 1. 4, 1. *penteulu* 1, 7, 1. et sic saepissime, ut semper in Mab. Addo adi. *reit* (necessarius) Mab. fq., subst. *offeiriet*, *offeirat* (sacerdos) Mab. 2, 19. 211, terminationem *-meint* in *turneimeint* Mab. fq., *-ment* in formis latinis *turneimentum*, *torneamentum* et gallicis rec. *tornoyment*, *tornoiement* ap. Cang.

Cornice tum maxime *e* et *i* alternant, cum sequitur *i* flexionis, ut *gwerthys* (venditus) P. 36, 2, sed *gwyrȝyns* (vendat) 51, 2. Eadem tamen alternatio in monosyllabis invenitur, in quibus non modo *i* vel *y* scriptum est: *me a gris* (credo) 63, 2. 126, 1. 200, 4. 230, 4. *ny a grys* (credimus) 197, 3. *my a grys* (credo) D. 74. 870. *me a grys* D. 282. 286. 323. 358 etc. iuxta *cresyn* (credimus) P. 258, 4, *pys* (petit) P. 1, 1. 126, 2. 170, 2. 182, 3. D. 27. 117. 196. 272 etc. iuxta *pigyn* (petimus) D. 199, *rys* (necessarius; = arem. *ret*) P. 51, 1. 4. 89, 3. 98, 4. 116, 4. 121, 4. etc. *ris* 117, 3, sed etiam *ey*: *me a greys* D. 305. 413. 1199. *peys* 455. 784. 1033. 1341. *reys* P. 73, 4. 94, 4. 121, 2. 157, 1, quibuscum con-

---

* In his igitur vetustior *i* quam *e*. Ab adi. hod. *bry* discernendum est subst. hod. *bri* (auctoritas), unde prodiit adi. cambr. vet. *guobri* (gl. gravis, i. e. auctoritate praeditus) gl. Ox. 40, quippe quod sit = *brîg* cum *i* producta, hib. vet. *brig* (p. 22). Subst. *bryn*, *bryan* (vallum) Mab. 1, 30. 2, 372. forsitan rectius cum hib. *brú* (margo, vallum, litus) conferatur.

ferenda sunt *bleit* (lupus) Voc. 8ᵇ. et *teilu* (familia) 7ᵃ ut *penteilu*, *mamteilu* (pater, mater familias) 7ᵇ.

Aremorica dialectus, quae primitivam *i* in *e* destituere solet, *e* originariam in *i* non mutat, nisi in proxima syllaba sequitur *i* flexionis: *pidif*, *pidiff* (petere; in aliis formis *pet*, *pedaf*) Buh. 44, 11. 52, 8. *cridif* (credere) 106, 4. 142, 21. In vetustioribus tamen libris ne haec quidem regula anxie observatur, ut in nominibus propriis chartularii Rhedonensis, in quo etsi *Bili* scriptum est pro cambr. *Beli*, *Rivilin* (= Rigobilinus, an Rigomilinus?) 1, 19. 2, 21, tamen etiam *Rivelin* 1, 24. *Rivilen* 1, 10. *Rivilen* (cf. Belenus) 1, 27. *Riwelen* 1, 10. 2, 21 invenitur. Vox *nemet* semper *e* in syllaba posteriore, *i* in priore exhibet in uno nomine viri comp. *Vidnimet* in chart. Rhed. Mor. 330, sed alias ubique *e*: *Canemet* (leg. *Catnemet*) in chart. Rhed. Mor. 341, ut in chart. Kemperleg. *Nemet* (silva) Mor. 368. *Cadnemet*, *Kudnemedus* M. 389. 513. In Buh. etiam *ei* ortum ex *e* scribitur: *bleiz* (lupus) 30, 19. *sacrileig* (sacrilegium) 40, 20. *ampeig* (impeditio, impedimentum) 78, 5. 144, 12.

In alias quoque vocales *e* britannice mutatur.

1. In *a*: cambr. corn. arem. *tan* (ignis) gl. Ox. 8ᵃ. P. 211, 1. Buh. 174, 5; sed hib. vet. *tene*, gen. *tened* Sg. (cf. Tenedon, nomen loci gall. in Itin.); cambr. *bannawc* (cornutus) Mab. 2, 222, hib. vet. *bennach* (cf. Benacus?) Sg. Vox cambr. arem. *guallaun*, *guallon* in frequentibus nominibus virorum compositis, ut in Mab. 3, 297 *Casswallawn*, in L. Land. *Riguallaun*, *Riuallavn* 138. 143. 146. 249. *Judguallaun*, *Judguallon* 143. 157. 168. 205. *Catguallavn* 251, in Chart. Rhed. *Wallon* 1, 4. 20. *Riwallon* 1, 36. *Roinwallon*, *Roenwallon* 1, 1. 14. 22. 2, 16. *Roiantwallon* 1, 4. 19. *Maenwallon* 1, 3. 19. 20. *Judwallon* 1, 25. *Tutwallon* Mor. 275. *Kintwallon* 1, 2. *Catwallon* 2, 5. 18. 20, respondet gallico *vellauno* in nominibus vetustis Vellaunodunum, Cassivellaunus, Vercassivellaunus. Apud Greg. Tur. e contrario nomina aremorica vetusta, quae in chartis aremoricis cum *e* sunt *Keneu*, *Weroc*, scribuntur Chanao, Warochus (cf. p. 78). Frequentissima exempla qualiscunque *e* in *a* mutatae habet cornica recentior, ut *ganow* (os; Voc. *genau* = gall. vet. *Genava*) P. 106, 1. 2. *arta* (rursus; al. *arte*) 34, 3. 56, 1. 84, 4. 93, 1. *neffra* (semper; al. *neffre*) 5, 4, quae consuetudo mirum quantum increbruit in Cr.

2. In *o*: fortasse cambr. vet. *nom* (gl. templa memphitica; i. e. templum; hod. adi. *nwf*, sacer) Ox. 38ᵃ, si conferas hib. vet. *nemed* (gl. sacellum) Sg., ac nomen viri cambr. *Nemniuus* (cf. alphabetum Nemnivi in append.) gl. Ox. 20ᵃ, arem. *Nemenoius* in chart. cod. Rhed. (a. 1101) M. 506, *Nemenoi* in chart. S. Mich. M. 381, *Nominoe* in chart. Rhed. (a. 833. 834) 1, 4. 5. 7. Certius exemplum habemus corn. *oliphans* (elephantus) Voc. 9ᵃ, at cambr. *eliphant* Mab. 1, 17. Perspicua causa *e* in *o* (vel *u*) mutatae vel assimilatae est antecedens *u*, *w* in particula *guor*-, *gur*- (gall. vet. *ver*-) atque in nomine ipso, quod memoravimus, *Catguollaun* scripto in Ann. cambr. (ap. Petrie 1, 832. 883), a quo non differt nomen gentis *Catuvellaunorum* (Inscr. apud eundem p. CXIX.).

3. Alternationis inter *e* et *á*, ut in hib. vet. *breth* et *bráth* (iudicium; cf. p. 11), exemplum videri potest cambr. hod. *rhed* (cursus) cum suis derivatis, et *rhawd* (via, cursus), *rhawden* (vestigium pedis); dubitari tamen vix potest, quin *rhed* e forma primitiva *ritá* natum, ergo ad aliam radicem quamvis cog-

natam referendum sit. Hibernico *bráth* respondet cambr. *braut* (iudicium) Leg. praef., corn. *brues* (= brât) Pass. 259, 2.

I correpta cambrica: *rit* (gl. vadum) Ox. 6ᵃ. *ryt* (id.; cf. Augustoritum, Galliae opp. Itin.) Mab. 1, 35. 2, 12. *byt* (mundus; hib. *bith*, cf. Bituriges) Mab. fq. *ynys* (insula; hib. *inis*) Mab. fq. Scriptio *y* pro *i* correpta, in recentioribus libris et hodie usitata, in vetustis glossis cambricis nondum invenitur, in quibus obscurior ille sonus (secundum Dav. graeco *υ* conferendus) modo non significatur, modo per *e* (ut interdum in Leg.): *lemhaam* (gl. arguo; hod. *llym* argutus) Ox. 3ᵇ, in cod. Leg. A autem atque in Mab. iam frequentissima est. Impura hac pronuntiatione factum est, ut interdum ipsa *u* (= *v*) locum correptae huius vocalis occuparet, ut in num. *pump* (quinque) Mab. fq. pro vetustiore *pimp*, *duw* (deus; *diu* Leg.) Mab. fq. *duw* (dies; *diu* Leg.) Mab. 1, 4. 287. adi. *buw* (vivus; = *byw*) Mab. 1, 22. *budugawl* (victor; *budicawl* gl. Ox.) Mab. fq. ac iam in Leg. cod. A. *gleduchu* (regnare) 1, 5, 1. De *u* pro *i* producta vel in diphthongis infra in EI et EU dicetur.

Correptam *i* (si neglegas parvam hanc soni mutationem) praeter ceteras dialectas celticas* servavit cambrica, id quod patet e n. pr. *Litau* (gl. Latium) Ox. 39ᵇ, hodie quoque *Llydaw* (Britannia aremorica), ut in vetusto nomine gallico *Litaviccus* ap. Caes., cum hibernice sit *Letha*, *Leatha* (p. 57), *Letavia* iam in vitis Sanctorum vetustis; ex adi. *litan*: *carn litan* (acervus lapidum latus) L. Land. 219. *rit litan* (vadum latum), *ford litan* (via lata) 247, etiamnunc masc. *llydan*, ut in vetustis nominibus gallicis *Litana* silva Liv., Litanobriga Itin., *Κογκολίτανος* (Gallorum rex) Ptol., Smertulitanes Inscr. Orell. 188, contra hib. *lethan*; *byrr* (brevis; hib. *bearr* Gl. 5) Mab. 2, 20. Item in derivationibus hodie quoque: *cleddyf* (gladius; hib. vet. *claideb*), *newydd* (novus). In solis femininis (*â* terminali deperdita) *e* ex *i* defectione prodiit, ut in hod. *rhed* (cursus), quare ad genus femininum discernendum in adiectivis cambricis regulariter adhibetur: *berr* Mab. 2, 209, *bechan* (parva), *melen* (flava) e masc. *byrr*, *bychan*, *melyn*. Praeterea in diphthongo *eu* *i* in *e* transgressam praebet adi. *teu* (densus, spissus, crassus; = *tigu*, hib. *tiug* Sg. 27ᵃ, comp. *tigiu*, crassior, Ml. 20ᵇ; cf. germ. *dick*), quod extat tam in glossis vetustis: *orteu* (gl. obtunso) Ob. 37, quam in Mab. *tew* (pinguis, densus, firmus, efficax) 2, 210. 3, 302 et hodie, in compositis augens significationem: *cadarndew* (*catmarch*, equus bellatorius fortissimus) Mab. 2, 40. *byrgoet pendew* (silva spissa) 2, 38, unde non tantum subst. *tewder* (spissitas: *yn tewder y daryan*, in medium scuti, idem fere quod 2, 65: *yghedernit y daryan*) 2, 37. 49, hod. *tewder*, *tewdra* (pinguitas, densitas) et adi. *tewdws* (densus, intensivus), sed etiam nomina propria in libro Land. *Teudur* 158. 227. 228 etc. *Teudric*, *Teudiric* 111. 130. 133. *Teudus* 177. 227. 236. 259. 265. *Teudos* in Chron. cambr. (praef. ad edit. Leg.) fluxisse videntur. E contrario cum hib. vet. *feugud* (gl. marcor) Sg. 100ᵇ. comparandae sunt hodier-

---

* Etiam gallica ipsa *i* in *e* convertit, si recte nomina vetusta *Eburodûnum*, *Eburovîces*, *Eburomagus*, *Eburobriga*, *Eburones* conferimus cum brit. *iuenn* Land. 157, *hiuin* Voc. 9ᵃ, ac cum hib. hod. *iubhar* (taxus), quod etsi *hibar* scribitur in Corm. glossario, antiquitus tamen *ibur* scribendum fuisse patet ex iis quae de *dilgud*, *diolgadh* supra (p. 25) adnotavimus. De hib. hod. *eabar* (lutum) certe non est cogitandum, quod quidem derivetur ex antiquiore forma *epar* (p. 62. 75).

nae voces cambr. *gwyw* (languidus), *gwywaw* (languescere), *gwywder* (languor, marcor). Praeter hanc regulam *e* pro *y* in glossis vetustis et in Leg. interdum inveniri supra dictum est.

Cornice contra pro *i* vel *y*, scriptis promiscue, quamquam in Voc. *i*, in P. et Dr. *y* frequentior est, saepe invenitur *e* etiam in una eademque voce. Ita quidem in Voc.: *ti* (domus) 9ᵇ. *milin* (fulvus, flavus) 8ᵇ. *guiden* (arbor) 9ᵃ. *prit* (hora), *spirit* (spiritus) 8ᵇ. *rid* (vadum) 9ᵇ. *bis* (digitus) 7ᵃ. *bisou* (anulus) 8ᵃ. *guyn* (albus) 8ᵇ. *bleu yn pen* (capillus in capite) 7ᵃ; sed etiam *bes*, *bess*.. (digiti, cambr. *bys*, *bysedd*) 7ᵃ. *menit* (mons; cambr. *mynydd*) 9ᵇ. *det* (dies; cambr. *dydd*) 8ᵇ. *redegua* (cursus) 7ᵃ. *chefuidoc* (omnipotens; cambr. *cyfoethawc*), *chefals* (artus; cambr. compos. *cyf-*), *biu en lagat* (pupilla) 7ᵃ. Alternant *y* et *e* in Dr. et P.: *prys* (tempus) fq., *pres* 20, 3. *dyth* (dies) 10, 3 etc. *deth* 259, 2, pl. *deȝyow* 169, 2. *fyth* (facies) 244, 2, *feth* 200, 3. 216, 3. *fyth* (fides; cambr. *ffyd* Mab. 1, 243. 251) 155, 4, *feth* 49, 4. *kyns* (antea) 194, 2, *kens* 254, 2. *gwyȝe* (servare) 125, 1, *gweȝe* 127, 2. *scyntyll*, *skyntyll* (sapiens) 134, 1. 216, 1, *skentyll* 8, 1. Conferantur *gweskis* (vestitus) 64, 2. *meneth* (mons) 16, 1. 53, 2. *beghan* (parvus) 53, 3. *resas* (cucurrit) 219, 2. 221, 2. *leden* (latus) 237, 2, *les* (latitudo) 29, 3. 178, 2. Interdum autem utraque vocali coniuncta scribitur *ey*: *heys* (longitudo; *hes* 109, 4) 178, 1. 233, 4. *seygh* (siccus) 170, 4. *yn geyth* (in die) 20, 3.

Aremorica dialectus vetustior *i* originariam retinere solet, id quod patet e nn. propr. *Lis-Ranac* (curia R.) in chart. Rhed. 2, 26. *Lis-nowid* (curia nova; cambr. *llys newydd*) ibid. 1, 14. 42. 2, 28, *Inisan* (n. pr. viri) ibid. Mor. 433 multisque nominibus propriis virorum compositis cum *guin*, *guid*, *biu*, *bidoe* in eodem chartulario obviis. In isdem tamen saepius scriptum extat *guen*, *beu*, *bedoi*. Recentior autem lingua, etsi in flexionibus maxime et derivationibus quibusdam servat *i*, ante quam non solum retinet originariam *i*, sed etiam vocales *a*, *e*, *é*, *o* assimilat (cf. sub his vocalibus), in radice tamen atque in aliis derivationibus profert *e* pro *i*. Ita quamquam hodie quoque *bihan* (parvus; cambr. *bychan*), *ti*(domus; cambr. *ty*), multo tamen frequentiora sunt exempla deficientis *i*, ut e Buh.: *les* (aula, curia; cambr. *llys*) 146, 12. 208, 11. *ret* (cursus) 138, 8. *guen* (masc., albus; cambr. *gwyn*) 18, 1. *guez* (arbores; cambr. *gwydd*) 94, 14. *dez* (dies) 30, 11. *ed* (frumentum; = *et*, cambr. *yd*) 204, 18. *bet* (mundus; cambr. *byd*) 2, 2. *guent* (ventus; cambr. *gwynt*) in compos. *coruent* (turbo, i. e. ventus pygmaei) 94, 1. *hent* (via; cambr. *hynt*) 58, 8. *menaf*, *mennaf* (cogito, volo; cambr. *mynnaf*) fq. *nezaff* (nere; cambr. *nyddu*) 168, 17. *quent*, *quentaff* (antea, primus; cambr. *kynt*, *kyntaf*) 20, 17. 8, 3. *querchat* (quaerere; cambr. *kyrchu*) 138, 7. 208, 2. *enes*, *enesen* (insula; cambr. *ynys*) 16, 1. 3; 6, 22. 80, 11 *speret* (spiritus) fq. *desq* (disce) 26, 21. *desquebl* (discipulus) 118, 6. Eodem modo in derivationibus: *clezef* (gladius), *nevez* (novus). Pro hac *e* orta ex *i* interdum, ut pro originaria *e*, invenitur *ei* extra positionem: *deiz* (dies) 190, 10. *feiz* (fides) fq. *breiz* (Britannia) fq. *heizes* (cervi; cambr. *hyddod*) 30, 19. Quibus quodammodo conferendum est, etsi a pristina forma *tensa*, *tensia* profectum, nomen mensurae *tisa*, quod extat in charta wizenburgensi a. 713 (Traditt. wizenburg. n. 244), cum formis *tesa*, *teisa* in chartis a. 1202. 1250. 1265. 1270 ap. Cangium, et *ei* in *oi* conversa *toisa*, *toisia* in chart. a. 1250. 1207 ap. eundem,

unde gall. hod. *toise*, sicut gall. hod. *foi* (= *feiz*) e fides, *Loire* e *Liger*, *Leger*, *croire* e *credere*, excussis *d* et *g*; in positione hic quoque manet *e*, ut in *chercher* (ital. *cercare*, arem. *querchat*, cambr. *kyrchu*). Servatur autem omnis *i*, si sequitur *i* flexionis vel derivationis: *diziou* (dies) 150, 12. *minif* (cogitare) 90, 22. *disquiblion* (discipuli) 118, 22. *disquif* (discere) 108, 23. *na fizi* (ne fidas) 206, 4. *fizianc* (confidentia) 64, 12.

Alternantis *i* cum aliis vocalibus praeter *u*, quam supra (p. 87) attigimus, vix sunt exempla, nisi forte cum *o*: *boghan* (gl. parvus) Voc. 10ᵃ, cambr. *bichan*, *bychan*, arem. *bihan*, et *Roton* nomen aremoricum monasterii Rhedonensis in chartis vetustis, cuius significatio *vadum* (*rit*) proditur in ipsius monasterii scriptis e sec. XI (Courson, Hist. des peuples Bretons 1, 326, not. 3); memorabili tamen mutatione *a* ex *i* natam in corn. arem. *lagat* (oculus) Voc. 7ᵃ, *lagas* O. 1109. 2058. D. 396. 1193. P. 83, 2. 222, 2, *lagat* (*laguat*) Buh. (104, 16. 106, 12.) 120, 5. 162, 8. 192, 6. prodere videtur cambr. *lygat* Mab. 1, 271, cuius antiquior forma *licat* saepe redit in L. Land., praesertim *licat finnaun* (oculus fontis) 152. 218. 231. 253 etc. Num alternatio, ut inter *e* et *â*, sic inter *i* et *î* statuenda sit, ut subst. *bri* (auctoritas; = *brîg*) cum adi. *bry* (altus, sublimis, = *brig*, cf. p. 86) conferri possit, non discepto.

O correpta intacta. Cambrica: *ouyn* (timor; hib. vet. *omun*, cf. Exomnus Inscr.) Mab. 2, 241. *gof* (faber, cf. hib. gael. *gobha*, faber, et nomen viri gallicum Gobannitio ap. Caes.) Leg. 1, 31, 9. 40, 1. Mab. 2, 219. *bro* (terra, regio; = *brog*, cf. Brogitarus Cic., Allobroges Caes.) Mab. fq. *coc* (gl. pistor; = coquus) Ox. B. 44ᵃ. *llong* (navis; hib. gael. *long*) Mab. 3, 264. 265. 300.

Cornica: *gof* (faber), *gofail* (officina), *popei* (pistrinum), *kog* (coquus), *corn* (cornu) Voc. *lovan*, *loven* (funis; hib. vet. *loman*) Voc. P. 105, 4; 181, 1. 3. *nowyth* (novus) P. 107, 4. 109, 3. 252, 1. *monas* (ire) P. fq.

Aremorica: *bro* (regio), *monet*, *mont* (ire) Buh. fq. *broch* in n. pr. *Brochan*, *Brocan* (ut in cambr. compos. *Brochmail* L. Land. 149. 150. 151. *Brochuail* 133. *Brocmail* 124. 136; *broch*, taxo vel melus, Voc.; cf. Brocomagus) Chart. Rhed. 1, 17.

Infectae *o* correptae, ut infectae *a*, scriptio britannica usitata est E.

Cambrica exempla: *newyd* (novus; e *nowid*) fq. *kyfnewit* (concambium, commercium), *kyfnewityaw* (cambiare; in gl. Ox. 7ᵇ: *novitiou*, gl. nundinae, sine infectione) Mab. 3, 192. 193. *kegin* (coquina, culina) Mab. 1, 2. *effeiryat*, *efeyryat*, *efeyrat* (sacerdos) Leg. 1, 1, 1. 1, 2. 6, 1. Haec quoque vocalis infecta, ut *a*, adiuncta vocali inficienti efficit combinationem EI: *meichat*, *meichiat* (= *mochiat*, custos suum, a *moch*, sus; cf. *Winmochiat*, n. pr. viri aremoricum in chart. Rhed. 1, 17) Mab. 2, 198. *Gereint* (n. propr. viri; cf. Gerontius Ammian. 14, 5) Mab. 2 fq. *eydyon* (bos; *odion* Voc.) Leg. 2, 4, 8. *yspeil* (spolium) Mab. 2, 39. Alia infectionis forma posset haberi *y* = *i* in vocibus compluribus, ut in particulis *ry-* (verbali), *ym-* (reciproca; *ro-*, *om-* in glossis Lxb.: *roluncas*, *roricseti*, *omcobloent*) fq., in derivatis: *tywi* (fluv. Cambriae, Τόβιος Ptol.) Mab. 2, 244. *bydin* (turma; *bodin* gl. Lxb.) Mab. 1, 30. *tywyssawc* (princeps; *touyssauc* Lib. Land. p. 113) Mab. 2, 380. *llynghes*, *llyghes* (classis; a *llong*, navis) Mab. 3, 264. 300, unde nom. propr. viri *Lyggessauc* (i. e. Classicus) L. Land. 140.

llywychedic (pellucidus; cf. *diguolouichetic* gl. Ox.) Mab. fq. *kaer vyrdin*, *kaer vyrddin* (hod. Caermarthen; = *Myrdin* = Moridunum? Mab. 3, 271. 272,* ut in transumptis *finnaun*, *ffynnawn* (fontana) L. Land. Mab. 1 fq. *ystyr* (argumentum, causa, i. e. historia, hib. *stoir* Ml. 14ᵃ) Mab. fq., unde *ystyryaw* (considerare) 2, 11. Sed potius haec *y* ex *o* secundum analogiam *u* correptae in *y* vel *i* in *e* mutatae prodiit, infectionis igitur nomine vix est significanda.

Cornica *o* infecta: *peber* (pistor; cf. *popei* (pistrinum), *clechti* (cloccarium, e *cloch*, clocca), *berri* (pinguedo, ab adi. *bor*, pinguis), *cherniat* (cornicen, a *corn*), *estren* (ostreum) Voc. E Pass.: *newyth* (novus) 233, 2. *telly* (perforare; subst. *toll*, *tol*, foramen, 178, 2. 180, 2) 159, 3. 178, 4. *kellys* (perditus, amissus; rad. *koll*) 153, 4. *terry* (frangere; rad. *torr*) 35, 2. 220, 3. *prevys* (probatus) 85, 2. Haec quoque *e* interdum assimilatur sequenti *y* flexionis: *tylly* (perforabat) P. 231, 4.

Aremorica exempla infectae *o*: *newed*, *neued*, *neuez*, *neues* (novus) in nominibus propriis: *Trefnewed* (novus vicus), *Plueu-Negued* (plebs nova) in chartul. Landev. ap. Mor. 345. 379. *Ploe-newes*, *Ploenevez* in chartul. Coriosopit. ap. Mor. 377. 378, e vetustiore *nowid*, quod servatum est in chart. Rhed.: *Lisnowid* 1, 14. 42. 2, 28. Mor. 265, salina *Scamnowid* Mor. 302. In Buh.: *chemet* (manete; verb. *chom*) 58, 2. 112, 16. *reif* (dare; aliae formae *roet*, datus, *roy*, dat, e rad. *rod*) fq. *quell* (perdit; e *coll*) 172, 3. Quae *e* ut alias ante *i* flexionis fit *i*: [*chimy*] *chimiff* (morabor) 54, 10. 118, 5. Alia infectionis forma esse videtur *eu*, quamquam maxime in vocibus peregrinis, *meulet* (laudatus; hib. vet. *molad*, laus) Buh. 108, 9. 130, 13. *feunten* (fontana), plur. *feuntenyou* 190, 20. 23. 192, 3. *euffrou* (opera) 102, 24. *sceurt* (= *sört*: *a pep sceurt*, quocumque modo, 30, 3) 40, 6. 8.

Ex allatis vocibus cambricis, cornicis, aremoricis *nouitiou*, *nowyth*, *nowid*, *(Win)mochiat* apparet, in recentiore demum lingua, tam cambrica quam cornica et aremorica, *o* correptam analogiam vocalis *a* secutam infectioni patere. Sunt tamen etiam in hac voces eius expertes, quamvis extet causa infectionis: *mor* (hib. *muir*) fq. *oll* (omnis, hib. *uile*) fq. *godineb* (fornicatio, cf. hib. *goithimm*). Item cornice et aremorice in P. et Buh.: *ol*, *oll*, *hol* (omnis) fq. *mor armoric* (mare aremoricum) Buh. 148, 21.

U britannica principio correpta est, in quibus vocibus non est orta ex *o* producta vel diphthongis *ou*, *oe*. Alia non est *u*, cum *u* producta iam in vetustioribus glossis facta sit *i*.

Exempla cambrica: *du* (niger; hib. *dub*) Mab. fq. *suh*, *such* (vomer) gl. Ox. B. 42ᵃ. Leg. 2, 1, 4. *hucc* (sus) Leg. 1, 36, 8. *tuscois* (gl. tuscus) Ox. 38ᵇ. *rump* (gl. ungulum), *sumpl* (gl. stimulus) Ox. B. 42ᵃ. In codice rubro, ut *y* pro *i*, successit *v* (sed cuius prior linea elongata est in litterae b similitudinem) pro vetustiore *u* (exempla depromo ex imitatione codicis addita editioni): *hvn*, *gvr*, *vrth*, *yn gvniav*, *avneuthum*, *mvy*, *bvyt*, *lvyt*, *golvython*, *llavr*, *mavr*, *porthavr*, *effravc*, *marchavc*, *idav*, *attav*, *ymdidanvr*, *oedvn*, *kyskvn*, *gellvch*, *goganevch*; etiam

* Ibidem falsa interpretatione: *o achaws ynteu gwneuthur y gaer o vyrd o wyr y gelwit kaer vyrdin* (propterea quod constructum oppidum a myriade [*myrd*] virorum, dictum est Caer Myrdin).

in combinationibus *gu*, *chu*: *gvell*, *gvedy*, *gvylltineb*, *chvitheu*, *chvemeib*. In eodem tamen iam invenitur *w*: *awneuthum*, *oirvrwyn*, *gvenhwyuar*, *diffeithwch*, *gwell*, *chwitheu*. Quae *w* pro correpta *u* communis est in recentioribus codicibus et in hodiernis librorum editionibus, ut codicis rubri ipsius. Itaque *llw* (iusiurandum, = hib. vet. *luge*) discernitur a *llu* (agmen, exercitus, = hib. vet. *sluag*, *slôg*). Servatur tamen scripta *u* (mutata igitur pronuntiatio) in quibusdam ut *du* (utpote ex *duv* contracto), *aoruc*, *arthur*, maximeque in diphthongis: *eur*; de *u* in aliis scripta pro *y* = *i* supra dictum est (p. 87).

Cornica: *rusc* (cortex), *cuske* (dormire), *cuscadur* (dormitor) Voc. Scribitur *u* etiam in Dr. atque in P. ipsa: *a guskus* (dormivit) 243, 1. *na guskens* (ne dormirent) 241, 3; sed in principio vocis saepius invenitur *v*, in extremitate atque in diphthongis *v* vel *w*, praesertim in P., in quo e. c. extant *crous* (crux) 152, 3. 184, 1. 189, 1, *crovs* 180, 1. 181, 2, saepissime tamen *crows* 151, 3. 153, 1. 160, 3 etc.

Aremorice solet scribi *ou* (legenda *u*): *dour* (aqua), *sourci* (victus) Buh. 50, 17. Voces hodiernae linguae secundum Leg.: *iourc'h* (capreolus), *koulm* (columba), *askourn* (os). Alii tamen ut Dumoul. scripserunt *u*: *cupabl* (reus).

Infectio iusta per vocalem inficientem effecta ut conspici non potest in *i* transeunte in *e*, ne in *u* quidem in *o* transgressa inest: *holeused* (gl. canoris; compos. *ho-* = gall. vet. *su-*, p. 14) gl. Lxb. cf. alia mox sequentia. Accedit autem ad hanc alia defectio, qua *u* in *y* (*e*) mutatur in omnibus dialectis britannicis.

Cambrica *u*, *w* transgreditur 1. in *o*, ut *i* in *e*, regulari defectione (quam effecit *â* terminalis deperdita) ad discernendum genus femininum a masculino in adiectivis, ut *cron* (rotunda) a masc. *crwn* (rotundus; hib. vet. *cruind*). Cf. flexionem.

2. In *y* frequenter, accedentibus flexionibus vel derivationibus: *pyllawc* (lacunosus, paluster) Mab. 2, 372 e subst. *pull* (fossa, lacuna) L. Land. fq., hod. *pwll*. *Tyfhei*, *Typhei*, *Tyfei* (n. propr. viri) L. Land. 109. 120. 123, *tyfwys*, *tyvwys* (crevit) Mab. 2, 232. 233 e subst. adi. *twf* (vigor, vigorosus), compos. *hydwf* (qui bene crevit, formosus) 2, 383. *byryei* (iaciebat) 2, 247 e verb. *bwrw* (iacere, fundere) 2, 246; quare alternant *w* et *y* in una eademque voce: *dwvyn* (profundus) 2, 41, *dyfynn* 1, 263. et saepius in syllaba finali ut *twrwf* 2, 10, *twrf* 2, 9. 10. etc. Ita hodie quoque e *swch* (vomer), pl. *sychod*, e *swmwl* (stimulus) pl. *symylau*, e subst. *cwn* (altitudo, summitas) verb. *cynu* (surgere), *erchynu* (elevare, exaltare), *erchyniad* (elevatio); quae vox *cun* inesse videtur in nominibus vetustis Cunobilinus in monetis brit. ap. Camdenum, Cunotamus (ut in bilingui ogmica: *Sagramni maqi Cunatami*, Sagrani fili Cunotami, Stokes Thr. Ir. Gloss. LVI.) Inscr. Orell. 2779, Cunetion (loc. Britann.) Itin. Anton., Hercuniates (pop. Pannon.) Plin., Maglocunus Gild. epist. (Nennius et Gildas, recens. Stevenson, ed. San-Marte, p. 161) et graeco more scripta *cyn* in nominibus Ἀρκύνια ὄρη Aristot., Hercynia silva Caes., Cynobellinus Sueton. Calig. 44, Κυνοβέλλινος Dio Cass. ed. Reim. p. 957. 959.

Etiam in monosyllabas voces et derivationes intravit *y*: *dýn* (homo) fq. partic. insep. *hy-* (bene; hib. vet. *su-*, *so-*). *ouyn* (timor; hib. vet. *omun*) Mab. 2, 241. *mefyl* (dedecus; hib. vet. *mebul*) Mab. fq. In vetustioribus libris pro

hac quoque *y* modo *i* invenitur modo *e*: *cilcet* (= culcita) gl. Ox. B. 44ᵃ, pl. *cilchetou* A. 38ᵃ. *helabar* (hod. *hylafar*, eloquens, hib. vet. *sulbair*) gl. Ox. 8ᵃ. *creman* (gl. baxus; hod. *cryman*, falx) Ox. B. 42ᵇ. Leg. 2, 1, 4, quocum conferendum esse videtur *o crummanhuo* (leg. *-hou*, gl. scropibus; i. e. falcibus, *cremaneu* Leg. l. c.) Cb. 77. Quin etiam in Mab. legitur: *gwr anhegar* (vir inamabilis, iniucundus) 1, 6. *yn y wed y bo hegaraf gennyt* (quomodo gratissimum tibi fuerit) 1, 253. Notissimum nomen legislatoris *Hywel* (comp. *Hy-wel* a *gwelet*, videre; i. e. aut conspicuus, aut perspicax, sagax) in L. Land. non solum *Huwel* 237. 238. *Houel* 203. 209. 217 (cf. *Howel* Mab. 1, 282. 2, 30) legitur, sed etiam *Hiugel* (*ug* = *w*) 226. 246. 248. *Hiuel* 219. 230. 238. *Heuel* 176. Dubitationem movet subst. collect. *deil* (folia) Mab. 2, 375, cum nota singularitatis *dalen* (folium) Mab. 1, 8, pro quo rectius scriptum foret corn. *delen* Voc. 9ᵃ, si repetendum esset e gall. vet. *dula* (πεμπέδουλα = quinquefolium, gallicum nomen herbae apud Dioscor.; hib. gael. *duille*); videtur tamen potius ad aliam formam reducendum esse, cognatam quidem illam, sed non eandem.

Cornica exempla *u* defectione mutatae 1. in *o*: *coske* (dormire) P. 51, 1. 55, 3. 2. in *y*: *hyblyth* (placens, commodus; compos. *hy-*, cambr. *hyblydd*) P. 131, 3, cui addenda sunt, ob alternantes *y* et *e*, fortasse subst. *delen* (folium) Voc. 9ᵃ, certo *den* (homo) Vocab. 7ᵃ. P. fq. *neuer* (numerus) 228, 4, *nouera* (numerare) 183, 3.

Aremorica *u* in *o* mutata iam in vetustis nominibus virorum cernitur: *Chonomoris*, *Chonober* ap. Gregor. Turon. 4, 4. 20. *Conatam* in Chart. Rhedon. 1, 34. 2, 27. *Conwoion* ibid. 1, 1. *Conomaglus* ap. Bolland. Mart. 1, 258, iuxta quae etiam cum primitiva *u* inveniuntur: *Cunwoion* Chart. Rhed. Mor. 268. *Cunmailus* ibid. 1, 25. *Cunmarch* 1, 33. Frequentior item scriptio particulae inseparabilis est *ho-* in vetustis nominibus aremoricis: *Howori* Chart. Rhed. 1, 9. 39. *Hocunan* 1, 15. 2, 20. *Hocunnan* 2, 26. *Hoel*, *Houel* Chart. Kemperl. Mor. 431. 432. In *e* vel *i* in recentioribus demum libris defectione mutatur, ut in Buh. in partic. *he-* (bene), *re* (nimis; hib. *su-*, *so-*, *ru-*, *ro-*), in subst *den* (homo) fq. *lech* (locus; hib. *lucc*, *loc*) fq., plur. *lichou* 182, 7. Nomen vetustum gallicum *Sucarus*, de quo supra diximus (p. 14), est *hoour*, *hucar* in nominibus virorum chartularii Rhedonensis compositus: *Euhocar* Mor. 267. *Anahocar* 1, 21. *Worhocar* 2, 31. *Branhucar* 1, 17, idem quod adi. *hegar* (benignus, comis, amicabilis; comp. *he-car*, cambr. *hygar* Mab. 1, 259. 286) Buh. 20, 19. 50, 20, 62, 10. 80, 13, in quo libro non minus frequens est forma *hegarat*, conferenda nominibus virorum in Rhed. *Hocart* 1, 29. *Euhocart* 1, 42.

Vocales longae.

Â producta non manet britannice, sed varias transformationes subit.

Cambrice fit AU scriptione vetustiore, AW recentiore et hodierna, in radice vel derivatione non aucta a fine: *didaul* (gl. expers; hib. vet. *dál*, pars) Ox. B. 45ᵃ. 47ᵃ. *diauc* (gl. segnem) Cb. 93. *llawn* (plenus; hib. *lán*) Mab. 1, 16. *guithlaun* (gl. duelli; i. e. irae plenus) Cb. 51. *bodlaun* (nummorum plenus) Cb. 35. *laur*, *llawr* (solum; hib. gael. *lár*, fundus, solum) gl. Ox. 8ᵃ. Mab. 1, 2. 14. 24. *maur*, *mawr* (magnus, hib. *már*) Cb. 18. 90. Ox. 22ᵇ. L. Land. Mab. fq.

gurmaur (permagnus) carm. Cb. *coscorvaur* (gl. magne familie) Cott. *claur*, *clawr* (tabula; hib. gael. *clár*) Cb. 78. Leg. 1, 2, 3. Mab. 1, 292. *kaus*, *caus*, *caws* (caseus) Leg. 1, 36, 12. 2, 1, 5. Mab. 2, 373. *pawp* (quivis; hib. *cách*) gl. Ox. 39ᵇ. *brawt* (frater; hib. vet. *bráthir*) Mab. 1, 37. *braut* (iudicium; hib. *bráth*) Leg. praef. Corm. (vv. *brath*, *mo debroth*). *gnawt* (forma, habitus; hib. *gnáth*, mos, consuetudo) Mab. 1, 28. 29. *dauu*, *daw* (gener) gl. Ox. 38ᵃ. Mab. 2, 219. *blawt* (farina) Mab. 3, 96. *is amraud* (gl. mens est; hib. *imrád-*) Cb. 78. *claud* (fossa) Land. Frequentes sunt derivationes *-aul*, *-aun*, *-aur*, *-aut*, ortae ex *-âl* etc., ac potissimum *-auc*, *-awc* e vetusta *-ác* (cf. p. 15): *anbithaul* (gl. fervida) Cb. 61. *budicaul* (victor) gl. Ox. 39ᵇ. *creaticaul* (gl. genialis) Ox. 38ᵇ. *cristawn* (Christianus) Mab. 1, 262. 266. *calaur*, *kallaur* (m. lat. caldaria) carm. Cb. Leg. 2, 1, 4. *hestaur* (sextarius) gl. Ox. 22ᵇ. *scipaur*, *escubaur* (horreum) Cb. 14. Leg. 1, 10, 4. 12, 4. *porthaur*, *porthawr* (portarius) Leg. 1, 31, 5. 36, 1. Mab. 1, 1. 2, 6. *bracaut*, *brachaut* (gl. mulsum, gl. mellicatum) Ox. B. 42ᵃ. 44ᵃ. *tauaut* (lingua) Leg. 1, 11, 18. *trintaut* (trinitas), *caraut* (amor), *araut* (oratio; hib. vet. *oráit*) Cb. *plumauc* (gl. pulvinare; med. lat. plumacus, plumacium) Ox. B. 44ᵃ. *marchauc*, *marchawc* (eques) gl. Ox. 41ᵃ. Mab. fq. *latharauc* (gl. barathri coeno; hib. *lothrach* Gl. 28. v. *andomuin*, hod. *latharach*, palus) Cb. 81. *trucarauc* (gl. mitia; cf. hib. vet. *trócaire*, misericordia) Cb. 42. *caiauc* (libellus) gl. Ox. 39ᵃ. *hebauc* (accipiter) Leg. 1, 10, 7. *echitrauc* (leg. *escithrauc*, dentatus) Cott. *Cair Ebrauc* (Eborâcum), *Cair Caratauc* (oppidum Carataci) Nenn. p. 80.

Accedentibus autem sive flexionis sive derivationis terminationibus *au* etsi servatur in *ringuedaulion* (gl. arcana) Ox. 38ᵇ, regulariter tamen contrahitur in Ô: *o cloriou* (gl. tabellis, sing. *claur*) Ox. 38ᵃ. *modreped* (gl. materterae) Ox. B. 43ᵇ. *dlonaid* (gl. fertilitas) 46ᵇ. *bloteit* (gl. spumaticum) 42ᵃ. *polyon* (sing. *pawl*, palus, Mab. 2, 248) Mab. 2, 64. *y uorwyn glutuoraf* (puella famosissima; *clotmaur*) 2, 28. *lloneit* (plenitudo) 1, 27. *bodi* (mergere, mergi; cf. hib. vet. *bádud* naufragium, Wb.) 2, 246. *hestoriou* (sextarii; sg. *hestaur*) gl. Ox. 22ᵇ. *ebolyon* (pulli; *ebawl*) Mab. 3, 30. *aylodeu* (connexiones; sing. *aylaut*), *guyrodeu* (liquores; *guyraut*) Leg. 1, 5, 5. 9, 19. *hebogyt* (falconarius), *hebogeu* (accipitres) Leg. 1, 10, 1. 8. *marchogyon* (equites; *marchawc*) Mab. fq.

Sic quidem regulariter. Invenitur tamen *o* cambrica, etiamsi non secuntur terminationes, cum in radice, ut in adi. *mor* in libro Land. in frequentibus virorum nominibus compos. *Morleu*, *Morcant*, *Conmor*, *Catmor* etc. (vet. gall. *-marus*, p. 16), a quo vix differat interiectio *mor*, iam in gl. Ox.: *morliaus*, *mortru* (gl. quam multos, gl. eheu; i. e. magna multitudo, valde miser) 39ᵃ, in pronom. *paup* et *pop* (quivis) Leg. praef., in composito *dacrlon* (gl. uvidus) Ox. 8ᵃ, tum in derivatione: *montol* (gl. trutina) Ox. 7ᵇ; pro *-auc* non solum *-oc*, sed etiam *-uc* in nominibus libri Land.: *Matauc* 73, *Matoc* (cf. *inis maddoc*, insula Matauci, Matoci, in Sg., supra p. 70) 194, *Matuc* 136, *Guinoc* 135, *Guenoc* 177, *Guinuc* 195, *Guallauc* 254, *Gualluc* 198; atque in glossis Lux. vetustis semper non modo *atonocion* (gl. aligeris). *beuolion* (gl. esciferis). *couuantolion* (gl. andrivenereis). *toruisiolion* (gl. fidis). *tiroliou* (gl. agrica), sed etiam in extrema voce: *euonoc* (gl. spumaticus), *diprim euonoc* (gl. essum afroniosus). *golbinoc* (gl. rostratam). *catol* (gl. avelloso). *ascrunol* (gl. ossilem). *cobrouol* (gl. verbialia).

Cornica dialectus etiam maiorem sonorum varietatem exhibet pro pristina

á. Leguntur enim cum *au* in Voc. *bregaud* (hydromellum, mulsum) 10ª, *lau* iuxta *lof* (manus), *braud* iuxta *broder* (frater) 7ª, *caus* iuxta *cos* (caseus), *maur* (magnus) cum suprascripta *o* i. e. *mor* 10ª, sed plerumque *o* pro *au* invaluit, ut in his: *dioc* (piger) 8ª. *scod* (umbra; hib. *scáth*) 8ᵇ. *blot* (farina) 10ª. *lor* (pavimentum, solum) 9ᵇ. *dof* (gener) 7ᵇ. *snod* (vitta; hib. vet. *snáthe*) 8ª. *noden* (filum) 9ᵇ. *troster* (trabes; cambr. *trostyr*, *trawst*) 10ª. *caltor* (cacabus; cambr. vet. *calaur*) 10ª. *ebol* (pullus) 8ᵇ. *diot* (potus; cambr. *diawt*) 7ᵇ. 10ª. *gur priot* (gl. sponsus; cambr. *priawt*) 7ᵇ. *tauot* (lingua; cambr. *tafawt*) 7ª; inprimis in derivatis in *-auc*: *plufoc* (pulvinar) 9ᵇ. *chuillioc* (augur), *cuillioges* (pythonissa) 8ª. *goukoc* (mendax) 8ᵇ. *teithioc* (vernaculus) 7ᵇ. *vuludoc* (dives), *bochodoc* (inops) 8ª. *chefuidoc* (omnipotens) 7ª. *galluidoc* (potens) 7ᵇ. etc. Rariora sunt exempla *é* pro *á* prolatae in eodem Voc.: *funten* (gl. fons; i. e. fontâna) 9ᵇ. *soler* (gl. solarium), *peber* (pistor; cf. aremorica subst. in *-er*) 10ª. Sed haec *é* pro *á* in regulam fere abit in P. et Dr., sive sola sive additis vocalibus *u*, *y*.

E cornica = *á* e P. et Dr.: *ler* (solum) 211, 1. *leff*, *lef*, *le* (manus) 136, 4. 149, 1. 156, 2. 178, 3. 179, 2; 178, 1; 48, 4. 130, 4. 131, 1. 157, 1. 158, 2. 217, 3. 219, 2. *peb* (quivis) 33, 3. 77, 1. *bres* (iudicium; cambr. *brawt*, hib. vet. *bráth*) 32, 2. 98, 2. *fynten* (fontâna) 224, 2. 4. *er* (hora, cambr. *awr* Mab. 2, 36. 55) 23, 1. 37, 3. 87, 3. 102, 3. 170, 1. 4. 175, 3. 200, 2. 201, 2. 206, 2. 252, 4. 259, 1. 3. *ebel* (pullus) D. 177. 193. 201. 219. 321. *lyes* (multitudo) D. 1168. Deriv. *-ek* = *ác*: *marrek*, *marreg* (miles; = cambr. *marchawc*) P. 241, 4. 242, 1. 244, 1. 245, 1; 190, 2. — EU, EY = *á*: *leun* (plenus) 3, 3. 25, 3. 30, 1. 75, 4. 186, 3. 228, 2. *levn* 1, 1. *leur* (solum) 8, 4. *levff* (manus) 180, 1. 181, 1. 182, 1. *leyff* (id.) 46, 4. 159, 3. 219, 3. *cleyr* (clârus) 243, 3. 252, 2. *meyr* (magnus) 108, 4. *eyr* (hora) 108, 4.

Interdum tamen inveniuntur *a*, *o*, *u* pro *á* in Pass.: *leas* (multus; cambr. vet. *liaus*) 22, 2. 62, 4. 73, 3. 107, 4. 138, 3. 165, 3. 189, 4. 208, 4. *luas* (id.) 204, 3. 210, 3. *marrak* (miles) 246, 1, pl. *morogyon*, *marogyon* 250, 1. 251, 1. *morogeth* (equitare; cambr. *marchogaeth*) 28, 4. *mur* (magnus, multum) 29, 1. 85, 1. 88, 4. 156, 1. 164, 2. 168, 3. 176, 3. 177, 2. 220, 1. 254, 4. *pub tra*, *pub vr*, *pub tu* etc. (omnis res, omni hora, omnè latus) 24, 1. 54, 3. 163, 2. *vr* (hora) 12, 3. 54, 1. 3. 73, 2. 76, 1. 78, 4. 82, 1. 86, 3. 94, 1. 110, 4. 145, 1. 171, 1. 193, 3. 240, 4. *brusy* (iudicare) 113, 4. 117, 4. Scriptione *brues* (iudicium) 259, 2. *luef* (manus) D. 2743. 2755. *luen* (plenus) D. 234. *luer* (solum) D. 1515. — cf. *clockmuer* (campana) Voc. 9ᵇ — ut alibi nihil nisi productionem vocalis significari, qui usus in Cr. creberrimus est, patet e consonantia, quae est inter *luer* et *mur* (magnus).

Aremoricam quoque vestutiorem huius vocalis pronuntiationem *ô* fuisse patet e nominibus virorum aremoricis: *Chonomoris* (= Cunimarus) Greg. Tur. 4, 4. *Conmorin* Chart. Rhed. 1, 12. *Ermor*, *Hermorus* ibid. 1, 5. 6. *Morman* 1, 2. 7. 37. *Morwethen* 1, 5. *Mormoet* ibid. M. 296, in quibus potius adi. *môr* = *maur* quam subst. *mor* (mare) statuendum esse probant terminationes *-or* etc., *-oc*, interdum *-uc*, pro *-aur*, *-auc*: *Kenetlor* (e *kenetel*, genus) Chart. Rhed. 1, 5. *Warochus* Greg. Turon., *Weroc* in Chart. Rhed. fq. *Kenmarhoc*, *Breselmarhoc*, *Hedremarhoc* ibid. M. 307. 328. 339. *Hedremarchuc* ibid. 1, 2. *Kenmarchuc* Chart. Kemperleg. M. 367. *Karaduc* (= cambr. vet. *Caratauc*, gall. vet. Cara-

tacus Inscr.) M. 432; ut hodie quoque Veneti cum parte Cornugallorum efferunt *-our* derivantem, ceteri *-eur* vel *-er* pro dialecti varietate.

Recentior autem lingua aremorica pro *â* non modo EU (*oe* pronuntiandum, cf. supra *eu* e correpta *o*, p. 91) exhibet, sed etiam frequentius E.

EU aremorica = *â* e Buh.: *leun* (plenus; cambr. *llawn*) fq. *meur* (magnus) in adv. *meurbet* (valde; i. e. magna res) 16, 15. 54, 21. *peuch* (pax, pâcis) 66. 11. 80, 5. *ma breuder* (fratres mei!) 202, 9. *feunteun* (fontâna) 100, 15. 102, 2. 104, 14. 106, 27. Sic apud Quill. *deuff* (gener).

E aremorica = *â* e Buh.: *quer* (cârus) 14, 5. *scler* (clârus) fq. *pep* (quivis; = cambr. *paup*) fq. *dieguy* (pigritia) 72, 1. In derivationibus: *santel* (sanctus; = *-aul?*) fq. *christen* (Christianus; cambr. *cristawn*) 132, 22. *cristenez* (Christianitas) 182, 10. *feunten* (fontâna), plur. *feuntenyou* 190, 20; 23. 192, 3. *sarmoner* (sermonarius, orator) 48, 9. 54, 15. *flatrer* (adulator) 68, 5. *soliter* (solitarius) 28, 12. *priet* (sponsus; cambr. *priawt*, *priodas*) 126, 8. 13. *pechet* (peccatum; cambr. *pechawt*) fq. *baelec* (presbyter; cambr. *balawg*) 176, 5. *lealtet* (legalitas) 68, 10. *trindet* (trinitas) 72, 13. 98, 3. *vueldet* (humilitas; cambr. *-dawt*) 84, 14.

Est etiam infectio cambrica huius vocalis, scripta EW: *llewni* (implere; *llawn*, plenus) Mab. 1, 16. Quin cornica et aremorica pronuntiatio omnis infectione nimis extensa orta videtur, cum vox *diner* (denarius; *er* = *ari*, ut in vocibus modo dictis) Buh. 162, 2. *dyner* D. 536. 1514. 1538. *dynar* (cf. p. 87) P. 36, 1, scripta sit *dinair* (gl. numus) in Voc. 10ᵃ, *dinaer* in chart. Rhed. in n. pr. viri *Dinaeron* 1, 4. *Dinaerou* 1, 17. Cf. *madaelez* (bonitas) Buh. 86, 14.

Ê producta vix servata est britannice. Cambrica enim pauca, quae sola eius servatae (vel correptae) exempla putaveris, haec potius aut ad *ei* videntur referenda esse, ut *llech*, *hedwch*, de quibus infra disseretur, aut ad *êj*, ut *Cunueon* (nom. viri, quod aremorice semper est *Conwoion*) L. Land. 142. *Conueon* 133. 146, ut *gwoare* (ludus) Mab. 2, 63. 246, quod redit in nominibus virorum compositis *Conguare* Land. 133. 174. 176. *Gurguare* 155. 156. *Catguare* 140. Sed in his ipsis saepius invenitur *guarui*: *Conguarui* 115. 180. *Gurguarui* 154. *Guruarui* 157. *Elguarui* 181, ut *guaroi* in nomine castri *Dinguoaroy* ap. Nennium p. 73; *guarai* (gl. scena) et *guaroimaou*, *guaroiou* (gl. theatra) in gl. Ox. 38ᵃ. 38ᵇ. Item in terminatione aliorum nominum: *Guordoce* 155. *Oudoceus* 109. *Loudoce* 142 (cum in aliis sit *-docui*: *Guordocui* 72. 115. 156. *Gurdocui* 74. 160. *Oudocui* 148). *Lourone* 169 (*Louronui* 175). — Addenda tamen sunt rara exempla cornica *e* (vel *a*) scriptae in isdem vocabulis, quae alias legitime mutantur, ut *profes* (propheta) D. 562. *moren* (puella) O. 2649. *moran* (cf. p. 87) R. 1044, ac conferenda arem. hod. *morzed* (coxa), *kolen* (catulus).

Regulariter *ê* cambrice fit OI, UI, WY: *troi*, *trui*, *trwy* (per, praep., hib. *tre*, *tri*, vocali ut alias correpta) fq. *pui* (gl. quid? hib. *cia*) Ox. 41ᵃ. *loinou* (gl. frutices; cambr. hod. *llwyn*, fruticetum, gael. *lian*, pratum) Ox. 37ᵇ. *awyr* (aer: hib. vet. *aér*, *áiar* Wb.) Mab. 1, 7. 13. *cruitr* (gl. pala; hib. *criathar* p. 18) Cb. 14. *buyt*, *bwyt* (cibus) Leg. 1, 39, 2. Mab. fq. *moruyn*, *morwyn* (puella) Leg. 2, 1, 9. 27. 38. Mab. fq. *argluyt*, *arglwyd* (dominus) Leg. 2, 1, 13. 34. Mab. fq. *morduyt*, *mordwyt* (femur) Leg. 2, 1, 23. Mab. 1, 267. *bluydyn*, *blwydyn* (annus; hib. vet. *bliadain*) Leg. Mab. fq. *luit*, *llwyt* (fuscus; hib. *liath*) L. Land. Mab.

cluit (crates: *dor cluit*, porta viminea; hib. *cliath*, p. 18) Land. 148. *ysgwyd* (scutum; hib. *sciath*) Mab. 2, 211. *ysgwyd* (umerus; hod. *ysgwydd*) 1, 15. 2, 57. *pwyll* (intellectus; hib. *ciall*) in deriv. et comp. Mab. fq. *twym* (calidus) 1, 17. 2, 210. *colwyn* (catulus; hib. *culian .i. cuilén* Corm.) 1, 293 sq. Item in transumptis: *fruinn, fruyn, ffrwyn* (frenum; hib. *srian*) gl. Ox. B. 43ᵃ. Leg. 1, 5, 5. Mab. 1, 10. 26. *kwyr, kwyr* (cera) Leg. 1, 17, 7. Mab. 1, 16. *cannuill, kanwyl, kannwyll* (candela) gl. Ox. B. 44ᵇ. Leg. 1, 22, 4. Mab. 2, 47. *kanuyllyt* (candelarius) Leg. 1, 1, 1. *a ceroenhou* (gl. et dolia; cf. caroenum, caroenaria) Cb. 78, *keruyn, cerwyn* Leg. 1, 17, 5. 6. Mab. 3, 302. *postoloin* (= postilena, med. lat. tegmen equi) gl. Ox. B. 43ᵃ. *cadwyn* (catena) Mab. 1, 8. *ecoluis, eglwys* (ecclesia) Land. 231. Mab. 1, 267. *tuscois* (tuscus; lat. *-ensis*, ital. *-ese*) gl. Ox. 38ᵇ.

Cornica scriptio UI usitata in Voc.: *plui* (= plebs) 7ᵃ. *ruif* (rêmus; cambr. hod. *rhwyf*), *ruifadur* (remex, nauta) 7ᵇ. *muis* (mensa) 10ᵃ. *scuid* (scapula) 7ᵃ. *scuidlien* (superhumerale) 9ᵇ. *ruid* (rête) 7ᵇ. *les luit* (gl. marrubium; cambr. *llwyt*) 9ᵃ. *buit* (esca), *cluit* (gl. clita; i. e. clêta, p. 18) 10ᵃ. *cluit duiuron* (gl. pectus), *profuit* (propheta) 7ᵃ. *cantuil* (candela), sed *cantulbren* (candelabrum) 9ᵇ. Rarior OI: *encois* (thus, = incensum), *incoislester* (thuribulum), *coir* (cêra) 9ᵇ. *croider* (cribrum), *ceroin* (cupa), *toim* (calidam) 10ᵃ. *coloin* (catulus) 9ᵃ. *mordoit* (femur l. coxa), *cloireg* (clêricus) 7ᵃ. *moroin* (puella) 7ᵇ. *guenoinreiat* (veneficus) 8ᵃ, vel sola O vel U: *eglos* (ecclesia) 9ᵇ. *gurbulloc* (insanus; cf. cambr. *pwyll*) 8ᵃ. In P. et Dr. etsi invenitur OY: *poys* (gravis, ponderosus; cambr. *pwys*) P. 10, 2. 237, 2. *boys* (cibus; cambr. *bwyt*) 10, 4. 42, 1. 122, 1. D. 720, plerumque tamen excussa *i* scriptum est O vel U: *morvoron* (puella maris, Siren) D. 1742. *ydolla* (eum decipere; cambr. *twyll*) P. 13, 1. *morȝosow* (femora) P. 229, 4. *bos* (cibus) D. 458. 618. 623. 639. 651. 672. 695. 701. 745. O. 366. 378. *tommans* (calefaciat)!, *tommys* (calefactus; cf. *toim*) D. 833. 839. *ros* (rete) D. 54. *coȝe* (cadere; cambr. hod. *cwyddaw*) P. 170, 1. 184, 3. *y coȝas* (cecidit) 220, 2. *scoth* (umerus) 162, 3. 205, 3. *eglos* (ecclesia) 13, 4. D. 333, pl. *eglusyow* D. 1175. *arluth* (dominus; in Voc. *arluit*, fem. *arludes* 7ᵇ, cambr. hod. *arglwydd*) fq. *arloth* O. 2595, pl. *arlythy* O. 2383. D. 1900, fem. *arluthes* R. 1701, *arlothes* D. 1965. *profus* (propheta) O. 1799. D. 325. 489. 988, pl. *profusy* P. 73, 3, *profugy* D. 1480. Quare in illis libris scriptione *oy* nihil nisi productam vocalem *ô* signari arbitramur (cf. pp. 81. 95). Vix differt, quod interdum invenitur, OU (*ou, ow*): *lous* (canus) D. 19. *bous* (cibus) D. 688. *scouth* (umerus) D. 658. 2623; item in terminatione formarum *caradow* (amandus, amabilis; cambr. *caradwy*) P. 45, 4. 159, 3. 193, 3. 218, 3, *casadow* (abominandus) 159, 1. 170, 4.

Aremorica vetustior huius vocalis solutio est OI, OE, rarius UI, ut in nominibus propriis chartularii Rhedonensis: *Ploilan*, in charta a. 862 (= *plebs Laan, Lan* in aliis chartis 1, 50. 51) 1, 23. villa quae nuncupatur *Loencetenoc* (a. 871) 1, 44. exclusa quae dicitur *Corctloen Cras* (a. 847; cambr. *loin, llwyn*) 1, 47. *Moeni, Haelmoini* (nn. pr. virorum; cf. cambr. *kymmwynas*, benevolentia, Mab. 2, 12 et adi. *mwyn*, urbanus, benevolus 1, 243) 2, 30. 1, 29. *Hoiarscoit, Hoiarnscoet* (n. pr. viri, i. e. scutum ferreum; hib. vet. *sciath* Sg., cambr. hod. *ysgwyd*, scutum) 1, 35. 45. Mor. 296. *Harscuit* Mor. 406. *Harscuet* in chartular. Kemperl. Mor. 456, quod nomen in aliis et recentioribus chartis etiam magis corruptum invenitur: *Arscot, Arscodius* Mor. 351. 470. *Hascodius, Ascutus, Ascu-*

tius Mor. 381. 457. 471. Item in terminationibus *-oi*, *-oe* (cambr. *-oi*, *-ui* alternans cum *e*), *-inoi*, *-inoe*, *-itoe* (cf. cambr. hodiern. *caradwy*, amandus) in frequentibus nominibus virorum: *Suloe*, *Erispoe*, *Riskipoe*, *Nominoe*, *Benitoe*, *Portitoe* in chart. Rhedon.

In recentiore lingua aremorica et OE, interdum OUE (leg. *ue*), et OA scribuntur.

OE (OUE) aremorica = *ê* in Buh.: *ploe* (= plêb; plebs, vicus) 158, 12. 198, 1, pl. *ploueou* 54, 17. 108, 11. *ploeys* (plebani, homines in vicis habitantes) 144, 9. *nep am croueas* (qui me creavit) 106, 17. *coezet* (qui cecidit) 4, 16. 168, 6. 10. 174, 4. 8. *roedou* (retia; sing. *roed* = rête) 32, 14.

OA arem. = *ê* in Buh.: *poan*, pl. *poanyou* (poena; hib. *pian*) 20, 12. 7. *coar* (cambr. *kwyr* = cêra) 96, 16. *boas* (consuetudo; hib. vet. *bés*?) 120, 3. 124, 6. 142, 19. *cloarec* (clericus) 112, 13. 118, 2. *scoacc* (umerus) 172, 10. *bloaz* (annus; cf. hib. vet. *bliadan*, cambr. *blwyddyn*) 2, 10. 4, 20. *bloazuez* (anni spatium) 204, 21.

Î producta britannica solet manere intacta.

Cambrica: *guin* (vinum; hib. vet. *fín*) gl. Ox. *hir* (longus; hib. vet. *sír*, hib. gael. *sior*) gl. Ox. Mab. *tir* (terra; hib. vet. *tír*, *tiir*) Leg. fq. et hodie. *ri* (vet. gall. *rîx*, hib. *rí*, p. 20) in nominibus virorum compositis in priore loco et in posteriore in L. Land.: *Riataf* 176. *Riuallaun*, *Riguallaun* 138 etc. (cf. hib. *Rigbardan* Ann. Tigern. ap. O'Conor. 2, 308). *Bledri* 236. *Rotri* 182. 196. 199. *Clotri* 169. *Judri* in cod. Lichf. *bri* (cambr. hod. *bri* auctoritas; hib. vet. *brig*) in adi. *guobri* (gl. gravis), comp. *guobriach* (gl. sapientior) gl. Ox. 40ᵃ. 37ᵇ, et simplex et compositum in nominibus virorum in L. Land. *Brii* 190. *Briavail*, *Briauail* 135; 137. 140. *Briguan* 209. *Ilbri* 194. In nomine vetusto cambrico *Eltguhebrie*, in cod. Lichf., in app. L. Land. p. 273, equidem inesse credo idem adiectivum, legendo nimirum *Eltguebrie*, *Eltguobri*. Scriptio et pronuntiatio recentior productae *i* est *i*, ut correptae *y*. Ergo hodiernum quoque adi. *brith* (variegatus) concordat cum vet. Brîto (Auson. epigr. 109—114). De hoc tamen et de *rí* (rex) conferas, quae infra disserentur de diphthongo EI.

Cornica *î* e Voc.: *guinbren* (vitis) 9ᵇ. *guin* (vinum), *guin fellet* (gl. acetum) 10ᵃ. *guir* (verus), *guirion* (verax; hib. vet. *fír*, *fírian*) 8ᵃ. *hir* (longus) 10ᵃ. *tir* (terra) 7ᵃ. *scriuit*, *scriuen* (scriptum) 8ᵃ. Pro *î* in extremitate vocum semper, in mediis promiscue scriptum invenitur *y* in P. et Dr.: *gwyn* (vinum) P. 45, 1. *gwyr* (verus) 50, 4. 100, 4, ut *scrifys* (scriptus) 14, 2. 21, 1. 22, 2. 73, 2. 183, 1. 186, 4. 206, 2. *scrifis* 125, 2, sed *scryfys* 17, 1. *scryfis* 209, 1; quin etiam anglico more *e*: *screfys* (scripsi) 188, 4. In P. semper *me* (ego), in Dr. *my* et *me*.

Aremorica exempla: *ri* et *bri* voces supra memoratae in nominibus compositis vel derivatis virorum in chart. Rhed.: *Rianau* 1, 15. *Riowen* 1, 6. Mor. 268. *Riwalt* 1, 5. 6. 30. *Riwallon* 1, 36. *Riwalatrus*, *Riwalart* 1, 14. 2, 15. *Riworet* 1, 29 etc. *Brient* 2, 16. Mor. 293. *Wobrian* 1, 38. *Driwobri* 1, 7. 9. 2, 14. *Drewobri*, *Drehwobri* 2, 15. 30. 1, 38. *Haelwobri* 1, 9. *Maenwobri* 2, 15. *Catwobri* 1, 9. 2, 31. *Breselwobri* 2, 31. *Rethwobri* Mor. 265. 266. Etiam in Buh. *i* usitata est, rarior *y*: *lin* (linum) 168, 18. *hir* (longus) 12, 23. 154, 17. *guir* (verus) fq. *tir* (terra) 6, 25. 114, 5. *ysel* (demissus; hib. vet. *ísil*) 4, 24. 100, 8. 206, 17.

Inveniuntur quidem alternantes *î* et *ê*, non solum in vocibus britannicis et hibernicis, sed etiam in isdem britannicis. Pro *î* (et *i*) britannica *ê* hibernica: cambr. *diu* (deus; pro quo in compluribus locis, ut *tyr* pro *tir*, est *dyuu*, *dyu*, *dyhu*) in Leg., *dioer* (scit deus) 2, 6, 2. Mab. 1, 2. 18, e quo prodiit *duhu*, *duo* Leg. 1, 14, 5. 2, 6, 2, *duw* Mab. semper, est hib. *dia*, *dé* (= *dêv*; cf. p. 20) eodem modo, quo cambr. *diu* (dies) Leg. 2, 6, 40, *duw* (cf. *buw*, vivus, M. 1, 22) Mab. 1, 4. 287 est hib. vet. *dia* (dies), unde *fridé* (interdiu). Pro *ê* (et *e*) britannica *î* hibernica: cambr. hod. *hedd* (pax; cf. *hedwch*, pax, Mab. 3, 305) respondet hib. vet. *síd*; adi. corn. *muin*, arem. *moan* (tenuis, exilis) hib. gael. *mín*. In britannicis ipsis alternatio: *bruit* (gl. varius; = brêt) Voc. 8ᵇ, sed cambr. hod. *brith*; *duy* (deus) Voc. 7ᵃ, arem. *doe* Buh. fq., e quo adi. *duyuaul* (divinus; = dêvâl) Leg. 1, 14, 5, pro *diu*; *ruy* (rex) Voc. 7ᵃ, cui respondent arem. vet. *roiant* (= rêgant; cf. hod. arem. *ruantelez*, regnum) et *roen* in nominibus virorum compositis, *roen* (rex) Buh. fq., sed cambr. *ri*; arem. *paradoes* Buh. 16, 4. 64, 1. 146, 13, sed *paradis* 160, 12; cambr. hod. *olwyn*, vet. *olin* (gl. rota) Ox. 37ᵇ. *blithen* (annus; cf. arem. *bloaz*, plur. *blizien* Buh. 4, 5) Voc. 8ᵇ est cambr. *blwyddyn* (= blêd.); arem. terminatio *-is*, *-ys* in Buh.: *bedis* (mundani, habitantes mundi; e *bet*) 160, 11. 192, 21. *ploeys* (plebani, homines in vico habitantes) 144, 9, respondet cambr. vet. *-ois*, hod. *-wys*, ut in *tuscois* (gl. Tuscus) Ox. 38ᵇ. *Lloegrwys* (Loegriae habitatores, Loegrenses).

Pleraque tamen huius alternationis exempla, ad quam accedunt in quibusdam *ei* et *ai*, ut cambr. *Cair Lundein* (Londinium) Nenn. p. 80. *breith*, hod. *braith* (varius), supra (pp. 20. 32) memoravimus ad EI diphthongum referenda esse. Conferantur igitur, quae de illa disserentur (p. 104).

Ô productae britannicae servatae vix unum vel alterum exemplum extat, et quae huc pertinere videntur, cambr. *o* (praep., a, ab, hib. *ó*, *ua*) fq. corn. *impoc* (osculum), *poccuil* (basium; hib. vet. *bóc*, gl. osculum, Sg., hod. *póg*) Voc. 7ᵇ, forsitan ad contractam *au* diphthongum referenda sint. Cf. hib. *au* (p. 33).

Profertur enim Û pro *ô*, tam cambrice quam cornice et aremorice.

Cambrica exempla: *uch* (supra), *uchel* (altus; hib. vet. *uas*, *uasal*) fq. *tru* (miser; hib. vet. *tróg*) gl. Ox. *bud* (gl. bradium; hib. vet. *bóid*, gl. bradium [sic], destinatum persequor, Wb. 24ᵃ, alias *buaid*, cf. p. 23) gl. Lxb. = *bud* (victoria, fortuna) Mab. 2, 216, quod inest in nom. pr. virorum comp. et deriv. in Lib. Land.: *Budgualan* 156. *Gurbud* 153. *Catuud* (= *Catbud*) 191. *Budat* 209. *Budic* (sed *Bodicus* cum *o* servato ap. Greg. Tur. 5, 16) 123, unde adi. *budicaul* (gl. victor) Ox. 39ᵇ, *budugawl* (victoriosus, felix) Mab. 2, 213. *tut* (populus; hib. vet. *tuath*) ipsum quoque frequens in nn. pr. compositis et derivatis, ut in cod. Lichf.: *tutri*, *tutbulc* (in L. Land. *Tutbulch* 231. 253) App. L. Land. p. 271. *tutnred* (= *tutnerd*; *Tutnerth* L. Land. fq.) p. 273; ut in ipso L. Land.: *Tutmab* 191. 218. *Tutmar* 217. *Eutut* 264. *Margetud* 118. 259. *Tutuc* 120. Hodierna huius vocalis scriptio eadem est quae vetusta, differtque haec *u* recentior impure pronuntiata propior *i* vocali ab *w*, quae prodiit ex *u* correpta atque sonum purum *u* significat.

Cornica e Voc.: *luulistri* (gl. classis; i. e. naves agminis, cambr. *llu*, hib. vet. *sluag*) 7ᵇ. *grud* (maxilla; hib. vet. *gruad* Sg.) 7ᵃ. *huchot* (sursum; = *uchot*) 8ᵇ.

E P.: *lu* (agmen) 163, 3. *tru* (miser) 246, 2. *tus* (populus; = *tut*), *ugh*, *ughell* (supra, altus; = *uch*) fq.

Aremorica: *bud* (victoria) et *tu:* (populus) item in nom. virorum chart. Rhed.: *Budworet* 1, 14. 25. 27. 2, 28. *Budhoiarn* Mor. 297. *Catbud* Mor. 302. *Budic* Mor. 332. 333. *Wrbudic* 1, 21. *Loiesbudic* Mor. 328. *Anbudiat* 2, 21. *Tutwal* 1, 5. *Tutwallon* Mor. 275. *Tutworet* Mor. 273. 293. E Buh.: *tru* (miser) 72, 10. 90, 6. *truez* (miseria) 182, 14. *trugarez* (misericordia; hib. vet. *trócaire*) 106, 2. 194, 5. *tut* (populus), *vhel* (altus) fq.

Num huius vocalis infectio insit in subst *teilyngdawt* (dignitas) Mab. 3, 298, ex adi. *teilwng* (dignus), ut conferendum sit hib. vet. *tualang* (aptus), in medio relinquimus.

Û producta originaria ipsa quoque britannice in alium sonum transiit. in Î.

Cambrica exempla: *rin* (mysterium; hib. vet. *rún*, *ruun*) in adi. compos. *ringuedaulion* (gl. arcana) Ox. 38[b], deriv. e subst. *rhinwed* (mysterium, virtus. arcana) Mab. fq. *din* (castellum, oppidum, hib. vet. *dún*, gall. *-dunum* p. 24) in nominibus locorum praecedens more cambrico: *castellum Dinducill id est Cair Duicil* L. Land. 216. *Din Birrion* 201. *portum vocatum Dingerein* (*Gerennii regis*) 108. *Dintywi* (locus ad Tobium Cambriae fluvium) Mab. 2, 244. 245, unde derivat. *dinas* (oppidum) Mab. 1, 16., quae voces hodie quoque scribuntur *din*, *dinas*. *glin* (genu; hib. vet. *glún*) Mab. 2, 19. 51. 380. *ir* (viridis, recens; hib. *úr* Corm.) Mab. 1, 274. 2, 210. Ut primitiva *î* sic etiam haec vocalis producta in hodierna lingua servata est *i*, cum *i* correptae locum obtineat *y*.

Cornica: *chil* (gl. cervix; = *cil*, hib. vet. *cúl*, tergum), *penclin* (gl. genu; *pen glin*?) Voc. Ut pro *î* primitiva *y*, quacum alternat *ey*, invenitur in P.: *dewlyn* (genua) P. 58, 1. 196, 1. *dowlyn* 137, 1. 171, 3. 220, 2. *dewleyn* 54, 4. *war ben gleyn* (super genua) 56, 2. *kyl* (tergum) O. 1781.

Aremoricum exemplum e Buh.: *glin* (genu) 96, 12. 98, 2. 180, 5.

Sed interdum transumpta per *û* scribuntur, ut cambrica *funiou* (gl. vittae; funes) Ox. 37[a]. *dur* (gl. dira) Ox. 41[b]. *strutur*, *strotur* (stratura) Ox. B. 42[a]. 43[a]. *munutolau* (gl. fornilium; minuta ligna) Ox. B. 44[b]. *mur* (murus) Cb. 1. Mab. 1, 36. *mul* (mulus) Mab. 1, 282. *mut* (mutus) 1, 268. *pur* (pure) fq. in compositis ut *purgoch* (mere ruber) 1, 10. 290, ad quae addendum videtur *prud* (hod. *prudd*, prudens), comp. *prudach* 3, 204; cornicum *pur* in compositis ut *purwyr* (verissimus) P. 68, 1. 91, 2. *purdek* (pulcherrimus) 66, 1. 232, 2, superl. *purre* 90, 4; aremorica plurima, in quibus pronuntiatio gallica hodierna statuenda est, ut *prudant* 22, 14. *saludaff* (salutare) 36, 8. 18, 12. *vsaff* (usitare) 142, 23.

Diphthongi.

AI in britannicis dialectis easdem quas in hibernica lingua variationes subit, non modo alternans cum AE, sed etiam nutans in OI et OE.

Cambrica exempla: *hail* (largus) in nn. pr. virorum *Conhail*, *Judhail* L. Land. 137. 149. *haelaf* (largissimus) Mab. 1, 17. *main*, *maen* (lapis) Land. 137. 186. Leg. 1, 35, 9. 2, 1, 4. *o caitoir* (gl. pube) Ox. 41[b]. *blain*, *blaen* (principium, fons, cuspis) Land. Mab. fq. *blayn* Leg. 1, 7, 17. *mair* (gl. praepositus) Ox. B.

45ᵃ (bis), item in priv. eccl. Land. L. Land. p. 113, sed *maer* (maior domus, vilicus) Leg. 1, 9, 9. Mab. 2, 224. 239, *maer kernyw adyfneint* (praepositus, gubernator Cornubiae et Domnoniae) Mab. 2, 209. *di guairet* (deorsum) L. Land. fq. *y waeret* Mab. 2, 211. *guaeu*, *guayu*, *gwaew* (lancea; hod. *gwaew*) Leg. 1, 35, 11. 40, 3. Mab. 1, 8. 10. 259. *guayd*, *guaet*, *gwaet* (sanguis; hod. *gwaed*) Leg. 1, 18, 6. Mab. 1, 17.

In aliis *ai* (*ae*) in *oi* (*oe*) conversum est ut in nomine *oed brenhin Iwerdon* (Aed rex Hiberniae) Mab. 2, 209, item in *moel* (calvus, hib. *mael*) 2, 208, vix aliter in *oet* (aetas) Leg. Mab. fq. *i ois oisoud* (in saecula saeculorum) Cod. Lichf. (App. L. Land. p. 271), quae nunquam cambrice per *ui* scribuntur, sed etiamnunc proferuntur *moel*, *oed*, *oes* (cf. hib. *áis* p. 30). In *e* mutatum *ai* prodere videtur hod. *cedaur* (supra *caitoir*).

Cornice item *ai* vel *ae* scribitur in Voc.: *hail* (largus) 8ᵃ. *mair* (praepositus), *huheluair* (vicecomes) 7ᵇ. *maer buit* (dispensator) 8ᵃ. In eodem tamen cum *e* invenitur vox *gueret* (humus; cambr. *guairet*, *gwaeret*, solum) 7ᵃ. Quae *e* usitata est in P.: *gew* (hasta; = *gwaew*) 217, 3. 218, 3, *gyw* 219, 2. 221, 1. *men* (lapis; cambr. *maen*) 237, 1, *meyn* 244, 3. De *oi* in voce *gwoys*, *goys* (sanguis; cambr. *gwaet*) P. 10, 3. 45, 2. partim per *v* effecto conferas hanc spirantem. Sed etiam *oys* (aetas; cambr. *oet*) P. 10, 1. 135, 4. atque *huis* (saeculum; cambr. *ois*) Voc. 8ᵇ. *hochvuyu* (venabulum) 7ᵇ. *cuic* (luscus; hib. *caech*, cambr. hod. *coeg*) 8ᵃ.

Aremorica *ai* etsi extat in vetustis nominibus propriis, ut in chart. Rhed. *Hailgugar* 1, 2. *Mainworon* 1, 1, solet tamen converti in *ae*; cf. *Haeloc* 1, 5. *Haelin* 1, 8. 44. *Haelcar*, *Haelwobri*, *Haeldetwid*, *Detwidhael*, *Nodethael*, *Sulhael* etc. *Maenwili*, *Maenworon*, *Maenwobri*, *Maenworet* et alia fq. in chart. Rhed. Etiam in Buh. invenitur *ae*, sed saepius pro illa scribitur *e*: *hael*, *hel* (bonus, placidus, salvus) fq. *men* (lapis; cambr. *maen*) 42, 8. 96, 9; recentius *maen* Q., *men* Man., hod. *méan* Lgn.

Nihilominus etiam *oe* et *oi* exhibent chartularia aremorica in nominibus propriis, ut chart. Landev. *Loesuethen* (*laes*, lex, v. infra; cf. n. pr. *llaesgymyn*, *llaeskenym*, *llaesgeuyn* Mab. 2, 6. 201. 243) Mor. 379, chart. Kemperleg. *Loescant* Mor. 456. *Guerloesius*, *Gorloesius*, *Gurloesius* Mor. 366. 367. 368. Chartularium Rhedonense in his post diphthongum, quam scribit *oi*, inserit *e* plerumque, vel aliam vocalem: *Loiesic* 1, 52. *Loiesoc* 2, 14. 17. *Loiasou* 2, 19. *Loiesworet*, *Loiesreten* 2, 20. 28. *Loiesbudic* Mor. 228. *Loieiscar* (leg. *Loiascar?*) Mor. 329. *Gorloios* Mor. 515. Recentior lingua hanc ut omnem *oi* in *oa* mutavit: *móal* (calvus; hib. *mail*), *oad* (aetas) Lgn. Ob formam illam vetustiorem erit *Treb Moiaroc* (a. 834) in chart. Rhed. 1, 4 idem quod *vicus Mairoc*, *Macroc* (v. Maeroci; deriv. e voce supra allata *mair*, *maer*).*

De *ai* et *oi* ab *ei* repetendis videas infra (p. 104). In vocibus quibusdam diphthongus *ai*, *ae* orta est excussione consonarum. In cambricis: *mail*, *mael* (e *magil*, *mogl*) in nominibus compositis *Mailcun* (= Maglocunus Gild. epist.

* Si non eadem pronuntiandi formula, assimilatio certe ad vocem latinam *maior* statuenda est in Inscript. ap. Orell.: Maior Magiati fil. 1987, atque in notissima denominatione *maior domus*. Eadem vox formae cambricae etiam propior gall. hodiern. *maire*; sed angl. *mayor*, germ. *meier*, *mayer*.

p. 161) L. Land. 111. *Mailseru, Mailsercu* 208. 221. *Melguas* (i. e. Maelguas) 174. *Maelwys* Mab. 2, 205. *Arthmail* L. Land. 213. *Brocmail*, *Brochmail* .124. 149. 150. *Brochuail* 133. *Fernuail* 149. 167 (cf. Taximagulus Caes.);* *air*, *aer* (proelium) ex *agr* (cf. hib. *ár* p. 17) in nominibus virorum compositis L. Land. *Aircol* 111. 118. 206. *Aircon* 70. *Aerthirn* 142, ac iam in glossis vetustis *hair* (gl. clades) Ox. B. 45ª, pl. *airou* (gl. strages) Lxb. Item in transumptis *lais* (gl. diffusa; lat. *laxus*) Cb. 76. *amlais* (gl. demissa) Ox. 39ª. Nec aliter *mais*, *maes* (campus, = *mages*; cf. hib. *mag*) Land. 152. Mab. 1, 3. *saeth* (= sagitta) Mab. 1, 3. *sarhayt*, *saraet*, *sarhaet* (contumelia; hib. *sárugud*) Priv. eccl. Land. Leg. 1, 2, 1. 2. 3. 3, 1. Mab. 1, 2'0. 243. 244. 261. *maeth* (nutritio; verb. *magu*) Mab. 2, 372. 3, 33. 215. *cair*, *kaer* (castrum, oppidum; hib. vet. *cathir*) Land. Mab.

In cornicis: *maister* (magister) Voc. 8ª. *strail* (tapeta, = stragula) 10ª. *flair* (odor; cf. *fragrare*) 9ᵇ. *mamaid* (altrix; i. e. *mam maith*) 7ª. *caid* (servus, = captus, hib. *cacht*) 7ᵇ. *ail* (angelus) 7ª. Cum *e* pro *ai*, *ae* in P.: *mester* (magister) 60, 4. 89, 1. 111, 4. 122, 4. 215, 1. *mestry* (= magisterium; potentia) 17, 4. 57, 2. 144, 3. 194, 3. 197, 3. *mes* (campus) in formulis *ȝe ves*, *yn mes* (foras, i. e. in campum) fq. *el* (angulus) 13, 2. 58, 2. 122, 1. 3. vel *eyll* (i. e. *êl*) 254, 3. 255, 1. pl. *eleth* 18, 4.

In aremoricis vocibus: *mail*, *mael* in nominibus propriis chartularii Rhedonensis: *Maeloc* Mor. 307. *Mailon* Mor. 264. *Gurmahilon* (= *-mailon*) Mor. 339. *Wrmaelon* Mor. 307. *Maelcat* 1, 32. *Arthmael* 1, 5. 2. 23. *Cunmailus* (= Conomaglus Bolland. Mart. 1, 258) 1, 25. *Aerviu* chart. Rhed. 1, 11. *Haerveu* chart. Landev. Mor. 348. 467. In Buh.: *ael*, *el* (angelus) fq. *maes* (campus) fq. *mester* (= *maester*, magister) fq. *kaer* (oppidum) 182, 12. 188, 1. 19. 200, 11. *ker* 42, 1. 148, 11. 16. 25. Item in voce *laes* 150, 1. *lesen* (lex) 26, 20, plur. *laesennou* 150, 9 (cf. corn. *lahys*, P. 75, 1. 80, 1. atque hib. vet. *fetarlicce* p. 59; hib. gael. *lagh*); eadem scripta invenitur *leasen* 20, 13 per errorem, id quod probatur et syllabarum numero et consonantiae lege, quamquam conferri poterat nomen proprium quod supra memoravimus *Loiesic*, *Loiesoc* scriptum in chart. Rhed. *Liosic* 1, 52. 2, 24. *Liosac*, *Liosoc* 2, 23. 27. Non aliter frequens adi. arem. *kaer* (formosus, pulcher; *cadr* Q. ut cambr. vet. *cadr*, gl. decorus, Lxb.). Addimus recentiora: *caeth* (miser), *flair* (foetor), *maeth* (nutrimentum), *saeth* (sagitta) Quill. *saez* Man. Lgn. *méaz* (campus), *kéaz* (miser), *fléar*, *fler* (foetor), *ker*, *kéar* (oppidum) Lgn.

Infectae huius diphthongi invenitur scriptio EI: *Meilic* (n. pr. viri, *mael*) L. Land. 153. 154. 170. *Heilyn* (= *Haelin* chart. Rhed.) Mab. 2, 372. *mein*, *meini* (lapides; *maen*) Cb. 55. Mab. 1, 259. *meirri* (praepositi; *maer*) Leg. 2, 11, 25. *meithrin*, *meithryn* (nutritio) Mab. 2, 198. 3, 91. *cein* (= hib. vet. *cáin*, hod. *caoin*) in his: *ceinmicun* (adoramus) Cb. *ni ceinguodeimisauch* (gl. non bene

* Supponenda voci significatio *puer*, *juvenis*, *servus* (cf. got. *magus*, *magula*, filius, puer, et hib. vet. *mug* p. 14). Servatum est *mael* (miles gregarius) in poëmate aremorico ap. Villemarqué, Barzaz-Breiz, 4. edit. 1, 86: *penn-lu am mael* (dux agminis pro milite). Ita frequens subst. brit. *guas* (puer) in media latinitate est *vassus*, *vasallus*, i. e. ambactus, servus, et cornic. *floh* (gl. puer). plur. *flechet* (gl. liberi) Voc., *flough*, pl. *flehys*, *fleghys* P., est arem. *floch* (puer serviens; gall. hod. page). Differre videntur cambr. *Mailbrigit* Land. 230, arem. *Maeltiern* chart. Rhed. 1, 14 2, 28, utpote conferenda cum hibernicis quae supra (Praef. XII. not.) allata sunt: calvus Brigitae, calvus Domini.

passa) Ox. 39ᵃ. Cornica: *mab meidrin* (alumpnus) Voc. 7ᵃ. *meyn* (lapides) P. 11, 3. 209, 4. D. 62. Arem. hod. *mein* (lapides).

Cambrice interdum *ae* in *eu* transgreditur: *aeth* (ivit), *euthum* (ivi); *haer* (certus), *heurwyd* (certa scientia) Mab. 1, 289.

OI in vocibus britannicis maxime usitatis transgressa invenitur in Û.*

In cambricis: *culed* (gl. macies; hib. vet. *cóil*, gl. macer, Sg. 50ᵃ, cambr. hod. *cul*) Ox. 8ᵇ. *un* (unus; hib. vet. *óen*) fq. *tu* (latus; hib. vet. *tóib*) Mab. fq. *anutonou*, *anutonau* (gl. periuria; hib. vet. *oeth*, iusiurandum, Corm.) Ox. 45ᵇ. Cb. 21. — Discrepat tamen *lo* (vitulus; hib. *loeg*, gen. *lóig* Br. h. 52) gl. Ox. 38ᵃ.

In cornicis: *cul* (macer) Voc. *un* (unus) P. fq. *tu* (latus) P. 105, 3. 163, 2. 207, 3. *cuf* (pretiosus, carus; hib. *cóim*) D. 621. 641, *kuf* P. 256, 3, *kueff* (significata productione, p. 81) 101, 1. — Hic quoque *loch* (vitulus) Voc. 9ᵃ.

In aremoricis: *un* (unus) fq. *tu* (latus) Buh. 72, 10. *cuff*, *cuf* (carus, amicus) 8, 23. 192, 8. — Cambr. *lo*, corn. *loch* respondet hod. *lué*, *leué*. Praeterea *i* pro *u* in voce *intanvv* Man. *iñtañv* Lgn. (viduus), si conferendum est hib. vet. *óentaim*, *óintam* (gl. caelebs) Sg. 9ᵃ. 16ᵃ.

Invenitur sane ipsum OI, alternans cum OE, in compluribus vocibus cambricis, non solum in vetustiore lingua, sed etiam in hodierna: *hoedel*, *hoedyl* (vita) Mab. 2, 218. 3, 267. 268, idemque in nominibus virorum compositis L. Land.: *Rihoithil*, *Rioidyl* 141. 143. *Guorhoidil* 180. *Loegria* (cf. *Loygare*, rex Hibern., Nenn. p. 64) Galfred. Monum. fq. *tir lloegyr* (terra Loegria, terra a Saxonibus et Anglis occupata, Anglia) Mab. 2, 36. *lloegyr* 3, 145. *lloeger* 2, 372. *lloygyr* 3, 157. *hoel* (clavus) Mab. 1, 15. *croyn* (pellis) Leg. 1, 10, 11. *croen* 1, 9, 10. 22. 10, 11. 12, 10. 16, 9. *croen*, *kroen* Mab. 1, 9. 13. *croew* (dulcis) Mab. 2, 210, quae voces quoniam hodie quoque scribuntur *hoedyl*, *lloegyr*, *hoel*, *croen*, *croew*, seiungendae sunt ab iis quas supra (p. 96) memoravimus, quibus convenit *ui*, *wy* (= *ê*). Verum ut ne illis quidem primitivam *oi* concedamus, movemur exemplo aliarum vocum, in quibus eadem haec diphthongus certo aut ex *ai*, *ei* prodiit (cf. p. 101 et quae sub *ei* sequentur) aut excussione consonae alicuius orta est, ut in *henoid* (hac nocte; hib. *innocht*) carm. Cb. *tranoheth*, *tranoet*, *dranoeht* (trans noctem, mane) Leg. 2, 1, 27. *peunoeth* (quavis nocte) Mab. 1, 293. *doeth* (prudens, = doctus) Mab. 2, 11, pl. *doython*, *doythyon* Leg. praef. *coes* (femur, = coxa, hib. *cos*) Mab. 2, 209. 212, pl. *coeseu* Leg. 1, 12, 13. *croes* (crux), unde *croysan*, *croessan* (scurra, hib. *crosán* St. gl. 14) Leg. 1, 12, 6. *ffroen* (= *frogn*? cf. hib. *srón*) in composito *ffroenuoll* (naribus anhelis) Mab. fq. *oer* (frigidus: *finnaun oir*, *fontem Oir* Land. 253; cf. *Ogrigenus* Steiner. 469) Mab. 2, 210. *oen* (agnus; hib. *uan*) Mab. 2, 215. *kyfoeth* (cf. p. 84); quibus non dubitamus adnumerare, quod proposuimus, *croen* (cf. hib. *crocenn*, pellis, cutis, p. 69). Ad alterutram igitur seriem referenda esse videntur, quae supra sunt allata. — Infectioni hanc diphthongum patere docemur formis plur. *cruyn* (pelles) Leg. 1, 7. 22. 9, 9. 10. 12, 12, rec. *crwyn* et *wyn* (agni).

Cornica OI servata in Voc. *crois* (crux) 9ᵇ. *oir* (frigidam, aquam) 10ᵃ. *oin*

---

* Ita latinae voces quaedam *u* ex *oe* proferunt, ut *unus* e vetusto *oenus*, *punicus* e *poenicus* (gr. Φοῖνιξ, Φοινικικός), cum aliae servarint diphthongum.

(agnus) 9ª. *croin* (pellis) 7ª, unde *croinoc* (rubeta) 9ª; vel UI: *chefuidoc* (omnipotens) 7ª. In Dr. et P. ut supra (p. 97) O, OU: *crous* O. 1952. D. 2586. P. 152, 3. 184, 1. 189, 1. *crovs* D. 766. P. 180, 1. 181, 2. *crows* P. 151, 3. 153, 1. 160, 3 etc. fq. *on* (agnus) D. 707. *cronek* (bufo) O. 1778. D. 2732. P. 47, 4; tamen etiam bisyllabe: *oan* (agnus) D. 697. *crohen* (cutis) P. 135, 2. O. 2713. *croghen* D. 2686.

Arem. OE, OA: *croas* (crux) Buh. 120, 3. 14. 152, 11. *croen* (cutis), *croass* (crux) Quill. *oan* (agnus), *croaz* (crux) Man., sed *croc'hen* (cutis) apud eundem. Hod. *kroc'hen*, *kroâz*, *oan*, pl. *ein* per infectionem. E Buh. memorabile *oe* ortae excussa consona exemplum est *soez* (maeror, cura), *soezet* (maerori deditus) 4, 9. 56, 6, cuius forma plena *sebezaff* (angi) 4, 13. In eodem libro *oe* et *ou* tenere locum originariae *ê* supra diximus (p. 98).

EI ut in hibernica lingua (atque in ipsa gallica p. 20. 32) sic in britannicis dialectis varie formatur, non solum eodem numero habita quo *ê* et *î* productae, sed etiam servata, cambrice potissimum, vel diphthongis AI et OI commutata.

Cambrica EI collatis formis gallicis, hibernicis, britannicis, quae modo ad *ê*, modo ad *î* redeunt, servata comprobatur in his exemplis: *breith* (varius, versicolor; hib. *brit*, gall. vet. *Brîto* Auson. epigr. 109. 110. 112. 113. 114, *Brittae* Momms. Inscr. Helv. 124, matribus *Brittis* Orell. 2094, ergo *brîtt*-, quod a *breitt* profectum probatur cornico *bruit* = *brêtt*-) in nomine loci: *guoun breith* (palus variegata) Land. 186. 187, in comp. *bronnbreithet* (variegatae pectore) gl. Ox. 40ᵇ, cf. hod. *breithwyn* (varie albus). *mein* (tenuis, exilis; hib. *mín*, sed corn. *muin*) gl. Ox. 37ª, unde deriv. *meynnyholi*, *meynholy* (imminuere, comprimere mulierem) Leg. 2, 1, 26. 4, 7, comp. *yoaduein* (subgracilis) Mab. 2, 42. *gueir* (gramen; hib. *fær* Ml. 44r., rectius *fér* O'Dav. vv. *fer folo*, *férsamla*, gen. *feiuir* Sg. 68ᵇ; corn *guyr*-) in comp. *gueirclaud* (pratum) Land. 204. 231. 234. 257, *gweirglawd* Mab. 1, 242. 243. 253. 282 etc., *gweirglod* 1, 240, hod. *gweirglawdd*, cf. *gweirdir*, *gweirdy* (foeni terra, domus). *ney*, *nei* (fratris, sororis filius; hib. *niæ* Corm., corn. *noi*) Leg. 1, 5, 2. 7, 1. Mab. 2, 14. 216. 3, 97. 212, plur. *neyeynt* Leg. 1, 5, 5. *peis* (tunica; corn. *peis*, *pous*) Mab. 1, 3. 4. 20 etc. Sed AI non modo hodie (cf. p. 86) in isdem substituitur: *braith*, *main*, *gwair*, *nai*, *pais*, in quibus aucto syllabarum numero redit *ei* ut in plur. *gweiriau*, *neiaint*, *peisiau*, verum etiam antiquitus extat (vel in AE mutatur) in quibusdam: *hayarn* (ferrum; hib. *íarn*, got. *eisarn*) Mab. 1, 7. 243. 282. 2, 220. 221 etc., *haearn* 2, 219, hod. *haiarn*, *haearn*. *raeadyr* (profluvium; hib. *inriathor*, gl. torrens, Ml. 50r.) Mab. 1, 283, hod. *rhaiadr* (catarrhacta), pl. *rheieidr*. *traian* (tertia pars) Leg. 2, 6, 18, *trayan* 1, 1, 5. Mab. 1, 253, *traean* L. 2, 1, 15. M. 2, 239. *bahell*, *laubael* (securis, s. manualis; hib. *biáil*, *biail* Sg. 46ᵇ. 67ª) gl. Ox. B. 42ᵇ. *gaem* (cf. gr. χεῖμα, lit. *žëmà*, slav. *zima*): *in ir gaem* (ἐν τῷ χειμῶνι) Cod. Lichf. (App. L. Land. p. 272), postea inserta post diphthongum *a*: *gayaf* Leg. 1, 12, 10. 16, 10. 2, 11, 2. 5. Mab. 2, 200. 215, hodie mutato *y* in *u* (p. 87) *gauaf*; item in comp. *kynnhaeaf* (autumnus, = *kynt-g*., germ. *vorwinter*) Mab. 3. 154, hod. *kynauaf*. *dair*, *dayr* (terra) Priv. eccl. Land. (L. Land. p. 113), postea *daiar* Leg. 2, 11, 34, *daear* (ut hod.) 2, 1, 4. 6, 27, *dayar* 1, 1, 5. 8, 10. 10, 15. 11. 12. 2, 6. 27. 11, 1. 8. 11. Mab. 1, 8. 2, 49. 201. 3, 144. Adde hod. *graian*, *graean* (arena).

Quibuscum conferendum est *guarai* (gl. scena) Ox. 38ᵃ, quod e *varej-* prodisse videtur (p. 96). Huius diphthongi loco posita OI (vel OE), quam nunquam *ui* scribi supra diximus, ad *ei* vetustam pertinere videtur in his: *coit* (silva; hib. *ciad-* p. 32, cf. got. *haithi?*) Land. 69. 164. 197, *cat coit Celidon* (bellum silvae Caledoniae) Nenn. p. 68, *coyt* Land. 237, *koet*, *coet* Leg. 1, 16, 10. Mab. 1, 8. 238. 244 etc., hod. *coed*. *gloiu* (gl. liquidum; cf. hib. *glé*) Cb. 86, *gloyw*, *gloew* (pellucidus) Mab. 2, 10. 36. 389. 3, 152, idem in nominibus *tref Gloyuid* (vicus Gl.) Land. 237, *kaerloyw* (castrum splendidum, angl. *Gloucester*) Mab. 1, 256. 295. 296. 2, 234. 235. *coil* (augurium; hib. *cél*, scand. *heill*): *ocoilou* (gl. auspiciis) Ox. 39ᵇ, *etncoilhaam* (gl. aspicio auspex) Ox. 6ᵇ. Cf. *guaroimaou*, *guaroiou* (gl. theatra; supra *guarai*) Ox. 38ᵃ. 38ᵇ et quae supra (p. 96) allata sunt.

His autem diphthongi formis insuper addendae sunt vocales *e*, *i*, non modo productae vel *ê* in *ui* mutata, sed etiam correptae (vel *e* servata), ut Ì in his: *brith* (gl. pictam; ergo *Picti* nihil aliud nisi *Brîttones?*) Cb. 30, *main brith* (lapis versicolor) Land. 182, *brith* Mab. 1, 14. et hodie. *diu* (deus; gall. *deivo-*) Cb. 68. Leg. 2, 6, 2, *dioer* (deus scit) ibid. *diu* (dies; hib. *dia*): *diu nodolyc*, *dihu pasc* (natalicia domini, pascha) Leg. 2, 6, 40. *hediw* (hodie) Mab. *ri* (rex) pp. 20. 98. Adde *olin* (gl. rota; hod. *olwyn*) Ox. 37ᵇ. *guillihim* (gl. forceps, i. e. *guillîm*; hod. *gwellaif*) Ox. B. 42ᵇ. *tiis* (gl. staptum; hod. *tais*, comp. *teisban*, tapetum) ibid. 44ᵃ. Correpta *i*, quin etiam in *u* mutata: *duhu* (deus) Leg. 1, 14, 5, *duo* 2, 6, 2, *duw* Mab. semper. *duw* (dies; hod. *dyw*) Mab.: *duw nadolic neu duw pasc* 1, 4. *duw gwener*, *duw sadwrn* (d. Veneris, Saturni) 1, 287. 2, 217. *nyeint* (e *nei*) 3, 191. 197. Cf. *gwaryeu* (e *gware*) 2, 62. 63. Ê more britannico in UI mutata: *duiutit* (divinitas) Cb *duyuaul* (divinus) Leg. 1, 43, 20. *uisc*, *wysc* (n. fluvii, Romanis *Isca*) Land. Mab. fq. *buyall*, *bwyall* (securis; supra *baell*) Leg. 1, 35, 9. 2, 1, 4. Mab. 1, 280, hod. *bwyell*. Adde hod. *olwyn* (rota), fortasse cum irregularitate quadam *chwiliog*, *chwilioges* (fatidicus, saga; cf. *coel*). Servata E vel correpta: *reatir* (gl. torrentum; supra *racadyr*) Cb. 28. *trean* (tertia pars) gl. Ox. 22ᵇ. *hearn* (ferrum) in nominibus: *Biuhearn* Land. 166. 169. 175. *Cunhearn* 176. *Elhearn* 157. *Guoidhearn* 193. *Trahearn* 196. (*Leuhaiarn* 153); pl. *heyrn* Mab. 2, 222. *llech* (lapis; hib. vet. *lie*, *lia* = *leix*, p. 32) Mab. fq. *hedd* (pax; hib. vet. *sid*) hod., unde *hedwch* Mab. 3, 305. *gwelleu* (forceps; supra *guillihim*, *gwellaif*) Mab. 2, 204. 225. 242. Cf. *gware* (ludus) Mab. 2, 63. 246.

Cornice EI vix usquam est servatum, ne in Voc. quidem praeter *peis* (tunica) 9ᵇ et *heirnior* (ferrarius) 7ᵇ, e quibus illud peregrinum (= *pexa*, tunica), ni fallimur, consona excussa diphthongum assumpsit, hoc infectionis instar habet *ei*; ibidem *peus gruec* (gl. toral) 9ᵇ. *hetheu* (hodie) 8ᵇ. Sed his exceptis semper fere ad easdem formas devenit, quibus *ê* commutatam esse supra demonstravimus: *oi* (*oe*) et *ui*. OI, OE: *noi* (nepos), *noit* (neptis) 7ᵃ. *goyf* (hiemps) 8ᵇ. *hoern* (ferrum) 9ᵇ. 10ᵃ. *doer* (terra) 7ᵃ. 8ᵃ. UI: *bruit* (varius) 8ᵇ. *muin* (gracilis) 10ᵃ. *cuit* (silva), *guyraf* (foenum) 9ᵇ. *duy* (deus) 7ᵃ. *ruy* (rex) 7ᵇ. *chuillioc*, *cuillioges* (augur, pythonissa) 8ᵃ. Discrepant *kyniaf* (autumnus) 8ᵇ, si recte scriptum, et *cudon* (palumbes) 8ᵇ, si a *cuit* derivatum est. Postea hanc quoque *oi*, *ui* in O, OU abisse docent *bool*, *boell* (securis) O. 1001. Cr. 2282. *horn* (ferrum) D. 2719. R. 2135. *dor* (terra) O. 64. 96. D. 2441. P. 14, 4. 97, 4. 136, 2. 209, 3. 221, 3. *dour* 33, 3. 152, 2. *gorra* vel *gorre* (foenum) O. 1058. *cos*, pl. *cossow*

(silva) O. 364. 2558; quin etiam *pous* (tunica) D. 2846. 2854. R. 1924. P. 190, 3, *povs* R. 1921, *pows* P. 51, 2. 161, 4. 190, 4, *powys* (monosyll.) 161, 2, et *heȝow* P. 157, 4. Sic in Voc. *grou* (arena) 9ᵇ. Inveniuntur tamen etiam *hern* (ferrum) D. 2938; *du* (deus) D. 3028, ut semper in P., *duv* R. 1601, saepissime vero aut *dev* scriptum ut O. 105. D. 3. aut *dew* ut semper, ni fallimur, in Cr., qua scriptionis varietate hic ut in *hethyv* (hodie) O. 5, *hetheu* D. 1113, *hethew* R. 825, *hythew* D. 147, *hyȝew* P. 172, 3. idem sonus signari videtur more anglico.

Aremorice item OI invaluit in nominibus propriis chart. Rhed., quae continent vocem *hoiarn* (ferrum): *Hoiarn* 1, 7. 37. *Hoiernin* (cf. Iserninus, Isserninus ap. Tirech. 7. 8) 1, 26. *Hoiarnscoet* 1, 45. *Gurhoiarn* 1, 3. *Euhoiarn* 1, 4. *Sulhoiarn* 1, 4. *Rathoiarn* 1, 25. *Winhoiarn* 1, 14. 33. *Hoiarnmin* 1, 3. *Merthinhoiarn* 1, 14. *Loieshoiarn* 1, 2. *Haelhoiarn* 1, 5. 16. 20. *Rishoiarn* 1, 8. 2, 16. *Cathoiarn* 1, 8. etc.; in recentioribus tamen chartis AI: *Haiarn* (a. 1037) chart. Kemperleg. Mor. 374. *Haiarn*, *Haiarnus* (a. 1026. 1050) chart. Rhed. Mor. 356. 357. OE: adi. *gloeu* in n. pr. composito *Witengloeu* chart. Rhed. 1, 29. subst. *coet* in nomine loci *Poutrecoet* (i. e. „in pago trans sylvam“ 1, 32) 2, 23.

In Buh. haec ut qualiscunque OE aut servatur: *doe* (deus) fq. cf. *roen* (rex); aut in OA (OUA) transgreditur: *doar* (terra) 142, 14. *douar* 46, 16. 86, 17. 148, 7. 156, 18. *govaff* (hiems) 154, 4. *moan* (tenuis, debilis) 10, 9. 32, 10. *coat* (silva) 30, 16. 38, 22, quibuscum conferenda sunt: *daouar*, *gauaf*, *houarn* (ferrum) Q., hod. *douar*, *goañv*, *moan*, *koad*, *groan*, *grouan* (arena; cambr. *graian*, corn. *grou* v. supra), sed *doué* (deus), *roué* (rex). Cum I ut cambr. corn. *hediw*, *hetheu* sic arem. *hedhyu* (hodie) Q., hod. *hiziô* vel *hiriô* profertur; addenda sunt e chart. Rhed. *Iarncar* 1, 21. *Iarnhaitoui* 1, 3. *Iarnconan* 1, 11. *Iarnoc* 1, 16. *Iarnhitin* 1, 20. 30. 34. 38. 40. *Iarnweten* 1, 24. *Iarnwocon* 1, 30. 49. *Iarndetwid* 1, 41. *Iarnogon* 2, 6. 10. *Iarncant* 2, 27, in quibus temere per *j* ab editore scriptis quin eadem vox insit quae in supra positis *Hoiarn* etc., dubitari nequit.

Ceterum *ei* diphthongum sicut *ai* et *oi* excussione consonae interdum ortam esse vix est quod memoremus, ut in *peis* (v. supra); in cambricis: *Breit* (Brigita) Land. 225. 251. *cadeir* (arem. *cador* Buh. 152, 4, = cathedra) Mab. 1, 239. *gwein* (vagina) 2, 209. *carrei* (corrigia) 2, 374; in cornicis *streil* (strigil) Voc. 10ᵃ. *guein* (vagina) 9ᵇ, rec. *gwon* D. 1156, *goyn* P. 72, 1. Sed hoc memorandum est, hanc quoque *ei* infectione natam in *ai*, *ae* abire in substantivi cambrici *troet* (pes) plurali forma *trayt*, *traet* Leg. 1, 3, 5. 4. Mab. fq.

AU britannice nisi in peregrinis ut *caul* (caules) Voc. 9ᵃ non servata, sed bis mutata, in OU et EU, in hodierna lingua aut ad sonum aut ad signum originarium rediit; conferas tamen quae sub V adnotantur.

Cambricae variationes. OU pro *au* in libris vetustioribus, ut in glossis Oxoniensibus, in terminatione substantivorum *-ou* (hod. *-au*) numeri pluralis, cuius exempla infra sub nomine. In radice: *dou* (duo; hod. *dau*) gl. Ox. 22ᵇ. *lou* (lumen) in compos. *louber* (hodie *lleufer*, splendor) gl. Ox. 20ᵃ, unde comp. et derivat. *diguolouichetic* (gl. proditus; i. e. ad lucem editus) Ox. 41ᵇ, in quo ut in subst. plur. *nouitiou* (gl. nundinae) ib. 7ᵇ, *touyssogion* (principes) L. Land. p. 113. servata esse videtur diphthongus. Attamen alternatio concedenda inter

au, *ou* et *aw*, *ew* (cf. p. 82 not.), ac lingua hodierna ipsa in aliis diphthongum profert, in aliis *w* consonam: *iau* et *ieuanc* (iuvenis); sed *newid* (concambium), *llywychedig* (pellucidus), *tywysawg* (princeps). Voces *lou*, *iou*, aliaeque ut *ou*, *our*, *gnou*, *cenou* extant in nominibus cambricis personarum libri Landavensis: *Oudem* 176. *Oudocui* 147. *Gurou*, *Guorou* 163. 165. *Riou* 200. *Ourdilat* (fem., i. e. auro vestita) 259. *Loumarch* 212. 213. 230. *Loubui* 71. *Loubran* 135. *Loubrit* 201. *Loudoc*, *Loudoce* 142. 227. *Jouaf* 207. 250. *Joubiu* (161) 163. *Gnouan* 171. *Ellgnou*, *Elgnou* 192. 193. *Gueithgnou* 137. *Judnou* 70. 74. 165. *Morcenou* (*Riceneu* 162) 136. Adde *Lourone* 169. *Louronui* 175. *Mouric* fq. *Poul* 218. Eandem scriptionem a Demetis (qui australem Cambriae regionem incolunt) servari tradit Davies ut in *our* (aurum), *houl* (sol), ceteris *aur*, *haul*.

EU cambrica ex *au* vel *ou* iam in vetustioribus libris infectione prodiit, ut in voce *eu* (= *avi-* p. 82) in nominibus compositis: *Eudem* (= *Oudem* supra) L. Land. 181. *Eutigirn* etc., in adi. *eunt* (gl. aequus; = *avent* supra) Ox. 8ᵃ, in nomine poëtae vetusti *Aneurin*, ut in nominibus virorum L. Land. *Leui* 160. 221. 222. *Conleui* 207, quocum conferendum *Leu* (cf. *Lleuelys*, *Lleulys*, *Lleulis* Mab. 3, 297. 298. 300) in compositis: *Leumarch* (supra *Loumarch*) 208. *Leubrit* (= *Loubrit*) 200. *Leuhaiarn* 153. *Marchleu* 193. *Tutleu* 254. *Catleu* 130. 135. Verum in his vocibus et similibus statuenda est primitiva forma cum *v* consona, quam produnt *Legui* Land. 226 = *Luigui* 225. *Auguinn* 236 = *Euguen* 196.

In recentioribus autem codicibus cambricis, ut Leg. A et Mab., pro vetusta *ou*, hodierna *au*, sive originaria est sive ex *av*, *ov* prodiit, etiam extra causam infectionis scribi solet EU, ut in terminatione pluralis *-eu* frequentissima (exempla videas infra in nomine). Item in radice: *deu* (duo) Leg. praef. *lleuuer* (= *louber*, lumen) Mab. 2, 18. *heul* (sol; hod. *haul*) Mab. 1, 27. *geu* (falsum; hib. vet. *gáu*) Mab. 3, 29. *eur* (aurum) Leg. 1, 2, 3. 3, 1. Mab. fq.

Etiam post hanc diphthongum (ut post *ae* = *ei*) vocalis *e* inserta videri potest in voce *poues* (gl. quies) Ox. 6ᵇ, si conferuntur nomina vetusta Pausinnus, Pausinna in Inscr. helvet. ap. Orell. 5066, Possenna (fem. hibernica) Boll. Febr. 2, 53. Neque vero neglegenda est forma *poguis*, quae inest in composito *poguisma* (locus quietis) Land. 249, qua forma ut similibus infra proferendis prodi videtur *v* antiqua. — Contra negari vix potest interdum cambrice quoque (sicut vulgo hibernice) *au* primitivam non minus quam *au* = *á* in Ô contrahi ut in infinitivo *bot*, *bod* (esse; arem. *bout*) Mab. Leg. fq., fortasse in *orubimnit* (gl. aurichalcum) Ox. B. 42ᵃ.

Cornicae. OU (sive ab *au* sive ab *av*, *ov* profecta) regularis est in Voc.: *iouenc*, *youonc* (iuvenis) 7ᵇ. *golou* (lux), *gouhoc* (mendax), *gouleueriat* (falsidicus) 8ᵇ. *brou* (mola) 10ᵃ; item in terminationibus: *tivulgou* (tenebrae) 8ᵃ. *ancou* (mors) 8ᵇ. *dehoules* (abrotanum, herba; *dehou*, dexter) 9ᵃ. Atque in P.: *houl* (sol) 152, 2. 211, 1. 226, 4. D. 2992. 3083. 3123, quamquam in illo libro frequentior est scriptio OW: *kentrow* (clavi) P. 160, 1. *golow* (lumen) 64, 3. *gow* (falsus) fq. *owr* (aurum) 16, 2. *cows* (verbum, loqui) 81, 4. 95, 1. etc. *dyghow* (dexter) fq. *ancow*, *ankow* (mors) 174, 4. 234, 2; item in terminatione numeri pluralis *-ow*.

Interdum EU extra causam infectionis invenitur in Voc.: *heuul* (sol) 7ᵃ. *fosaneu* (gl. calcias), *eskidieu* (sotulares) 9ᵇ. cf. *heul* (sol) O. 36. 38. In Pass.

EW modo infectione orta est ex qualicunque *ou*: *a dewlys towll* (consilium cepit), *y doul ef o tewlys* (consilium eius captum erat) 15, 3. 214, 3. *y kewsens* (dicebant) 137, 1. *kewsel* (loqui; *cows*) 83, 3. *eȝewon* (Iudaei; sg. *eȝow*) fq., modo praeter infectionis causam cum *ou* alternat: *dow* (duo) P. 137, 1. 171, 3. 220, 2. *dew* 42, 1. 91, 1. 163, 1. *dev* D. 247. 2577.

Insertae vocalis exemplum cornicum videri poterat *powesough* (quiescite), *powessens* (quiescebant) P. 61, 2. 254, 1; sed cf. quae de cambr. *poues* adnotavimus. — Contractione periit diphthongus in infinitivis ut *bos* (esse) fq., *cafos* (capere) P. fq. D. 378 vel *cafus* D. 588. 594 etc., quibus respondent arem. *bout*, *caffout* Buh. fq.

Aremoricae variationes. Originariam formam AU prodit nomen *Chanao* (cf. cambr. vet. *Morcenou*, *Riceneu* in L. Land., et subst. *keneu*, catulus, animal iuvencum, Mab. 2, 210. 225. 226. 235. 236) ap. Greg. Tur. 4, 4. In nominibus chartulariorum pro *au* est OU: *Joumonoc* Chart. Rhed. 1, 10. 2, 21. *Jouwoion* ibid. Mor. 265. *Guriou*, *Bluchiou*, *Druniou* in chart. Kemperleg. Mor. 441. 464. *Gurgnou* chart. Rhed. Mor. 340. *Haelnou* 1, 4. *Budnou*, *Arthnou* ibid. Mor. 272. 307. *Loudinoc*, *Loutinoc*, *Loutenoc* 1, 39. 41. 43. *Louran* ibid. Mor. 339.

Infecta diphthongus etiam aremorica EU, quae patere videtur e nominibus compositis cum voce *eu*: *Eudon*, *Eucant* etc. (cf. 82), ad *av* vel *ov* primitivam revocanda est, quae tam non infecta quam infecta vocali cernitur in aliis: *Lowi* (cambr. *Lewi*, *Legui*) chart. Rhed. 2, 15. *Ewen* ibid. 1, 5. 32. Tamen hodie quoque *héol* (sol) Lgn.

In recentiore lingua, iam in Vita Sanctae Nonnae, pro qualicunque *ou* effertur AU, in illo libro semper scripta AOU*: *daou* (duo) fq. *gaou* (falsus; cf. *gouleueriat*, *gouhoc* Voc.) fq. *laouen* (laetus) 98, 4. *laouenhat* (gaudere) 44, 19. 76, 18. *saouzan* (cura) 38, 21. 50, 22. *caoudet* (internum) 56, 2; quin etiam *aoun* (timor; al. *oun* = hib. *omun*, gall. *omn-* p. 40) 94, 7. Frequentius tamen in Buh. scribitur OU, aut servata scriptione vetustiore: *dou* (duo) fq. *gou* (falsum) 4, 16. *louen* (laetus) fq. *louenhat* (gaudere) 28, 22. *poues* (quies) 172, 13. *souzan* (cura) fq. *coudet* (internum) 62, 6. 72, 15; aut scriptione recentiore, qua hodie in Gallia significatur U (ergo distinguenda a supra memorata *ou* vetustiore cambrica, cornica, aremorica), ut in terminatione pl. *-ou* frequentissima ac fortasse in aliis quibusdam ut *louarn* (vulpes) 32, 8, *goulou* (lux; cambr. hod. *golau*) 184, 7. 192, 4, quae hodie sic proferuntur. Aliam contractionem huius diphthongi aremorica, quae cambr. *bot*, corn. *bos*, *caffos* opponit *bout*, *caffout*, vix procreavit, nisi quod Cornugalli hodie efferunt *tadô* (patres) etc.

OU gallica in dialectis britannicis eodem sono redditur quo *ô* gallica et hibernica, producto Ù. Cf. quae supra (p. 99) proposita sunt, *bud* (victoria), *tut* (populus), *uchel* (altus); adde *rud* (ruber) Voc. 8ᵇ, idem in compositis cambr. *rudlan* (landa rubra), *rudpull* (palus rubra) Land. 146. 148, arem. *rudfos* (fossa rubra) chart. Rhed. 1, 39.

Quae igitur *ou* invenitur in dialectis britannicis, haec nisi recentiore trans-

* Scriptio *au* in eodem libro adhibetur pro *o*, ut in frequenti voce *auber* (operari); in aliis orta est e mollita *l*: *autrou* (dominus; *altrou*, nutritius, Voc., cambr. *alltraw*) fq. *psaulter* (psalterium; gall. hod. *psautier*) 26, 21.

formatione cornica (vix aremorica) ex *ê*, *ei*, *oi* **prodiit, ad antiquam** *au* vel *av*, *ov* **fere est revocanda.** Praeterea autem in omnibus dialectis britannicis eadem **diphthongus interdum orta est excussa consona: cambr. vet.** *iou* (gl. iugum; cf. **arem. hod.** *iaô*, *jaô*, iumentum, Leg.) **Ox. B. 42**[b]. corn. *pow* (= pagus, regio) P. **fq. arem. vet.** *pou* **in nomine pagi** *Poutrecoet* (p. trans silvam) chart. Rhed. 2, 23. **Cambr.** *dwfr* (aqua; = *dubr*, *duber*) respondent formae cornicae *dur*, *dour*, *douer*, *dowr* in Voc. et P.

EU ut in hibernica lingua (cf. p. 35) sic in dialectis britannicis etsi in compluribus vocabulis aut sola invenitur aut alternans cum IU, in nullo tamen praeter unum (ne hoc quidem satis certum) arem. hod. *léu*, *léô*, *lév* (= *leuga*, gall. hod. *lieue*) ad gallicam diphthongum *eu* revocari potest. Comparanda sane videntur et corn. *reu* (gelu) Voc. 8[b], arem. *reau* Buh. 32, 10. et cambr. hod. *gwyw* (languidus; cf. p. 88) cum hibernicis, quae supra attulimus, *réud* et *feugud*. Sed neque in his neque in ceteris, quae statim proferentur, quidquam causae inest, cur primitivam diphthongum *eu* sumamus. Sunt enim cum EU:

Cambrica, de quibus certius aliquid statui possit comparatis hibernicis, vocabula duo: *teu*, *tew* (densus, crassus, = hib. *tiug*) Cb. Mab. et *teneu*, *tenev* (tenuis, = hib. *tana*) Mab. 1, 259. 2, 210. E quibus illud media *g* excussa e *tigu* prodisse, hoc *v* consona emollita transformatum esse supra (pp. 88. 57) adnotavimus. De ceteris igitur aliter vix iudicaveris: *bleu* in plur. *ableuou* (gl. iubis) Lxb. et in compos. *bleuporthetic* (gl. laniger; i. e. criniger) Ox. 38[a], quae vox est in Mab. *blew* (crines) 1, 27. 29, ut hodie quoque. *gleu* in nominibus propriis virorum *Gleu*, *Ellgleu* L. Land. 171. 195. *Glewlwyt* Mab. 2, 6. 243, hod. adi. *glew* (fortis, penetrans, strenuus). Adde transumpta *llew* (leo) Mab. 1, 20. 30 et *oleu*, *olew* (oleum) Ox. 22[b]. Mab. 1, 16, unde *aleulinn* (gl. olivum) Cb. 85.

Ac semper fere ad *v* consonam revocanda est cambrica IU, scriptione recentiore IW, YW: *biu* (vivus) in nominibus propriis L. Land.: *Biuhearn* 166. 169. 175. *Byuci* 267. *Joubiu* 163. *Conuiu* 169. *Judbiu* 175. 177. In Mab. *byw*, ut in nom. pr. *Ruduyw* 2, 245, atque hodie *byw* etiam ante consonas: *bywdel* (existentia), *bywfyth* (immortalis; inversum hib. vet. *bithbeo*). De cambr. hod. *gwyw* supra disseruimus. Ex *wyf* (sum) prodiit 3. pers. sg. *eu* Leg., *yw* Mab. fq. ut hodie. Hib. *nél*, a. pl. *níulu* (p. 20) respondet cambr. *nywl* (nebula) Mab. 2, 48; hod. *nifwl* videtur accommodatum esse ad lat. nebula. Vocalem *i* productam indicant hod. *gwiw* (dignus, aptus, *gwiw* Mab. 1, 16. 2, 199), *lliw* (color, *liu*, gl. gratia, Cb. 25, *diliu*, gl. daemonis, Cb. 16; cf. Lîvius), de quibus cf. pp. 56. 57. Mixtas in his vocales breves et longas docet hod. *dyw* (dies; cf. *hetheu*, hodie, Voc., cambr. hod. *heddyw*), *duw* in Mab. ut *buw* (vivus) et *duw* (deus; = *dîv*, *deiv*, cf. p. 105).

Cornica EU: *reu* (gelu), *leu* (leo) Voc. 8[b]. *bleu yn pen* (capillus), *bleu en lagat* (palpebrae) 7[a], *blew* D. 484. 521. Eodem *iu* transgressa videri potest (sed cf. p. 106) in *hetheu* (hodie) Voc., saepius in aliis in Dr. et P.

Cornica IU in Voc.: *liu* (color) 8[b]. *liuor* (pictor) 8[a]. *biu* (vita) 8[b]. *biu en lagat* (gl. pupilla) 7[a]. In P.: *lyw* (color, splendor, gloria) 68, 3. 226, 4. *gyw* (dignus, aptus, cambr. *gwiw*) 68, 4. 129, 2. 226, 2. *yu* (est) D. 1569. 2002, *yv* D. fq. P. 43, 2. 47, 2 etc., *yw* P. fq. D. 78. 304 etc. In aliis tamen *eu*, *ew*

praebent Dr. et P. ut *bev* (vivus) D. 1592. 3158, *bew* (vita) R. 74. *bewe* (vivere) P. 204, 1. 207, 2. *a veughe* (qui vivit) 72, 2. *bewnas*, *bewnans* (vita) 12, 1; 73, 2. 103, 1. 241, 1.

Aremorica EU, recentius EO scripta: *gleu* in nominibus virorum: *Gleu* chart. Kemperl. Mor. 432. *Gleudanet*, *Gleucunnan* ibid. Mor. 431. 456. *Gleumin* chart. Rhed. 1, 6. *Gleudalan*, *Gleuchourant*, *Gleuhoiarn* ibid. Mor. 307. 342. Rec. *bleo* (capilli) Man. = *bléô* Lgn., unde *v* restituto *bleuen* Man. = *bléven* Lgn. (capillus). De *reau* (gelu; i. e. *reo*) Buh. 32, 10. ac de hod. *léô* (= *leuga*) supra dictum est, de *beo*, *eo* v. infra.

Aremorica IU servata est in voce *guiu*, *wiu* (cambr. *gwiw*, hib. vet. *fíu*) frequenti in nominibus virorum chart. Rhed.: *Wiuhamal* Mor. 266. *in domo Viwhamaeli* Mor. 271. *Wiuhoiarn* Mor. 273. *Viwhoiarnus* Mor. 265. *Wiomarch*, *Viuhomarch* Mor. 275. 293. *Guihomarch* (= *guio-m.*, *guiu-m.*, a. 1029) in chart. Kemperl. Mor. 366. 456. *Arthwiu* in Rhed. 2, 31. *Tanetwiu* 1, 6, aliisque. Fortasse in subst. *liufre* (= gall. hod. *livrée*; si est compositum e *liu*, hod. *liou*, color, Buh. 166, 13. ut *hunfre*, somnium, 30, 10 ex *hun*, somnus) Buh. 104, 7. Adi. *biu* servatum videtur in nominibus compositis *Arthuiu* chart. Rhed. 1, 7. 20. *Aerviu*, *Rinviu* 1, 11, nisi in his potius *wiu*, *guiu* ut supra agnoscendum est. In aliis *beu*: *Aellifeu* chart. Rhed. 1, 7. *Arthueu* 1, 3. 41. *Uhelveu*, *Colveu* chart. Kemperleg. Mor. 456. 513. Item in Buh. *beo* (vivus) 2, 11. 32, 11. 96, 20. 184, 11, unde soluta diphthongo *beuaf* (vivere) 28, 15. 44, 7. Ibidem *eu* (est) 24, 4. 108, 16. 166, 13. 206, 9, *eo* fq.

B. Consonae.

Britannicarum consonarum vetustiore formatione maxime docemur, infectionem eam, qua consonas hibernicas in duas series, duram et mollem, dispesci supra demonstratum est, esse recentioris originis, neque extitisse in prisca lingua celtica. Etiamsi enim britannicarum quoque consonarum ea est infectio, qua aspirentur quae sunt alias tenues, tum illa ipsa multo angustius patet quam infectio hibernica, quatenus ne tenues quidem semper arripit, medias vix tangit, nedum liquidas et spirantes, tum quae invenitur infectio aspirata tenuis britannicae, facta est secundum legem prorsus oppositam hibernicae, utpote in positione effecta liquidis quibusdam (praesertim *r*, interdum *l*, raro *n*), atque extra positionem in vocibus eis, in quibus hibernice servatur status consonae originarius. Contra ubi inficit hibernica lingua extra positionem, britannice servatur status primitivus. Praeter hanc regularem tum iam tenuium infectionem aspiratam linguae britannicae monumenta vetera, tam cambrica quam aremorica, non exhibent nisi initia infectionis destituentis et nasalis.

Recentior lingua trium dialectorum (inde a codicibus Leg., Mab., Voc., Buh.) magis magisque propagavit infectionem destituentem (p. 39), quae non solas amplectitur tenues, ut in hibernica recentiore et gaelica (p. 75), sed etiam medias et liquidas, solas aspiratas et spirantes intactas relinquens. Exempla ergo consonarum britannicarum, ut hibernicarum, tam servatarum in statu primitivo quam infectarum sequentur secundum genera.

Liquidae.

L M N R. In vetustissimis britannice scriptis nulla etiamtum animadvertitur liquidarum infectio, neque alia nisi haec ipsa forma simplex.

Cambricae voces e glossis Oxoniensibus: *ladam* (gl. caedo) 7ª. *laur* (gl. solum) 8ª. *loinou* (gl. frutices) 37ᵇ. *rit* (gl. vadum) 6ª. *montol* (gl. trutina) 7ᵇ.

Aremoricae: *Laloc*, *Loicenan*, *Haelmonoc*, *Resmonoc*, *Riskipoe*, *Rietoc*, *Rianau* etc. inter nomina propria chartularii Rhedonensis.

Ne M quidem, quae infecta in recentiore lingua in alium prorsus sonum transit, ulla ratione variatam demonstrant plurima exempla.

Cambrica M intacta in principio vocis: *hin map* (ut filius) gl. Ox. 39ᵇ. *pamint* (gl. quam; i. e. quanta magnitudo) Cb. 31. *irruim mein* (in vinculo lapidum) Cb. 55. *irmesur* (gl. nummum) Cb. 80. *or maur* (gl. magno) Cb. 90; in compositis: *digatma* (gl. area, gl. circus) Ox. 37ᵇ 38ᵇ. *digatmaou* (gl. circi) 39ª. *guaroimaou* (gl. theatra) 38ª. *guordiminn:u:* (gl. invitus; *di-m.*) 39ᵇ. *henmam* (avia) Ox. B. 43ᵇ. *litimaur* (gl. frequens populis) Cb. 18. *anter metetic* (gl. semiputata) Cb. 77. *etmet* (gl. retonde) ibid. In mediis vocibus extra positionem vel in priore loco positionis: *emedou* (gl. aera) Ox. 38ª. *guodeimisauch* (passi estis), *dometic* (domitus) 39ª. *nimer* (numerus) 22ᵇ. *cреman* (gl. baxus) Ox. B. 42ᵇ. *plumauc* (pulvinar) 44ª. *amal* (gl. ut) Cb. 32. *calamennou* (gl. culmos) Cb. 25. *remedau* (miracula), *humil* (humilis) Cb. init. *Nimet*, *Dimet*, *Dumn*, *Gurdumn* (nomina virorum) Chron. cambr. in praef. edit. Leg. *scamnhegint* (gl. levant) Cb. 4; in posteriore loco positionis: *permed* (medius) Cb. 35. 51. *celmed* (gl. efficax) Ox. 5ᵇ. *armel* (gl. armella) Ox. B. 43ª. In fine vocum: *in ir ham* (aestate), *in ir gaem* (hieme) in cod. Lichf. (Append. L. Land. p. 272). *nom* (gl. templa) Ox. 38ª. *cemecid* (gl. lapidaria; compos. *cem-e.*) Ox. B. 42ᵇ. In derivationibus substantivorum: *achmonou* (gl. inguina) Ox. 41ᵇ. *etem* (gl. instita) 37ª. *nedim* (gl. ascia) Ox. B. 42ᵇ; denique in terminationibus superlativi *-am* (*hinham* gl. Ox. B. 45ª.) atque verbi *-am*, *-iam*, *-aam*.

Aremorica M intacta regulariter in nominibus propriis chartularii Rhedonensis: *Roencomal* 1, 7. *Worcomet* 1, 42. *Wiuhamal* Mor. 266. *Leuhemel* fq. *Nemet* (cf. p. 87). *Nominoe* fq. *Morman* 1, 2. 7. 37. *Mormoet* Mor. 296. *Catman* Mor. 300. *Woratam* 1, 22. *Conatam* 1, 34. *Critcanam* 1, 22. Quin etiam in Buh. integra *m* extat in vocibus quibusdam: *armory* (Aremorica), *mor armoric* (mare aremoricum) 48, 18. 148, 21. *demetri* (Demetia) 30, 1. 34, 4. *nam*, *anam* (menda, macula; cambr. vet. *anamou*, gl. mendae, Ox. 40ª.) 72, 16. 104. 6. *dinam* (sine macula; in aliis locis *dianaff*) 72, 17.

Liquidae geminatae in vetustioribus codicibus cambricis scribuntur plerumque more communi, ut in Ox. A.: *lammam* (gl. salio) 5ᵇ. *cemmein* (viae) 38ᵇ. *rannam* (gl. partior) 4ª. *corsenn* (gl. arundo) 40ª. *carr* (gl. vehiculum) 5ª; in Cb.: *o crummanhuo* (gl. scropibus) 77. *trumm* (gl. aegrum) 88. *calamennou* v. supra. *guinlann* (vinea) 77; in Ox. B.: *guillihim* (gl. forceps), *bahell* (gl. securis), *guopell* (gl. ultia, sudaris), *epill* (gl. clavus), *emmeni* (butyrum), *ennian* (gl. incudo), *elinn* (gl. novacula), *barr* (gl. colomaticus); *serr* (gl. falce, gl. voscera) Cb. 77. Ox. B. 42ᵇ. Sunt tamen in isdem iam initia tam *h* duplicantis: *lemhaam* (gl. arguo), *guorimhetic* (gl. argutus), *etncoilhaam* (gl. auspicio; cf. *chuillioc*,

augur, Voc.) Ox. A. vel sine causa perspicua additae: *hinham* (gl. patricius, cf. p. 85) Ox. B. *aceroenhou* (gl. et dolia) Cb. 78. *cuinhaunt* (deflebunt) Cb. 55. *crummanhuo*, *scamnhegint* v. supra; quam scriptionis simplicis: *bael* (= *bahell*), *armel* (armella) Ox. B. *lemenic* (salax; e *lammam*), *am* in *amlais* (p. 102) Ox. A.

In recentiore demum lingua magis magisque propagata infectione destituente oppositio inter liquidas oritur similis hibernicae oppositioni liquidarum. Ex quo enim haec infectio notari coepta est, liquidae britannicae sunt aut originariae, non destitutae, aut destitutae.

Cambrica scriptio, nimirum quia illa oppositione facta liquidae non destitutae fortius prolatae sunt, haud aliter acsi essent geminatae, communiter est una eademque primitivarum atque geminatarum (una fortasse *n* excepta, cuius in hodierna saltem scriptione nusquam est differentia); destitutarum scriptio est simplex, *l*, *n*, *r*, excepta *m*, quae infecta scribitur *u* (*v*) vel *f*, interdum *fu* (cui conferendum suecicum *fv*) ut *cyfuarch gwell* (salutem dicere) Mab. 3, 24. 201. *yn agkyfuartal* (indecenter) 1, 259, hodie *f* (pronuntianda *v*).

Ad designandam liquidam *l* non destitutam et in codicibus, ut in Mab., et hodie adhibetur geminatio *ll*, etiam in principio vocum; liquida *r* non destituta signatur *rh* hodie, nondum in codicibus. In his tamen addita *h* etiam post alias liquidas geminationem (praesertim assimilatione ortam) significat, iam in cod. Ox. A. in quibusdam exemplis, quae supra allata sunt, frequentius in aliis codicibus: *iarlhes* (alias *iarlles*, comitissa) in inscriptione codicis rubri incipientis. *amherawdyr* (= *ammer.*, e lat. imperator) Mab. fq. *licat arganhell* (mox *l. argannel*, fons [ad verbum: oculus] Argantelli?), *pull penhic* (mox *p. pennic*, lacus P.) L. Land. 164. 165. *Saranhon* (n. pr. viri, in aliis *-annon*: *Youannon*, *Riannon* Mab. 2, 222. 3, 144. *Waranton*, *Caranton*, *Treanton* in chart. Rhed.) Mab. 2, 206. *minheu* (alias *minneu*, ego), *kyuanhed* (in aliis locis *kyfanned*, regio habitata), *kerenhyd* (in aliis locis *kerennyd*, amor) Mab. fq. Liquidae *m* originariae, quippe quae destituta fiat *u*, *f*, sufficit scriptio simplex *m*, quae ipsa semper fere in usu est pro geminata eadem; eodemque usu minus accurate interdum aliae liquidae simpliciter scribuntur ut in *-el* (pro *-ell*, in supra dictis exemplis), *car* (= *carr*, carrus) Leg., *rhan* (pars) hodie pro *rhann*.

Cornice quoque ut cambrice interdum in mediis vocibus liquidae geminandae significantur addita *h*: *lanherch* (saltus; *llannerch* Mab. fq.) Voc. *gwelha* (optimus; *guella* P. 112, 4) P. 115, 2. *a vynha* (qui vellet; al. *mynn*) 139, 1. Veruntamen nusquam eadem scriptione, ne *rh* quidem aut *lh*, significatam video liquidam primitivam in principio vocis. Ac semper fere simplex invenitur *m*, ut in adi. *cam* (curvus) Voc., in particula reflexiva *om-* frequenti in P. Quamquam in media voce eiusdem geminatae sunt exempla ut *a gamma* (curvabat) P. 137, 2. *a amme* (osculabatur) 231, 1. In infimae aetatis libris *nn* et *mm* saepissime in *dn* et *bm* transgressa inveniuntur ut *pedn* (caput) Cr. 182. 916. 1019. 1597, *mabm* (mater) 1203. 1910.

Aremorici codices non magis statum primitivum liquidarum ulla propria scriptione distinguunt, nec geminatione, nec addita *h*. Immo interdum *h* ita addita est, ut destitutas liquidas significare videatur, ut in n. pr. chart. Rhed.: *Wrmhaelon* (*Gurmaelon* in Kemperl. Mor. 465) 2, 25. *Wrmhowen*, *Guormhowen*

1, 7. 2, 13, cum ibidem 1, 19 sit *Worwohen* (si tamen recte est impressum). *Maelhoc* (*Maeloc* Mor. 307) 2, 13. *Hetrhewedoe* (alibi *Hetre-*, *Hedre-*) Mor. 307. Item in Buh. *h* scripta est post consonas indubie destitutas: *euezhat* (vigilare) 90, 12. *neuezhat* (renovare; *neuez* = cambr. hod. *newydd*) 14, 2. In aliis tamen eiusdem litterae additae aut latet causa aut plus minusve perspicua est geminatio, ut in superlativis: *santelhaff* (sanctissimus) 48, 11. *furhaff* (sapientissimus) 182, 23, quibuscum comparandae sunt formae cambricae *trymmach*, *trymmaf* (e *trwm*, gravis) ap. Dav. et cornicae similes, in *louenhat*, *laouenhat* (gaudere) 28, 22. 144, 4; 44, 19. *oarhe* (amaret) 164, 14. 158, 15. 170, 18. *falhe* (oporteret, cf. gall. hod. *faille*; sed *falle* 154, 12) 164, 12. 172, 5. Inprimis *nh* alternat cum *nn* assimilatione nato: *enhaf*, *enhaff* (in eo) Buh. 86, 10. 154, 22; 40, 3. 96, 13. *bed enhaff* (ad eum) 184, 1. *enhy* (in ea) 20, 18. 30, 3. *bet enhy* (ad eam) 30, 2, sed *ennaff* (in eo) 166, 19; *ordrenhet* (ordinate) 142, 9 ab *ordren* (ordinatio) 78, 17, cum terminatio *-en* (= hib. *-end*, lat. *-endum*, *-enda*) aucta in aliis fiat *nn*: *pedennou* (orationes) 4, 14. 108, 12 a sing. *peden* (= petenda) 124, 8. *offerennou* (oblationes) 130, 23 a sing. *oferen* (= offerenda) 26, 21. Eodem modo *mh* pro *mm* ab *mp* profecto scriptum in chart. Rhed.: *imhoir* (egressus, = emporium) 1, 39. In Buh. autem nec *mm* nec *mh* scribitur, sed etiam geminandae sufficit simplex *m*, ut in adi. *cam* (curvus; = camm, camb) 174, 8. 194, 18, cum eadem initio simplex destitutione transeat in alium sonum.

Status primitivus a destituto in codicibus cambricis in solis fere liquidis *l* et *m* discernitur; *n* enim ne hodie quidem distinguitur, et *rh* vix nota codici ulli, quamvis in his eadem atque in illis pronuntiationis fuerit differentia. Servatur autem status primitivus: 1. in principio vocum, si non est causa infectionis destituentis: *lle* (locus) Mab. fq. *llann* (ecclesia) 1, 16. *llech* (lapis) 1, 8. *llew* (leo) 1, 20. *chwe meib* (sex filii), *ameibon* (et filii) 1, 235. 236. *y marchawc* (eques) 1, 239.

2. In mediis vel extremis vocibus *a*) in geminatione: *pell*, *pellach* (remotus, remotior) Mab. fq. *mam* (= mamma, mater) Mab. fq. *am* (circa; = amm, ambi) fq. *cam* (curvus, iniustus; = camm, camb) Leg. Mab. Hodie *llamu* (salire), *llemeinig* (vagans; cambr. vet. *lammam*, *lemenic*), *llymhau* (acuere; cf. supra dictum vet. *lemhaam*). *b*) In positionis priore loco invenitur *ll*: *allt* (collis) L. Land. 219. Mab. 2, 220. *gwallt* (caesaries) Mab 1, 17. 251. *gwellt* (stramen) 2, 374. *gwillt* (ferus) 1, 6. *hollt* (fissura) 1, 30. *swllt* (pecunia) 2, 34. *cysswllt* (iunctio) 1, 14; servatur *m*: *pimp*, *pump* (quinque) gl. Ox. Mab. *kwymp* (casus) Mab. 1, 261; pro *mm* in *amser* (tempus) fq. *camse* (alba) Mab. In posteriore loco *m* destituitur; *ll* autem extat in voce *iarll* (comes) atque derivatis *iarlles* (comitissa), *iarllaeth* (comitatus) Mab. fq. *c*) Liquida *m* intacta (geminata igitur principio?) manet in pronominibus quibusdam, in pronomine personali 1. pers. plur. suffixo praepositionibus, ut *attam*, *ydym* (ad nos, nobis), atque in personali et in possessivo 1. pers. sing. infixo, ut *ti amgwely* (tu videbis me), *ymgwyd* (in praesentia mea). Exempla alia sub pronomine.

Cornice et aremorice solius liquidae *m* status durus ab infecto distinctus est scriptione. Status durus cernitur 1. in principio vocum extra causam infectionis: corn. *In del ma* (hoc modo), *an den ma* (hic vir) P. 48, 1. 99, 2.

arem. *tost dan mor* (prope mare) Buh. 148, 21. *en bet man* (in hoc mundo) ib. 4, 15. *an bro man* (haec regio) 6, 5.

2. In media voce vel in fine: *a*) in geminatione: corn. *kemeres* (sumpsit) P. 70, 1. arem. *quemeret* (sumere; cambr. *cymert*, = *cym-bert*) Buh. 18, 5. 188, 3. corn. arem. *cam* (curvus), *mam* (mater). *b*) In positionis priore loco: corn. *cams* (alba) Voc., corn. arem *amser* (tempus) fq.; arem. in terminationibus verborum *-imp*, *-omp*, ut in pron. pers. 1. pl. suffixo *-omp*. In posteriore loco positionis praeter regulam in subst. corn. *garm* (clamor) P. 207, 4, quod etiamnunc servatur aremorice. *c*) In pronomine pers. et possess. 1. pers. sing. infixo: corn. *wy amgwylvyth* (vos me videbitis) P. 93, 4. *am scudel* (e lance mea) ib. 43, 3. arem. *nem guelo* (non videbit me) Buh. 44, 6. *em calon* (in corde meo) ib. 4, 11.

Destitutarum infectione liquidarum exempla cambrica: 1. in principio vocum, si extat causa infectionis (de cuius legibus in capite altero): *o lawer* (multo) Mab. 1, 7. *ar lys arthur* (ad aulam Arthuri) 1, 1. *kynon uab klydno* (C. filius Cl.; *mab*) 1, 1. *minneu a vynnaf* (ego volo; *mynnaf*) 1, 2. *yn vam* (ut mater; *mam*) 1, 236. *ywordwit* (eius crus; *morduit*) Leg. 2, 5, 2. In compositis: *helua* (locus venationis), *pebyllua* locus tentoriorum; *-ma* in gloss. Oxon.) Mab. 2, 7. 3, 272. *llawuorynyon* (puellae manu operantes; *morwyn*) 1, 1. Pro *u* vel *v* scribitur hodie *f*: *Crist fab Dafydd fab Abraham.*

2. In mediis vocibus et extremis quin *l*, *r*, *n* secutae sint eandem regulam ac liquida *m*, in qua maxime animadvertitur destitutio, vix potest dubitari. Destitutae liquidae *m* exemplum iam in glossis Oxoniensibus, quae ceteroquin *m* servarunt, invenitur post productam *a* (cambr. *au*) [ut *b* in voce *dauu* (cambr. hod. *dawf*, gener) Ox. 38ᵃ]: *lau* (manus; hib. vet. *lám*) in composito *laubael* (gl. secularia; cf. *lauhir*, longimanus, cognomen virorum: *Catgocaun lauhir* chron. cambr. in praef. edit. Leg. *Aircol Lauhir* Land. 111. 118. 123.) Ox. B. 42ᵇ. In libro Landavensi, qui saeculo duodecimo ineunte e vetustioribus libris est conscriptus, modo servata est *m*, modo transcripta in infectionem, quam *f* vel *u*, *v* signari supra diximus, ut in nominibus his propriis virorum: *Arthmail* 213. 227. 233. 234, sed *Arthuail* 190. 213. 214. 226. *Brochmail* 149. 150. 151 etc., sed *Brochuail* 190. 191. 195 etc. *Fernuail* 149. 167 etc. *Leumarch* 208, *Loumarch* 212. 213, *Lumarch* 141, sed *Luuarch* 143, *Lyuarchhen* 138. *Cimeilliauc* 225. 226. 227. 246. 253, *Cimelliauc* 240, *Cimeiliavc* 248. 252. 253, sed *Ciueilliauc* 221. 222 etc. et *Ciueiliauc* 224. *Gurcimanu* 235 (= *Gurcunanu* 233) et *Morciuanu* 193. 194. 198. *Domnguaret* (cf. Dumnacus, Dumnorix Caes., Veriugodumnus Orell. 2062; hib. vet. *domun*, mundus, cambr. *dwvyn*, *dyfynn*, profundus, Mab. 2, 41. 1, 263) 199 et *Dofngarth* (= hib. *Domangart* Tigern. apud O'Con. 2, 136. 160) 160. *Duun*, *Conduun* (cf. *Dumn*, *Gurdumn* nomina virorum in chron. cambr. praef. ed. Leg.) 228. 182 *Conatam* 228. *Riatam* 177 et *Riataf* 176. *Selim* 265. 267 et *Selif* 257. 260. 262. Item in appellativis cambricis: *cymreith* et *cyfreith* (lex, privilegium) in Priv. eccl. Land. p. 113. *poguisma*, *pouisma* (locus quietis) 249 et *pouisua* 149.

Destituitur autem *m* in mediis vel extremis vocibus *a*) in positionis loco posteriore: *arucu* (arma) Leg. Mab. fq. *b*) Extra positionem: *ouyn*, *ofyn* (timor; hib. vet. *omun*) Mab. 2, 241. 375. *euyd* (aes; *emed* gl. Ox.) Mab. 3, 300. *deueit*, *deveit* (oves) Mab. 1, 274. 2, 215. *nyfer* (numerus; cambr. vet. *nimer*) Mab. fq.

diodef (tolerare), *diodevueynt*, *diodeiueint* (patientia; cambr. vet. *guodeimisauch*, passi estis, hod. *goddef*, *dyoddef*, cf. hib. vet. *fodam*) Mab. fq. *nef* (caelum, hib. vet. *nem*) fq. *haf* (aestas; cambr. vet. *ham*), *gayaf* (hiems; cambr. vet. *gaem*) Leg. Mab. *guelleu* (forceps; cambr. vet. *guillihim*) Mab. 2, 204. *cyv-*, *cyu-*, *cyf-* in compositis (= lat. *com-*; cambr. vet. *cem-* in *cemecid*) fq. In terminatione verborum *-af*, *-iaf*, *-aaf*, atque superlativi *-af*, ut *henaf*, *yeuhaf* (natu maximus, minimus; cambr. vet. *-am*) Leg. 2, 1, 3. *ieuhaf* Mab. 1, 235.

Addo vocum aliquarum, quae supra e vetustis libris cum *m* allatae sunt, formas hodiernas: *celfydd* (versutus; vet. *celmed*), *dofedig* (domitus; vet. *dometic*), *nwf* (sacellum; vet. *nom*), *achfen* (inguen; vet. *achmon*), *anaf* (macula; vet. *anam*), *edaf* (filum; vet. *etem*). In quibusdam vocibus *m* destitutione etiam magis emollitam in *u* vel *w* transisse probat hodierna scriptio: *edau* (filum, pro *edaf*), *neuad* (aula; *neuat* Leg. fq.; hib. vet. *nemed*), *goreu* (optimus; *goreu* Leg. 1, 7, 9), *enw* (nomen; *enw* Mab. 1, 235, hib. vet. *ainm*), *cwrw* (cerevisia, cf. mox *coruf*, *coref* Vocab.), *tywyllet* (obscuritas; hib. *temel*) Mab. 3, 31. In subst. hodierno *llaw* (manus; *lau* iam in Ox. B.) *m* destitutione deperisse putanda est, ut pereunt interdum *b* et *d*, semper *g* (cf. quae de mediis disseruntur), nec aliter in infinitivis ut *erchi* (poscere) Mab., quorum *m* terminalem servarunt *dierchim* (ad poscendum) Cod. Lichf. (p. 271), *diprim* (gl. essum) Lxb.

Cornice liquidarum infectio in sola *m* notata invenitur, quae infecta scribitur *u* vel *v*, constanter in P., minus constanter in Voc., in quo pro eadem non modo vetustior nota similis anglosaxonicae þ, sed etiam *f* ut cambrice promiscue adhibentur. Quae *f* vel *ff* in P. (item fere in Dr., etsi non eadem constantia) non invenitur nisi sono mutato, ut semper in extremitate vocis, in principio secundum leges infra exponendas: *yn fas* (bene; *mas*) 64, 3. *may fynnas* (ut vellet; *mynnas*) 4, 3; in mediis vocibus certe non sine causa: *a woȝaffo* (qui patiatur) 24, 2.

Inficitur autem *m* in principio vocis, si extat causa infectionis: *mar vur* (tam magnus; *mur*) P. 8, 3. *pan vynnas* (cum voluit; *mynnas*) 3, 4; in compositis: *moruil* (cetus), *guitfil* (fera; *mil*, animal) Voc. 8ᵇ. *ysethva*, *asethva* (sedes; *ma*, locus) P. 13, 4. 143, 4. In mediis vel extremis vocibus, in positione: *arvow* (arma) 64, 2. 74, 1. 170, 3. *palf* (= palma) Voc. 7ᵃ. *coruf*, *coref* (gl. cervisia, gl. celea, pro *corf*, ut *baref* Voc. 7ᵃ. pro *barf*; cf. κόρμα Athen. 4, 13. κοῦρμι σκευαζόμενον ἐκ τῆς κριθῆς, Dioscor. 2, 110. *curmen* ap. Cangium e glossar. latino-graec. et Ulpiano) Voc. 10ᵃ. Extra positionem infectae *m* exempla e Voc.: *nef* (caelum) 7ᵃ. *louan* (gl. funis l. funiculus, hib. vet. *loman* Wb.), *tivulgou* (tenebrae; hib. vet. *temel*), *claf* (aegrotus), *clevet* (morbus), *pluuen* (penna; = pluma) 8ᵃ. *plufoc* (pulvinar; cambr. vet. *plumauc*) 9ᵇ. *dauat* (ovis) 9ᵃ. *enef* (anima), *haf* (aestas), *goyf* (hiems) 8ᵇ; e P. et Dr.: *lovan*, *loven* (funis) P. 105, 4. 181, 3. *claff* (aegrotus) 25, 3. *clevas* (morbus) 24, 3. *neuer*, *neuera* (numerus, numerare) 228, 4. 183, 3. *enef*, *eneff* (anima) P. 199, 1; 106, 1. 4, plur. *enevow* 17, 4. *daves*, *dauas* (ovis) O. 127. 2230, pl. *deves* P. 48, 4. *goȝevell*, *goȝaff* (tolerare; rad. *dam*) 134, 4; 3, 4. 60, 3. *leyff*, *levff*, *leff* (manus), *nef*, *neff* (caelum) fq. Interdum *m* cornice aeque ac cambrice maiore emollitione aut in *w* (*u*) abit et intra positionem et extra: *tewolgow* (tenebrae) 79, 4. 209, 2. *own* (timor; hib. *omun*) 53, 4. 57, 2. 68, 3. *ownek* (timidus) 77, 2. *down* (profundus) 66, 4. *henwys*, *hynwys*

(nominatus) 208, 1. 214, 1, cuius subst. *hanow* (nomen) fq.; aut prorsus perit in extremitate vocis: *lau* (manus; iuxta *lof*) Voc. 7ᵃ, *le* (al. *leff, leyff, leoff*) P. fq. *-a* (= *-am*) terminatio tam superlativi semper in P. et Dr., quam interdum 1. pers. sing. praesentis: *me ny gafa* (ego non invenio; al. *-aff*) P. 117, 4. *lauara, leuara* (loquor) D. 1. 59. *del gresa* (ut credo) 216. *a wra* (quod facio) 1934.

In vetusta lingua aremorica statum liquidarum primitivum integrum fuisse, ut in vetusta cambrica, colligi potest ex *m* communiter intacta in nominibus propriis (p. 111). Animadvertuntur tamen etiam hic initia quaedam infectae *m*, quae videtur scripta *mh*, *w* vel *v*, ut in nominibus *Wrmhaelon*, *Wrmhowen*, *Worwohen* supra dictis (p. 112 sq.) atque in aliis quibusdam: *Maelcowal* 1, 54. *Cowalcar* 2, 19. *Cowellic* (= supra dict. cambr. *Ciueilliauo*, *Cimelliauc*)* 1, 45. pro quibus in aliis locis *Comalcar* 2, 15. 30. *Comaltcar* 1, 44. 2, 30. *Comalton* 1, 25. *Roencomal* 1, 7. *Morvannus* (in chart. a. 1089; = *Morman*, supra) 2, 6. *ecclesia Selefiac* (chart. a. 871; cf. nomen viri in L. Land. *Selif* 257. 260. 262. *Selim* 265. 267) 1, 52. [?] In vita autem sanctae Nonnae (Buh.) iam regularis est infecta *m*, scripta *v*, *u*, *f*, *ff*, nec nisi in paucis *m* servata invenitur (p. 111).

Infecta *m*, si est causa inficiens, in Buh. ut in compositis: *diualicc* (sine malitia) 70, 5. *Moruan* (= *Morman*, n. pr.) 150, 21. 168, 12. *Morvan* 168, 14. In media vel extrema voce: *vuel* (humilis) 76, 15. 100, 6. *vueldet* (humilitas) 84, 14. *niuer* (numerus) 18, 5. *gouzaf*, *gouzaff*, *gouzafen*, *gouzaffen* (tolerare, -arem) 154, 28. 206, 9. 40, 5. 94, 8. *daffny* (damnes) 172, 15. *dafnet*, *daffnet* (damnatus) 66, 5. 162, 6. *daneffou* (ad caelos) 144, 3. *claf*, *claff* (aegrotus) 108, 3. 136, 12. *cleffet* (morbus) 8, 20. 200, 6. *claffet* (infirmatus) 128, 23. 140, 4. *haff* (aestas) 96, 27. *haff ha gouaff* (aestate et hieme) 154, 4. *eneff*, *enef* (anima) 62, 8. 142, 13. Item apud Quill. (in Lhuyd. Arch. brit.) *clâf* (aegrotus), *clevell* (aegrotare), *eff* (is), *gauaf* (hiems), *hâv* (aestas) atque in infinitivis *alaznaff* (spirare), *coeddaf* (cadere), *damnaff* (damnare) etc. Proprium vero sonum nasalem (conferendum hodierno hib. gael. *mh*) variatum dialecti differentia et loci, quem aut in media voce aut extrema obtinet, iam inde a saeculo 17. medio alii alia scriptione circumscribunt, ut Man. *ên* (is), *goân* (hiems), *hân* (aestas), *ên* (caelum), pl. *êncou*, *clênuet* (morbus), *prênv*, pl. *-et* (vermis), *dânvat*, pl. *dênvet* (ovis), *roênvv*, pl. *roênvou* (remus), *gouzânvv* (tolerare), *intanvv* (viduus), pl. *intânvien*; Dum. *claon* (aegrotus), *scaon* (levis), *eon* (is), *preon* (vermis), pl. *prenvet*, *envel* (similis), *tenval* (tenebrosus), *danvat*, pl. *denvet* (ovis); Lgn. *klañ*, *klañv* (aegrotus), *kleñved* (morbus), *dañvad*, pl. *déñved* (ovis), *goañv* (hiems), *hañ*, *hañv* (aestas), *iñtañv* (viduus), *héñ*, *hen* (is), *préñv* (vermis), *doñ* (mansuetus), *roéñv* (ramus), *éñ*, *éñv*, pl. *éñvou* (caelum). Sed eadem liquida interdum in dentalem *n* abiit, ut in *hen* (is) et infinitivi formis veneticis *malein* (molere), *meulein* (laudare), in aliis magis emollita est vel tota periit ut in vocibus: *hanu* (nomen; semper monosyllabum) Buh. 60, 3. 102, 4. 130, 17. [*henu* Quill., *hanu* Kik., *hano* Man., *hanô* Lgn.] *aoun*, *oun* (timor) 94, 7. 162, 6. *don* (profundus; *doon* Dum.)

* Composita et derivata *Com-ellic*, *Comeltic*, *Comaltic*, et *Cim-eilliauc*, *Cem-elliauc*, *Comeltiauc*, *Comaltiauc*. Hib. vet. verb. *comaltar* (iungitur) Sg., *accomallte* (gl. socius) Wb.; subst. brit. *chefals* (artus) Vocab., cambr. hod. *kyfall* (iunctus). Ergo *Comaltic*, *Comaltiauc* iunctus, i. e. amicitia, amicus? *Comaltcar*, qui amat iunctionem, affabilis?

4, 11. 30, 4. 50, 16, in terminatione hodierna superlativi *-a*, quae in Buh. est *-af*, *-aff* servata etiamtum consona finali. Quare infinitivorum vetustae terminationi *-am* vel *-im* secundum temporis et dialecti differentiam variae respondent formae: *bezaf* (esse) Buh.; *malañ*, *maleiñ*, *malein*, *mala*, *malô* (molere) Lgn.; *cana* Man., *canu* (canere) Quill.; *cridif* (credere) Buh., *cridi* Man., *credu* Quill.; *meuliñ*, *meuleiñ*, *meulein*, *meuli*, *meulô* (laudare) Lgn.

Liquidae N sunt variationes quaedam propriae britannicae, concordantes cum hibernicis in quibusdam, ut cum excutitur in fine vel ante *s* et *f*.

In cambricis codicibus vetustioribus interdum deest liquida praepositionis *in*: *hi hestaur* (in sextario) gl. Ox. 22ᵃ. *ilau elcu* (in manu E.), *i ois oisoud* (in saeculum saeculorum) Cod. Lichf. in Append. L. Land. p. 271. Nesciunt hanc formam codices recentiores; *n* autem originariam deperditam in fine numeralium VII—X produnt idem et ipsa hodierna lingua infectione nasali sequentium mediarum (cf. numeralia). Exempla cambrica *n* evanescentis ante *s* et *f*: *mys*, *mis* (mensis; hib. vet. *mí*) Leg. 1, 16, 8. Mab. 1, 25. *doguomisur*. (leg. *doguomisuram*, emensuro) gl. Ox. 3ᵃ. *muys* (= mensa) Mab. 2, 223, *Clemuis* (Clemens, n. pr.) L. Land. 155. Respondet igitur lat. *-ensis* terminatio cambr. *-ois*, *-uys* in nominibus gentilibus: *tuscois* (gl. tuscus, = tuscensis) gl. Ox. 38ᵇ, ut etiamnunc *Monwys* (Monensis), *Lloegrwys* (Loegrensis). Item *vfern*, *uffern* (infernum; hib. vet. *ifurnn*) Leg. 2, 6, 27. Mab. 2, 224. 247.

Cornice etsi servatur *n* praepositionis *in*, *yn*, sunt tamen liquidae oppressae ante *s* et *f* exempla: *cusul* (consilium), *cusulioder* (consiliarius) Voc. 7ᵇ. *cusyll* (consilium) P. 31, 3, *cvsyl* O. 188. 1567, *cusyl* O. 2041. 2267. D. 555. *ny ad cusyll* (consulimus tibi) P. 116, 2. *ȝy gusulye* (ad consulendum ei) 119, 2. *mis* (mensis), *muis* (mensa) Voc. 8ᵇ. 10ᵃ. *yfarn*, *yffarn* (infernum) P. 106, 3; 66, 4. 212, 1.

Aremorice saepius est *e* pro *en* (in): *e martir* (in martyrio) Buh. 50, 1. *e berr amser* (brevi tempore) ibid. 96, 1. *e bro breton*, *e bro bretonet* (in terra Britannorum) ib. 44, 16. 84, 20. 88, 18. *e gou* (in errorem) 4, 16. Item excutitur nasalis ante *s* et *f*: *musur* (mensura) Buh. 68, 9. *cusul* (consilium) 6, 4. *coffes* (confessio), *coffessat* (confessionem facere) 42, 2. 132, 18. *iffam* (infamis) 174, 3.

Adnotanda est hoc loco varietas scriptionis cambrica, qua liquida *n* mutatur tam in radice quam in particulis *an-* (privativa), *cyn-* (con-), *yn* (praep., in), et pronomine possessivo *myn* (meus), praesertim ante medias et tenues labiales et gutturales.

Ante labiales mutas et *m* liquida *n* assimilatione transit in *m*: *hyt ym mor Iwerdon* (usque ad mare hibernicum) Mab. 3, 271. *vym merch* (filia mea) 1, 291. *vymbwyt* (cibus meus) 2, 233. *ymys* (in digitum, = *ym bys*, *ymmys*) 2, 216. *vympenn* (caput meum) 1, 9. *yn mhenn* (in capite, margine) 1, 3.

Pro *ng* scriptum invenitur *gg* iam in Libro Landavensi: *loggeu* (naves; *llongeu* Mab.), *Lyggessauc* (n. pr.) 113. 140, quare *g* simplex (neglegentius) in glossis vetustis: *torcigel* (gl. ventris lora) Ox. B. 43ᵃ. *mogou* (gl. comas) Lxb. In recentioribus quoque codicibus pro *ng* adhibetur *gg* vel *ngg*, cum *n* finalis particulae iungitur incipienti *g*: *yggwyd arthur* (in praesentia A.) Mab. 1, 241. *vyggwreic* (uxor mea) 1, 274. *yggladoed* (in terris) 3, 272. *hyt yggwavan yggwarthaf arwystli* (usque ad Gw. in superiore regione A.) 2, 371. *yggwae-*

lawt, *yng gwaelawt* (in valle) 2, 202. 210. *vynggwely* (lectus meus) 1, 290. In radice ipsa pro *ng* non modo *gh*, *ngh* extat: *ryghyll* (apparitor; suprascribitur *rhingyll*) Leg. 1, 35, 1. *penpighon*, *pennpingon* (n. pr. viri) Mab. 2, 6. 243. *llyghes*, *llynghes* (classis; deriv. e *llong*) 3, 300. *ellyghwys*, *ellynghawd* (formae verbi *gellwng*, mittere) 1, 289. 294; sed etiam simplex *g*: *egyl*, *egylion* (angelus, angeli) Mab. 1, 237, ibid. *eg̃ylyon*; *kyfyg*, *kyfyg̃* (angustus; hib. *cumang*) 1, 14. 7. Pro combinatione liquidae cum tenui gutturali, pro *nc*, *nk* scribuntur *g*, *gh*, *ngh*, *gk*, *ngk*: *kaghellaur* (cancellarius) Leg. fq. *cyghellaur* L. Land. p. 113. *agheu*, *angheu* (mors; *ancou* Voc.) Mab. 1, 33. 2, 237, unde adi. *angheuawl*, *angheuach* (letalis, taetrior) 1, 13. 2, 202. *kyieuanghet* (aeque iuvenis; e *ieuanc*) 2, 391. *myghyghor* (consilium meum; *kyghor* = *kyn-cor*) 1, 286. *aghyngor* (dementia), *agkyghorus* (demens) 2, 54. 55. *ygyffelyp* (similiter) 1, 5. *ygkarchar* (in carcere) 1, 291. *myn vygret*, *vygkret*, *vygcret* (per fidem meam; *kret*) 1, 240. 241. 250. *vygcryuangheu* (ungulae meae) 2, 233. *yngkernyw* (in Cornubia) 2, 202.

Spirantes.

H S J V. Extant spirantes in libris britannicis vetustioribus scriptae *h*, *s*, *i*, *gu* vel *u*, expertes infectionis aut alius variationis; eaedemque manent intactae in lingua recentiore omnes, excepta *gu*, *gw*, quae regulam sequitur mediae *g*. Duabus veris spirantibus prioribus *h* et *s* adnumeranda est *ch* britannica, quoad non prodiit ex *k*, *g*, sed est eiusdem originis et affinitatis, alternans cum *h*, quam utramque modo ex *s*, modo ex *x* progressam complures voces demonstrant, quibus respondent vetusta nomina gallica vel voces affinium linguarum. Qua re comprobatur, id quod supra dictum est (pp. 46. 47), a lingua vetusta gallica afuisse veram *h*, sed quasi duos spirationis gradus fuisse *s* et *x*, quodammodo conferendos cum *h* (*ch*) et *s* recentioris formationis.*

H primitivam ut in nulla lingua indeuropaea, sic ne in gallica quidem vetusta aut britannica, cambrica, cornica, aremorica, certis exemplis probari posse supra dictum est (pp. 46 sq. et 79). Vox *hos* (gl. ocrea) Voc., *hosan*, *hossan*, plur. *hossaneu* (braccae) Mab. 2, 382. 3, 149, med. lat. *hosa*, *hossa* apud Cangium, communis Celtis et Germanis, aut ab his ad illos transmigravisse putanda est, aut si est celticae originis, id quod admodum probabile redditur hibernicis vocabulis *hais* (calceus) O'Dav., plur. *asai* Corm. v. *fual*, atque *assan* (gl. caliga) St. gl. 72, non aliter praefixam habet *h*, ac multae voces in codicibus hibernicis (p. 48). Eadem enim *h*, quae longe abest ut sit radicalis, in codicibus britannicis non solum in principio vocum vocalibus praefigitur, sed etiam in mediis intromittitur inter duas vocales.

Cambrica exempla: *ha* (= *a*, interiectio), *hac* (= *ac*, et), *hin* (= *in*, hod. *yn*, ut), *hair* (= *air*, hod. *aer*, strages), *-aham* (pro *-aam* in verbis denominati-

---

* Sunt vero *s* et *h* unius eiusdemque gradus formae alternantes, quoniam ex linguarum affinium numero complures ut aricae occidentales, graeca, slavica, in quibus vocibus non servant *s* primitivam, *h* (*ch*) pro ea proferunt. In latina et germanica linguis, quae originariam *s* etsi non semper servant, nunquam tamen cum *h* commutant, *h* destituta est ex aspirata gutturali *ch*, ut in lat. *hortus* = *chortus*, germ. *hund* = *chund* = *canis*.

vis), *bahell* (ibidem *bael*, securis), *guillihim* (pro *guilliim*, *guillîm*, hod. *gwellaif*, forceps), *delehid* (sera), *hac diglniuhit* (de sapuna elique), *gurehic* (hodie *gwraig*, mulier) in glossis Oxoniensibus. *eltguhebrie* (n. pr. viri; = *eltguebrie*, *eltguobri*) cod. Lichf. *yeuhaf*, *ieuhaf* (natu minimus) Leg. 2, 1, 3. Mab. 1, 235. *y deyhei* (veniebat) Mab. 2, 208. *yd aho* (eat) 2, 245. *bwyttehych* (cenes) 2, 63.

Cornica: *euhic* (cerva; *euyc* Leg. 1, 9, 22. *ewic* Mab. 1, 236), *gouhoc* (mendax; = *gouoc*) Voc. *ha*, *hag* (et) P. fq. *crohen* (cutis; = *croen*) P. 135, 2.

Aremorica exempla e chartulariis: *Haerveu* Landev. Mor. 348. 467. *Haervi* Rhed. 2, 21 (= *Aerviu* 1, 11). *plohe* (plebs) 2, 12; e Buh.: *ha*, *hac*, *hoz*, *hon*, *hol* (= *ol*, *oll*), particulae et pronomina frequentia. *hel* (= *el*, *ael*, angelus) 112, 18. *buhez* (vita; alias *buez*) 12, 7. 48, 10. *buhan* (cito; hod. *buan*) 12, 9. 34, 16. *maz vihet* (ut sitis) 16, 10. *ez rahen* (facerem) 20, 5.

Eundem usum praemittendi spiritus *h* non radicalis iam in vetustis nominibus gallicis *Helvii*, *Helvetii*, *Hercynia* silva (cf. p. 46) animadvertimus. Eiusdem igitur intromittendi usum, ut in vocibus britannicis modo dictis, suspicari licebit in nominibus item gallicis: *Drahonus* (fluvius in regionibus Mosellanis; cf. *dreis*, vepres, *drain*, spina, in Voc., cambr. hod. *draen*, cum nota singularitatis *-in*, *-en* e *dra*,* ergo Draonus, fluvius spinosus, vepretis consitus?) Auson. Mosell., ut in nominibus, quae extant in inscriptionibus, compositis *-nehae* (cf. hod. *nwy*, spiritus, vivacitas, = nê). At *Vahalis* ap. Caes., quod supra (pp. 46. 48) per errorem admisimus, in optimis codicibus recte scribitur *Vacalus*, al. *Vacalis*; *Vertraha* in Gratii Cynegetico minus accurate redditum est quam *vertraga*, *vertragus* aliorum scriptorum (cf. G britannicam).

Ceterum ne utique supervacaneam hanc *h* putemus in media voce, monet eiusdem usus plus minusve constans post consonas, praesertim liquidas, ut in *gwrhau* (se addicere) Mab. et aremoricis supra (p. 113) allatis, sed etiam tenues: *crethe* (crederet) Buh. 94, 14. 114, 17. 146, 14, quae in aliis geminantur vel servantur: *bwytta*, *bwyta* (cenare) Mab. (assimilata *j*?)

S ergo spirationis celticae dux et princeps est. Inter quam et *h* affinitatem esse eam constat in linguis indeuropaeis, qua alternent inter vocales positae vel in principio vocis ante vocales, ut persica iam inde ab antiquissimis temporibus *h* profert in iis vocibus in quibus *s* invenitur in indica, ut in nomine sanscrito *Sindhu*, fluvii et regionis, quod Persis est *Hindu*, nomen fluvii principio, deinde et regionis et incolarum, atque e persico ore ad Graecos et Romanos transgressum *Indus*, *Indi*. Nec aliter graeca lingua pro *s* latina exhibet aspirationem. Sunt exempla eiusmodi alternationis in una eademque lingua factae in una voce, ut in graeca *σῦς*, *σύδιον*, *συηνός* atque *ὗς*, *ὕαινα*, in cambrica *sil* et *hil* (semen, progenies, productio; hib. vet. *síl*). Sed sunt rarissima eius rei exempla, cum singulae fere linguae constanter aut servarint *s* aut pari condicione cum *h* commutarint. Quaeri tamen potest, nonne sit aliqua lingua quae neglecta illa lege utramque spirantem amplexa sit. Ac sane est, britannica nostra ipsa, quae post aetatem Romanorum iis vocibus, quae servarunt

* Nisi huic supponenda est vetustior *g*, ut in *tra*, *traet*, *troet* (pes; hib. vet. *traigid*, pes, *traigthech*, gl. pedester, Sg.); est enim et hib. vet. *driss* (gl. vepres) Sg. 47[a], pro *draiss*, *dress*, infecta *a* = *dreis* Voc., et *draigen* (gl. pirus) Sg. 61[b] = hod. *droigheann* (prunus spinosa).

s in aliis linguis, ut in proxima hibernica, in gallica, latina, indica, in aliis, ut in persica, graeca, *h* (vel *ch*, ut in slavica) sibi sumpserunt, quasi in duo agmina separatis, priori *s*, alteri *h* attribuit, primitivam igitur *s* linguae celticae, quae *h* radicalem nesciebat, servavit in altero agmine, in altero mutavit in *h*. Ecce duorum horum agminum exempla.

Cambrica *s* extra positionem: 1. in principio vocum. Exempla quaedam vocum aliunde notarum: *seith* (hib. vet. *secht*, septem) Leg. Mab. *saethu* (= sagittare) Mab. fq. E lexico cambrico: *sae* (pannus laneus, arem. hod. *saé*, tunica, hib. vet. *sái*, gl. paenula, tunica, lacerna, Wb. 30ᵈ), *sain*, pl. *seiniau* (= sonus), *seiniaw* (sonare; vet. hib. rad. verb. *senn*, unde subst. *senm*, sonitus), *sedd* (= sedes), *seddu* (sedere; germ. *sitan*; cf. hib. vet. *suide*), *serch* (amor, hib. vet. *serc*).

2. In mediis et extremis vocibus quae extant exempla *s* simplicis, haec praeterquam in transumptis sunt eiusdem generis cuius hibernica supradicta (p. 49 sq., *a* et *c*), ergo *s* aut initio geminata aut post consonam excussam servata, sed semper fortius prolata est, quam ob causam frequentior est in isdem geminatio: *guas* (puer, servus; cf. *vassus*, *vasallus*) gl. Ox., pl. *gweision*, *gweisson*, unde verbum *gwassanaethu* (ministrare) Mab. fq. *assen* (asinus), pl. *assennoed* Mab. 2, 391. *nessaf* (proximus; hib. *nesa*, *nessa*, propior) 1, 5. *ynys* (insula), pl. *ynyssed* 2, 391. *bis* (digitus) gl. Ox. 23ᵃ. Posse in quibusdam vetustiorem *x* supponi monet subst. *lisiu*, *lissiu* (= lixivium) gl. Ox. 8ᵃ. B. 44ᵇ, quocum conferenda sunt, quae supra (p. 102 sqq.) proposuimus, *lais*, *amlais*, *coes*, *croes*, *peis*. In terminationibus grammaticis *s* saepissime servatur, ut in formis praeteriti *-as*, *-is*, *-wys*, *-sam*, *-asam*, *-assam* etc., in derivationibus *-as*, *-es* (*iarlles*, comitissa), *-ois*, *-wys* etc.

In positione in media vel exeunte voce servatur *s*, cum in loco posteriore, ut in *corsenn* (gl. arundo) gl. Ox. 40ᵃ, tum in priore, si combinationem iniit cum tenuibus: *pispaur* (tibicen) gl. Ox. 38ᵇ. *estid* (sedile) 6ᵃ. *rascl* (gl. sartum) B. 42ᵇ.

In principio vocum *s* coniuncta cum tenuibus in vetusta tantum lingua suum locum obtinet: *strouis* (gl. stravit) gl. Lxb. *stirenn* (stella) gl. Ox. *scamnhegint* (gl. levant) Cb. 4. *scipaur* (gl. horrea) Cb. 14. *strutiu* (gl. antiquam gentem) Cb. 6. *ad stebill* (gl. ad limina) Cb. 52. Recentior enim lingua cambrica (iam inde a codd. Leg. et Mab.) has combinationes in principio vocum non tulit, sed vocalem *e*, *i*, *y* praeposuit: *yspeit* (spatium) Mab. 1, 248. *esparduneu*, *ysparduneu* (calcaria, germ. *sporn*) Leg. 1, 12, 8. Mab. 1, 13. *estauell*, *ystauell* (cubiculum) Leg. 1, 9, 25. Mab. fq. *ystabyl* (stabulum) Mab. 2, 8. *estarn*, *ystarn* (ephippium) Leg. 1, 32, 3. Mab. 1, 4. *ystrat* (planities, vallis aperta, dilatata: *ystrat megys dyffrynn mawr*, planities ut magnae vallis) Mab. 1, 7. *ystrat yw*, *ystrat tywi* (vallis Y., T., fluviorum) Mab. 2, 245. 3, 36. 189. *escoleycyon* (scholastici) Leg. praef. *yscar* (separatio; hib. vet. *scarad*) Mab. 2, 244. *yscawl*, pl. *ysgolyon* (scala) 3, 273. *yscwyd*, *ysgwyd* (umerus) 2, 234. 235. *ystret* (series) 1, 14. *esgit*, *eskit* (calceus), pl. *esgidyeu*, *yskidyeu* 3, 149. 153. Liber Landavensis hic ut semper inter vetustiores et recentiores linguae formas nutat: *fraxinus stilifat* 234. *strat hafren* (vallis Sabrinae; cf. *Strat-Cletenses*, *Stræcledwealas*, apud scriptores anglicos, i. e. habitantes vallem Clotae) 219. *strat haner*, *strat elei* (vallis H., E., fluviorum) 170. 194. *Sciblon*, *Sciplan* (n. pr. viri) 71. 217; sed etiam: *iniaun dir ispidatenn* (recta usque ad rosam caninam; cambr. hod.

yspyddaden, germ. *hagedorn*) 192. *diuinid istrathafren* (sursum in vallem Sabrinae), *ecclesia Istrathafren* 165. 166. *Ystrathafren* 219. Et iam in cod. Cb. alternant *o glanstlinnim* (gl. famine sancto) 5 et *istlinnit .i. loquitur* (gl. profatur) 4. Muta excussa esse videtur in cambr. hodierno *seren, ser, syr* (stella, stellae), cum in glossis Ox. sit *stirenn*.

Combinationes cum liquidis et *w* eodem modo tractari solent: *yslipanwr* (politor) Mab. 2, 228. *ysleipanu, yslipanu* (polire, acuere; germ. *schleifen*) 2, 12. 229. *ysnoden* (vitta; hib. vet. *snáthe* Sg.) 1, 3 et hodie. hod. *ysmwg, ysmwcan* (vapor; angl. *smoke*). *yswein* (eques iuvenis, scand. *swein*, famulus), pl. *ysweinieit* Mab. 1, 4. 2, 51. In his tamen saepius *s* aut periit, ut in *llu* (agmen, exercitus; hib. vet. *sluag*), *muc, muc*, hod. *mwg* (fumus) Leg. 1, 10, 4. Mab. 2, 236, *noden* (filum), in cambr. *nedden*, arem. *niz* (lens, lendis, hib. vet. *sned* Sg. 113b), aut in alium sonum transiit, ut semper fere in *sw* (cf. mox HW, CHW). Combinatio *sr*, satis frequens in lingua hibernica, aliena videtur a cambrica (vocabula pauca hodierna inchoata ab *ysr-* videntur composita *ys-r.*), quae in pluribus vocibus pro ea *fr* exhibet (p. 80), in aliis interponit *t* ut in *strutiu* (gl. antiquam gentem; hib. *inna sruthe*, gl. veterum, Ml. 53r.) Cb. 6; cf. *istlinnit* (loquitur), *o glanstlinnim* (famine sancto) supra memorata, at hib. *sluindi* (significat) Sg.

Satis vetusta sunt exempla praemissae in principio ante illas combinationes vocalis *e* vel *i* etiam apud scribentes latine vel romanice: *scripsi ego Perteradus sup istipulationem isponsionemque interposita* in Chart. a. 746 ap. Murat. Antiqq. Ital. med. aevi 6. 412. *istrica* (= strica, striga) in cod. Mutin. leg. Langobard. ap. Mur. t. 1, p. 1, p. 3?. Recentiora quaedam exempla e Cangio: *espatla, espalla, espaula* (= spalla, armus aut membrum ferarum vel porcorum, quod vasalli dominis saepius praestare tenebantur) Chart. a. 1150. 1225. *eschevini* (scabini) 1204. *estugium* (gall. *estuy, étui*, theca) 1231. *escuerius* (*écuyer*, scutifer) a. 1234.

Cornica et aremorica *s* servata in isdem positionibus atque cambrica. In principio vocum cornica: *sach* (saccus) Voc. 8a. *sair* (artifex, faber; hib. *sáir*, ars, in comp. *sáirdénmidecht*, gl. artificium, Sg.) 7b. *sichor* (siccitas; cambr. hod. *sychder*, verb. *sychu*, siccare) 8b. *sinsiat* (gl. tenax; pro *sintiat, sentiat*) 8a. *seth* (sagittare) P. 223, 1. *seygh* (siccus) ib. 170, 40. Aremorica: *sechet* (siccatus) Buh. 168, 8. *sebezaff* (stupere, turbari), *soezet* (turbatus) 4, 9. 13. *so* (est) fq. In mediis et extremis cornica: *asen* (asinus), *esel* (membrum, hib. vet. *asil*, gl. artus, Sg.), *isot* (deorsum; cf. hib. vet. *ísil*, inferior), *nesheuin* (= *nessemin*, gl. propinquus), *cussin* (osculum; cambr. hod. *cus, cusan*), *cassec* (equa; cambr. hod. *caseg*), *airos* (puppis; hib. vet. *eross* Sg. 105a), *bis* (digitus), *les* (herba; cf. *Lesura*, fluv. Auson., mons Sidon.) in Vocab.; e Pass.: *asen* (asinus) 27, 3. *esely* (membra) 184, 4. 235, 1. 3, terminatio verb. *-as, -es, -ys*, derivatio *-es*. Aremorica: *goas* (puer, servus), *goasoniez* (servitium) Buh. 6, 2. 50, 7; 54, 26. *enesen* (insula) 6, 22. *guerches* (virgo) 18, 16. 46, 2. *guelas* (vidit) 88, 23. In fine interdum scriptio *z* pro *s* (vulgata hodie propter leniorem pronuntiationem, e. c. *azen*, asinus, *braz*, magnus) iam in eodem libro invenitur: *santez Nonn* (sancta Nonna; *santes* 46, 2) in titulo. *guerchez* (virgo) 92, 19. *ez breinis* (putrefactus sum; = *-is*) 12, 18. In positione cornica: *ors* (ursus) Voc. 9a. *troster* (trabs; hib. vet. *trost* Sg. 70a) 10a. *lester* (vas; hib. vet. *lester*), *losc* (ustulatio, hib. vet. *loscad*, urere, comburere) 7b. *pisc* (piscis) 8b. *gustle* (spondere)

P. 249, 4. *dysky* (discere, docere) 80, 3. Aremorica: *gousper* (vespera) Buh. 52, 1. *goestlas* (spopondit) 158, 14. *lestrat* (navigare) 14, 12. *guisquaff* (= *gwiscaf*, vestire) 24, 18. *disquif* (discere) 108, 23. *desq* (disce) 26, 21. *clasq* (quaerere) 32, 13. 184, 10.

A consuetudine autem cambrica praemittendi vocales *e*, *i* ante combinationes *sl*, *sn*, *sp*, *st*, *sc* inchoantes discordant dialecti et cornica et aremorica, et haec quidem non solum vetustior, sed etiam recentior et hodierna.

Cornica exempla e Voc.: *snod* (vitta) 8ᵃ. *spauen mor* (gl. aequor), *steren* (stella), *stefenic* (palatum) 7ᵃ. *steuel* (triclinium) 10ᵃ. *stret* (latex) 9ᵇ. *strifor* (contentiosus), *scinen* (inauris) 8ᵃ. *scorren* (ramus) 9ᵃ. *scod* (umbra) 8ᵇ. *scouarn* (auris), *sceuens* (pulmo), *scuid* (scapula) 7ᵃ. E Pass.: *spern*, *sperne* (spinae) 165, 2. 133, 1. *steyr* (stellae) 211, 1. *stret* (radius, flumen sanguinis) 219, 1. *strekis* (plaga), pl. *strocosow*, *strokosow* 227, 2. 174, 3. 173, 2. *stryff* (contentio) 160, 4. *strevye* (altercari) 73, 4. 248, 3. *scruth* (statim) 254, 4. *scyle* (causa) 116, 3. 142, 4. *sconyas*, *sconye* (recusavit, recusare) 174, 3. 4. *scovern* (auris) 71, 2. 3. 81, 2. *scoth* (umerus) 162, 3. 205, 3. *strirya* (interpretari) 201, 3.

Nomina propria vetusta aremorica e chart. Rhed.: *Spiluc* (chart. a. 834) 1, 2. *Sprewi*, *Sperevi* Mor. 315 (chart. a. 860). 293. 328. *Stodken* Mor. 297. *Stumou* Mor. 300. *Schiriou* Mor. 302. Exempla e Buh.: *span* (quies) 4, 22. *speret* (spiritus) fq. *splet* (modus) 56, 13. *ster*, *steret* (stella, stellae) fq. *stat* (status) fq. *stroton* (potentia) 88, 21. *scoacc* (umerus; *scuid* Voc.) 172, 10. In paucis e romana gallica transumptis servari praemissam *e*, non est quod mireris: *estonaff*, *estonet* (*étonne*, *étonné*) 4, 11. 206, 3. 82, 19. *esper* (*espoir*) 18, 3. 200, 15. Hodiernae voces: *sparf* (flabellum), *strív* (contentio), *skourr* (ramus). Quare quod apud Lhuyd. e Quill. profertur *ysguydh* (scutum), aremoricum certe vix potest haberi.

H britannicae ante vocalem ex *s* primitiva celtica ortae exemplum illustre est nomen fluvii *Habren* ap. Nennium (p. 75), *Hafren*, frequens in libro Landavensi, apud Giraldum Cambrensem, in codice rubro, quod Romanorum aetate integrum est *Sabrina*. Alia quaedam eiusmodi: *haloin*, *halein* (sal) Voc. 10ᵃ, cambr. hod. *halen* = hib. vet. *salann*, e *sal*, unde derivatum est vetustum nomen gallicum *Salusa* ("fons non dulcibus sed salsioribus, quam marinae sint, aquis defluens") Mel. 2, 5, cui addo nomen loci *Saliso*, *Saletio* (in sinistra Rheni superioris ripa) apud Ammianum et in Tab. Peut.; particula inseparabilis cambr. vet. *hu-*, *ho-*, *he-*, cambr. hod. *hy-*, arem. *he-*, hib. vet. *su-*, *so-*, quae etiamtum est *su-* in nominibus gallicis *Suessiones*, *Sucarus* aliisque (p. 14). Ante liquidas quoque *l*, *m*, *n* antequam excideret *s* (p. 121) nescio an mutata sit in *h*, quemadmodum inter formam indicam *ásmi* (sum) et vet. pers. *amij* intermedia est bactr. *ahmi*.

Cambrica exempla, in quibus *s* aliarum linguarum, praesertim hibernicae, respondet: 1. in principio vocum iam in vetustis nostris glossis Oxoniensibus: *huil* (hod. *hwyl*, unde *hwylbrenni*, mali, Mab. 3, 93; hib. vet. *seol*, *sóol* Sg., germ. *segel*, velum) 20ᵃ. *helabar* (eloquens; hib. vet. *sulbir*) 8ᵃ. *hir* (longus; hib. vet. *sír*) 37ᵃ. *hep* (praeter, sine, praep.; hib. vet. *sech*) 38ᵇ. *helghati* (gl. venare, venare tu; hib. vet. *selg*; cf. nomen pop. Brit. Σελγοοῦαι, ut nunc recte legitur in

editione Wilbergiana) 38ᵃ. *hint* (via; hod. *hynt*, hib. vet. *sét*, got. *sinths*) in comp. et deriv. *doguohintiliat* (gl. inceduus) 5ᵇ. *hanther* (dimidium; *han-* = ἡμι-, semi-?), *hestaur* (sextarius, *hestawr* Mab. 2, 222) 22ᵃ. Adde *hen* (senex), unde superl. *hinham* (gl. patricius) Ox. B. 45ᵃ, et *hendat* (avus), *henmam* (avia) ibid. 43ᵇ, *hencassou* (gl. veteris scripti monimenta; hib. *senchassi*) Cb. 49. In Mab.: *heul* (hodie *haul*, = *sol*, got. *sauil*) 1, 27. 2, 208. *hun* (= somnus) 2, 374. *helw* (possessio; hib. *selb*, dat. *seilb* Corm. v. *mogheime*) 1, 28. 2, 35. *heu* (serere), *yd hewyt* (satum est; cf. lat. *seci*, *satum*) 2, 221. 222. *hedwch* (pax; hib. vet. *síd*) 3, 305. In Leg. 1, 10, 7: *hebauc* (falco; hib. vet. *sebocc*, gl. capus, Sg.). Addo pronomina *yr-hwn*, *hwnn*, *yr- hon* (hic, haec; hib. *in-so*). Plurima alia in lexicis.

2. In mediis et extremis vocibus: *chawc* (= *esox*) Mab. 2, 233. 234. *traha* (hod. arrogantia, exaltatio, unde adi. *trahaawg*, *trahaawl*; hib. vet. *trén*, comp. *tresa*, *tressa*, fortior Wb. 25ᵇ. Ml. 19ᵈ, gr. θρασύς) in composito *didraha* (animo carens, timidus) Mab. 1, 236. 3, 24, quocum conferenda videntur non solum *trahawc* (oppressor) 1, 271, sed etiam cum *ch*: *trech* (fortior) 1, 20. 3, 304; cum *s* servato: *traws* (vir ferus) 1, 36. *treys*, *treis* (oppressio) Leg. 2, 1, 35 sqq. Land. 113. Mab. 2, 222. *treissaw* (opprimere) Mab. 2, 223. *treissiur* (oppressor) Leg. 2, 11, 50. Vitare tamen hoc loco videtur lingua cambrica spirantem, excutiens eam interdum vel transponens, ut in *chwaer* (pro *chweihur?* = hib. *siur* e *sisur*, *svisur*, sanscr. *svasṛ*, cf. p. 52. 58), *haearn* (pro *aeharn*, *eiharn*, hib. *iarn* ex *isarn*, got. *eisarn*). Nequaquam vero servari potest *h* in fine, unde aut transposita est ad principium vocis proximae ut in *yny hol* (in eius vestigio = *yn yh-ol*) Mab. 2, 48. et exemplis in capite altero proferendis, aut prorsus decidit ut in *aro*, *kyuaro* (expecta) Mab. 2, 57. 56, quibuscum conferendae sunt tam quae formae *s* servarunt, inf. *aros*, *kyuaros* 2, 38. 41; 10. 37, quam *h* transposito *arhowch* (expectate) 2, 33. *arhoy* (expectas) 1, 8. Differt *ch* in formis num. *chwe*, *chwech* (sex), fortasse in terminatione 2. pers. sing. coniunctivi *-ych*, cambricae propria, in terminatione comparativi *-ach*, arem. *-och*, quae iam in glossa Ox. *guobriach* (sapientior) extat, cum hib. vet. *-u*, *-iu* sit pro *-us*, *-ius* (cf. p. 52 et infra formas comparationis).

Cornica exempla *h* inchoantis et mediae, e Voc.: *hir* (longus) 10ᵃ. *heligen* (= salix) 9ᵇ. *helhour* (venator) 7ᵇ. *helhiat* (persecutor), *eunhinsic* (iustus), *camhinsic* (iniustus; e subst. *hins*, *hint*, via) 8ᵃ. *ehoc* (esucius l. salmo) 8ᵇ. E P.: *helheys* (agitatus) 2, 2, *holye* (sequi) fq. Deficit spirans et in media voce *huir* (soror) Voc. 7ᵃ = *hoer* Cr. 1332. 1338, et in extrema in terminatione comparativi *-a*, *-e* in P. et Dr. Alternant tamen formae numeralis *whe* (sex) D. 351 (cf. Borde ap. Uncle Jan Treenoodle, Specimens of cornish provincial dialect. Lond. 1846, p. 85), *whea* Cr. 413 et *whegh*, *whêh* (= cambr. *chwech*) Dec.

Aremorica: *hir* (longus), *hirder* (longitudo) Buh. 12, 23. 17. *hun* (somnus), *hunfre* (somnium) ibid. 4, 18. 30, 10. *hep* (sine) fq. *hent* (via) fq. Pronomina *he*, *hont* (hic), *hunan* (ipse).

In media voce elidi solet spirans: *eog*, *eaug* (salmo), *c'hoar* (soror). Cum cambrico subst. *haearn*, *haiarn* (ferrum) *h* transposita concordat aremor. *hoiarn*, *haiarn* (p. 106). Finalis *ch* respondet cambricae in numerali *c'houec'h*, in terminatione comparativi *-oc'h*.

In principio vocum condensata est spirans in cambrica combinatione CHW usitatae scriptionis in Mab. atque hodie, quippe cui combinationi respondeat *sv* aliarum linguarum. Exempla e Mab.: *chwi* (vos; = *svi*, hib. vet. *si*, cf. sanscr. *vas*, lat. *vos*) fq. *chwe*, *chwech* (sex) fq. *chwaer* (soror) 1, 248. 275. 2, 61, pl. *chwioryd* 1, 275. *chwys* (sudor; germ. vet. *sweit*, *svit*) 2, 18. 52. *chwechach* (dulcior; cambr. hod. *chweg*, dulcis, cf. sanscr. *svâdus*, angl. *sweet*) 2, 223. *chwannocket* (pariter desiderans; hod. *chwant*, desiderium, hib. vet. *sant*, pro *suant*; cf. gall. vet. *Suanctes?*) 2, 375. *chwerthin* (risus) 1, 29. 289. 2, 40. 377. *chwerw* (acerbus, amarus; hib. vet. *serb*) 2, 40. 41.* In vetustioribus libris inconstantia quaedam scriptionis hic quoque reperitur: *ishui* (gl. quos; i. e. est, estis vos) Cb. 19. *huechet*, *chuehet*, *chueched*, *chuechet* (sextus) Leg. 1, 12, 1. 28, 1. 31, 6. 37, 1. Propriam eiusdem soni significationem praebere videntur glossae Luxemb. in adi. *couuantolion* (gl. andrivenereis; i. e. cupidi, libidinosi, cambr. hod. *chwantolion*), si non legendum *chuuantolion*. Mutatur *chwe* in *choe* in verbo *ymchoelut* (convertere) Mab. 1, 9. 13. 2, 48. 49. 61 etc. In extremitate vocis *w* aut omittitur aut transposita fit vocalis *u* (*w*, *o*, *y*) in pronomine 2. pers. pl. infixo vel suffixo: *-wch* etc.

A cambrica CHW abhorrere demeticam dialecti varietatem servata HW, anglico more fere scripta *wh*, non modo Dav. testatur additis exemplis *whaer* (soror), *wharae* (ludus), *ymwhelo* (convertat), sed ipsa quoque Legum recensio demetica, e qua e. c. proponimus *whegwyr* (sex viri, = *chueguyr* cod. A.) Praef. *whebu ahweugeint*, *whwebu a wheugein* (sex vaccae et sexies vicena, = *chue byu a chue ugeyn* cod. A. 1, 10, 17. 18. 28, 9) 1, 8. 5. 6. Quibuscum concinit cornica HV in Voc.: *hvigeren* (socer), *hveger* (socrus; cambr. hod. *chwegrwn*, *chwegr* = *svecr*, lat. *socer*, *socrus*, got. *svaihra*, *svaihro*, gr. *Fἑκυρός*, *Fἑκυρά*) 7ᵇ. *hvilen* (scarabaeus; cambr. *chwilen*), *hvirnores* (crabro; cambr. *chwyrnores*) 8ᵇ. *hvannen* (pulex; cambr. *chwanen*) 9ᵃ. *hverthin* (risus; cambr. *chwerthin*) 10ᵃ. In eodem legitur *huir* (soror) pro *hvuir*. In Dr. et P. etsi forsitan pauca exempla *hw* (vel *hu*) servatae reperiri queant, ut *y hwalsons* (quaesiverunt) P. 154, 2, plerumque tamen sicut apud Demetas scribitur WH: *why* (vos) fq. *whek* (dulcis) 47, 2. 66, 2. 77, 4. 171, 1. 185, 3. 222, 3. *whans* (desiderium) 1, 2. 222, 1. *ȝe w heȝyn* (ad ridendum) 222, 1. *y whela* (quaerit), *na wheleugh* (nolite quaerere), *na whelyn* (ne quaeramus) 21, 3. 168, 4. 247, 1. *rag whelas*, *ȝy whelas* (ad quaerendum, ad eum q.) 257, 2. 4, ut apud Borde (sec. 16) *why* (vos), *whe* (sex); item cum de aliis causis *w*, *gw* in eundem sonum mutatur: *y wholhas* (lavit), *y whelas* (vidit) 219, 3. 4. *may whane* (ut perforaret) 218, 2; cf. *ȝe wolhy* (ad lavandum), *golhys* (lavatus) 46, 1. 4. *gwelas*, *guelas*, *rag y welas* (videre, ad eum videndum) 12, 3. 96, 1. 29, 2. *rag y wane* (ad eum incutiendum) 217, 4. Interdum autem propter neglegentiam in P. (vix in Dr.) aut *h* omissum est: *neb a weleugh wy* (quem quaeritis vos; rectius *neb a wheleugh why* 68, 2) 69, 2, *wek* (dulcis) 132, 3. 257, 4, saepissime *wy* pro *why*; aut *w*: *vmhelys* (conversus)

* Contra linguae regulam *chw* scribi videtur pro *gw*, *w* in voce *gware* (ludus; *guaroi* gl. Ox.): *achwaryy di . . . gwaryaf* (au ludes? ludam), *gware dy chware*, *gware dy whare* (lude ludum tuum) Mab. 2, 383. 384. 387. *ny chwaryei weisson* (non ludebant pueri) 1, 242. At nonne ut hibernica (cf. *siur*, *sëser*, et *fiur*, *féser* p. 58) sic cambrica quoque duplices formas *chware* et *gware* procreare potuit?

244, 3. atque *ommelys* (convertit) 253, 4; recte *ymwhelaf* (me verto) D. 2594, cf. cambr. *ymchoelut* supra memoratum. In extrema voce *-ugh*, *-wgh* (cf. pron.).

Aremorica scriptio varians invenitur in vetustis virorum nominibus chartularii Rhed.: *Wrhwant*, *Wrwant*, *Gurwant* 1, 49. 51. 53. *Riwhant* 2, 17. HU vel HO secundum differentiam vocalis proxime sequentis in Buh.: *hui*, *huy* (vos) fq. *huec* (dulcis) 38, 9. 180, 1. *hoant* (desiderium) 24, 21. 76, 12.* *hoantec* (desiderans) 14, 3. 108, 2. In his legendum esse *cho*, *chu*, *chw*, probabile fit scriptione *h* pro *ch* etiam in aliis adhibita: *gourhemen* (mandatum; alias *gourchemen*) 12, 11. *guelhy* (lavare; 104, 15 *guelchi*) 106, 26. Apud Quill. (secundum Lhuyd.) *hoar* (soror), *hoannen* (pulex), *hoarier* (lusor), apud Man. *c'hues* (sudor), *c'houanen* (pulex), *c'hoari* (ludus), sed *hoar* (soror). Hodie scribitur *c'hou*, *c'ho*: *c'houi* (vos), *c'houec'h* (sex), *c'houék* (dulcis), *c'houenn* (pulices; collect.), *c'hoar* (soror), *c'hoari* (ludus) Lgn. *c'huero* (amarus), *c'hoanen* (pulex), *c'hoantus* (appetens) Dum. In extrema voce (pron.) scribitur *-ouch* vel *-och*, hod. *-oc'h*.

H, CH in plurimis vocibus britannicis e primitiva *s* prodisse patet propositis exemplis; easdem a vetustiore X, servata in nominibus gallicis, progressas alia quaedam demonstrant, in quibus media fere extat H, extrema CH (interdum *c* propter inconstantiam scriptionis in L. Land. et Leg.).

Cambrica exempla. H = *x* ante vocales: *dehou*, *deheu* (dexter, meridionalis; cf. Dexsiva dea Inscr., got. *taihsvs*, lat. *dexter*, gr. δεξιός, sanscr. *dákšiṇa*, hib. vet. *des*, *dess*): *ar parth dehou* (ad latus dexterum, meridionale) L. Land. 216. *llaw deheu* (dextera manus) Mab. 1, 275. *eh-* (= hib. *és-*, *é-*, gall. *ex-* in nominibus Exomnus, Excingillus etc.) in compositis: *ehouyn*, *ehofyn* (expers timoris, intrepidus; *ofyn* = hib. *omun*), *yn ehouyn* (intrepide) Mab. 2, 64, unde *kynehofnet* (aeque intrepidus) 2, 379, *ehouyndra* (intrepiditas) 3, 153. *ehang* (non angustus, amplus) Mab. 2, 44, unde sup. *ehangaf* 2, 43, composita *bronehang* (amplo pectore) 2, 50. et *Ehangwen* (nomen aulae Arthuri) 2, 208. Ante consonas etsi *s* invenitur in transumptis *hestaur*, *hestawr* (sextarius) gl. Ox. Mab. *estrawn* (extraneus) Mab. 3, 298 cum derivato *estronawl* (peregrinus, mirus) 2, 10. 17. 36, ut ante vocalem in transumpto *lisiu*, *lissiu* (lixivium) gl. Ox., regularem tamen *s* spirantis excussionem eandem atque hib. *echtar* (p. 49 not.) produnt *heitham* (extimus) gl. Ox. *eithyr* (extra) Mab., de quibus cf. p 155 sqq.

CH = *x* in fine, eademque servata accedente derivatione: *chwech* (in compositis *chwe*; a vetustissima forma *svax* progressum, unde gr. Ϝέξ, lat. *sex*, germ. *saihs*, hib. vet. *sé* = *ses* = *sex*, ut *és-* et *é-* = gall. vet. *ex-*) Mab. *crych* (crispus; cf. Chrixus, leg. Crixus, rex Boiorum, ap. Sil. Ital.) in comp. *penngrych* fq. in Mab. *ych* (bos; sanscr. *úkšan*, nom. sg. *úkšâ*, got. *auhsa*, germ. vet. *ohso*; minus recte *hyc* Leg. 1, 12, 10. 16, 9. *ycch* 1, 14, 7. *hych* Cott.) Mab. 2, 222, du. et pl. *ychen* ibid. ut in nominibus locorum: *rytychen* (vadum boum, nomen cambricum civitatis Oxoniae, *Oxenaford*) Mab. 3, 303. *Penychen*, *de regione Pennichenn* (caput boum) Land. 237. 185. *uch* (supra; hib. vet. *ós*, *uas*; cf. *Wenthuccoyt*, Guentia supra silvam, Land. 237) Land. Leg. Mab., adi. *uchel*

---

* Seiungenda sunt ab hac voce *coant* (bellus, pulcher, gratus) 36, 11. 40, 3 ut hodie, et *dicoant* (turpis) 70, 15, et conferenda gallicano vet. *cointe*.

(altus; hib. vet. *uasal*) Mab., quocum supra (p. 34) comparavimus nomina vetusta Uxellodunum (oppid. gall.) Hirt., Οὔξελλον, Οὔξελλα (oppida Britann.) Ptol.* In media voce *ucher* (vesper; cf. *crych* = crispus) Mab. 1, 24. 31. Addo voces hodiernae linguae terminatas a *ch*, quae servatur media in isdem auctis derivatione: *llech* (locus absconditus), *llechu* (speculari), *llechiad* (speculator; cf. Lexovii Caes.), *llwch* (stagnatio; cf. Λόξας, Brit. fluv., Ptol., Luxovium, Galliae loc.), adi. *gwych*, *gwech* (laetus, hilaris; cf. Οὐέξαλλα, Brit. opp. Ptol.), *brych*, *brech* (nigellus, variegatus: *ych brych* Mab. 2, 222), *brychell* (salmo fario, piscis; cf. Brixia, Brixellum).

Cornica exempla: *dehoules* (gl. aprotanum, herba; cf. θέξιμον, aristolochia Gallis, ap. Dioscor. 3, 6, leg. δέξιμον, δέξιβον?) Voc. 9ᵃ. *huchot* (sursum) 8ᵇ. *uher* in composito *gurthuher* (vespera) Voc. 8ᵇ. Gen. 1, 5, *gorthuhar* v. 8, *gorthuer* R. 1304, varie corrupto eodem *gothewher* Gen. 1, 19. 23. *gathewher* v. 31, *gathewer* v. 13. In P.: *dyghow* (dexter) 93, 3. 193, 1. 198, 1. 218, 1. *ugh*, *ughell* (supra, altus) fq., sed *dyov*, *dyow* D. 1487. 1329. R. 1582. *dyhow* Cr. 65. *vhel* D. 1324. *huhel* D. 1330. O. 509. 1088. R. 2117, ut in compositis *huheltat* (patriarcha), *huhelvur* (clito), *huheluair* (vicecomes) Voc. 7ᵃ. 7ᵃ. De *whe*, *whegh* (sex) v. supra p. 123.

Aremorica eiusmodi vox *ohen* (boves): provincia quae lingua Britonum *Pennohen* dicitur, latino vero eloquio caput boum interpretatur. Vita S. Pauli episc. Leonensis apud Aremoricos, Boll. Mart. 2, 112. E Buh. *re ehaffn* (nimis intrepide) 172, 15. *vhel* (altus) fq. Hod. *déou* (dexter), sed *c'houec'h* (sex).

J integra servata est in principio vocum britannicarum. Scribitur in codicibus *i*, ut hodie quoque, rarius *y*.

Cambrica e gl. Ox.: *iob* (Iupiter) 39ᵇ. *iou* (iugum; hod. *iau*) B. 42ᵇ. *iot* (puls) 42ᵃ; e Cb. *iar* (gallina, gl. ales) 82. Item in margine codicis Lichfeld. (App. L. Land. secundum imitationem) † *iudoni* (i. e. signum Iudonis). In libro Landavensi ipso et frequens locutio *iniaun* (recta) et nomina propria virorum composita vel derivata a vocibus *iou*, *iud*, vel *jou*, *jud*, ut impressum est in editione: *Jouaf* 207. 250. *Joubui* 166. 206. *Joubiu* 163. *Joubin* 161. *Joude* 254. *Judic* 141. 142. 148. *Judnerth* 154. 176. *Judnoe* 167. *Judnoc* 178. *Judnou* 165. *Judon* 162. *Judhail* 149 etc. *Judguallaun* 157. 178. *Judcant* 203. Scriptio codicis apparet ex *uidon* (leg. *iudon*, *Judon*) 161. *Eliud* 138. 142. 196. In isdem tamen nominibus haud raro facta est contractio, quae regularis est in lingua hibernica (p. 49): *Idguallaun* 210. 231. *Idnerth* 124. 165. *Idon* 158. *Idcant* 229. *Ithail* (i. q. *Judhail*) 166 sqq. In Mab. *iarll ieuanc* (comes iuvenis) 2, 20. 21. *ieu hyd* (cervus iuvencus) 1, 3. *ieuhaf* (natu minimus) 1, 235. *iarlles*, *iarllaeth* (comitissa, comitatus) fq. *iach* (sanus) 2, 55. 56. *iat* (facies) 2, 18. Pronuntiationem huius semivocalis nutasse, ut modo mollius modo durius efferretur, inde patere videtur, quod articuli forma modo eadem quae ante consonas profertur, *y* (quem Demetarum morem esse dicit Dav.): *rodi y iwrch* (dare hinnuleum) 1, 31. *allawen uu y iarlles* (et hilaris fuit comitissa), *hyt yn*

* Cum nominibus Graioceli, Ocelum Caes., Ὀκέλου ἄκρον (Oceli promontorium, Britanniae) Ptol. potius concordare videtur hod. cambr. subst. adi. *ogyl* (vigor, vigorosus).

ystauell y iarlles (usque in cubiculum comitissae) 1, 20. *gwyr y iarllaeth* (viri comitatus) 1, 21. *gressawu owein aoruc y iarll* (salutavit Owenum comes) 1, 33. *ar y iawnder* (secundum aequitatem) 2, 21; modo quae ante vocales (more communi), *yr*: *heb yr iarlles* (inquit comitissa) 1, 18. 19. 20. *eisted aoruc yr iarll* (sedit comes) 1, 33. *heb yr iarll* (inquit comes) 1, 34. 2, 21; utriusque vero consuetudinis exemplis abundat ille liber. In media voce *j* vix extat (assimilata vel in *h* mutata? cf. p. 119); finalis fortasse in terminatione *-ei* quae est in nominibus propriis virorum L. Land.: (*Lann*)*gemei* 130. *Guidei*, *Guodei*, *Guoidei* 70. 71. 73. 217. *Tyfhei*, *Typhei*, *Tyfei* 109. 120. 123.

Cornica e Voc.: *ieu* (iugum), *iach* (sanus), *aniach* (infirmus) 8ᵃ. *yar* (gallina), *iein* (frigus) 8ᵇ. *yeugen* (feruncus), *yorch* (caprea), *kytiorch* (capreolus) 9ᵃ. *iot* (puls) 10ᵃ. *iouenc*, *youonc* (iuvenis) 7ᵇ. E Dr. et P.: *yeyn* (frigidus) D. 1209. 1622. 2729, *yen* D. 2060. *yehes* (sanatio) D. 1150. *yar* (gallina) O. 129. *yowynk* (iuvenis) D. 19, *yonk* D. 1184. R. 1639. P. 175, 3. 254, 3. *yethow* (Iudaeus) D. 2003. 2027, sed *eȝow* P. 145, 3. 239, 2. *ethow* 131, 1. 152, 1. 182, 2; pl. *yuthewon* D. 982. *yethewen* D. 2796. 2797. 2800, *yethewon* D. 1080 etc., sed etiam *huthewon* D. 756. P. 152, 3. ac praeterea semper in P. *eȝewon* (vel *ethewon*). Qua abolitione inchoantis *j* forsitan rectiorem, quam quae supra (p. 82) temptata est, explicationem inveniat *evn* (iustus) P. 18, 2. 147, 2. *ewn* 218, 4. *eyn* 207, 4. 235, 4, unde *eunhinsic* (qui recta via incedit) Voc. 8ᵃ, comparato cambrico *iaun*, *iawn* (p. 95).

Aremorica e Buh.: *iechet* (sanitas) 46, 5. *iachet* (sanatus; impressa *jechet*, *jachet*; sed quamvis sint in imitatione primae paginae codicis *ioaeus*, *iust*, haec quoque impressa sunt *joaeus*, *just*) 130, 2. 200, 3. *yen* (frigidus) 40, 5. 92, 15. 23. Differt *youl* (voluntas) semper disyllabum: *hep youl* (invitus), *gant youl* (bono animo, libenter) 46, 13. 128, 1. 134, 6, conferendum cambr. *ewyllys*. Hodiernae voces: *iac'h* (sanus), *ien* (frigidus), *iar* (gallina), *iaouank* (iuvenis).

V in dialectis britannicis mediam gutturalem *g* fere sibi praefigens induit formam GU vetustioris, GW recentioris scriptionis.

Cambrica dialectus vetustior, quae destitutionem respuit in principio et in mediis vocibus nec nisi in extremis interdum admittit (ut in *m* et *g*), ubicunque est locus huic sono sive in principio sive in mediis vocibus, eandem formam exhibet.

GU in principio vocum: *guarai* (scena) gl. Ox. 38ᵃ. *guaroiou* (theatra) 38ᵇ. *guaroimaou* (theatra) 38ᵃ. *guas* (servus) 41ᵃ. *gueig* (testrix) 6ᵇ. *guerg* (efficax) 5ᵇ. *guiannuin* (ver) 40ᵇ. *guorimhetic* (argutus) 38ᵃ. *guoguith* (victus) 41ᵃ. *guobri* (gravis) 40ᵃ. *guobriach* (gl. sapientior) 37ᵇ. *guordiminnau* (invitus) 39ᵇ. *gueli* (cubile), *guin* (vinum) B. 44ᵃ. *guillihim* (forceps) 42ᵇ. *guertland* (pratum) 41ᵇ. *guilat* (hilaris) 45ᵃ. *guithlaun* (duellis) Cb. 51. *guerin* (factio; hib. vet. *foirenn*) Cb. 24. *guollung* (vacuus) Cb. 65. *guithennou* (venae) Cb. 43. *guichir* (effrenus), *guichr* (efferus) Cb. 27. 69. *guorsed* (alta sedes), *guorgnim* (magnum opus) Cb. init. *guiltiatou* (tonsuras) gl. Lxb. In nominibus propriis libri Landavensis: *Gueir* 265. *Guern* 154. *Guerngen* 203. *Guernabui* 72. *Guernonoe* 205. *Guidoc* (*Guidauc* cod. Lichf.) 136. *Guidgen* 124. *Guinan* 140. 150. *Guinoc*, *Guenoc* 135. 177. *Guinnonui*, *Guennonoe* 170. 182. *Guallonir* 136. 141 etc. Post prae-

positionem *o*, quae in recentiore lingua efficit destitutionem: *o guiled* (pudore) Cb. 5. *o guiannuin* (vere) gl. Ox. 40ᵇ.

GU a principio in medias voces transposita compositione in isdem glossis: *clutgued* (strues) 9ᵃ. *guoguith* (victus), *onguedou* (exta) 41ᵃ. *ringuedaulion* (arcana) 38ᵇ. *anguoconum* (vigilo) 8ᵃ. *doguohintiliat* (incedens) 5ᵇ. *diguolouichetic* (proditus), *malgueretic* (deceptus) 41ᵇ. *diguormechis* (testatus est) 22ᵇ. *taguelguiliat* (silicernium, i. e. silens aspectio) 5ᵃ. Eodem modo in plurimis nominibus propriis quae traduntur in vetustioribus codicibus: *Guocein*, *Catgualart*, *Tutgual*, *Brithguein*, *Gloitguin*, *Amguoloyt*, *Guortepir*, *Guordoli* in praef. ed. Leg. p. XV. XVI. *Saturnguid* cod. Lichf. *Auallguid*, *Helicguid* (i. e. malus, salix arbor) L. Land. 190. 217. *Matgueith* (i. e. bonum opus) 267. *Judguallaun* 157. *Riguallaun* 215. 263. *Catguistil* 157 etc. In mediis vocibus non compositis: *egui* (diligentia? cf. p. 82 not.) gl. Ox. 20ᵃ. *eguin* (unguis) 23ᵃ. *taguel* (silens) 5ᵃ. *petguar* (quattuor) 22ᵃ, *petguared* (quarta) 23ᵃ. *leguenid* (laetitia) carm. Cb. In libro Land.: *nant yr eguic* (vallis cervae), *ilgui*, *mingui*, *tigui* (nomina fluviorum) 69. 150. 152. 248, in quo eodem invenitur et inverse *ug* et abundanter *ugu* tam in compositis quam in simplicibus nominibus: *Hiugel* (= *Higuel* nomen legislatoris, e chron. cambr. in praef. ed. Leg.) 226. 246. 247. *crucou leugirn* (nomen villae, paulo ante: *crucou leuirn* = *lewirn*, vulpium) 251. *Eugias* (nomen regionis, *Euias* 41. 185. 238, *Ewyas* 237) 187. *Eugein*, *Yugein* (alias *Yuein*, *Ouein*) 213. 229, eodem nomine quod est *Euguen* 196, *Auguinn* 236. *mynugui* (fluv., alias *mingui*, *myngui*, *mynuy* = *Mynwi*) 187. *tyugui* (fl. Τόβιος Ptol., supra *tigui*, al. *tyui*, Mab. *tywi*) 243. *Lanndeugui* (*Lanndegui*, *Lanndeui* 263) 264. *Riuguallaun* (*Ruguallaun* 216, supra *Riguallaun*) 241. 246. 250. 253. 254. 261. 262. *Nougui* (*Nogui* 211. 233. 234) 208—210. 212. 233. Quae media *gu* in ipso quoque codice Leg. A., in quo regularis iam est destitutio, residua interdum reperitur: *a deguysso* (quod eliget; contra *teuuyssauc*, hod. *tywyssawg*, dux, e verb. *tywyssaw*, ducere), *dyguedaf* (ultimus; alibi *dyuedaf*), *neguyt* (recens; al. *neuuyt*) 1, 11, 11. 17. 2, 1, 66. Nutant tamen inter *gu* et *u* iam glossae vetustae Luxemburgenses: *rogulipias* (gl. olivavit), *doguorennam* (gl. profundo) et *douohinnom* (leg. *douorinnom*? gl. austum, i. e. haustus), *douolouse* (gl. depromis). *torguisi* (gl. fido) et *toruisiolion* (gl. fidis); ut in L. Land. quae supra proposuimus exempla *gu* servatae, eadem aliis locis per *u* scripta extant: *Hiuel*, *Heuel*, *Houel* (cf. p. 93) vel *Hiueil* 263. *leuirn*, *Euias*, *tyui*, *mynuy* (v. supra). *Riuallaun* 145. 250.

Alternationem inter *au*, *ou* et *av*, *ev* concedi debere supra (p. 106) adnotavimus. Itaque diphthongus vel in media voce *poues* (quies) iam in gl. Ox. extat iuxta *poguisma* (locus quietis) Land., ut in *yeuhaf* (minimus natu) Leg. 2, 1, 3. *ieuanc* (iuvenis) Mab. iuxta nomina gallica *Jovin*cillus, *Join*cissus (p. 47), quibus conferendum videtur *iou* in nn. pr. e L. Land. supra prolatis (p. 126). Quod autem in nominibus L. Land. quibus respondent gallica vetusta ut Cata*launi*, Cob*launo*n, Cassi*vellaunus*, non solum *-laun*, *-guallaun* vel *-lon*, *-guallon* (cf. p. 94) invenitur, sed etiam *-lan*, *-guallan*: *Gratlaun* 227. 244. *Euilaun* 230. *Sciblon* 71. *Sciplan* 217. *Catlan* 231. *Riguallaun* 215. 263. *Judguallaun* 157. 168. *Judguallon*, *Judgualon* 143. 167. *Cingualan*, *Cyngualan* 136, *Budgualan* 156, cf. *Caswallawn* (= Cassivellaunus) Mab. 3, 297, id aliter vix explicaveris,

nisi ut formam originariam *-lavanos*, *-vellavanos* (cf. p. 32), servatam in nominibus aremoricis, diverso contractionis modo lingua gallica in *-launos*, *-vellaunos*, cambrica in *-lân*, *-guallân* mutasse videatur. Ad instar igitur horum nominum et *llawer* (multus, multitudo) Mab. fq. cum gall. *Lauro*, *Lauri*acum, hib. *lour*, *lór* (satis, sufficiens) conferre licebit et *cawr* (gigas) Mab. 2, 57. 216, pl. *cewri* 1, 264. 2, 57 cum gallicis nominibus *Cavar*es, *Cavar*inus, *Cavar*illus.

In fine vero vocum teneri non potuit *gu*, ne *v* quidem post vocales, sed transiit in *u*, praesertim in terminationibus *-au* et *-iu* vetustioris scriptionis, *-aw* et *-yw* recentioris saepius inventis. -AU: *litau* (gl. Latium; i. e. Letavia) gl. Ox. 39ᵇ. *Uydaw* (Aremorica) Mab. 2, 30. 206. 245. *Minau* insula in vita S. Gildae (Nenn. p. 119). *Anau* (hodie *anaw*, harmonia, in nominibus propriis libri Land.: *Anauoc* 156. *Anaugen* 194. *Anauued* fem., sed aremorica natione 123) aliaque ibidem nomina in *iau*: *Eliau* 217. *Leliau* 153. *Teliau*, *Teiliau* fq. *Pepiau*, *Peipiau* 69. 72. In his *au* nec antiqua diphthongus *au* est, cuius vetustior scriptio semper *ou* vel *eu* (e. c. *Chanao*, i. e. *Canau*, apud Greg. Tur. 4, 4, *Morcenou* L. Land. 136. *Riceneu* 162, subst. *keneu* Mab.), nec *a* producta, sed ex *av* prodiit, cuius *v* restituitur accedente terminatione: *Lletewic*, *Lledewic* (*Glythmyr*, *Glythvyr* L.; = Litavicus, e Litavia oriundus, quod esset glossis Ox. *liteguic*) Mab. 2, 238. 239. 242. *Macliavus* Greg. Tur. 5, 16. *Iuniavus* Boll. Iul. 6, 584 (= *Magliau*, *Macliau*, *Iuniau* ut supra dicta in *-iau*). Ceterum interdum hanc quoque diphthongum sicut *au* primitivam in *ou*, *eu* transgressam prodere videntur haec exempla: *genou* (os; corn. *genau* Voc., cf. gall. *Genava*) L. Land. 231. *dehou*, *deheu* (dexter, australis; hib. *des*, cf. got. *taihsva*, germ. vet. *zëswa*, *zësawa*, med. *zëswe*, dextra) Land. Mab. *agheu*, *angheu* (mors; hib. vet. *éc*) Mab. 1, 36. 2, 237. *teneu* (tenuis; hib. *tana*) 1, 259; quin etiam ex *keneu* (catulus) formari videtur pl. *kenawon*, *kynawon* 3, 28. Non tangitur *av*, *aw* finalis in monosyllabis: *nau* (novem) Leg. *naw* Mab. ut hodie (sanscr. *návan*). *glau*, *glaw* (pluvia) Leg. 1, 12, 8. Mab. 2, 213. *taw* (tace!) Mab. 2, 39, imper. verbi *tewi* (tacere; cf. supra *taguel*, hod. *tawel*, silens) 2, 37. 224; nisi per infectionem. Infecta autem haec diphthongus in extremitate vocis semper scribitur *eu*, ut in formis verbalibus *teu* (tacet) Mab. 2, 224. *edeu* (sinit) 1, 8. 2, 217, imper. *adaw* 2, 47, inf. *adaw* 1, 10. 2, 13; quamquam accedente terminatione redit *w*: *tewy* (taces) 2, 39. 48. *edewis* (concessit, desiit) 1, 9. 2, 64. Qua re diserte distinguitur a qualicunque *ew* terminali, quam variis modis ortam esse in *llew* (leo), *olew* (oleum), *tew* (crassus), *blew* (crinis), *glew* (strenuus) supra (p. 109) exposuimus. — Terminatio -IU: *lisiu*, *lissiu* (= lixivium) gl. Ox. 8ᵃ. B. 44ᵇ. Eadem ex *-ov* (cf. Durocornovium) prodisse videtur in *Cerniu*, nomine villae et regionis: *Lann Cerniu* L. Land. 69. 156. 157. *Cornubium* id est *Lancerniu* 183. Cornugallia quae postea dicta est *Cerniu Budic* 124. *Cernyw*, *Kernyw* (Cornubia) Mab. 2 fq. *Mynyw* (n. pr. loci) Mab. 2, 242. *iarll rāgyw* (comes Rang.) 1, 24. De monosyllabis *lliw* (color), *gwiw* (dignus), *dyw* (deus), *dyw* (dies), *byw* (vivus), *gwyw* (languidus) cf. p. 109. — Eandem *u*, *w* post diphthongos habent *guayu*, *guaeu*, *gwaew* (hasta) Leg. Mab. *gloiu*, *gloyw*, *gloew* (pellucidus) Cb. Mab. *croew* (dulcis) Mab. (p. 101 sqq.); post consonas *ceintiru*, *keuenderu* (patrueles) gl. Ox. 38ᵃ. Leg. 1, 5, 5, sg. *keuynderw* (patruelis, consobrinus) Mab. 2, 29. 198. 204. 3, 143. 144, *kefnderw* 1, 25. *maru*, *marw* (mors) Leg. 2, 1, 11. 5, 4.

Mab. 1, 252. (mortuus) Leg. 1, 5, 5. 7, 23. 35, 13. Mab. 1, 16. 28, cf. *marulinniou* (mortuae paludes) Land. 174. *taru* (taurus) Leg. 1, 35, 12. 4, 1, 13. *karw, carw* (cervus) Mab. 1, 7. 293. sq. 2, 7. 22. 3, 198. *chwerw* (acerbus, amarus) 2, 40. 41. *Garu* n. v. L. Land. 73 = *garw* (austerus, hib. *garbh?* an *gargg?* p. 61) Mab. 1, 7. *delu*, *delw* (forma) Cb. 80. Leg. 2, 6, 2. Mab. 1, 15. 2, 241. *helu*, *helw* (possessio) Leg. 4, 1, 19. Mab. 1, 28. 2, 35. *galw* (clamare, vocare) Mab. 2, 8. 9. 18 etc. *geilw* (vocat) 2, 50. *banw* (sus) 2, 244. *cadu*, *cadw* (servare) Leg. praef. et 1, 9, 23. Mab. 2, 29 sqq. *gwedw* (vidua) Mab. 1, 27. *medw* (ebrius) 1, 36. In quibus omnibus hodiernam linguam *w* reprimere testatur Davies, sicut *bh* in gaelicis vocabulis *marbh*, *tarbh* etc. paene evanescere dicit Stewart.

In recentiore lingua cambrica, iam inde a Leg. cod. A, GW sequitur regulam mediae *g*, cuius status primitivus, non destitutus, non manet nisi in principio vocum, cum non est causa infectionis destituentis. Exempla e Mab.: *ae gwallt*, *y gwallt hitheu* (caesaries eius, feminae) 1, 17. 251. *yn gwassanaethu* (ministrans) fq. *lliw gwerthuawr* (color pretiosus) 1, 15. *sef y gwelei* (ipse videbat) 1, 14. *anniueileit gwyllt* (animalia fera) 1, 6. *kyfodi aorugum agwisgaw* (surgere coepi et vestiri) 1, 6. *dim gwynnaf* (res maxime alba) 1, 4.

Combinatio GUO, GWO (ipsa interdum a *gua* vel *gue* profecta, cf. p. 87) etsi in vetustioribus libris fere servatur ut in particulis *guo* (hib. *fo*), *guor* (hib. *for*) in vocibus *guobri*, *guoguith*, *guorimhetic*, *doguohintiliat*, *diguolouichetic*, *diguormechis*, in *anguoconam* gl. Ox., ut in *guollung*, *guorsed*, *guorgnim*, *guorcosam* Cb., tamen iam in isdem glossis transit in GO, GU in subst. *gubennid* (gl. cervicale; i. e. quod sub capite) B. 44ᵃ, ut in *gurmaur* (permagnus) carm. Cb., in n. pr. *Catgocaun* (*Catguocaun*, *Catguocan* L. Land. 126. 214. 249. 212, *Catcugaun* 215, *Catgucaun* 111 etc.) in chron. cambr. (Praef. Ed. Leg. p. XV), e quo ibidem traditur *Catgollaun*, *Catgolaun*, quod est *Catguallaun* Land. 251. 252, *Catguollaun* alibi (p. 87). Quae contractio praesertim in recentiore lingua invaluit et in particulis *go*, *gor* et in aliis, ut in verbo *golchi* (lavare), *golchuries* (lotrix, e *gwolchi*; conferantur hib. *folcaim* et vetusta nomina Volcatius, Volcae, p. 53) Leg. fq. Eadem contractione vel solutione spirans *w* combinationis GWE abolita est in vocibus praesertim multum usitatis, ut *gwr* (vir; = *gur*, cf. *gurehic*, femina, gl. Ox., hod. *gwraig*, e *gwer*, hib. *fer*), *gurth*, *gwrth* (praep.; = *vert*, hib. *frith*). Alternant tamen saepe formae pleniores et contractae, ut in L. Land. vocatur *Guaidnerth f. Guallonir* 140. 141. idem qui *Guidnerth f. Gullonar* 137, in Mab. est *gwahanu* (separare) 2, 62 i. q. *gohanu* 1, 8, iuxta particulam *gor* extant *guarthaf*, *gwarthaf* (supremus) Land. Mab. et *gwarchadw* (servare) Mab. 2, 29; particula intensiva gallica *ver*-, quae extat in nominibus Vercingetorix, Vernemetum aliisque, in hodiernis compositis cambricis est *gwer*-, *gwr*-, *gor*-, ut ipse rex Britannorum, qui fuit tempore invasionis Saxonum, in chronico quodam (ap. Roncall. 2, 451 not., et Praef. L) *Vertigernus*, in codicibus Gildasii et Nennii dicitur *Guerthigernus*, *Guorthigernus*, *Gurthigernus* (*tigern*, hod. *teyrn*, dominus). Inveniuntur in libro Landavensi plurima nomina virorum composita *Guor*-, *Gur*-.

Ante *u* vocalem *gu* non invenitur, contra haud raro ante liquidas *l* et *r* (cf. p. 53): *gulat* (imperium) Cb. 19. Land. 113. 238. 245. 262. *gulip* (liquidus) Cb. 60. *guled* (gl. pompae; epulae) Cb. 86. Leg. 1, 9, 25. *gulan* (lana) Ox. 40ᵃ.

gurehic (mulier) Ox. B. 43^a, in Leg. varie scriptum: *gureyc* 1, 2, 2. 2, 1, 2 etc. *gureic* 2, 1, 18. 27. 28. 39. 72. *greic* 2, 1, 1. 39. 40. *greyc* 2, 1, 2. 4 etc. *grueic* 2, 1, 15. *grueyc* 2, 1, 4. 5. 17; cf. *gleduchu* (imperare) 1, 5, 1.

Cornicae voces hac spirante inchoatae, paucis exceptis, quae in Voc. per *ƀ* vel *w* scribuntur ut *ƀeidƀur ti* (architectus) 7^b. *ƀuludoc* (dives) 8^a. *win l. guin* (vinum) 10^a, extra statum infectionis prae se ferunt GU vel GW, ut in Voc. *guan* (debilis) 8^a. *guar* (collum) 7^a. *guernen* (alnus), *guis* (scrofa) 9^a. *guistel* (obses) 7^b. *guisc* (vestimentum) 9^b; in P. et Dr.: *guyv* (dignus) D. 284. *gwan* (debilis) P. 53, 2. *gwespar* (vespera) 230, 1. *guyn*, *gvyn*, *gwyn* (candidus) D. 122. 284; 156. P. 114, 1. *guella gwas* (optimus puer) 112, 4. *gwyls* (ferus) 206, 3. Eadem tamen non solum cum proxima *o* vel *u*, sed cum omnibus vocalibus potest transformari in GO, GU: *gols* (caesaries; cambr. *gwallt*) Voc. 7^a. *gur* (vir) 7^b, *gour* D. 2810. P. 66, 3. 123, 1, *gorty* (vir domus, maritus) O. 181. 295. *goyn* (vagina; cambr. *gwain*) P. 72, 1. *goys* (sanguis; cambr. *gwaet*) 45, 2. 58, 4. *guȝyll* (facere; = *gwethyll*) 15, 4. 155, 4. *gustle* (spondere; cf. *guistel* supra) 249, 4. *goȝaff*, *goȝevell* (tolerare; *guo-*) 3, 4. 134, 4; quin etiam tota evanescit *w*, ut ante *u* diphthongi *ui*: *guil* (velum) Voc. 7^b, e vocibus *gyw* (dignus; cambr. *gwiw*) P. 68, 4. 226, 2. et *gew* (hasta; cambr. *gwaew*) 217, 3. 218, 3 = *gyw* 221, 1, cuius diphthongum servavit compositum *hochƀuyu* (venabulum; cf. p. 101) Voc. 7^b. Si principalem *v* secuntur liquidae *l*, *r*, variat scriptio (ut in Leg. v. supra): *gulat* (patria), *gluan* (lana) Voc. 9^b. *glibor* (humor) 8^b. *greg*, *grueg* (mulier) 7^b. 9^b. *gruah* (anus; cambr. *gwrach*) 7^b. *grueiten* (radix; cambr. *gwreiddyn*) 9^a. *gulas* (regio) O. 492. 518. 1505. *gurek*, *gwrek* (mulier) P. 158, 1. 66, 3. *gura* (fac) 11, 3. 55, 1 etc. *gwrythyow*, *gurythyow*, *gwrythyow* (radices) O. 687. 782. 802; sed syllabarum numerus nunquam augetur. In mediis vocibus *v* vel diphthongis absorbetur (*au* transeunte in *ou*, *ow*): *louen* (laetus; cambr. *llawen*) Voc. 10^a, *lowen* D. 3157. P. 71, 4. *couat* (nimbus; cambr. *cawat*) 8^b = *cowes* O. 1080. *lower* (multitudo; cambr. *lawer*) P. 210, 1. *louuern*, *lowarn* (vulpes) Voc. 8^b. O. 895, vel maiore contractione ut *yonk* iuxta *iouenc*, *youonk* (p. 127); cambrico *cawr* (gigas) respondet *caur*: *caurmarch* (camelus) Voc. 9^a. In extremis *-ou*, *-ow*: *ancou*, *dehou* (p. 107); servatae terminationis *-au* exemplum in Voc. (in quo plur. formatur in *-ou*, *-eu*) est *genau* (os; cf. Genava), quae eadem vox scribitur *ganow* (cambr. *genou ir pant*, os vallis, L. Land. 231) P. 106, 1. 2. D. 1500, terminata ut substantiva numeri pluralis; monosyllaba *glau* (pluvia) Voc. 8^b. *glaw* O. 23. 1028 etc. *naw* (novem) O. 493. R. 31. *tav*, *taw* (tace) D. 855. P. 46, 2. 84, 3. Terminationis *-iu* exemplum est *Cornubium*, nomen locorum cambricorum, sed scriptum cornice, a notario ut videtur cornico saec. 14: *Iscorney*, *Vghcorney* (Cornivium inferius, superius) Leg. et Consuet. Wall. in Registr. Caernarv. p. 153. 154. 202, tamen etiam *kernow* D. 2712; monosyllaba *liu*, *biu*, *gyw*, *gew*, *bleu*, *dew* v. supra (pp. 109. 106). Post consonas *v* finalem ne in Voc. quidem invenimus praeter *erƀ* (ager) 9^b et fortasse *caruu* (cervus) 9^a; aut enim interposita vocali oritur diphthongus *eu*: *ereu* (ager) 8^a. *baneu* (sus) 9^a. *guedeu* (vidua) 7^b, vel *ou*: *malou* (malva) 9^a, *ow* in libris recentioribus: *karow*, *carow* (cervus) O. 126. P. 2, 2. *garow* (rudis) P. 2, 3. 159, 4. *tarow* (taurus) O. 123. Cr. 403. *marow* (mortuus) D. 422. P. 2, 4. 215, 4. 233, 2. 234, 3. *gelow* (clamat; cambr. *geilw*) O. 1864, *o* scripta a Lhuydio, qui addit *huero* (amarus),

guedho (vidua), *medho* (ebrius); aut evanescit *v* (sive potius assimilatur liquidae, ut in hib. *uall* p. 55): *del* (forma, instar) adverbii et coniunctionis loco passim in P. et Dr.

Provectione mediarum cornica, cuius leges infra exponentur, *gu* in QU mutatur: *ef nan quelse* (quod ipse eum non vidisset; *gwelse*) P. 85, 4. *gorqvyth* (cura, = *gorth-gwyth*) 139, 4. *ov querȝe* (in vendendo; *gwerȝe*) 104, 2. *dek can quyth* (decies centum vicibus; *gwyth*) D. 574. *mar qureugh* (si facitis; *gwreugh*) D. 1121. Ante liquidas tamen haud raro C scribitur: *ow crowsthe* (in iacendo; *gwrowethe*) P. 25, 3, ut semper ante vocales contractione ortas: *ow coȝaff* (in patiendo; *goȝaff*) P. 211, 2. *ow kuȝyll* (in faciendo; *guȝyll*) 96, 2. *mar coȝas* (si scis) 92, 3. *mara custa* (si scis tu) Cr. 2331.

In aremoricis libris vetustioribus neque in principio vocum neque in mediis *gu* regularis est, sed *w* (in codicibus procul dubio *uu*, ab editoribus transcripta *W*, *w*, *Vu*, *vu*): *Warochus* apud Greg. Tur. 5, 16, et nomina frequentissima in chartulario Rhedonensi: *Wasbidoe* Mor. 304. *Penwas* 1, 53. *Wesilloc* Mor. 331. *Wiuhamal* Mor. 266. *Wiuhoiarn* Mor. 273. *Tanetwiu* 1, 6. *Winan* 1, 29. *Winchon* 1, 10. 2, 21. *Winlowen* 1, 16. *Wincalon* 1, 18. 2, 23. *Botwen* 1, 23. *Wallon* 1, 4. 20. *Riwallon* 1, 36. *Catwallon* 2, 18. 20. *Roiwoallon*, *Roiantwallon* 1, 1. 4. *Weroc* Mor. 331. *Wetenoc* 1, 20. 38. *Wetenmonoc* Mor. 268. *Winweten* 1, 11. *Pascweten* 1, 10. *Matwethen* 2, 15. *Catwethen* 1, 5. 2, 17. *Woletec* 1, 5. 6. 22. *Worethoiarn* 1, 35. *Sulworet* 1, 5. *Catworet* 1, 4. 29. 30. *Woionan* 1, 9. *Sulwoion* 1, 41. *Conwoion* 1, 1. *Wocon* 1, 29. *Rinwocon* 1, 21. *Judwocon* 1, 46. *Jarnwocon* 1, 30. 2, 23. etc.; *enepwert* (dotatio) 1, 49, ut in media voce ipsa *nowid* (novus), *Owen* (n. pr.; cf. p. 82 not.). Etiam in recentioribus, in chart. Nannet. a. 1123 ap. Dom Mor. 1, 548: *Wennened* id est montem candidum. Interdum tamen, etsi rarius, in eodem chart. Rhed scriptum invenitur *gu*: *Kueroc* (filius Alani dulcis, qui ante dicitur *Weroc*, a. 888) Mor. 332. *Gueten* 2, 17. *Guethenoc* 2, 13. *Guethencar*, *Guethengar* 1, 2. 2, 13. *Guencalon*, *Guincalon* (a. 833) 1, 5. 6. *Guoletec* 2, 16. *Guoretan* 2, 16. In media voce: *Ritguoret* 2, 20. *Reitgualart* Mor. 340. *Iarnguallon* Mor. 340. *Guidgual*, *Tutgualus* Mor. 341. *Tutgual* (a. 1089) 2, 6. In aliis chartulariis ap. Dom Mor., in Kemperleg.: *Dungual* 374. *Pritgual* 432. *Clutgual* 465. *Tanguethen* 373; in Landevenec.: *Guethencar* 338. *Catguallon* 338. *enepguerth* (dotatio) ap Cours. 1, p. 424. *Plueu negued* (nova parochia) Mor. 379. Cambrico *-laun*, *-lon*, *-lan* (p. 128) non solum *lowen* (ut cornice) respondet in nominibus compositis vel derivatis Chart. Rhed.: *Lowenan* Mor. 304. *Lowinid* 1, 42. *Lowencar* 1, 8. *Winlowen* 1, 16. *Judlowen* 2, 16. *Drelowen* 2, 23. 26. *Trehlowen* 1, 5. 6. *Catlowen* (pugna gaudens) 1, 20. 24. 2, 27. *Argantlowen* (argento gaudens) 1, 37, sed etiam contractum *-lon*: *Catlon* 1, 1. 3. 4. *Argantlon* 1, 36. *Aithlon* 1, 2. *Urblon* 1, 21. *Gradlon* Mor. 265. *Prostlon* Mor. 329. In Buh. diphthongum *aou* (vel *ou* inde profectam) continent supra (p. 108) memorata *laouen*, *louen* (laetus), *poues* (quies), *louarn* (vulpes), hod. *laouen*, *paouez*, sed *louarn*, pl. *lern* per maiorem contractionem.

Conversio in diphthongum eadem quae cambrica spirantis finientis vocem colligenda est e voce *anau* frequenti in nominibus compositis: *Anaumonoc* Mor. 331. *Anauhoiarn* 1, 48. 2, 81. *Anauweten* Mor. 331. *Anauworet* 1, 25. *Anau-*

bechan 1, 35. *Anaugen* 1, 43. 2, 14. (*Anogen* 2, 13) *Rianau* 1, 15. *Dreanau*, *Doitanau*, *Balanau* Mor. 265. 267. 307. Simplex *Anau* 1, 48. M. 272. Recentius *glau* (pluvia) Buh. 92, 23, consonans cum *so* (est); hod. *glaô*, ut *taô* (tace; silentium), *naô* (novem). Sed *ancou*, *ancquou* (mors) Buh. 10, 1. 144, 5. *guenou* (os) 66, 2, hod. *génou*, *déou* (dexter) ut cambrice; quare forsitan *tnou* (vallis) Buh. 10, 3. 44, 21. 54, 18. cum adi. cambr. *teneu*, hib. *tana* (tenuis) conferendum sit. Terminatio *-ywo* cambrica aremorice hodie est *-eo*, sed etiam *-é*, in nomine regionis Britanniae gallicae *Kerneo* (Cornubia), *Kerné*. De monosyllabis ut *liou*, *léô*, *bléô* supra dictum est (p. 110). Ceterum in aremorica hodierna etiam magis quam in ceteris dialectis viget alternatio inter *ou*, *o* terminalem et *v* mediam; e. c. *gaou* (mendacium), pl. *gévier*; *bléô* (capilli), sg. *bléven*; *liou* (color), *livadurez* (coloratio, tinctio). — Post consonas in fine vocis in Buh. scribitur *u*, syllabam non efficiens: *maru* (mors) 10, 3. (mortuus) 10, 17. *caru* (cervus) 32, 5. *garu* (rudis, crudelis) 40, 5; apud Man. *taro* (taurus), *maro* (mortuus), *caro* (cervus), sed etiam *taru*, ut hodie *taro*, *maro*, *karo*, *bano* (sus) et *tarv*, *marv*, *karv*, *banv*, *galv* (voca), *berv* (coque) vel *tarf* etc.

In recentiore lingua aremorica secundum regulam cambricam in principio vocum extra infectionem scribitur GO, GU in Buh., GW hodierna scriptione. Exempla e Buh.: *goall* (malum, error; hod. *gwall*) fq. *goas* (puer, servus), *goasoniez* (servitium) 6, 2. 54, 26. *goalen* (virga; hod. *gwalen*) 150, 3. 188, 14. *goez* (coram; cambr. *gwydd*, hib. *fiad*) 124, 14. *goestlas* (spopondit; hod. *gwestl*, votum) 158, 14. *guelet* (videre) fq. *guell*, *guellaf* (melius, optimus; hod. *gwell*, *gwella*) fq. *guerches* (virgo; hod. *gwerch*) 18, 16. 22, 7, *guin* (vinum; hod. *gwin*) 70, 10. *guir*, *guirion* (verus, iustus), *guirionez* (iustitia; hod. *gwir*, *gwirionez*) fq. *guisquaff* (vestire; hod. *gwiska*) 26, 19. Etiam in mediis vocibus interdum *gu*, *go* non destituta scribitur: *eguit* (propter; alias *euit*) 12, 10. 34, 2. *Rigoal*, *Rigoall* (n. pr. viri) 162, 13. 15. 16. 166, 4.

GWO eodem modo tractatur quo cambrice. Quod etsi intactum invenitur in adi. *guobri*, *wobri* in nominibus compositis chartularii Rhedonensis, ut *Haelwobri* 1, 9. *Catwobri* 1, 9. 2, 31. *Breselwobri* 2, 31, etc., in aliis tamen transgreditur in *gu*: *Gulugan* 1, 2. *Gulchuenn* in Kemperl. ap. Mor. 431. 432. Particula *gwer*, *wer* hanc formam non servavit, sed semper scribitur *uuor*, *guor*, *gor*, *gur*, *uur* in nominibus frequentissimis ita compositis. Exempla quaedam e chart. Rhed.: *Guorgomet*, *Worcomet* 1, 8. 42. *Wrcomet* Mor. 265. *Guorwelet* 2, 14. *Guorweten* 2, 17. *Worlowen*, *Wrlowen* 2, 23. 26. *Wrmaelon*, *Gurmahilon* Mor. 307. 339. *Vurwal*, *Vurcondelu*, *Vurvidoe* (cod. sine dubio *uur-*) Mor. 275. 309. *Gurvili* 1, 8. *Wrbili* 1, 14. 39. *Wrwili* 40. *Wrhwant*, *Gurwant*, *Wrwant* 1, 49. 51. 53. *Gurgnou* Mor. 340. *Gurdiernus* (= Vertigernus) Mor. 416. *Gorloios* Mor. 515. E chartul. Coriosop. et Kemperl. ap. Mor.: *Gorhezre* 378. *Gurserch* 456. In recentiore aremorica, iam inde a Buh. sicut hodie, scribitur *gou*, *gour* (= *gu*, *gur*) pro *gwo*, *gwe*, *gwi*, *gwor*, *gwer*: *gouzaf*, *gouzaff* (tolerare; = hib. vet. *fodam*) Buh. fq. *goude* (post, postea; cambr. vet. *guetig*, hod. *gwedy*) fq. *gousper*, (vespera) Buh. 52, 1. *gouzout* (scire; cambr. *gwydd*) fq. *gourchemen*, *gourhemen* (mandatum; simpl. *quemen*) fq. Sed etiam *go*: *goel* (velum; corn. *guil*, cf. p. 97) 14, 8.

GWL, GWR mutantur aut transposita *o*, *u* aut excussa: *gloan* (lana) Buh. 170, 6. 172, 9. *glat* (regio, imperium) 160, 12. 172, 7. *gleb* (humidus) 100, 13.

grueo (mulier) 96, 7. *groay* (faciet) 134, 23. 176, 9 = *gray* 100, 18. 142, 1. 164, 11. *gruech* (faceretis) 74, 25. Hod. *gléb* (humidus), *grég* (femina), *grai* (faciet) etc.

Provectione mediarum hodierna *gw* in KW mutatur (ut *g* in K): *mé az kwélô* (te videbo; *gwélô*), *hô kwiriou* (vestra iura; *gwiriou*), *pemp kwélé* (quinque lecti; *gwélé*), *hô krég* (femina vestra; *grég*).

Spirantem hanc eodem modo quo a loquentibus britannice esse tractatam a loquentibus vel scribentibus romanice, exempla docent iam satis vetusta, ut *Gwodan* pro *Wodan*: Wodan adiecta littera Gwodan dixerunt. Paul. Diac. 1, 9, et, ni fallor, *Gulfila* pro *Wulfila* in vetustis scriptis. Quas formulas scriptio gallicanae linguae adhuc retinuit tam *gu* (ante *e*, *i*) quam *g* (ante *a*), quamquam utraque pronuntiatur *g*, non solum in vocibus germanicis receptis: *guerre* (bellum; germ. vet. *werra*), *guérir*, *guérite* (med. lat. *guarida*, *guarita*; *warjan*, *werjan*), *gué* (vadum; *wat*), *guise* (modus; *wîsa*), sed etiam in latinis: *gaîne* (e *guaine*, cambr. hod. *gwain*, med. lat. *guainarius*, = vagina, vaginarius), *gâter* (med. lat. *guastare* pro vastare), a quibus fere abest *g*: *verité* (veritas), *vin* (vinum).

Infectione destituente recentioris linguae *gu*, *gw* excussa *g* fit *u*, *uu*, *w*.

Cambrice 1. in principio vocum: *a*) in constructione, si extat causa infectionis: *yr weirglod*, *yr weirglawd* (ad pratum; *gweirgl.*) Mab. 1, 240. 242. *a weleist* (vidisti; *gweleist*) Mab. 1, 2; *b*) in compositione inchoans vocem alteram: *Huwel*, *Howel*, *Heuuel*, *Hiuel*, *Hywel* (vet. *Higuel*, p. 128), scriptione nominis recentiore et hodierna. *rinwedeu* (arcana; hod. *rhinwedd* compos. ut alia: *bronwedd*, prominentia, *tarwedd*, fermentatio; cf. vet. *ringuedaulion*) Mab. 1, 271. *unwisc* (una veste indutus; *gwisc*) Mab. 1, 250. E particulis *gwo* et *gwor* mutatis in *go* et *gor* excussa *g* nihil manet nisi *o* et *or* in compositis recentioris et hodiernae linguae: *diodeiueint* (passio; *dy-o-d.*, quod esset in vetusta lingua *do-guo-d.*) Mab., hod. *dyorfod* (victoria; *dy-or-f.*, quod esset vet. *do-guor-b.*).

2. In media voce: *tawel* (vet. *taguel*; silens), *petuuar*, *pedwar* (vet. *petguar*, quattuor), *ewin* (vet. *eguin*; unguis), *kawat*, *cawad* (tempestas), *newyd*, *newydd* (novus) in Leg. et Mab. atque hodie. In fine vocum spirans iam in vetustis libris destituta est et emollita (p. 129).

Cornice. In principio vocum in constructione vel compositione: *pan welas* (cum vidit) P. 13, 1. 26, 1 etc. *a warnyas* (monuit) 42, 3. *an wlas* (regio) 56, 4. 89, 3. *y wrek* (mulier eius) 157, 2. *tebell was* (malus puer; *gwas*) 38, 3. *finweth* (finis; arem. *finuez*) 212, 4. *ef a omwra* (se facit) 143, 2. Vario modo habentur formae *go*, *gu*, quarum *w* fere redit: *ʒe weʒyll*, *ʒe wuʒyll* (ad faciendum; supra *guʒyll*) 21, 2. 159, 2. 151, 4. *a wovynnys* (interrogavit; *govynny*, interrogare) 67, 1. *a woʒevy* (tolerabat; *goʒevell*) 54, 1. *a worthebys*, *a worʒebys* (respondit) 43, 1; 67, 3. 4. *rag y worʒye* (ad eum venerandum; *rag gorʒye*, ad ven., 228, 2) 29, 2; sed etiam *y oys* (sanguis eius; *y woys* 10, 3. 135, 2. 149, 2. 207, 2) 133, 3, ut *me a ra* (faciam) 39, 2. 63, 4. *ef a rug* (iste fecit) 30, 4. 118, 4. iuxta *me a wra* (faciam) 198, 3. *del wrussys* (ut fecisti) 115, 4. In mediis: *euuin* (unguis) Voc. 7[a]. *nowyth*, *newyth* (novus) P. fq. *peswar* (quattuor) P. 190, 2. 241, 4.

Provectione mediarum infectarum cornicae propria *gw*, *w* in *wh*

mutari supra (p. 124) significatum est et illustratum exemplis, ad quae addimus: *maga whyn* (aeque albus) D. 3138. et neglegentius scripta sine *h*: *may wrellons* (ut faciant) P. 229, 3. *may weȝe* (ut servaret) 235, 2. *y wreg* (fecit) 27, 2.

Aremorica exempla e Vita S. Nonnae, in qua interdum *gu* etiam in media voce servata est, alia eiusdem destitutae in *uo* (= *uu*, *w*), *u*: *Riuoall* (supra *Rigoall*, *Rigoal* = *Riwall*) 150, 20. *dezuez* (dies), *finuez* (finis; compos. cum *guez*, cambr. hod. *gwedd*) 102, 18. 104, 5. *diuisquaff* (vestibus exuere; *guiscaff*) 10, 19. *euezhat* (vigilare) 90, 12. *neuez* (novus) fq. Hodie scribitur *w* principalis, *v* media: *ar wirionez* (veritas; *ar* artic.). *nevez* (novus); Leonenses tamen Lgn. testatur in principio quoque vocum proferre *v*, quam scriptionem secutus est Dum.: *ar vreg* (mulier), *ur vreg* (mulier quaedam), *me a veel* (video), et ante eum Man. *ar verc'hes* (virgo). E particulis *gwo*, *gwor* transgressis aremorice in *gou*, *gour* excussa *g* in compositione hic quoque solum *ou*, *our* remansit: *diouganet* (praescriptus, praedictus; cambr. hod. *dyogan* = *do-guo-c.*) Buh. 8, 8 etc. *diouguel* (securus; cambr. *diogel* = *do-guo-c.*) 178, 4.

Mediae.

B D G. Formae primitivae in britannica lingua, eaedem quae in ceteris omnibus, servatae sunt in libris vetustis. Prius tamen alterationi obnoxiae sunt mediae britannicae quam aliud consonarum genus ullum.

Cambricae mediae vetustioris dialecti inchoantes: *bis* (digitus), *bichan* (parvus) gl. Ox. 23ᵃ. *buch* (vacca) 38ᵃ. *becel* (bulla) 4ᵃ. *bit* (cibus; rect. *buit*) Cb. 92. *breni* (prora) Cb. 31. *brith* (pictus) Cb. 30. *betid* (baptisma) Cb. in.; *di* (de) gl. Ox. 39ᵇ. *di* (ad) 37ᵃ. 39ᵇ. *dur* (durus) 41ᵇ. *dihel* (deses) 6ᵇ. *dificiuou* (gl. dispendia) Cb. 4. *diruestiat* (ieiunus) Cb. 64. *drus* (gl. claustrum) Cb. 66. *gen* (obex) gl. Ox. 6ᵇ. *gruiam* (suo) 3ᵇ. Intermedias iam in isdem glossis esse alteratas scriptione aspirata notatas in vocibus *mergidhaham* (evanesco) 2ᵇ. *helghati* (venare) 38ᵃ. concedendum non erit, et *h* in his, ut in *hinham* (patricius; hod. *hynaf*) Ox. B. 45ᵃ, etsi posita post consonas, adnumeranda exemplis *h* supervacaneae supra allatis (p. 112). Nam cum apposita tenuibus aspirationem constanter significet *h*, in vetustissimis glossis ut hodie, vix tamen usquam extat subiuncta mediis. Aspirationis igitur expertes putandae sunt mediae in lingua cambrica et vetere et recenti, quamquam mutatio mediarum antecedente *r* vel *l* effecta quodammodo comparari potest cum aspiratione tenuium. Esse autem in vetere lingua medias, ut ceteras consonas, expertes etiam infectionis destituentis universe patebit ex his exemplis.

B cambrica intacta in principio vocum: *nom ir bleuporthetic buch* (gl. lanigerae templa iuvencae) gl. Ox. 38ᵃ. B intacta inchoans alteram partem compositi in glossis isdem: *etbinam* (lanio) 4ᵃ. *louber* (splendor) 20ᵃ. *morbran* (mergus) 5ᵇ. *guobri*, *guobriach* (gl. gravis, gl. sapientior) 40ᵃ. 37ᵇ. *bronnbreithet* (*etinet*, volucres variegatae pectore) 40ᵇ. *laubael* (gl. secularia) B. 42ᵇ. *arber* (utitur) Cb. 92. *Colbiu* (n. pr. viri) in cod. Lichf. In libro Landavensi ipso nomina composita cum *biu* (vivus), *bri* (auctoritas), *bran* (corvus), *bresel* (bellum), servata procul dubio e vetustiore codice: *Joubiu* 163. *Judbiu* 175. 177. *Merchbiu* 154. *Eudbiu* 160. *Ilbri* 194. *Morbran* 191. 263. *Cinbran* 148. 264.

2. In mediis et extremis vocibus simplex *m* pro originaria *mb* scribi solet, ut iam in vocibus *am*, *cam* vetustiorum glossarum: *amyl* (multus, numerosus; hib. vet. *imbde*, *imde*, p. 64) Mab. 2, 64. *Amyr*, *Amir* (fluvii nomen; cf. Amber, Ambre Itin., Vindeliciae locus ad fluv. Ambrem, hod. Ammer) L. Land. 165 (in quo loco idem scriptum extat *Ambyr*). 191. 216. *cam*, *kam* (curvus, iniustus) Leg. Mab. fq. *camfrut* (fluvius curvus; = *camdubr* cod. Lichf.) L. Land. 218. Pro *nd* autem primitivo frequentissima est geminatio *nn*, *nh*: *lann* (gl. aethra, gl. aula) Cb. 16. *itlann* (area; cf. vet. hib. *isindithlaind*, gl. in area, Sg. 68ª. e *land*, composito cum subst. *ith*, frumentum) Cb. 14. *cannwyll* (= candela) Mab. 1, 241. 2, 47. *kanhuyllyt* (candelarius) Leg. 1, 22, 1. *eskenho*, *eskynho* (scanderit), *dyskenno*, *dyskenho* (descenderit) Leg. 1, 10, 7; 32, 5. *yscynnu* (scandere, *ar varch*, in equum), *disgynnu* (descendere) Mab. 1, 6. 8. *tynnu* (= tendere) 2, 56. *cynwynnet*, *cywynnhet* (aeque albus) 2, 377. 378. *gwynnach* (magis albus; hib. *find*, *finn*) 2, 377. *crwnn* (rotundus; hib. vet. *cruind*) 1, 262. Quamquam iam in Mab. aliisque libris inveniuntur *gwyn*, *gwen*, *gwynyon* (albus, alba, albi), *bord gron* (tabula rotunda), ut hodie scribuntur *canwyll*, *ysgynu*, *disgynu*, *crwn*, *gwyn*.

Infectio nasalis cornica et aremorica concordat cum cambrica.

Cornica in medio vel fine: *dijskynna* (descendere), *deyskynnas* (descendit), *dijskyn* (descende) P. 4, 3. 5, 2. 14, 4. *cam* (curvus) Voc. 8ª. *colom* (columba) 8ᵇ. O. 132. *guyn*, *gwyn* (albus) Voc. 8ª. P. Dr.

Aremorica exempla infectionis in principio vocum, ut *an naou*, *dan naou* (= *daou*), videas in capite altero. In mediis et extremis *m* simplex: *cam* (curvus) Buh. 174, 8. 194, 18. *camet* (curvatus) 194, 9. *coulm* (columba) 116, 17; hodie *mm*: *kemm*, *kemma* (cambium, cambiare); sed *n* modo simplex modo duplex: *lann* (= *land*: per *lannam*,* per *landam*) chart. Rhed. 1, 39. 41, *lan* in nominibus locorum chart. Landev.: *Lanloehan*, *Lanhoiarnuc*, *Lantewennuc* (Landevenec) ap. Cours. 1, 422. 423. Exempla e Buh.: *disquennet* (descendere) 94, 13. 116, 17. 124, 2. *disquen* (descendit) 116, 19. *benniguet*, *beniguet* (benedictus; = *bendiget*) 94, 15. 108, 7. *guen* (albus) fq. *difen* (defendere) 42, 24.

Expertem huius infectionis nasalis scriptio facit *g*, quae manet intacta post *n* in mediis et extremis vocibus in quavis dialecto, contra in cambrica finalem *n* praecedentis particulae sibi assimilat (cuius rei exempla videas supra sub N, p. 117).

* Item in Vita S. Pauli episc. Leonens. Boll. Mart. 2, 116. 28: locus usque hodie monasterium, sive quod notius est lingua Britonum, *Lanna* Pauli vocatur.

Tenues.

P T C. Tenuium britannica eadem quae in aliis linguis et scriptio est et sine dubio pronuntiatio, ut $c = k$ ante omnes vocales. Ex originario autem statu transgressae in aspiratum signantur addita *h*: *ph* (interdum *f*, *ff*), *th* (raro *d*, arem. *z*), *ch* (aremorice interdum simpliciter *h*, itemque cornice semper in principio vocum, cum in mediis alternent *h* et *gh*, quae in fine scribi solet). Aspiratio, ante cetera omnia consonarum genera has tenues aggressa, in quasdam potissimum positiones invasit iam in vetustiore lingua britannica. Attamen status primitivus, quamvis multum aspiratione turbatus sit, etiamtum late patet in vetustissimis codicibus. Exempla tenuium vetustioris linguae servatarum in statu originario.

P cambrica vetusta in principio vocis: *papeth* (quid?) Cb. 37. ut in parte altera compositi: *arpeteticion* (miseri), *bleuporthetic* (laniger) gl. Ox. 38ª. In media et extrema extra positionem: *scipaur* (gl. horrea) Cb. 14. *pipenn* (bipennis) ibid. *Vortipori* (Demetarum tyranne!) Epist. Gild. (Nenn. p. 159). *Guortepir* (n. viri) Chron. cambr. in praef. ed. Leg. p. XV. *Pepidiauc* regio, Vita S. Gild. (Nenn. p. 117). *Pepiau*, *Peipiau* (n. viri; *Peibaw* Mab. 2, 222) L. Land. 69. 72. 154. *gulip* (gl. liquidis, gl. liquefacta) Cb. 60. *rogulipias* (gl. olivavit) Lxb. *map* (filius), *paup* (quivis) gl. Ox. 39ᵇ. *hep* (sine) 38ᵇ. *crip* (pecten) 42ª. *cep* (fossarium) B. 42ᵇ.

In quibusdam vocibus *p* media iam in vetusta lingua per assimilationem orta est e duabus consonis coalescentibus: *aper* (ostium fluvii) Cod. Lichf. L. Land. fq. ex *atber* (ut patet e compositis aliis idem significantibus, cambr. *cimer*, *cymer*, i. e. *cymber*, in L. Land. 127. 128. 204, et hib. gael. *inbhir*). *aperth* (victima) ex *atberth* (hib. vet. *edbart*) gl. Ox. 41ᵇ.

T principalis: *mor tru* (gl. eheu!) gl. Ox. 39ᵃ. In compositione: *boutig* (stabulum) ibid. 6ª. *Eutut*, *Teirtut* (nn. vir.) L. Land. 264. 126. In mediis vocibus et extremis: *etem* (instita) gl. Ox. 37ª. *œtinet* (volucres) 40ᵇ. *eterin*, *eterinn* (avis, volucris), *petguar* (quatuor) 22ᵇ. *caitoir* (pubes) 41ᵇ. *anutonou*, *anutonau* (periuria) 45ª. Cb. 21. *betid* (baptisma) Cb. in. *litimaur* (frequens populis) Cb. 18. *strutiu* (veteres) Cb. 6. *reatir* (gl torrentum) Cb. 28. *cruitr* (gl. pala) Cb. 14. *it* (frumentum) in comp. *itlann* (gl. area) ibid. *gulat* (imperium) Cb. 19. *bit* (gl. assit) Cb. 32; praeterea in glossis Oxoniensibus: *litau* (Letavia) 39ᵇ. *scruitiam* (screo), *enmetiam* (innuo) 3ᵇ. *enmeituou* (nutus) 38ᵇ. *datl* (forum) 38ª. *datolaham* (lego) 5ᵇ. *clutam* (struo) 5ᵇ. *clutgued* (strues) 9ª. *rit* (vadum) 6ª. *bot* (in compos. *amgnaubot*) 38ᵇ. *braut* (frater; iudicium) 20ª. *peteu* (puteus) B. 41ᵇ. *bloteit* (spumaticum) 42ª. *notuid* (acus), *gratell* (craticula), *tarater* (foratorium) 42ᵇ. In isdem frequentiores derivationes vel terminationes *-etic*, *-at*, *-iat* (*cannat*, *orgiat*, *guiliat*), *-aut* (*bracaut*), *-et* (term. plur., et deriv. *cilchet*, *cilchetou*), *-it* (*nouitiou*), *-uit* (*iechuit*) Nomina virorum e chron. cambr. (in praef. Leg. p. IV. V): *Catell* (= Catullus, p. 4), *Catman*, *Catgualart*, *Catgocaun*, *Clotri*, *Nimet*, *Dimet*.

C in principio vocum (ubi in recentiore lingua destituatur vel aspiretur) *a*) in constructione: *o coilou* (auspiciis) gl. Ox. 39ᵇ. *o corsenn* (arundine), *o ceen* (murice) 40ᵃ. *o caitoir* (pube) 41ᵇ. *o cloriou* (tabellis) 38ª. *ocrit* (tremore) Cb. 5.

ha crip (pectine) gl. Ox. 42ª. *aceroenhou* (et dolia) Cb. 78; *b*) in compositione: *torcigel* (lora ventris), *bronnced* (bullo) gl. Ox. B. 43ª. *trucarauc* (mitis) Cb. 42. *Moilcun* (n. viri) Chron. cambr. in praef. ed. Leg. p. V. In mediis et extremis: *dificiuou* (dispendia) Cb. 4. *carnecou* (scrupea) Cb. 29. *anguoconam* (vigilo), *dacr* (δάκρυ, in comp. *dacrlon*, uvidus) gl. Ox. 8ª. *cemecid* (lapidaria), *ocet* (raster) B. 42ᵇ. *ocoluin* (cos) 43ª. *coc* (pistor) 44ª; ibidemque in derivationibus *-icaul* (*budicaul*, *creaticaul*), *-eticion* (*arpeteticion*) plur. e sing. *-etic*, atque *-auc* (*marchauc*, *plumauc*), ut *-oc* (p. 94), *-ocion* (*atanocion*) in glossis Luxemb.

P aremorica vetustioris dialecti in mediis vocibus et extremis: *Riskipoe* (n. pr. viri) chart. Rhed. 1, 2. *enep* in comp. *enepguerth* (dotatio) chart. Land. ap. Cours. 1, p. 424.

T inchoans alteram partem compositi: *Wotalin* (n. pr., cf. *Talan* Mor. 309) chart. Rhed. 1, 2. *Maeltiern* 1, 14. 2, 28. Media et finalis in nominibus propriis virorum chartularii Rhedonensis: *Woratam*, *Conatam* 1, 22. 34. *Litoc* 2, 20. 24. *Hitin* Mor. 266. *Jarnhitin* 1, 7. 20. 30. *Jarnhatoe*, *Jarnhaitou* 1, 7. 29. *Datlin* 2, 31. Mor. 273. *Woletec*, *Guoletec* (= cambr. vet *guletic*) 1, 5. 6. 22. 36. 2, 16. *Catoc* 1, 53. *Maelcat* 1, 32 Mor. 304, eademque in voce *mat* (bonus) frequenti in nominibus compositis.

C inchoans in compositis *-car*, *-cat*, *-cant*, *-calon* frequentibus in chartulario Rhedonensi aliisque, e. c. *Hocar*, *Ritcant*, *Guincalon* etc. Media et finalis: *Jacu* (Iacob) ibidem, ac praecipue in terminationibus *-ic*, *-oc*, *-ocan* frequentibus, ut *Budic*, *Loiesic*, *Catoc*, *Laloc*, *Lalocan* etc.

Originarius ergo status tenuium in his regularis est, nec aliam infectionem admittit vetustior lingua britannica nisi aspiratam, quae tenues in mediis vel extremis vocibus in positione magis minusve tangit: minus tangit coniunctas cum S, saepius cum liquidis, semper iunctas inter semet ipsas vel geminatas.

Exempla tenuium post S positarum, coniunctarum igitur SP, ST, SC, in mediis vocibus vel extremis supra data sunt (pp. 120 sqq.). In illis quidem aspirationis vestigium nullum; potuisse tamen tenues britannicas hic quoque ea infici docemur tam vocibus cambr. *ucher* (vespera; hib. vet. *fescor* Sg.) Mab. 1, 24. 31, *trichanawl* (tricuspis, pro *triscan.*? cf. in altero capite partis britannicae B. I. 1. 2. 3. II. 1. 2) quam inversae positionis CS = X originariae transitu in *ch*, *h* (p. 125 sq.).

Potuisse vero aspiratione infici tenues britannicas subiunctas qualicunque liquidae comprobari videtur vocibus quae iam in glossis Oxoniensibus extant: *cilchetou* (vela, velamina; sing. *cilchet*) 38ª. *pimphet* (quintus; e *pimp*), *hanther* (dimidium; cambr. rec. et hod. *hanner* e *hanter*) 22ᵇ. *aperth* (victima; hib. vet. *idbart*) 41ᵇ. Nec tamen aequabiliter aspirationi favit lingua in omnibus eiusmodi combinationibus, quarum sunt series tres: MP, NT, NC; LP, LT, LC; RP, RT, RC.

Regulariter tangitur aspiratione series tertia. Exempla cambrica praeter memorata e gl. Ox.: *nerthiti* (gl hortabere; subst. *nerth*, hib. vet. *nert*, cf p. 38) 39ª. *bleuporthetic* (laniger) 38ª. *parth* (pars) 20ª. *marchauc* (equester; hib. vet. *marcach*) 41ª. *morthol* (seta; lat. med. *martulus*, *martellus*, gall. hod. *marteau*), *gerthi* (virgae) B. 42ᵇ. *gurtharet* (appetitorium) 43ª. E cod. Cantabrig. *circhinn* (= circinus) 84. *ordamcirchinnucu* (ambagibus) 56. *archinn* (gl. adveniet) 66.

gurthdo (gl. obsistit; contra es) 3. E cod. Lichf. *Arthan* (n. viri), *torth* (panis); e L. Land.: *Arthur* 74. 126. 171. *Arthbodu* 77. 136. *Arthbleid* 236 (hib. *Artur*, *Artgal*, *Artbran*, nomina virorum in Ann. Tigern. ap. O'Con. 2, 160. 221. 228). *Dofngarth* (hib. *Domangart*, supra p. 114) 160. Rarior et minus accurata scriptio *rt*, *rd* inter glossas Ox. in vocibus: *gurt* (contra; pro *gurth*) 39ᵃ. *part*, *pard* 23ᵃ. ut *gurd* Cb. init. Combinationis RP exemplum vetustum non invenimus; recentiora mutantia *p* in *f* videas infra.

E secunda serie aspiratione mutantur LP et LC: *Elfin* (n. pr. viri; *Elphin* Mab. 2, 379; cf. Alpinia, Alpinula Inscr. Orell. 457 et *Alpin*, *Elpin*, nomen viri hibernicum in Ann. Tigern. ap. O'Con. 2, 216. 253) L. Land. 150. 171. 178. 237. *cilchetou* (gl. vela; cuius sing. *cilcet*, gl. stratorium, neglegentius inter easdem glossas) Ox. 38ᵃ. Contra LT, nimirum propter nimiam horum sonorum affinitatem, tenuem vel servat vel assimilat in vetustioribus scriptis: *Eltguhebrie* (n. viri) in cod. Lichf., compositum cum *elt*, pro quo in libro Land. est *ell*, *el* in nominibus *Ellgnou*, *Elgnou* 192. 193. *Ellgleu* 195. *Ellgualt* 240, ut in eodem libro alternant formae vocis *alt*, *allt*, *all* (collis, acclivitas) frequentes.

Seriei primae MP, NT, NC quae sola exempla aspirata videri possunt, supra dicta *pimphet*, *hanther* in gl. Ox., certo non magis huc pertinent quam cornicum *cancher* (cancer) Voc. Alias enim manent intactae hae combinationes: *temperam* (condio) gl. Ox. 4ᵃ. *pimp* (quinque) 22ᵇ. *montol* (trutina), *hint* (via) 5ᵇ. *eunt* (aequus) 8ᵃ; *nant* (vallis) L. Land. fq., *ieuanc* (iuvenis) hodie quoque. Recentior est assimilatio tenuis *p* in *pymhet* (quintus; = *pimphet*, *pimpet*) Mab. 2, 241; restituendum igitur videtur *hint* in Cb. 26: *or cled hin* (gl. limite laevo).

Communis omnibus britannicis et dialectis et codicibus, vel vetustissimis, est aspiratio tenuium iunctarum inter semet ipsas, sive sunt diversae, quoad quidem coniungi possunt, ut PT, CT, sive eaedem vel geminatae, ut PP, TT, CC. Perit autem in his consona tenuis prior, eiusque locum occupat *i* vel *e* inter vocalem antecedentem et posteriorem tenuem aspirandam.

Combinationum PT et CT posterior in vetustis codicibus aliquotiens extat, transformata in ID vel ITH. Anglosaxonica aspirata *đ* scripta est in gl. Ox. B. 42ᵃ. in voce *laiđver* (gl. lacocula [sic]), composita cum *laiđ* (cambr. rec. *laith*, *laeth* = *lact*, lac). Eadem igitur lineola aspirationis nota postulari videtur, ubi est omissa: *henoid* (hac nocte; *heno* in Mab., sed *peunoeth*, quavis nocte, ibid.; *noid* = *noeth* = *noct*) in carmine Cantabrig. *cenitolaidou* (gl. natales; cambr. hod. *cenedlaethau*, e subst. *cenitol*, generatio, derivatum in *-aid*, *-aeth* = hib. *-act*, *-acht*) Ox. 39ᵇ. In glossis Luxemb. scribitur *-ith*: *creithi* (gl. ulcera; cf. hib. *crecht*, ulcus, Ml. 10r. [gl. *nes*] Gl. 24. *crécht* Corm. v. *ness*); item in libro Landavensi: *guasanaith* (servitium), *bathoriayth* (ius signandi nummos), *cymreith* (ius; *reith* = hib. vet. *rect*, *recht*) in priv. eccl. p. 113. Ad eandem scriptionem pertinere videntur *guithlaun* (gl. duellis) Cb. 51. *guoguith* (gl. victus; cf. Victisirana Inscr. Grut. 700, 6. Convictolitavis Caes. et cambr. subst. *gweith*, proelium, proprie opus, Mab. 3, 379, ut hib. *incath fectha*, in pugna quae acta, pugnata est, Hymn. Fiacci v. 57) Ox. 41ᵃ. Combinationis PT nescio exemplum vetustum; e dictis colligi potest e. c. pro numerali VII forma *seid*, *seith* (cambr. hod. *saeth*, *seith*).

Combinationes TT et CC infectae aspiratione: *bathoriayth* (cf. *bathor*, num-

mularius, trapezita, Voc. 7ᵇ.) Priv. Land., ex originaria radice *batt*, servata in lat. med. *battare*, *battuere*, *battire* (ap. Cang.), gall. hod. *battre* (tundere, caedere). *iechuit* (sanitas; *iechyt* Mab., hod. *iechyd*) gl. Ox. 20ᵃ, e radice primitiva *jacc* (hib. vet. *icc*, salus, sanitas, *iccad*, sanatio; cf. p. 49). *bichan* (parvus; hib. vet. *becc*), *buch* (vacca) gl. Ox. 23ᵃ. 38ᵃ. Combinationis PP transgressae in aspirationem exemplum ignoro. Quo tamen pluribus exemplis regula firmetur, non possum non addere hoc statim loco exempla recentiora ex singulis dialectis et hodierna aspirationis duplicatarum. TT: cambr. *llythyr* (= litterae) Mab. 3, 272. *Math vab Mathonwy*, *Matholwch* (nomina virorum; cf. Matto Inscript. Vindoniss. ap. Orell. 437, et nomina Mattium, Mattiaci Tacit.?) Mab. 3, 94. 189. *Coth* (n. pr. viri; cf. Melocottius Orell. 437 et nomen populi Atacotti) Mab. 2, 206. cambr. hod. *crwth* (fidicula, = crotta Venant. Fortun.; hib. vet. *crot*, cithara, unde verb. *crotticthther*, citharizatur, in Wb., cf. p. 67), unde *crythawr*, *crythor* (fidicen, citharoedus), *saethu* (= sagittare), *saeth* (sagitta); corn. *seth* (sagitta) P. 223, 1. *coth* (senex) Voc.; arem. *coz* (senex), *cozni* (senectus) Buh. 8, 22. 136, 11. Et CC: cambr. *pechawt* (= peccatum) Mab. 1, 243. 2, 218. *o achaus* (propter; hib. vet. *hua accuiss* Sg. 45ᵇ) Leg. Mab. *moch* (sus, sues, collect.; hib. vet. *mucc*) Mab. 2, 212. *sych* (siccus; hod. *sychu*, siccare, *sychder*, siccitas) Mab. 2, 210. *coch* (ruber; cf. coccus, coccineus) Mab. fq. *mynych* (frequens; hib. vet. *menicc*) Mab. fq.; corn. *menough* (= *mynych*) P. 2, 3. *beghan* (parvus) P. 53, 3. 166, 2. *boghan* Voc. 10ᵃ. *baghan* Registr. Caernarv. fq. *seygh* (siccus) P. 170, 4. *sichor* (siccitas) Voc. 8ᵇ. *sach* (saccus) 8ᵃ. *boch* (hircus; germ. *bock*) 8ᵃ. *cloch* (= clocca), *clechti* (cloccarium), *clechic* (demin., tintinnabulum) 9ᵇ; arem. *sechet* (siccatus) Buh. 168, 8. *bihan* (parvus) Buh. fq. et hodie.

His adnumerandae sunt voces, quarum duplex forma traditur, altera cum tenui duplicata (post vocalem brevem?), altera cum tenui simplici post vocalem longam, sed in quibus hibernice e lege cambricae opposita servari statum originarium supra dictum est, p. 69). Quae proprietas iam animadvertitur in vetustis nominibus *Scotti* (apud Ammianum aliosque scriptores frequentissime) et *Scoti* (*Scôti* apud Claudianum), ut *Britto*, *Brittones* in Inscriptt. fq. et *Brito* (*Brîto* apud Auson. epigr. 109—114 alternans cum *Britannus*, cuius *i* corripitur). Exempla cambrica aspiratae (T) TT, conferenda cum ipsis his nominibus: *ansceth* (leniter, non impetuose; cf. hod. *ysgeth*, hasta; *ysgethiad*, propulsio, alternans cum *u*: *ysgwth*, ictus, *ysgwthiad*, propulsio, *ysgwthiaw*, pellere) gl. Ox. 39ᵃ. *breithet* (plur., variegati) ibid. 40ᵇ (in isdem glossis 39ᵇ: subst. *brethinnou*, gl. cunae, e sing. *brethyn* Mab. 2, 382) e sing. *brith*, *breith*: *main brith* (lapis variegatus), *guoun breith* (palus variegata) L. Land. 182. 186. 187. *cordwal brith* (corium variegatum; cf. pp. 99. 104) Mab. 2, 382; cf. corn. *bruit* (i. e. *bruith*) Voc. 8ᵇ. Exempla aspiratae (C) CC: *llech* (lapis; hib. vet. *liac*, *liacc* = lêc¹; cf. *Λικίας* Ptol., *Licus* fluv.? de *ê* et *î* alternante pp. 32. 105, qui idem fluvius Venantio Fortunato bis dicitur *Licca*) fq. *achmonou* (gl. inguina) gl. Ox. 41ᵇ, e simplici hod. *ach* (progenies; cf. hib. vet. *aicmae*, genus: *aicmae di grecaib*, gl. Iones, Sg. 34ᵇ; num etiam *aicned*, natura, Wb. Ml.?). *crochan* (vas, olla; differt tamen hib. vet. *crocenn*, gl. tergus, i. e. pellis, Sg. 95ᵃ. 111ᵇ) Mab. 1, 17.

Aremorica dialecti vetustioris exempla aspirationis tenuium e nominibus chartulariorum.

In positione cum liquidis: *Arthur* Rhed. 2, 21. M. 293. *Arthmael* 1, 5.

2, 23. *Arthwall* 1, 33. *Arthueu, Arthuiu* 1, 3. 7. 41. 2, 27. *Arthwiu* 2, 31. *Arthuou* 2, 31. *Arthnou* M. 307. *Duenerth* Kemperl. M. 454. *Doenerth* Chart. Coriosop. ap. M. 376. *Hedremarchuc* Rhed. 1, 2. *Hedremarhoc* Mor. 339. *Breselmarhoc* Mor. 328. *Kenmarchuc* Kemperl. Mor. 367. *Cunmarch* Rhed. 1, 33. *Wiomarch* Mor. 275. *Guihomarch* Kemperl. Mor. 366. 456. Minus accurate ergo scripta *Portitoe* (i. e. adiuvandus? cf. Mab. 2, 231: *vy nerth amporth*, vis mea et auxilium meum) Rhed. 1, 9. 36. 2, 14. *enepwert* 1, 49. *Artwolau* Mor. 268. *Conmarc* 1, 5. 6. In nominibus *Hocart, Euhocart cart* videtur scriptum pro *carat* (*hegarat* Buh., p. 93), ut *gent* in compositis quibusdam (p. 137) pro *-genet*. Intactae autem manent regulariter combinationes NT, LT: *Riantcar* Rhed. 1, 39. *Treanton, Caranton, Waranton* Mor. 300. 304. 315. *Hincant* 1, 21. *Jarncant* 2, 25. 27. 31. *Argant* Mor. 304. *Argantan* (fem.) 1, 42. Mor. 267. *Argantlon, Argantlowen* 1, 36. 37. *Roiantwallon* 1, 4. 19. 2, 20. *Roiantdreh* (fem.) 1, 32. *Roiantken* (fem.) 1, 39. 40. 49. *Wenruant* (fem.) Landev. Mor. 387. *Comaltcar* Rhed. 1, 44. 2, 30; nisi quod interdum assimilatur tenuis: *Ritcan* Rhed. 1, 27. *Roinwallon, Roenwallon* 1, 1. 7. 14. 2, 16. *Roienhoiarn, Rohenhoiarn* 1, 5. 6. 2, 28. *Comalcar, Cowalcar* 2, 15. 19. 30. *Roencomal* 1, 7.

A combinatione CT profecta videntur haecce: *Guithenoc, Guethenoc* Rhed. 2, 1. 13. *Guethencar, Wethencar* 1, 2. *Inwethen* 1, 5. *Morwethen* 1, 5. *Matwethen* 2, 15. *Catwethen* 1, 5. 2, 17. *Morwethen, Locswethen* Landev. Mor. 338. 379 (cf. cambr. hod. *gwaith*, opus, industria, adi. comp. *gweithgar*, industrius). *Doethwal* Rhed. 1, 14. 2, 14. *Doethgen* Vita S. Conwoionis ap. Mor. 1, 248 (cambr. *doeth*, prudens, Mab. 2, 11; = lat. *doctus*). *Tethviu, Tethwiu* Rhed. 1, 47. Mor. 268. *Tehviu* 1, 42. *Tethguithel* 2, 4 (cambr. *taith*, iter). *Trethien* (= *Trethgen*) Rhed. Mor. 307. *Treithian, Trehian* 1, 55. *Torithien* 2, 19 (cf. cambr. *traith, treith*, expressio, relatio?) In chartulario Rhed. minus accurate scriptum *t* pro *th*, saepius extat in compositis *-weten*, in *Doitanau* Mor. 267, ac iam *z*, ut recentiore scriptione, in charta montis S. Michaelis a. 990: *Guezenoc* ap. Mor. 351, atque e saeculo insequenti in chartul. Coriosop.: *Haelguezen, Guezenec* Mor. 378.

Geminationis CC aspiratione infectae exempla: *Winmochiat* (e *moch* = hib. *mucc*, cf. p. 90) Rhed. 1, 17. *Anaubechan* 1, 35.

In recentiore lingua britannica status originarius tenuium mutatur et turbatur infectionibus variis, non solum aspirata, quae iam extat in vetustiore lingua, sed etiam destituente et nasali, ut artioribus in dies finibus circumscribantur tenues primitivae.

Cambrice status primitivus non turbatur in paucis his, in quae illarum infectionum non est aditus: 1. in principio vocum tum, cum secundum regulam abest omnis infectio: *heb y kei* (dixit Caius), *mynet aoruc kei* (ire coepit C.) Mab. 1, 2.

2. In mediis et extremis vocibus in positione effecta iunctis LT potissimum (*llt*, cf. p. 113), MP, NT, NC, ST, quae hodie quoque servantur, ut in vocibus: *gwallt* (caesaries), *gwyllt* (ferus), *pump* (quinque), *mantawl* (trutina), *mantell* (pallium), *cant* (centum), *hynt* (via), *gwynt* (ventus), *ieuanc* (iuvenis), *llestr* (vas), ut in frequentibus verborum terminationibus *-ant, -ent, -ynt, -eist, -ost*. Tamen etiam ex his MP et NT mutantur infectione nasali (cf. infra), SP, SC destituente, iam in Mab., ubi ita quidem *yspeilaw* (spoliari, de praemissa *y* p. 120)

fq., sed etiam *ysbydinongyl* (n. pr.) 1, 292, ut *kyscu* (dormire) fq. et *kysgu* 1, 12. *yscwyd* et *ysgwyd* (umerus) 2, 234. 235. *gwisc* (vestis) fq. et *gwisg* 1, 17. In hodierna lingua solent scribi *sb* et *sg*.

Extra positionem tenues non servantur nisi in fine, praesertim *t* et *c* in fine sive radicis sive terminationum *-t*, *-et*, *-it*, *-ut*, *-awt*, *-eit*, *-wyt*, *-ec*, *-ic*, *-awc* etc.: *brawt* (frater), *gwlat* (regio), *bot* (esse), *mynet* (ire), *dywedut* (dicere), *carrec* (rupes), *pethedic* (minutus), *marchawc* (eques) fqq. in Mab. Minus hic quoque servatur *p*, quoniam ut *pawp*, *pop* (quivis) ita *pawb* invenitur, et vix *map*, *hep*, sed *mab*, *heb* in Mab.

Accedente flexione, in media igitur voce extra positionem destitutio tenuium regularis est: *brodyr* (fratres), *pethedigach* (minutior), *marchogyon* (equites) Mab. Sunt tamen exempla tenuium servatarum et sine causa perspicua ut *lludeticwisc* (vestis coenosa) Mab. 1, 4, pro quo *lludedic* 1, 285. *petwar* (quattuor) 2, 48, al. *pedwar*, in quibus scriptio vetustior servata est; et quorum tenuis geminata, secundum Daviesii praecepta congruens cum addito *h* in iis quae supra (pp. 113. 119) prolata sunt, assimilationem prodere videtur, quamquam in isdem scriptio est incerta: *bwytta* (cenare) Mab. 1, 11. 12. 16. 2, 29. 59. 63, *bwyta* 1, 5. 2, 14. 20. 59. *plycca* (flectere) 3, 302, sed *a blygwys* (flexit) 3, 303. *tybyckwn* (cogitabam) 1, 5, *tybygwn* 1, 2. *atteppych* (respondeas) 1, 18. *teckaf* (pulcherrimus) 1, 4. 17. 251, sed *tegach* (pulchrior) 1, 4. *bonhedickaf* (nobilissimus) 1, 17 ex adi. *bonhedic* (at *pethedigach*, minutior, e *pethedic*). *arbennickaf* (praestantissimus) 2, 385. *chwannocket* (aeque desiderans; e *chwannawc*) 2, 375. In hodierna lingua extra positionem nusquam iam extat tenuis originaria.

Status originarius tenuium cornice et aremorice paucis exceptis pari modo servatur atque cambrice.

Cornice 1. in principio vocum in constructione secundum regulam: *ow prene* (redimens) P. 196, 4. *rag kerense* (prae amore) 167, 4. *luhas tol* (multitudo foraminum) 133, 4. Medias in eodem loco e certis legibus, a cambrica alienis, in tenues provehi supra significavimus; quarum exempla infra sequentur (in capite altero). Pro aspiratione non est accipiendum, si interdum scriptum extat *ch* pro *c*, *k* ante *e* vel *i*, vix praeterea, in Voc.: *chil* (cervix), *chein* (dorsum), *chefals* (artus) etc. In Dr. et P. plerumque more anglico aut *c* aut *k* adhibetur.

2. In mediis et extremis vocibus in positione effecta iunctis SP, ST, SC: *gwesper* (vespera) P. 230, 1. *lester* (navis), *guistel* (obses) Voc. 7ᵃ. *gustle* (spondere) P. 249, 4. *guisc* (vestimentum) Voc. 9ᵇ. *gweskis* (vestitus) P. 64, 2. *coske* (dormire) Pass. fq. Subiunctae liquidis ex parte tantum tenentur. Servantur enim MP: *pymp* (quinque) D. 505. P. 227, 2. [*pemp* (a. 1776) ap. Treen. p. 82.]; NC: *iouenc*, *youonc* (iuvěnis) Voc. 7ᵇ. *yonk* P. Dr. *cancher* (cancer; *ch* = *k* sicut in *chein* etc.) Voc. 8ᵇ; NT: *skientoc* (sapiens), *diskient* (insipiens) Voc. 8ᵃ. *mantel* (mantellum) 9ᵇ. *guaintoin* (ver) 8ᵇ. *funten*, *fynten* (fons) Voc. 9ᵇ. P. 224, 2. *hanter* (dimidium) P. 201, 1. *kenter* (clavus) 154, 4. *skentyll*, *scyntyll*, *skyntyll* (sapiens) 8, 1. 134, 1. 216, 1. At fere NT ut semper finale LT cornice ita mutatur, ut *t* in *s* transgrediatur. NS iam in Voc. praesertim finiens vocem: *dans* (dens) 7ᵃ. *nans* (vallis) 9ᵇ. *cans*, *gans* (cum), *argans* (argentum) 7ᵇ. *oliphans* (elephas; = *-ant*) 9ᵃ. *sceuens* (pulmo; *eskeucynt* Leg.) 7ᵃ. *guins* (ventus; cambr. *gwynt*) 8ᵇ; praeterea: *sinsiat* (tenax), *eunhinsic* (iustus), *camhinsic* (in-

iustus; e subst. *hins*, cambr. *hynt*, via) 8ᵃ. *denshoc dour* (gl. luceus; i. e. dentatus aquae) 8ᵃ. In P.: *gans* (cum) fq. *cans* (centum) 227, 2. *arghans* (argentum) 16, 2. *myns* (quantitas, magnitudo) fq. *gwyns* (ventus) 211, 1, in terminationibus verborum *-ens*, *-yns*; *nanssow* (valles) 170, 2. *kerense*, *kerensa* (amor; cambr. *kerennyd* Mab., = *kerentid*) 58, 4. 167, 4. LS in Voc.: *als* (litus; cambr. hod. *allt*, scopulus) 9ᵇ. *chefals* (artus; hib. vet. *alt* Sg.) 7ᵃ. *mols* (vervex; hib. vet. *molt* Sg., lat. med. *multo*, gall. hod. *mouton*) 9ᵃ. *sols* (pecunia; cambr. *swllt* Mab. 2, 240; lat. med. *solta*, pecunia quae in permutationibus compensationis gratia rei commutatae additur, ap. Cangium) 10ᵃ. *gols* (caesaries; cambr. *gwallt* Mab. et hodie) 7ᵃ. In eodem tamen extant *guill* (*asen guill*, onager; cambr. hod. *gwyllt*, ferus), *guilter* (molossus) 9ᵃ. E P.: *gwyls* (ferus) 206, 3. *gwels* (stramen; cambr. *gwellt*) 16, 2.

In mediis vocibus extra positionem legitime destituuntur tenues; in extremis fere excipiuntur *c* et *t*. Servatur C in terminationibus frequentibus *-ic*, *-oc* Voc., *-ek* P., praeterea: *whek* (dulcis) P. 66, 2. *dek* (decem) D. 574. *duk* (duxit) fq. *tek* (pulcher) P. 177, 3. *drok* (malus) 101, 4. 120, 1. *gwrek*, *gurek* (mulier) 66, 3. 158, 1; ibidem tamen *wreg*, *rug* (fecit) 27, 2. 28, 1 etc. ut in Voc. *greg*, *grueg*, *freg* (mulier) 7ᵃ. Finalis T servata etiamtum in Voc.: *tat* (pater) 7ᵃ. *prit* (hora) 8ᵇ. *gulat* (patria) 9ᵃ. *buit* (cibus) 10ᵃ. *truit* (pes), *lagat* (oculus) 7ᵃ. *dillat* (vestis) 9ᵇ. *diot* (potio) 10ᵃ. *tauot* (lingua), *cheniat* (cantor) 7ᵃ. *cherniat* (cornicen) 7ᵇ, in terminatione *-et* numeri plur. et participii ut *flechet* (liberi) 7ᵃ. *fellet* (corruptus: *guin fellet*, acetum) 10ᵃ. Pro illa autem habent *s* P. et Dr., in extrema voce semper: *mas* (bonus), *tas* (pater), *tus* (populus) fq. *reys*, *rys* (necessarius; arem. *ret*) fq. *prys*, *pres* (tempus) fq. *(g)woys*, *goys* (sanguis; cambr. *gwaet*) P. 10, 3. 45, 2. *boys* (cibus) 10, 4. *lagas* (oculus) 83, 2. *dyllas* (vestis) 28, 3. 94, 2. *calys* (durus) 209, 4 etc., item in terminationibus numeri plur. ac praet. et ptcp. pass. *-as*, *-is*, *-ys*. In media etsi invenitur destitutione ortum *d*: *peder* (quattuor, fem.: *pedar ran*, quattuor partes, *peder gwyth*, quattuor vicibus) 190, 1. 227, 2. *pedyr streyth* (q. fontes) O. 772. *lader* (latro) P. 74, 4. 163, 1. 192, 1, plerumque tamen iterum mutatum est aut in *s*, nimirum mollius prolatum: *peswar* (quattuor) 190, 2. 241, 4. *peswore* (quartus) 247, 1. *resas* (occurrit) 219, 2. *pesys* (petivit) 9, 1. *cresyn* (credimus) 258, 4. *profusy* (prophetae) 73, 3. aut, quam soni mutationem praesertim infima linguae aetate serpsisse patet, in *ģ* (notatum quomodo supra p. 143 diximus): *cregyans* (fides) P. 44, 4. *profugy* (prophetae) D. 1480. *pager* (quattuor, masc.) in epist. (a. 1776) ap. Treen. p. 82. Qua de re ut de *t* in *ch* mutato infra disseretur.

Aremorice status originarius servatur: 1. in principio vocum semper in Vita S. Nonnae (Buh.), in hodierna lingua secundum certas leges (de quibus cf. caput alterum).

2. In mediis et extremis vocibus in positione, in isdem combinationibus in quibus cambrice servatur omnibus; etiam in quibus in infectionem nutat cambrica, ut in NT: *hanter* (dimidium; cambr. *hanner*) Buh. 148, 22; SP, SC, pro qua in Buh. saepe invenitur *sq*, *squ* (cf. p. 122), sicut pro NC *nq*, *ncq*: *stanc*, *stanq*, *stancq* (tantum) 102, 14. 92, 14. 190, 26. *franc*, *francq* (liber) 192. 14. 198, 21.

In mediis vocibus et extremis extra positionem eadem regula quae in cam-

bricis tenuibus servata invenitur in Vita S. Nonnae. In fine ergo vocum P: *enep* (facies) 124, 7. *nep* (aliquis), *hep* (sine), *pep* (quivis) fq. T: *mat* (bonus) fq. *gat* (lepus) 32, 8. *tat* (pater) 14, 4. *ret* (cursus) 138, 8. *pret* (tempus) fq. *bout* (esse) fq. *tut* (populus) fq. *coat* (silva) 30, 16. *quenet* (pulchritudo) 38, 8. 46, 6. *pechet* (peccatum) fq. Flexiones substantivorum vel verborum *-at*, *-et*, *-it* etc. In *z* transire *t* non est statuendum, cum *rez*, *reiz* (iustus, rectus) Buh. 146, 4. 190, 9 sit = *reth* i. e. *recht*, item *compizrien*, *comazreset* (compatres, commatres) 98, 21. 22 cum *z* = *th* ob sequentem *r* aspirantem. C: *huec* (dulcis) 38, 9. 54, 2. *drouc* (malus) 10, 16. 62, 22. *prezec* (praedicare) 54, 19. *baelec* (presbyter) 176, 5. *piuizic* (dives) 38, 1. Invenitur tamen hic quoque *b* pro *p*, in *mab* (filius) semper, in *archescob* (archiepiscopus) 182, 15. 22; rariora alia destitutionis exempla: *ed* (frumentum) 204, 18. Nutat hodierna lingua, quae adhuc servavit *pep* (quivis), sed destituit *mab* (filius), *krib* (pecten). Tenetur *k*: *dek* (decem), *drouk* (malus), *gwiziek* (sapiens), *pinvidik* (dives); sed destituitur *t*: *ed* (frumentum), *mad* (bonus), *tad* (pater).

Tenuium in mediis vocibus extra positionem destitutarum exempla sequentur infra, ubi de destitutione dicetur.

Infectio aspirata cambrica recentior tenuium efficitur 1. in principio vocum certis legibus in constructione: *ysp aphellennigyon* (hospites et extranei; *pellennic*) Mab. 1, 1. *ny thybygwn* (non cogitabam; *tyb.*) 1, 2. *owein..achynon..achei* (Owenus et Cynon et Caius) 1, 1. *llad achledyf* (occidere gladio; *cledyf*; cf. vet. *ha crip*, pectine) 1, 247; initio alterius vocis in compositione: *trachefyn* (iterum) Mab. fq. De legibus cf. caput alterum.

2. In mediis et extremis vocibus tam iunctione cum liquidis quibusdam quam combinatione tenuium inter se vel geminatione, ut iam in vetusta lingua.

Inter combinationes tenuium cum liquidis factas inprimis aspirationi favent LP, LC, RP, RT, RC, e quibus frequentiores sunt LC, RT, RC. Exempla LC: *golchi* (lavare; hib. vet. *folcaim* Sg.), *golchuries* (lotrix) Leg. et hodie. *ymolchi* (lavari) Mab. 1, 4. *kylch* (circuitus) Mab. fq. hod. *cylched*, vet. *cilchet* (= culcita; tapiseta). RT: *Arthur* (n. pr.) Mab. fq. *porthawr* (portarius) fq. *nerth* (virtus) fq. *myrthwl* (malleus) Mab. 3, 89. *chwerthin* (risus) 2, 40. *garth* (hortus, ager) 2, 221. 245. *gwerth* (pretium) 1, 21. 270. *torth* (torta, panis) 1, 251. *y perthyn itti* (pertinet ad te) 1, 259. RC: *march*, *marchawc* (equus, eques) Mab. fq. *serch* (amor; hib. *serc*) Mab. 2, 199. *cyrchu*, *kyrchu* (quaerere; lat. med. *cercare*, gall. hod. *chercher*) Mab. fq. *torch* (torques) 2, 225. Sequens *r* ut saepius efficit aremorice, item cambrice aspirationem efficere videtur in *guichr* (gl. effera), *guichir* (gl. effrenus) Cb. 69. 27, si comparandum est hib. vet. *feuchuir* (gl. severus) Ml. 24ᶜ, unde derivatum subst. fem. *feuchrae* (gl. feritas) Ml. 33ᶜ. 33ᵈ. Exempla LP, RP: *Elphin* (n. pr., cf. p. 150) Mab. 2, 379. *porffor* (purpura) 2, 9. 388. *sarff*, *sarf* (serpens) 1, 30. 266. 2, 381. *corff*, *korff* (corpus) 1, 16. 27. Secedunt ab his combinationes LT, NT, NC, MP, de quibus supra (pp. 150. 152) dictum est.

Combinationum PT et CT iam in vetustiore lingua in aspirationem transgressarum exempla recentiora passim inveniuntur, in quibus pro vetusta scriptione *-id*, *-idh*, *-ith* (p. 150) constanter formulae *-eth*, *-ith*, *-yth* obtinent locum illarum combinationum. APT: hod. *caeth* (= captus; servus). EPT: *seith*, *seyth*

(septem), *seythuet*, *seythued* (septimus) Leg. fq. IPT: *escrythur* (scriptura) Leg. praef. ACT: *amaeth* (agricola, operarius: *amaeth a amaetho y tir hwnnw*, colonus qui colat terram hanc; vox gallica *ambactus* Caes. 6, 15, etsi paulum differens significatione, de qua re conferri potest lat. *colonus*, germ. *bauer*) Mab. 2, 222. *traeth* (tractus, an traiectus?* *traeth sych*, sabulum maris siccum; cf. Girald. Cambr. Itin. 2, 6: "*Traeth mawr* et *Traeth bechan* id est tractus maris maior et tractus minor. Dicitur autem *traeth* lingua cambrica sabulum mari influente longius et se retrahente nudatum." *trait*, arena, Voc. leg. *traith*) Mab. 2, 210. Frequentissima est haec formula in derivatis *-aeth*, *-iaeth* (hib. *-act*, *-iact*), ut *gwassanaeth* (servitium) Mab. fq. *meccnyaeth*, *meichniaith* (securitas) Leg. 2, 4, 7. 10, 1. Exemplum a in o mutatae *cyfoeth* (potestas) Mab. fq. supra (p. 84) prolatum est. ECT: *reith*, *reyth*, *kefreith*, *cymreith*, *cyfreith* (lex; hib. vet. *rect*, *recht*) Leg. fq. L. Land. p. 113. *gweith* (opus) Mab. 2, 230, unde corn. *gueidvur* Voc. (opifex, faber; cf. Trebell. Poll. trig. tyr. c. 8: "Marium plerique Mamurium, nonnulli *Vecturium*, opificem utpote ferrarium, nuncuparunt"), cambr. *weithonn*, *weithon* (nunc; = hib. vet. *infectso*, hac vice) Mab. fq., *eilweith* (altera vice) Mab. 1, 247. *leithic* (= lectica) 1, 269. ICT: *bendith* (benedictio) Mab. 2, 247. *rith* (forma; hib. *richt*, status, Sg. 197ᵃ) Mab. 2, 235. 239. 241. 3, 302. Cf. *guoguith* supra p. 150. OCT: *noeth* (= *noct*, nox) in composito *trannoeth* (post noctem, postridie) Mab. fq. *doeth* (prudens; = doctus) Mab. 2, 11, plur. *doythion* (sapientes) Leg. fq. Vocalem mutat num. *wyth* (octo; hib. vet. *ocht*), *wythued*, *huethuet* (octavus) Leg., *vithnos*, *wythnos* (hebdomas) Leg. 2, 6, 3. Mab. 1, 244. UCT: *ffrwyth* (fructus) in compositis *ffrwythlawn* (fructus plenus, prosper) 2, 26. *diffrwyth* (fructu carens, inutilis) 2, 29. 3, 299. et derivato *ffrwytha* (fructum fert, prodest) 3, 190. *llwyth* (*pedwar milwr*, onus quattuor militum) Mab. 1, 7. *llwyth* (familia, homines; hib. vet. *luct*, *lucht*, copia, pars, aliqui, de quo cf. pronom. hib.; cf. Lucterius Caes.) 2, 34, unde composita *tylwyth* (familia) 2, 12. 34 et *golwyth*, pl. *golwython* (frusta, partes dissectae) 1, 2. 2, 201.

Pro *th* etiam aliae quaedam significationes aspirationis in codicibus inveniuntur, ut *d* more vetusto (potius *đ* aspirata anglosaxonica): *seyduet*, *seuduet* (septimus) Leg. 1, 13, 1. 29, 1. *huyduet* (octavus) 1, 30, 1. 39, 1; ut *h* transposito vel omisso *kefreyht* (lex) 2, 11, 48. *kefreytyaul* (legitimus) 2, 1, 69. Inprimis autem memoranda est scriptio *s* vel *h*, frequens in Leg. (quin etiam *sh*, *his*): *mab seihisbluit* (puer septem annorum) 2, 7, 4. *seyhuet* (septimus) 2, 1, 1. *gneihur* (facere; al. *guneuthur*) 2, 8, 2. *guassanaessu kefreis* (= *guassanaethu kefreith*, servire legi) 2, 6, 39. *e reis honno*, *ereihis honno* (lex haec; ibid. *er reith*) 2, 6, 3. *kefreis*, *kafreis*, *kefreihis* (lex), *kefreishiaul*, *kefreissiaul* (legalis) frequenter, ut *gueisret* (opus, in aliis locis *gueythret*) 2, 5, 1. *y vn gueys* (una vice) 2, 1, 69. *eilgueis*, *eilweys* (altera vice) 2, 5, 4. 11, 48. [a qua voce discernenda est vox *gwers* (spatium) in Mab.: *eilwers* (alternatim) 1, 24. *ywershonn* (hoc spatio, nunc) 1, 246.] *reyhur* (in eodem loco *reythur*), *reihiuuir* 2, 8, 4. 11, 43. 44. *kefreih*, *kereih*, *kefreihaul* fq. *vhrehnos* (hebdomas; = *wythnos*) 2, 6, 40.

Geminatis tenuibus TT vel CC infectis, quarum (ut substituti T vel C

---

* Beda hist. eccl. 5, 12. castellum Wiltaburg i. e. oppidum Wiltorum *lingua gallica Traiectus* vocatur. *Traiectus* etiam Britanniae oppidum in Itin. Ant. Aremorice hodie quoque *treiz* (traiectus), unde *treiza* (traicere) Buh. 8, 18.

antecedente vocali longa) exempla aliquot recentiora supra prolata sunt (p. 151), lingua recentior alias quasdam voces addidisse videtur, quibus principio conveniret tenuis simplex cum vocali brevi, ut contra quam hibernica forma docet, *byth* (semper, in aeternum; hib. vet. *bith*); sed congruens cum hibernicis formis pronomen infixum 2. ps. sing., et personale et possessivum: *yth welaf* (video te) Mab. 1, 285. *yth wlat* (in regione tua) 1, 8, in quo e contrario lingua vetus hibernica servat integrum *t*; eodem pertinent formae pronominales auctae *titheu* (tu), *hitheu* (ipsa), si conferuntur cum aliis, ut *ynteu* (ille), *wynteu* (illi). At videndum est, ne in illis, si non geminatio, alia aspirationis causa insit; inest certe geminatio in *cath* (catus, at lat. med. *cattus*, *catta* ap. Cang. ut hib. *cat* St. gl. 499; neglegentius igitur in Vocab. *kat*, rectius *kathe* (i. e. *kath*) Cr. 407), *cachu* (cacare; at graecum *κάκκη*, *κακκᾶν*, ut hib. *cac* St. gl. 1075). His adnumeranda videntur rara exempla C vel T aspiratae excussa N contra communem morem dialectorum britannicarum, ut *trwch* (truncatus) Cott. *trech* (truncus) Voc. 9[b]. *yskithyr*, *ysgithyr* (dens exertus; = spinther?) Mab. 2, 224. 239. *ewythyr* (avunculus; corn. *euiter* Voc. 7[a], arem. hod. *eontr*) 1, 246 sqq. 2, 28. *kythreul* (daemon; arem. *contrel*, contrarius, daemon, MJC. 84[b]. 197[a]) 1, 36.

Infectio aspirata tenuium cornica et aremorica recentioris dialecti non multum differt.

Cornica 1. in principio vocum compositione vel constructione subiunctarum secundum leges: *trehans* (trecenti; cambr. *trichant*, *cant*) P. 36, 1. *ow thus* (populus meus) 102, 2. *ow holon* (cor meum) 166, 3. 172, 2. *y holon* (cor eius, feminae; *colon*) 164, 2. 225, 2. *ow faynys*, *ov feynys* (dolores mei; *peynys*) 166, 2. 168, 4.

2. In media et extrema voce, ubi positio efficitur liquidis *r* et *l*. *Mp*, *nc* servari, *nt* et *lt* fere in *ns*, *ls* abire supra dictum est. E reliquis iunctionibus aspiratae inveniuntur LC: *ȝe wolhy* (ad lavandum), *a wolhas* (lavit) P. 46, 1. 149, 1. RP: *corf*, *corff* (corpus) fq.; servatur *rp* in *purpyr*, *purpur* (purpura) D. 2122. 2128. RT: *garthou* (stimulus) Voc. 8[a]. *hwerthin* (risus) 10[a]. *nerth* (virtus) P. 91, 4. 224, 2. 3. *marth* (miraculum) 120, 1. 166, 3. *parth* (pars) fq. RC: *march* (equus), *torch* (maialis), *porchel* (porcellus) Voc. 9[a]. *keirch* (avena) 10[a]. *ergh* (iubet), *yrghys* (mandavit; cambr. *erchi*) P. 170, 1. 28, 1. 72, 1. 147, 4. 241, 1. *yrhys* (id.) 218, 2. *arhadow* (mandata) 247, 4. *a gerhas* (abstulit), *kerhys* (allatus; cambr. *kyrchu*) 106, 4. 153, 1. Adnotandum tamen est in media voce non modo *th* in P., quae sola *th* et ȝ distinguit, semper fere in ȝ transire: *wherȝyn* (risus) 222, 1. *gwerȝe* (vendere) 38, 4. *porȝow* (portae) 212, 1. *porȝas* (nutrivit) 26, 3, sed etiam *gh*, *h* emollitione interdum perire ut in *kerugh* (afferte) D. 1359. *marrek* (miles; = cambr. *marchawc*) P. 241, 4. 242, 1. 244, 1. 245, 1, unde pl. *marregyon* D. 1613. *marogyon*, *morogyon* P. 251, 1. 250, 1, derivatum *morogeth* (equitare) 28, 4. Postea saepe *th* quoque perisse probatur scriptionis incertitudine, quae est in Cr.; cf. *bedna* (benedictio; *bennath*) 1541. *arthelath* (archangeli; sg. *archail* Voc. 7[a]) 61. *marth* (equus; *margh* O. 124) 406. *kerth* (avena; *keirch* Voc.) 1066, contra *segh* (sagitta; *seth* 1564) 1573.

Combinationis CT aspiratae exempla *d* fere exhibent in Vocab.: *gueid* (opus), *gueiduur* (operarius) 7[b]. *chefuidoc* (omnipotens), *mamaid* (altrix), *mab meidrin* (alumnus) 7[a]. *maidor* (caupo) 8[a]. *ruifanaid* (regnum) 7[a]. *medhecnaid*

(medicina) 7ᵇ; rarius *t*: *lait* (lac) 10ᵃ. *trait* (arena) 9ᵇ. Sed *th*, ut alibi, finale in P.: *gweyth* (opus), *gweyth*, *gweth*, *gwyth* (*tergweyth*, ter, etc.) 18, 2. 49, 3. 227, 2. *haneth* (hac nocte) 49, 2. 52, 2. *dyspyth* (despectus) 139, 2. *noyth* (nudus) 130, 1, mollitum regulariter in media voce: *gweȝyll*, *guȝyll* (facere) fq. *moloȝek* (maledictus) 47, 3, quamquam interdum scriptum est *th*: *guthyll* 26, 1. 155, 3. *moleythy* (maledicere) 18, 2; irregulariter in extrema: *molloȝ* (maledictio) 66, 3. PT aspirata: *caid* (servus; = captus; cf. hib. *cacht* p. 68), *caites* (serva) Voc. 7ᵇ. *noit* (gl. neptis) 7ᵃ. *seyth*, *syth* (septem) O. 599. R. 2494. Exempla aspiratarum CC et TT supra allata sunt (p. 151).

Aremorica: 1. in principio vocum nondum scripta in Vita S. Nonnae, in hodierna lingua obtinet secundum leges.

2. In mediis et extremis vocibus. Significatio aspirationis eadem, quae alias, excepta *th*, pro qua scribitur *z*.

Positionis cum liquidis exempla e Buh. LC: *guelchi*, *guelhy* (lavare) 104, 15. 106, 26. *golchet* (lavatus) 102, 8. RP: *corf*, *corff* (corpus) fq. RT: *nerz* (virtus; cambr. *nerth*) 194, 11. 196, 1. 5. *parz*, *perz* (pars; cambr. *parth*) in formulis praepositionum vice fungentibus: *a perz* (a parte) 36, 4, *a parz* (ante) 84, 9. *porz* (iuvare), *porzit* (iuvate) 122, 4. 196, 17. In quibus exemplis z = *th*, cum in aliis respondeat cambr. *dd* (p. 143); *z* cum *ch* alternans ut in *dezrou* (incipit, incipere; cambr. *dechreu*) 90, 21. 184, 11, in pronomine *hoz* (vester), infixo *oz* (vos, vester; suff. *-och*, ut hod. *hoc'h* et cambr. *-auch*, *-ch*) ad *s* referendum videtur. Utraque tenuis, *p* et *t*, interdum etiam *r* sequente aspiratur: *loffr* (leprosus), *lofrnez* (lepra) Buh. 196, 8. 21 [quocum conferenda *leuffriou* (libri, *livres*) 118, 10 et *euffrou* (opera, *oeuvres*) 102, 24], *compizrien*, *comazreset* (compatres, commatres) 98, 21. 22. RC: *guerches* (virgo) 18, 16. *querchat*, *querchit* (quaerere, quaerite; cambr. *kyrchu*) 138, 7. 146, 1. *merch* (filia, puella), *derch* (aspectus; hib. vet. *derc*) 18, 16. De *quaserch* (grando) 92, 24. ut de hodierno *erc'h* (nix), unde illud videtur per compositionem formatum, dubitationem, an *ch* a *g* profectum sit, iniciunt nobis tam corn. *keser* (grando) Voc. 8ᵇ quam cambr. *eiry*, *eira* (nix) Mab. 1, 257. 260, quoniam nec cornica iam in Voc. nec cambrica omnino extant exempla *ch* post *r* excussae.

Combinationis CT formulae quaedam. ACT: *mezur* (nutrimentum; cf. supra cambr. *maeth*, corn. *maid*) MJC. 235 a. ECT: *guez* (= cambr. *gweith*: *vn guez arall*, *an guez man*, alia vice, hac vice) Buh. 74, 9. 80, 14. *despez* (despectus) 86, 9. OCT: *noaz* (nudus; cambr. *noeth* Mab. 2, 9, hib. vet. *nocht*) 90, 10. *noazder* (nuditas) 12, 16. UCT: *luz* (luctus) 42, 8. *frouez* (fructus) 46, 18. Iunctarum PT exempla: *quaeth* (hod. *kéz*, = captus) MJC. 141 a. *seiz* (septem) MJC. 13 b.

Geminatam TT aspiratam produnt *Breiz* (Britannia) Buh. fq. cum hodierno *brezonek*, *brezounek* (lingua britannica) reducendum ad antiquam formam *Britt*- pp. 104. 151, sciungendum a *breton* (= Britannus) Buh. fq.; hod. *kâz* (= cattus, cf. p. 157) et *raz* (= rattus; hib. hod. *ráta* et *radán* O'R.) respondentia formis linguarum romanarum, quas dicunt. CC: *pechet*, *pechedou* (peccatum, -a) fq. *sechet* (siccatus) 168, 8. Conferri quodammodo potest *ch* = *cc* in compluribus vocibus linguae gallicanae, ut *cloche* (*clochia* a. 1359, *clochetta* a. 1397 apud Cangium = *clocca*), *roche* (= *rocca*, *roccha*), *bouche* (= *bocca*), *péché* (pecca-

tum) etc; quamquam ne hoc quidem neglegendum est, quod simplex *c* eadem mutatione soni tangitur ante *a* primitivam positum: *chien* (canis), *chose* (causa), *cher*.(carus) etc.

Infectio destituens in recentiore lingua britannica incipit valere, ubi desinit infectio aspirata, ergo extra positionem. Inveniuntur quidem *b* pro *p* originaria, *d* pro *t*, *g* pro *c* iam in vetustioribus quibusdam exemplis, tam in cambricis vocibus glossarum Oxoniensium: *gubennid* (cervical; *guo-penn*), *hendat* (avus; *tat*), *dadl* (concio), *dadlt*. (curia; sed in isdem glossis *datolaham*). *modreped* (materterae; pro *motreped* e *moter* obsoleto, hib. vet. *máthir*), *petguared* (quarta, fem.; pro *-et*), quam in nominibus aremoricis chartularii Rhedonensis: *Maelhogar*, *Gurhugar* 1, 4. *Anugar* 1, 17. *Guethengar* (contra alibi frequentissime *-car*) 2, 13, ita ut in his ipsis initia infectionis destituentis suspicari possis. Equidem in illis nihil video nisi neglegentiam scriptionis, cum in exemplis multo pluribus quaelibet tenuis, tam inchoans partem alteram compositi, quam in mediis et extremis vocibus extra positionem (p. 148 sq.), servaverit statum originarium. Secundum leges certas tenues *p*, *t*, *c* in recentioribus demum codicibus, ut in lingua hodierna, destitutione transeunt in *b*, *d*, *g*.

Cambrica destitutio tenuium fit 1. in principio vocum in constructione (leges cf. in capite altero): *y gan gei* (a Caio; *Cei*), *tal y gei* (ad Caium, solve Caio) Mab. 1, 2. *y wreic deckaf* (mulier formosissima; *teckaf*, *teg*) 1, 273. *y bori* (ad pascendum; *pori*) 1, 7. Initio vocis alterius in compositione: *medgell* (cella medi) Mab. 1, 2.

2. In media voce extra positionem regulariter. P destituta: *ebawl*, plur. *ebolyon* (pullus, pulli; cf. hib. vet. *ech* et gall. vet. *ep* in Eporedia etc.) Mab. 3, 30. Leg. 1, 12, 7. *pebyll* (tentorium; hib. vet. *pupall*) Mab. fq. *pebreid*, *pybreid* (piperosus) Mab. 2, 201. 203. T: *adar* (aves, collect.; *eterin*, *eterinn*, cum nota singularitatis ex *atar*, gl. Ox. 22ᵇ.) Mab. 1, 8. *llydan* (latus; cambr. vet. *litan*, hib. vet. *lethan*) 1, 4. In derivatis *-edic* (cambr. vet. *-etic*): *bonhedic* (nobilis), *llywychedic* (pellucidus), *lludedic* (coenosus), *pethedic* (minutus) Mab. C: *kegin* (coquina) Mab. 1, 2. In derivationibus *-ogi*, *-ogion* auctis ex *-awc*: *mabinogi* (narratio puerilis), plur. *mabinogion*, *marchogion* (equites) Mab. Exempla servatae interdum tenuis videas supra (p. 153).

3. In fine vocum destitutionem rarius fieri, magis in tenui labiali quam in ceteris, ut in *heb* (sine), *mab* (filius), plerumque teneri statum primitivum in codicibus recentioribus, supra dictum est. In hodierna autem lingua destitutio ut in media etiam in extrema voce regularis est. Nec mirum, quoniam infectio hodie ipsam quoque combinationem SC semper mutavit in SG, saepius SP in SB (exempla in Mab. nutantia inter *sp* et *sb*, *sc* et *sg* supra p. 152 sq.), ST solam intactam reliquit.

Destitutio tenuium cornica et aremorica. Cornica: 1. in principio vocum in compositione vel constructione secundum certas leges: *hendat* (avus; *tat*), *hirgorn* (tuba; *corn*) Vocab, *an bobyll* (populus) P. 67, 1. *yn y golon* (in eius corde; *colon*) 89, 2. *ȝe droys* (pes tuus; *troys*) 14, 3. Semper ibidem cum destituta *c* ob frequentiam praep. *gans* (cum; = *cans* Voc.).

2. In mediis vocibus extra positionem regula poscit destitutas tenues. P: *aber* (gurges; cambr. vet. *aper*), *oberor* (operarius), *drochoberor* (maleficus),

cober (cuprum), *glibor* (humor; cambr. vet. *gulip*) Vocab. *ober* (opus) P. 31, 2. 220, 1. *pobyll* (populus) 89, 3. 4. T: *lader* (latro), *nader* (anguis; hib. vet. *nathir*), *redegua* (cursus; arem. *ret*) Vocab. *lader* (latro), *pedar*, *peder* (quattuor, fem.) P., sed saepius inveniri *s* supra adnotavimus (p. 153. 154). C: *lagat* (oculus), *diagon* (diaconus), *cugol* (cucullus), *cuillioges* (gl. phitonissa; praecedit *chuillioc*, augur) Vocab. *lagas* (oculus) P 83, 2. *dagrow* (lacrimae) 222, 2 Interdum geminatio scribitur *bb*, *dd*, *gg*: *dybbry* (edere; servatum *p* in *deppro*, edat, 44. 4; cambr. vet. *diprim*, cibus, gl. Lxb.) 43, 1. 87, 3. 173, 1. *laddron* (latrones) 186, 4. 192, 4. 229, 1. *daggrow* 231, 2. D. 482. 519.

3. In extrema voce extra positionem destitui solet *p*, ut in voce *mab* (filius) fq., vix *c*, e. c. *cloireg* (clericus) Voc. 7ª. *marreg* (miles; at *marrek* P. 241, 4. 242, 1. 244, 1. 245, 1. *marrak* 246, 1) P. 190, 2. Servatur enim haec plerumque in fine in Voc., sicut *t*, quam in P. et Dr. transire in *s* supra demonstratum est. Paulum differt *whegol* (tota dulcis; al. *whek*) P. 164, 1, in quo *k* propter inclinatum *ol* quasi in mediam vocem transposita videtur.

Aremorica destitutio. 1. In principio vocum in constructione tenues intactae fere manent in Vita S. Nonnae (cum sint exempla destitutarum mediarum vel *m*, pp. 116 et 142. 144). In quibusdam tantum vocibus maxime usitatis, praepositionibus vel aliis particulis, tenues semper destitutae inveniuntur, etiam extra causam infectionis, ut initio vocis alterius in compositione e regula (cf. in cap. altero C. I. 6 extr., C. II. 1. 6).

2. In mediis vocibus extra positionem destitutae tenues. P: *ober* (operari), *oberou* (opera) Buh 26, 7. 8. 28, 12. *sebeliaf*. *sebeliet* (sepelire, sepultus) 20, 23. 25. *desquebl*, *desquiblion* (discipulus, -i) 118, 6. 22. T: *roedou* (retia) 32, 14. *madou* (bona) 28, 10. *madaelez* (bonitas; *mat*) 86, 14. *breuder* (fratres) 202. 9. *pedaf* (peto), *peden*, *pedennou* (petitio) fq. *pechedou*, *speredou*, *preludet* (sing. *pechet*, *speret*, *prelat*) fq. C: *trugarez* (misericordia; hib. vet. *trócaire*) fq. *laguat* (oculus; hod. *lagad*) 96, 8. *beleguet* (presbyteri; sing. *baelec*), *baeleguiez* (presbyterium) 178, 14. 18. *prezeguen* (praedicatio; hod. *prezek*, praedicare, *prezeget*, praedicatus) 54, 2.

3. In fine vocum etiam extra positionem status primitivus fere servatur, exceptis paucis exemplis e Buh., pluribus ex hodierna lingua supra (p. 155) allatis. Molliuntur tamen saepe non solum in hodierna lingua tenues ante vocalem principalem vocis proxime sequentis (vel *h* mutam), ut apud Legon. *ar gwîn a garoñd holl enn ti-mañ* (vinum amant omnes in hac domo; *caroñt*), *abréd é leinimb hiriô* (mature cenabimus hodie; *leinimp*), item apud Manorium: *liuirid oll* (dicite omnes), sed iam in Buh. ante pronomina inclinata mollitam *t* invenimus in his exemplis: *edoll* (ite omnes; al. *it*, *yt*) 56, 17. *advertisydy* (advertite eos) 150, 11. *anedindy* (nonne sunt ii? *int*) 158, 8, quibuscum corn. *whegol* supra allatum comparari potest.

Res certe notatu digna est et hoc loco exemplis clarius illustranda, destitutionem hanc, qua tenues in mediis vel extremis vocibus extra positionem in medias transeunt, prius quam in britannicis inveniri in libris latinis vel romanicis terrae continentis, nec solum hoc, sed etiam medias has per destitutionem e tenuibus ortas postea tractari velut si essent mediae originariae, iterum igitur destitui atque excuti (cf. p. 138 sqq.) excepta *p*, *b*, e qua residua manet *v*. Exempla singularum tenuium separabo.

P hoc modo tractatae exempla vetustissima sunt vox gallica *sapo*: "prodest et *sapo*; *Galliarum* hoc inventum rutilandis capillis." Plin. 28, 12, et nomen *Sapaudia* in Notit. dign. et ap. Ammian. 15, 11, cum nomine viri *Sapaudus* ap. Sidon. epist. 5, 10. Iam ap. Greg. Tur. 4, 30. 8, 38 est nomen viri *Sabaudus* et *Sabaudia*, *Sabaudiensis* in libris medii aevi, et ex hac demum forma prodiit *Savoya* in chart. Frid. imp. a. 1157 ap. Cang., ut pro *sapo* scribitur *sabona*, *savo* in glossis ap. Graff. 6, 172 et alibi. Alia quaedam: lat. med. *riparia*, *ripera* (fluvius, litus), in chartis a. 1067. 1190 *riberia*, *ribera* ap. Cang., gall. hod. *rivière*. *papilio* (tentorium; hib. vet. *pupall*, cambr. hod. *pabell*) ap. Lamprid., in chartis a. 1202. 1308 ap. Cang. *pavilio*, *pavilionus*, gall. hod. *pavillon*. *Lupara*, *Luppera*, *Luppara* (cf. lat. med. *luperia*, locus ubi sunt lupi, *luparius*, qui lupos venatur, gall. *louvetier*) servatum in chart. a. 1031. 1358. 1364 ap. Cang., gall. hod. *Louvre*, nomen palatii Parisiensis. Interdum iterata haec destitutio latius propagata est, ut ex *episcopus* prodierunt ital. *vescovo*, hisp. *ovispo*, gall. hod. *évêque*.

T in *d* destitutione transgressae exempla satis vetusta sunt *lidus* pro *litus*, scriptione frequenti in lege Salica, capitulariis, codicibus aliis, et *nimidas* in indiculo superstitionum in capit. Carlomanni a. 743: "de sacris silvarum, quae *nimidas* vocant" (cf. δρυνέμετον Strab. 12, 17, arem. *nemet* servatum a. 1031 in chart. Kemperl. ap. Dom Mor. 1, 368: silva quae vocatur *Nemet*, denique quae supra dicta sunt pp. 10. 85. 87). Item vox *clida*, *cleida*, *clidus* scripta in leg. Baiovar. c. 77, in capitul. ad leg. Alamann. c. 22, in Annal. Franc. Loisel. ad a. 776 eademque *cleta* in Leg. Heinrici I. reg. Angl. c. 92, *clitella* (i. e. crates, craticula; hib. vet. *cliath* supra p. 21, cambr. vet. *cluit* p. 114; = *clêt*) ap. Greg. Tur. 7, 37; ulterioris destitutionis formae *cleia*, *cloia*, *claia* ap. Cangium iam inde a saec. 11 inveniuntur, gall. hod. *claye*, *cloie*. Eodem modo progrediuntur *patella*, *padella*, *paella* (sartago); *spata*, *spada*, hod. *épée*; *scutum*, *scudo*, hod. *écu* (cf. Cang. s. vocibus), quibus adiungenda sunt hodierna *mère*, *père*, *frère* e *mater*, *pater*, *frater*. *Gadales* in capitular. Car. M. ap. Baluz. 1, 343: "de *gadalibus* et meretricibus volumus", reducendum erit ad *gatal*, propter arem. hod. cum *d*, non *z*, *gadalez*, meretrix, *gadal*, libidinosus, sicut provinc. *godina*, *godineta*, unde gall. hod. *gouine*, reducendum est ad *gotin* (hib. vet. *goithimm*, gl. futuo, Sg., cambr. hod. *godineb*, fornicatio), atque ut lat. med. *gradella*, gallican. vet. *greil* ap. Cang., est cambr. vet. *gratell* (gl. graticula; leg. gratella) Ox. B. 42[b].

C destitutae vetustum exemplum est *Sauconna* ap. Ammian., nomen fluvii, qui iam Fredegario (42. 90) dicitur *Saogonna*, *Sagonna*, recentius *Sagona*, hodie *Saone*. Alia: *auca* (anser) in Leg. Alamann., ap. Bedam, *auga*, *oga* in scriptis medii aevi ap. Cang., gall. hod. *oie*; *nogarius* (nux arbor), *nogaredu*, *nogaderia* (nucetum, ager nucibus consitus) in chartis vetustis ap. Cang., pro *nucarius*, *nucaretum*, sine *g* *noieria*, *noiarius* iam in chart. a. 1022. 1108; apud eundem *logaderius* (operarius, operae locator) a. 1341, *logerium*, *loherium* (locarium; gall. hod. *loyer*) a. 1333. 1374, a verb. lat. *locare*, unde gall. hod. *louer*

Infectio nasalis sicut in medias, item in tenues britannicas invadit, potissimum in combinationibus MP et NT, quae transeunt in *mm*, *mh*, *m*, et *nn*, *nh*, *n*, cum in NC haud raro tenuis maneat intacta. Certa scriptione hodie demum distinguuntur *mh*, *nh*, *ngh* (ex *mp*, *nt*, *nc* natae) et *m*, *n*, *ng* (ex *mb*, *nd*, *ng*).

Cambrica dialectus magis quam ceterae indulget huic infectioni. Quae fit 1. in principio vocum in constructione vel compositione, ut in *yn mhenn* (in capite; rectius *ym menn, ymhenn*, i. e. *yn penn*), *kynhewi* (subtacere; = *kyn-tewi*), *vyghyghor* (consilium meum; = *vyn-kyghor*) aliisque, quae videas in capite altero.

2. In mediis et extremis. MP: *amherawdyr* (= imperator) Mab. fq. *pemhet, pemhed, pemet, pymet* (quintus; *pimphet* gl. Ox. 22ᵃ) Leg. fq. *pymhet* Mab. 2, 241. Hod. *swmwl* (stimulus; *sumpl* gl. Ox.) sed etiam *swmbwl*, sicut manet *p* in fine num. *pump* (quinque). NT: *hanner* (dimidium; vet. *hanther* gl. Ox.), *kerennyd, karenhyd* (amicitia, favor; e vetust. *carentid*, cf. nomina gall. Carantonus, Carentomagus) Mab. fq. *aryanneit, aryannheit* (argenteus) Mab. 2, 200. 3, 264. *Saranhon, Gouannon, Riannon* (nn. pr. virorum; cf. arem. *Waranton, Caranton* etc. in chartulariis) Mab. 2, 206. 222. 3, 144. 145. *Morcanhuc, Morcannhuc, Morgannhuc* (regio Cambriae denominata a nomine viri *Morcant*, hodie *Glamorgan* i. e. *gulat Morcant*, regio Morcanti) L. Land. p. 113 et al. *cann* (albus; cf. Cantium Caes., Britanniae regio, ob album litoris colorem) Mab. 1, 251. *gan* (cum, praep.; cambr. vet. *cant*, arem. *gant*), *cyn* (antea; arem. *quent*) Mab. fq. Expertes tamen infectionis sunt terminationes quaedam, ut *-eint, -ant, -ynt* substantivorum et verborum, atque formae pronominales. Combinationis NC tam in principio in constructione quam in mediis vocibus in scriptionem *gh, ngh, gk* transeuntis exempla videas supra (p. 118) et infra in capite altero, ubi dicetur de infectione nasali.

Cornica eiusmodi exempla pauciora sunt: *pymȝek* (quindecim) P. 227, 3. 228, 1. *can* (albus) Voc. vix *eun* ibid. in composito *eunhinsic* (iustus), quod potius ad *iaun* (rectus) quam ad cambr. vet. *eunt* (aequus) referendum videtur. Sunt alibi *pymp* (quinque) P. 227, 2, item *nt* vel *ns*: *hanter* (dimidium), *kerense* (amor), *gans* (cum) P. (p. 153.)

Aremorica dialectus etiam magis restitit huic infectioni. Nam in hodierna lingua etsi extat *pemved* (quintus), servatur tamen *pemp* (quinque), quia etiam *p* supervacanea videtur in terminationibus verbalibus *-imp, -omp* pro cambr. *-im, -om*; item in chartulario Rhed. quamquam scriptum est *Roen, Roin, Roien* in nominibus propriis quibusdam, servatur *Roiant* in aliis (p. 152), et hodie quoque *anter, hanter* (dimidium; *hanter* Buh.) et *gant* (cum).

Aspirata.

F, quam unam esse aspiratam celticam supra demonstratum est (p. 76 sqq.), eadem sola dici potest originaria aspirata britannica. Ceteras enim, TH et CH, nusquam esse aspiratas a principio, sed semper e tenuibus progressas, ex iis quae hucusque diximus affatim patet; et vel immobili aspiratae inchoanti combinationem CHW, quae poterat videri primitiva, alium sonum originarium subesse S idonea exemplorum copia comprobatur (p. 124). Verum ne F quidem primitivam britannicae linguae certo tribuendam esse supra diximus (p. 79). Ceterum aspirata (sive potius spirans) britannica *f*, ut *ch* combinationis *chw*, omnis infectionis expers est et immutabilis.

Cambrica. Scriptio hodie usitata *ff* (quoniam *f* simplex sonum *v* significat) iam extat in codice rubro, in aliis scribitur simplex *f*. Quae *ff* in prin-

cipio vocum intacta manet, etiam si est causa infectionis. In constructione: *kymer y fford* (sume viam; *fford* fem.) Mab. 1, 6. *ef a ffustawd* (pulsavit) 1, 250. *a ffust hayarn* (flagello ferreo) 2, 210. *tri ffrwt owaet* (tria flumina sanguinis) 1, 247. In compositione: *ymffust* (caedere invicem, pugnam committere) Mab. 1, 24. 2, 18. 51. *kyffroi* (expergefacere) 1, 259. *deffroi* (expergefieri) 1, 11. 252.

Exempla inchoantis *ff* e Mab.: *ffiol* (calix) 2, 42. *ffoc* (focus) 2, 220. 221. *ffol* (stupidus) 1, 242. *ffo* (fugere) fq. *ffonn*, pl. *ffynn* (clava) 1, 6. 245. *fford* (via) fq. *fforch*, pl. *ffyrch* (furca) 2, 15. 219. 3, 156. *fforest* (silva) 1, 236. *ffuon* (rosae) 2, 218. *Fflergant* (n. pr. viri) 2, 206. *Fflewdur*, *Ffleudor* (n. pr. viri) 2, 205. 209. *ffraeth* (eloquens) 2, 9. *ffrawdunyaw* (frui, cibo et potu) 2, 204. *ffreinc* (Franci) 2, 50. *ffroen* (nasus) 1, 283. 285. 2, 373. *ffrowyll* (flagellum) 2, 10.

Addo nomina virorum e libro Landavensi: *Fanu* 161. *Febric* (= Fabricius) 209. *Fermarch* 254. *Fernuail* 149. 167. *Fomre* 171. *Fuedlid* 259. *Freudur* (cf. supra *Fflewdur* Mab.) 186. 193. *Freudubur* 115. *Frioc*, *Friauc* 140. 236. Aspirata inchoans alteram partem nominis compositi: *Eifest* 149. 153. 154. 156. *Confur* 140. 170. 172. 189. *Guelfrid*, *Gulfridus*, *Gulfre* 210. 213. *Guorfrit* 205. *Milfrit* (cf. *Roafritus* Inscript. Ratisbon. Grut. 527, 2) 165. *Edilfred* 160. In eodem libro in vetustis descriptionibus finium satis frequentia sunt appellativa: *fos*, *foss* (fossa), *ford* (via), *finnaun* (fons), *frut* (rivus).

Maior pars et harum vocum et illarum, quae in lexicis enumerantur, originem peregrinam prae se fert, ut *ffaith* (factum), *ffals* (falsus), *ffa* (fabae), *ffawydd* (fagi), *ffenestr* (fenestra), *ffoc* (focus), *ffugr* (figura), *ffurfafen* (firmamentum), *ffynnon* (fontana), *ffwyn* (foenum), *fflam* (flamma), *ffrwyth* (fructus). In aliis *f*, praesertim ante liquidam *r*, ex *s* prodisse supra demonstratum est exemplis *ffroen* (nasus, = hib. *srón*), *frut*, *ffrwd* (flumen, = hib. *sruth*). Sed restant aliquot originis obscurae ut *ffraeth* (eloquens).

Non aliter res se habet in mediis vel extremis vocibus: *lefet* (gl. fordalium) Ox. B. 42ᵃ. *grefiat* (notarius; cf. ap. Cangium lat. med. *grafare*, *grafiare*, *graffiare*, scribere, unde *grafia*, *graphia*, scriptura, et *grafarius*, *grefferius*, gall. hod. *greffier*; divergit germ. *grâfio*, ob *â*) cod. Lichf. *gref* Teliau (liber, chirographum Teliavi) L. Land. 237. *Griff*, *Gruff*, *Griffin*, *Griffud*, *Gruffud* (*Griffuth*, *Gruffuth* cornice scriptum), *Griffri* nomina frequentia in Registro Caernarv. *ysglyffyaw* (captare, inhiare) Mab. 2, 239. *lloffl* (conclave) 1, 15. 2, 13. *craff* (firmus) 1, 269. *craffu* (fortiter invadere) 2, 51. *hoff* (praestans) Mab. fq. Sed est cavendum ne *ff* aspiratione ortam putes aspiratam originariam, tam in principio vocum quam in mediis vel extremis, ut in Mab.: *ny fflygwys* (non curvatus est; cf. *plycca*, *a blygwys*, supra p. 153) 2, 207. *cloff* (claudus; cf. lett. *klibs*) 1, 245. 2, 236. *coff* (memoria, = *com*, cf. arem. *coûn* Man.) 1, 260. 2, 52. *coffa* (animadverte) 2, 17. 18, vel apud Owenum, cui *b* infecta scribebatur *v*, *cafael* (sumere; hib. *gabál*).

Cornica *f* e Voc.: *faidus* (formosus), *fer* (crus) 7ᵃ. *fadic* (profugus), *ferhiat* (fur), *fol* (stultus) 8ᵃ. *fiol* (ciffus), *forn* (clibanus) 10ᵃ. *ford* (via), *hebford* (inviam), *frot* (alveus), *flair* (odor) 9ᵇ. *fodic* (felix), *fur* (sollers, prudens) 8ᵃ. *flurrag* (prora), *floh* (puer) 7ᵇ. pl. *flechet* (liberi), *fruc* (naris) 7ᵃ. E P.: *fall*, *fyllell* (defectus) 192, 3. 91, 3. *fallens* (deficerent, peccarent) 49, 1. *fyll* (deerit; cf. *guin*

Cambrica dialectus magis quam ceterae indulget huic infectioni. Quae fit 1. in principio vocum in constructione vel compositione, ut in *yn mhenn* (in capite; rectius *ym menn, ymhenn*, i. e. *yn penn*), *kynhewi* (subtacere; = *kyn-tewi*), *vyghyghor* (consilium meum; = *vyn-kyghor*) aliisque, quae videas in capite altero.

2. In mediis et extremis. MP: *amherawdyr* (= imperator) Mab. fq. *pemhet, pemhed, pemet, pymet* (quintus; *pimphet* gl. Ox. 22ᵃ) Leg. fq. *pymhet* Mab. 2, 241. Hod. *symwl* (stimulus; *sumpl* gl. Ox.) sed etiam *symbwl*, sicut manet *p* in fine num. *pump* (quinque). NT: *hanner* (dimidium; vet. *hanther* gl. Ox.), *kerennyd, karenhyd* (amicitia, favor; e vetust. *carentid*, cf. nomina gall. Carantonus, Carentomagus) Mab. fq. *aryanneit, aryannheit* (argenteus) Mab. 2, 200. 3, 264. *Saranhon, Gouannon, Riannon* (nn. pr. virorum; cf. arem. *Waranton, Caranton* etc. in chartulariis) Mab. 2, 206. 222. 3, 144. 145. *Morcanhuc, Morcannhuc, Morgannhuc* (regio Cambriae denominata a nomine viri *Morcant*, hodie *Glamorgan* i. e. *gulat Morcant*, regio Morcanti) L. Land. p. 113 et al. *cann* (albus; cf. Cantium Caes., Britanniae regio, ob album litoris colorem) Mab. 1, 251. *gan* (cum, praep.; cambr. vet. *cant*, arem. *gant*), *cyn* (antea; arem. *quent*) Mab. fq. Expertes tamen infectionis sunt terminationes quaedam, ut *-eint, -ant, -ynt* substantivorum et verborum, atque formae pronominales. Combinationis NC tam in principio in constructione quam in mediis vocibus in scriptionem *gh, ngh, gk* transeuntis exempla videas supra (p. 118) et infra in capite altero, ubi dicetur de infectione nasali.

Cornica eiusmodi exempla pauciora sunt: *pymʒek* (quindecim) P. 227, 3. 228, 1. *can* (albus) Voc. vix *eun* ibid. in composito *eunhinsic* (iustus), quod potius ad *iaun* (rectus) quam ad cambr. vet. *eunt* (aequus) referendum videtur. Sunt alibi *pymp* (quinque) P. 227, 2, item *nt* vel *ns*: *hanter* (dimidium), *kerense* (amor), *gans* (cum) P. (p. 153.)

Aremorica dialectus etiam magis restitit huic infectioni. Nam in hodierna lingua etsi extat *pemved* (quintus), servatur tamen *pemp* (quinque), quia etiam *p* supervacanea videtur in terminationibus verbalibus *-imp, -omp* pro cambr. *-im, -om*; item in chartulario Rhed. quamquam scriptum est *Roen, Roin, Roien* in nominibus propriis quibusdam, servatur *Roiant* in aliis (p. 152), et hodie quoque *anter, hanter* (dimidium; *hanter* Buh.) et *gant* (cum).

Aspirata.

F, quam unam esse aspiratam celticam supra demonstratum est (p. 76 sqq.), eadem sola dici potest originaria aspirata britannica. Ceteras enim, TH et CH, nusquam esse aspiratas a principio, sed semper e tenuibus progressas, ex iis quae hucusque diximus affatim patet; et vel immobili aspiratae inchoanti combinationem CHW, quae poterat videri primitiva, alium sonum originarium subesse S idonea exemplorum copia comprobatur (p. 124). Verum ne F quidem primitivam britannicae linguae certo tribuendam esse supra diximus (p. 79). Ceterum aspirata (sive potius spirans) britannica *f*, ut *ch* combinationis *chw*, omnis infectionis expers est et immutabilis.

Cambrica. Scriptio hodie usitata *ff* (quoniam *f* simplex sonum *v* significat) iam extat in codice rubro, in aliis scribitur simplex *f*. Quae *ff* in prin-

cipio vocum intacta manet, etiam si est causa infectionis. In constructione: *kymer y ffford* (sume viam; *fford* fem.) Mab. 1, 6. *ef a ffustawd* (pulsavit) 1, 250. *a ffust hayarn* (flagello ferreo) 2, 210. *tri ffrwt owaet* (tria flumina sanguinis) 1, 247. In compositione: *ymffust* (caedere invicem, pugnam committere) Mab. 1, 24. 2, 18. 51. *kyffroi* (expergefacere) 1, 259. *deffroi* (expergefieri) 1, 11. 252.

Exempla inchoantis *ff* e Mab.: *ffiol* (calix) 2, 42. *ffoc* (focus) 2, 220. 221. *ffol* (stupidus) 1, 242. *ffo* (fugere) fq. *ffonn*, pl. *ffynn* (clava) 1, 6. 245. *fford* (via) fq. *fforch*, pl. *ffyrch* (furca) 2, 15. 219. 3, 156. *fforest* (silva) 1, 236. *ffuon* (rosae) 2, 218. *Fflergant* (n. pr. viri) 2, 206. *Fflewdur*, *Ffleudor* (n. pr. viri) 2, 205. 209. *ffraeth* (eloquens) 2, 9. *ffrawdunyaw* (frui, cibo et potu) 2, 204. *ffreinc* (Franci) 2, 50. *ffroen* (nasus) 1, 283. 285. 2, 373. *ffrowyll* (flagellum) 2, 10.

Addo nomina virorum e libro Landavensi: *Fanu* 161. *Febric* (= Fabricius) 209. *Fermarch* 254. *Fernuail* 149. 167. *Fomre* 171. *Fuedlid* 259. *Freudur* (cf. supra *Fflewdur* Mab.) 186. 193. *Freudubur* 115. *Frioc*, *Friauc* 140. 236. Aspirata inchoans alteram partem nominis compositi: *Eifest* 149. 153. 154. 156. *Confur* 140. 170. 172. 189. *Guelfrid*, *Gulfridus*, *Gulfre* 210. 213. *Guorfrit* 205. *Milfrit* (cf. *Roafritus* Inscript. Ratisbon. Grut. 527, 2) 165. *Edilfred* 160. In eodem libro in vetustis descriptionibus finium satis frequentia sunt appellativa: *fos*, *foss* (fossa), *ford* (via), *finnaun* (fons), *frut* (rivus).

Maior pars et harum vocum et illarum, quae in lexicis enumerantur, originem peregrinam prae se fert, ut *ffaith* (factum), *ffals* (falsus), *ffa* (fabae), *ffawydd* (fagi), *ffenestr* (fenestra), *ffoc* (focus), *ffugr* (figura), *ffurfafen* (firmamentum), *ffynnon* (fontana), *ffwyn* (foenum), *fflam* (flamma), *ffrwyth* (fructus). In aliis *f*, praesertim ante liquidam *r*, ex *s* prodisse supra demonstratum est exemplis *ffroen* (nasus, = hib. *srón*), *frut*, *ffrwd* (flumen, = hib. *sruth*). Sed restant aliquot originis obscurae ut *ffraeth* (eloquens).

Non aliter res se habet in mediis vel extremis vocibus: *lefet* (gl. fordalium) Ox. B. 42ᵃ. *grefiat* (notarius; cf. ap. Cangium lat. med. *grafare*, *grafiare*, *graffiare*, scribere, unde *grafia*, *graphia*, scriptura, et *grafarius*, *grefferius*, gall. hod. *greffier*; divergit germ. *grâfio*, ob *â*) cod. Lichf. *gref* Teliau (liber, chirographum Teliavi) L. Land. 237. *Griff*, *Gruff*, *Griffin*, *Griffud*, *Gruffud* (*Griffuth*, *Gruffuth* cornice scriptum), *Griffri* nomina frequentia in Registro Caernarv. *ysglyffyaw* (captare, inhiare) Mab. 2, 239. *lloffi* (conclave) 1, 15. 2, 13. *craff* (firmus) 1, 269. *craffu* (fortiter invadere) 2, 51. *hoff* (praestans) Mab. fq. Sed est cavendum ne *ff* aspiratione ortam putes aspiratam originariam, tam in principio vocum quam in mediis vel extremis, ut in Mab.: *ny fflygwys* (non curvatus est; cf. *plycca*, *a blygwys*, supra p. 153) 2, 207. *cloff* (claudus; cf. lett. *klibs*) 1, 245. 2, 236. *coff* (memoria, = *com*, cf. arem. *coûn* Man.) 1, 260. 2, 52. *coffa* (animadverte) 2, 17. 18, vel apud Owenum, cui *b* infecta scribebatur *v*, *cafael* (sumere; hib. *gabál*).

Cornica *f* e Voc.: *faidus* (formosus), *fer* (crus) 7ᵃ. *fadic* (profugus), *ferhiat* (fur), *fol* (stultus) 8ᵃ. *fiol* (ciffus), *forn* (clibanus) 10ᵃ. *ford* (via), *hebford* (inviam), *frot* (alveus), *flair* (odor) 9ᵇ. *fodic* (felix), *fur* (sollers, prudens) 8ᵃ. *flurrag* (prora), *floh* (puer) 7ᵇ. pl. *flechet* (liberi), *fruc* (naris) 7ᵃ. E P.: *fall*, *fyllell* (defectus) 192, 3. 91, 3. *fallens* (deficerent, peccarent) 49, 1. *fyll* (deerit; cf. *guin*

fellet, acetum, i. e. vinum quod defecit, Voc. 10ᵃ.) 158, 1. *a fyas* (fugit) 77, 1. *fijs* (fugatus) 48, 4. *fo* (fuga) 250, 4. *fol, foll* (insanus) fq. *forth* (via) 15, 4. 164, 3. 245, 4. *flough* (puer) 254, 3, pl. *flehys, fleghys* (liberi) 149, 4. 168, 3; 169, 1. 246, 3. In mediis vocibus et extremis: *yffarn*, *yfarn* (infernum) 66, 4. 212, 1; 106, 3. *creff*, *cryff*, *cref* (fortis, gravis) 104, 2. 105, 4. 122, 4.

Aremorica aspiratae exempla vetustiora e nominibus virorum chartularii Rhedonensis: *Felius* 2, 21. *Feleus* Mor. 293. *Feinoes* 2, 21. *Finocs* Mor. 300. 309. *Festwore* 2, 23. *Festgen*, *Festien* Mor. 293. 300. *Festgent* Mor. 296. *Fetmer*, *Fitmer* Mor. 275. *Finitworet* 1, 54. *Finitweten* Mor. 302. *Maenfinit* 2, 22. *Haelfinit* Mor. 328. *Fomus* 1, 22. 38. 2, 13. *Fulcri* 2, 24. *Fracan* 1, 5. *Framwal*, *Framwal* 1, 8. M. 266. *Freoc* 1, 16. 49. *Fredur* M. 391. *Fredgor* M. 406. *Matfred* 1, 20. *Ratfred* 1, 4. *Dumfredus* 1, 13. *Frodic* M. 273. E chart. Kemperl.: *Follahethou*, *Fredur* Mor. 366. 431. Nomina locorum in chart. Rhed.: alodus qui vocatur *Foubleth* (i. e. fuga luporum) 2, 30. ecclesia, plebs, vicus *Rufiac* (cf. p. 76) 1, 38. 39. 41. 53. villa quae vocatur *Brufi* 1, 55. In eodem appellativa: *fos, fosan*, *rudfos* (translata 1, 41 fossata, fossatella, rubra fossata) 1, 39; adi. *dicofrit*, *difosot* (expers servitiorum, quae dicuntur *cofrit, fosot*) 1, 39. 41. 42.

Exempla inchoantis aspiratae e Buh.: *fall* (malus) 74, 11. 90, 25. 166, 21. *foll* (stultus) 72, 2. *fur* (sapiens) 82, 5. *furnez* (sapientia) 46, 12. 48, 24. 110, 1. *forest* (silva) 32, 1. 34, 15. *fetou* (mysterium) 4, 10. 170, 16. *flerius* (foctidus) 68, 13. *flour* (dulcis) fq. *frano* (liber) 192, 14. 198, 3. *framet*, *fromet* (contractus) 194, 18. 196, 9. In compositione: *liufre* (vestimentum; gall. hod. *livrée*) 104, 7. *hunfre* (somnium) 30, 10.

In mediis et extremis vocibus: *caffou* (sollicitudines) 4, 13. 38, 21. *coff* (venter) 12, 18. Sed dubitandum, an in huiusmodi vocibus sit infecta *f*, *ff*, ut est in *coff* (memoria; e *com*, cf. *coûn* Man.) 60, 10. 118, 18. *loffr* (leprosus), *lofrnez* (lepra) 196, 8. 21. *queffret* (simul; e *pret*, tempus) 102, 4. *cleffet* (morbus) fq. *claf*, *claff* (aegrotus; = *clam*, hod. *klañv*) 38, 12. 56, 7. 108, 3. *cuf*, *cuff* (probus, mitis; hib. *cóim*) 100, 6. 112, 18.

III. Varia quaedam.

Antequam huic capiti finem imponimus, addenda sunt quaedam tam de vocalibus quam de consonis, vel in quibus lingua hibernica cum britannicis dialectis concordat aut discordat, vel quae ad quasdam dialecti alicuius proprietates spectant.

A. De inconstantia temporum.

Ut igitur a vocalibus initium faciamus, accentum acutum, quo productae vocales signari solent hibernice, saepe omitti plurimis exemplis demonstratur; in paucis supervacanea esse videtur notatio: *ishéd dim* (est id ergo) Wb. 26ᵈ. *táercómlassat* (collegerunt), *cómtinól* (collatio; gl. probaverunt collationem) 7ᵃ. *scéláib* (narrationibus) 31ᵇ. *illed nach áili* (in latus alius cuiusquam) 1ᵈ. *forsná dligetha remeperthi* (super leges antedictas) 13ᵃ. *áisndis* (elocutio) Ml. 14ᵈ; in aliis vitio scriptoris festinantis ad aliam vocalem transposita est ut in *márcir*

pro *marcir*, quod supra (p. 72) memoravimus. Alternationem vero inter productas vocales et correptas factam in monosyllabis potissimum pronominibus et particulis in vocalem desinentibus agnoscimus. E quibus *ré*, *í*, quamquam *re*, *i* (*hi*) fere scriptae inveniuntur, rectius tamen produci videntur, utpote e *ren*, *in* ortae, in his exemplis: *réforcivnn* (ante finem) Sg. 169ᵃ. *hí constan.* (Constantinopoli) 174ᵃ. *hí suidib* (in his) 165ᵇ. *ínim* (in caelo) Wb. 10ᵈ. *ínem* (in caelum) 6ᶜ. *cachóen creitfess hicr.* (quisquis credet in Chr.) 4ᵃ. *inúiethnissiu* (in novo testamento) 10ᵈ. *íforus cen oclutid* (gl. in longanimitate) 15ᵈ. *ituil dée* (in voluntate dei) 9ᵈ. *hí fáithib* (in prophetis) 13ᵃ. *hí tintud septien. hí tintud teoth.* (in interpretatione septuaginta, in int. Theodotionis) Ml. 2ᵃ; eadem de causa, excusso *n* relativo, particula verbalis *ró* in hoc exemplo: *inrect rósárichset* (lex quam contempserunt) Wb. 1ᵈ. Item producta vocalis praepositionis *trí*, quam retinuit cambr. *troi*, *trwy*, corripuit fere hib. *tri*, *tre*, servata esse videtur in uno exemplo: *trí drochgnímu* (per malefacta) Ml. 14ᶜ; in pluribus productio pronominis *á* (eius), quacum congruit forma *ái*, etsi plerumque scribitur *a* (II. 4. B.); formae verbalis *fá* in coniunctionis usum transgressae in his: *imcara fá æscare* (sive est amicus sive in imicus) Sg. 12ᵇ. *immasc. fá fem.* (sitne masc. an fem.) Sg. 61ᵃ. Magis dubia est res de aliis ut de coniunctione *tra* (igitur), semel scripta *trá* Cr. 3ᵇ, de praepositionibus *di* vel *de*, praesertim in compositis producta, et *co*: *có osnada* (ad superiora) Ml. 31ᵃ, de particulis negativis saepe scriptis *ní*, *ná* cum compositis *arná*, *arnách*, at cambrice semper *ny*, *na*, de privativis *mí-*, *dí-*, de intensiva *ró*: *rómár* (nimius) Wb. 11ᵃ. — In britannicis codicibus acuto, qui saepissime in codice Cb. nec raro in glossis Ox. invenitur, potissimum supra *i* et *u*, nunquam productionem vocalium significari, sed aliud nescio quid distingui hinc maxime patet, quod interdum idem consonis impositus est, non solum semivocali *u* in *ceintírú* gl. Ox. 38ᵃ. *gúotig* 22ᵇ. *petgúared*, *egúin* 23ᵃ, sed etiam utrique *n* in *ańutońou* 45ᵇ.

B. De vocalibus interpositis et consonis transpositis.

De elisione vocalium facta in lingua hibernica supra (p. 27 sqq.) actum est, quae eadem fit in peregrinis ut *apstal* (apostolus), *epscop* (episcopus) Wb. At multa exempla alia praebet utraque lingua, etsi potissimum hibernica, in quibus vocalem interpositam esse probatur argumentis plus minusve certis, sive inter radicem et derivationem sive inter elementa derivantia ipsa quae constituunt syllabam finalem. Hibernicam enim linguam hodie tantum mollitia progressam esse accepimus, ut quattuordecim consonarum iunctiones enumerentur ap. O'Don. (in his eae, quae nostro ori commodissimae videantur, ut *lb*, *lg*, *lp*, *rb*, *rḃ*, *rg*), quae vel in mediis vocibus separandae sint interposita inter pronuntiandum vocali brevissima, etsi non scripta: e. c. proponimus *borb* (superbus) pronuntiatum *borᵒb*. Scripta est eiusmodi vocalis in hod. *iaran* — *iarann*, *iarund* iam ap. O'Dav. et in St. gl. 790 — pro vet. *hiarn* (ferrum) Corm. Inc. Sg.* Eandem igitur non mirabimur iam inde ab ultima aetate, ex qua ad nostram memoriam pervenerunt libri scripti, difficiliores ad efferendum iunctiones consonarum, praesertim in quibus liquida sequeretur mutam,

* Quamquam ne illam quidem singularem hibernicae proprietatem esse probatur analogia multorum exemplorum, quae in aliis linguis inveniuntur, ut germ. vet. *duruh*, *aram*, *puruc*, *cho-*

vitavisse in extrema voce positas amissis terminationum vocalibus pristinis. Vitavit autem ratione duplici. In aliis enim consona elisa vocalem produxit, cuius rei exempla supra sunt proposita *én* (avis, = *ethn*), *dál* (contio, = *dathl*), *cenél* (genus, = *cenethl*), *scél* (nuntius, = *scethl*), *mám* (iugum, = *magm*), *fén* (currus, = *vegn*, *vign*), *srón* (nasus, = *srogn*), *uan* (agnus, = *ogn*), *ár* (strages, = *agr*), *trén* (fortis, = *tresn*); in aliis vero haec, de qua agitur, vocalium insertio facta est.* Quae etsi in multis quae variant formis, ut *amlabar* (mutus), *sulbair* (eloquens) iuxta *labrar* (loquor), in dubium vocari potest propter illam, de qua supra dictum est, consuetudinem hibernicam vocalium excutiendarum, in aliis tamen certa et indubia est. Ut in transumptis *nathir* (= natrix, gen. *nathrach*) Sg. 6ᵇ. 69ᵃ. 181ᵃ. *metir*, *metair* (metri) Sg. 8ᵃ. 25ᵇ. *sollumun* (sollemne) Wb. 9ᵇ. *immun*, *immon* (hymnus) L. Hymn. fq. *ribar* (*.i.criathar*, cribrum) Corm. *sinister* (fenestra, p. 80) O'Dav. *soilestar* (= salicastrum) St. gl. 795. O'Dav. v. *riasc*. Ut in genuinis ac domesticis: *ogam* (scripturae genus) Corm. (vv. *fé*, *orc treith*), sed *Ogma* = gall. Ὄγμιος (p. 1); *omun*, *homun*, *homon* (timor) Wb. Cr., in quo vocalem postea demum interpositam esse cum nomine gallico composito *Exsomnus* (= hib. *essamin*, arem. *ehaffn?*) probatur tum assimilatione consonae facta, quam prodit primitiva eiusdem forma *Exobnus* (intrepidus, p. 40); *domun* (mundus) Wb., *domnu* (profundior) Inc. Sg. Br. h. 18, *fudomain*, *fudumain* (profundus) Sg. 29ᵃ. Ml. 33ᶜ, in quibus eandem mutationem factam esse patet collatis gallicis formis *Dubnoreix*, *Dubnorex*, *Dumnorix* (l. c.) similibus ut cambr. *Dumn*, *Gurdumn* (p. 111); *slemain* (lubricus; cambr. hod. *llyfn*) St. gl. 639, quocum forsitan *sliab* (mons) ad eandem radicem referendum sit; *gabor* (gl. caper; cf. gall. *Gabromagus*, brit. *Gabrosentum*, alia ap. Glück. 43, atque arem. hod. *gavr*) Sg. 37ᵇ. *dobur* (aqua; gall. *Dubra*, *Vernodubrum*, cambr. vet. *camdubr* p. 136) Corm. *criathar* (cribrum; cambr. vet. *cruitr* p. 96) Sg. 48ᵇ. Corm. (gl. *ribar*) St. gl. 700. *tarathar* (terebra; *taratrum* Isid.; cambr. hod. *taradr*) Gl. 37. *feuchuir* (ferus; cambr. *guichr* Cb. 69. Ox. 20ᵃ) Ml. 24ᵃ. *lester*, *lestar* (vas; arem. hod. *léstr*) Sg. 56ᵃ. Wb. 4ᶜ. *cinteir* (gl. calcar; arem. hod. *kentr*) Sg. 50ᵃ. Eodem haud cunctanter multa alia referremus, praesertim quae per *-tar* et *-tal* e radice derivata sunt ut *briathar* (verbum; cf. ῥήτρα, Ϝρήτρα) Wb. Sg. fq., *forcital* (doctrina) Wb. fq., nisi consulto exemplis iis abstineremus, quae non possent ex celticis linguis ipsis confirmari.

Britannicae dialecti etsi neque illam consonarum iunctionem, cuius priorem locum tenet liquida, separare consuerunt vocali interiecta nec de altera, in qua liquida mutam sequitur, vitanda inter se consentiunt, tamen ipsae quoque haud spernendam praebent exemplorum copiam, excepta aremorica, quae quamvis in emolliendis mutis congruat cum ceteris (pp. 101 sqq.), vocali tamen interposita nunquam separavit lunctas consonas, nec in Buh.: *loezn* (bestia) 32, 4. *guentl* (dolor) 92, 15. 94, 22. *quehezl* (nuntius) 30. 15. *cuffr* (deditus) 66, 2. *loffr* (leprosus) 196, 21. *gobr* (merces) 66, 4. *breuzr* (frater) MJ. 9, nec hodie: *gwestl* (votum), *eontr* (avunculus), *léstr* (navis), *paotr* (puer). Secundum aremoricam

---

rop (contra got. *þairh*, *arms*, *baurgs*, lat. *corbis*), osc. *aragetud*, *Alafaternum*, *teremniss* (contra lat. *argento*, *Alfaternorum*, *terminos*) etc.

* Qua re item cum aliis linguis saepe concordat hibernica, cf. ex magna exemplorum copia lat. *aper apri*, *caper capri*, *silvester silvestris*, *ter* = τρίς, germ. vet. *widar*, sax. *wethar*, anglosax. *veðer* (contra got. *viþrus*, scand. *veðr*), anglosax. *häfer* contra scand. *hafr*.

maxime insertione vocalium abstinere dixeris cambricam, quae iunctarum in extrema voce consonarum non modo vetusta praebeat exempla: *etn* (avis, in comp. *etncoilhaam*) gl. Ox. 6[b]. *dacr* (lacrima, in comp. *dacrlon*) 8[a]. *datl* (gl. forum) 38[a]. *dadl* (gl. contio) 8[a]. L. Land. 113. *cenetl* (genus) cod. Liohf. *rascl* (gl. sartum), *sumpl* (gl. stimulus) Ox. B. 42[b]. *cadr* (decorus) gl. Lxb., et quae supra attulimus, *cruitr* (cribrum), *guichr* (ferus), *camdubr* (curva aqua), *Dumn* (gall. *Dubnus*); sed etiam hodierna: *hoedl* (vita), *chwedl* (narratio), *cenedl* (genus), *Lloegr* (Anglus), *chwegr* (socrus), *gwychr* (fortis), *meidr* (mensura), *llyfr* (liber), ut apud Dav. *paladr*, pl. *pelydr* (hastile), *lleidr* (latro), *aradr* (aratrum), *taradr* (terebra), *neidr* (natrix; hib. *nathir*), *daigr* (lacrima; hib. *dér* St. p. 41), *ffenestr* (fenestra), *perygl* (periculum) etc. Adde quod excutitur vocalis pristina in nominibus transumptis ut *amherawdr* (imperator), *creawdr* (creator), pl. *-odron*, quamquam hodie eadem saepe transformata scribuntur *amherawdwr*, *creawdwr*, pl. *-wyr*. At vel in antiquissimis libris ita variat scriptio, ut in isdem vocibus ante liquidam finalem vocalis modo absit, modo addatur; itaque iuxta *guichr*, *datl*, *cenetl*, *etn* inveniuntur *guichir* Cb. 27. *tarater* (foratorium) gl. Ox. B. 42[a] = *taradyr* Leg. 2, 1, 4. *cepister* (capistrum) Ox. B 43[a] = *kebyster* Leg. 1, 12, 6, atque in media voce ipsa *datolaham* (gl. lego) Ox. 5[b]. *cenitolaidou* (gl. natales) 39[b]. *ætinet* (aves) 40[b]. (Differt *rydyl* (cribrum; angl. *riddle*) Leg. 2, 1, 4, cuius vocalem hod. *rhidyll* servavit ob liquidam geminatam.) Eandem inconstantiam scriptionis produnt libri recentiores, in quibus non modo adduntur vocales quae hodie reiciuntur: *perykyl*, *perigyl* (periculum) Leg. 1, 7, 21. Mab. 2, 49. *aradyr* (aratrum) Mab. 2, 222. *Rihoithil*, *Rioidil*, *Guorhoidil* (hod. *hoedl*) L. Land. 141. 143. 180. *kolheuen*, *kolouen* (columna; hod. *colofn*, hib. pl. *colomna* Corm.) Leg. praef. 1, 7, 21. *lludyn*, *llwdyn* (bestia, hod. *llwdn*) Leg. 1, 36, 9. Mab. 1, 9, vel addita vocalis alternat cum omissa: *mynwgl* (collum, cervix) Mab. 1, 17. 242 = *mynwgyl* 1, 18. 25. 256. 3, 300. *chwedl* (nuntius, narratio) 2, 19 = *chwedyl* 1, 10. 11. 38. 2, 26. 3, 305. *kenedl* (genus) 3, 301 = *kenedyl* 1, 26. 3, 299—302, *kenedel* Leg. 1, 18, 14. *dwfr* (aqua) Mab. 1, 13 = *dufyr* Land. 113, *dwuyr* Mab. 2, 42, *dwfyr* 1, 4. 8 etc. *lleidr* (latro) Mab. 3, 156 = *leityr* Land. 113, *lleydyr* Leg. 2, 4, 9, *lleidyr* Mab. 3, 156 —158. *ffenestr* (fenestra) Mab. 1, 1 = *ffenestyr* 1, 4. *Gwadn* (n. v.) 2, 209 = *Gwadyn* 2, 209. 210. *hagr* (deformis) 1, 6. 28 = *hagyr* 2, 11. *Kelydr* (n. v.) 2, 238 = *Kyledyr* ibid. *paladr* (hastile) 2, 17 = *paladyr* 1, 23. 2, 37. 39; pl. *peleidr* 2, 17. 3, 266 = *pelydyr* 1, 3, *peleidyr* 1, 24. 2, 17, *peileidyr* 2, 60; sed etiam interpositae ipsae variant: *baraf* (barba; *barmb* Cott., hod. *barf*) Mab. 1, 18. 2, 236 = *baryf* 1, 3. 2, 226. 236. *lloeger* (Anglus) 2, 372 = *lloegyr* 2, 36. 3, 145, ut *paladr*, *paladyr* Mab. est *paladar* Leg. 2, 1, 65; unde saepe prodit forma triplex: *cwbl* (totum) Mab. 2, 25 = *kwbwl*, *cwbwl* 1, 154. 2, 21, sed *kubyl*, *cwbyl* Leg. praef. Mab. 1, 12. 27—30. 2, 34. 47. *twrf* (strepitus) Mab. 1, 23 = *twrwf* 1, 8. 9. 2, 47, sed *twryf* 1, 8. 9. 13. 23. 2, 49. 60. 64 sqq. *drachefn* (retro) 1, 20 = *drachefen* 1, 10, *drachefyn* 1, 19. 24. 2, 36. Quae omnia terminatione accedente vocalem nunquam intromittunt: *mynygleu* (colla) 1, 3. *chwedleu* (nuntii) 1, 20. 2, 6. 12. 202. *dafneu* (guttae; *dafyn*) 1, 260. *llydnot* (bestiae) 3, 199. *lladron* (latrones) 2, 36. *hacraf* (deformissimus) 1, 4. De tota vero hac re audiendus est Dav., qui docet *y* (*y* obscura) in extrema syllaba post consonas posita ante *f*, *l*, *n*, *r*, quae *y fudsain* (mutisona) vel *fyddarsain* (surdisona) vo-

cetur, syllabarum numerum non augeri, eandem plerumque non scribi. In extrema igitur syllaba cambrice non minus quam hibernice vocalem (etsi pronuntiatione sola, hodierna scriptione reiectam ut aremorica) interponi apparet brevissimam, quam recte comparat Dav. cum *sh'va* Hebraeorum et *e* tantum non muta Germanorum.

Receptae autem sunt eiusmodi vocales scriptione cornica iam in Voc., ubi *e* fere scribitur: *kinethel* (generatio), *dathelvur* (contionator) 7ᵇ. *banathel* (genista) 9ᵃ. *cober* (cuprum), *hveger* (socrus), *aradcruur* (arator), *lester* (navis) 7ᵇ. *euiter* (patruus, avunculus), *cader* (ut, ni fallimur, emendandum est *carder*, speciosus vel decorus) 7ᵃ. *lader* (latro) 8ᵃ. *nader* (serpens) 9ᵃ. *liuer* (liber), *loder* (caliga), *fenester* (fenestra) 9ᵇ. *clauster*, *cloister* (claustrum), *croider* (cribrum) 10ᵃ. *hethen* (avis) 8ᵇ; etiam in mediis vocibus *hvigeren* (socer; cambr. *chwegrwn*) 7ᵇ. *modereb* (amita, matertera; cambr. *modryb*) 7ᵃ. *moderuy* (armilla; cambr. *modrwy*) 8ᵃ, quamquam secundum regulam formantur *listri* (naves), *idne* (auceps) 7ᵇ, ut *laddron* (latrones) P. 90, 4. 229, 1. *lyffrow* (libri) 17, 1. 73, 3. 206, 2. *templys* (templa) 30, 3. Aliam vocalem prae se ferunt *aradar* (aratrum) Voc. 8ᵃ. *gauar* (capra) 9ᵃ, in media voce *pirgirin* (peregrinus) 8ᵃ, comparanda hib. *tarathar*, *omon*, *lester*, cambr. *turwf*, *baraf*, *drachefen* etc. Eadem vocalium interpositione non modo postea ipsa cornica combinatio *dn* (= *nn*, p. 112) separatur: *me euyden* (volo, = *me a vydn*, *vidn* Cr. 2485. 2486, *me a vyn* 1083) Borde, *edenger* (unum verbum; *idn*, *udn* Cr. = *un* P. Dr.) Epist. ap. Treen. p. 82; sed etiam syllabarum numerus augetur in carminibus: *ethen* (avis) O. 1111. *nader* (serpens) O. 1756. *gaver* (capra) O. 126. *lader* (latro) P. 74, 4. *hager* (turpis) 47, 3. *gober* (merces) 44, 4. *lester* (navis) O. 956. 996. *tempil*, *tempel*, *tempyll* (templum) D. 314. 355. P. 91, 2. 209, 3. *lyvyr*, *leuyr* (liber) D. 95. 1157 Quibus exemplis cum cornica dialectus longe non modo aremoricam, quae iunctas consonas nunquam separat, sed etiam cambricam superare ostendatur ac plane aequare linguam hibernicam, accedit quod eodem modo vocales intromittit ante *v* terminalem (v. supra pp. 54. 131), qua re tam ab hibernica quam a ceteris secedit, etsi concedendum est propius ad cornicam accedere aremoricam hodiernam, quae quidem variet formis *tarv*, *tarf*, *taro* (taurus).

Est autem praeter hanc vocalium interpositionem et emollitionem consonarum, de qua supra diximus, alia quoque ratio quam ad ingratas consonarum iunctiones abolendas saepe vel in mediis vocibus hibernica recentior, raro nec nisi in extremis britannicae dialecti inierunt, ut consonae transponerentur sive inter se sive cum vocalibus. Hibernica exempla transpositionis inter liquidas et vocales factae vetusta: *comalnad* (impletio, implere) Wb. fq., derivatum e *comlán* (plenus), unde gen subst. *comláinso* (complectionis) Cr. 3ᵇ. *accaldam* (allocutio) Wb. derivatum e verbo *adgládur* (appello) Sg. 146ᵇ. *comracc* in compositis *terchomracc* (convocatio), *cáinchomracc* (benevolentia) Wb. e *comarc*, unde *imchomarc* Wb. Sg. Recentiora consonarum inter semet ipsas transpositarum: *bérla* iam inde a codicibus quibus continentur Senchas Mór et Cormaci Glossarium, hod. *béarla* sive *beurla*, pro vetere *bélre* (lingua) Wb. fq., cuius gen. semel scriptus est *bérli* Wb. 12ᵈ, vix non per errorem. *baist* (baptiza) L. Br. ap. O'Don. 249, hod. *baisdim* pro antiquo *baitsimm* (baptizo). *do eist* (auscultavit) Ann. Tigern. (ibid. 341), hod. *eistim*, *eisdim* pro vet. *éitsimm*

(ausculto). *taispenad*, gen. *taispenta* (demonstratio) L. Hymn. (St. p. 106), *rothaispen* (demonstravit), *cotaispentar* (donec demonstretur) Corm. (vv. *gaileng*, *himbas forosnai*), hod. *taisbéanadh*, *taisbéunaim* O'R. ex antiquo *taidbsiu* (demonstratio) Wb. Sg. hod. *fiafraighidh* (quaestio, quaerere) e *fiarfaighidh*, neglegentius scripto *fiarfaidhe*, *fiarfaidhi* O'Dav. (vv. *friscomarser*, *fuirmedh*), vet. *iarfaigid* (quaestio, inquisitio) Ml. *easpog*, *easbog* (ut hodie) St. gl. 982. 448, transpositum ex *escop* Oeng. Fél. pro vet. *epscop* (episcopus) Wb. L. Ardm. Accedit transpositio vocalis in *coisreaghadh* O'Molloy, hod. *coisrigheadh*, *coisrighim* (consecratio, consecro) contra *coisergdais* (consecrabant) Corm. v. *Mairt*, *coisecrad* (consecratio) L. Ardm. 18 b. 1, *consecraim* (consecro) Sg. Cambricum transpositionis exemplum inest in nomine *Catgualatyr* L. Land. 124, quod scribitur *Catgualart* in chron. cambr. (praef. ed. Leg. XV); aremorica in compluribus ex eadem voce (*walatr*, *gualatr*) compositis: *Rethwalatr* chart. Rhed. 1, 9. Mor. 293. *Redwalatrus* 2, 23. *Riwalatrus* 1, 14, sed *Berthwalart* 1, 9. *Rethwalart* 1, 7. 38. *Reitgualart* Mor. 340. *Riwalart* 2, 15. His conferendum est ex ipsa gallica vetere *Belatucardus* Orell. 1966 i. q. *Belatucadrus* fq. (Glück. p. 6), nisi sculptoris vitium statuendum est. Sed etiam cornica, quae semper eiusmodi iunctiones separare consuevisset, tamen in uno exemplo consonas transponere maluit: *whelth* (narratio; cambr. *chwedl*) P. 109, 3, pl. *whethlow* (*t* aspirata propter sequens *l*) D. 369.

Denique abiectae consonae exempla extant aremorica ap. Dum. *pot, pod* (famulus), pl. *potri*, *kender* (cognatus), pl. *kendirvi*, *prop* (aptus, = proprius), ac iam in Buh. *lest* (navis) 8, 13, ut cambricum *arad* (aratrum) iuxta *aradr*, sed arem. *arar*.

C. De zetacismo.

Ab infectionibus illis consonarum, de quibus supra actum est, propriis celticarum linguarum recentiorum distinguendae sunt hae consonarum mutationes, latissime cum per alias linguas tum per slavicas patentes, sed ne a celticis quidem alienae, quas zetacismi nomine post Schleicherum plerique comprehendere consuerunt; quas mutationes efficit sequens *i* vocalis, sive servatur ipsa sive in consonam transgreditur vel per assimilationem deperit. E celticis autem linguis sola praeter gallicam eiusmodi affectiones aversatur cambrica, in qua (nisi forte *s*) vix ullam soni alterationem a diversitate vocalium consonae accipere videntur; admittunt ceterae dialecti omnes, etsi variatas tempore et loco. Cum enim huius affectionis duplex potissimum modus sit, quo aut servatae generatim consonae modice afficiuntur subiuncta semivocali sive ut aiunt ieriantur, aut deperdita proprietate in novos quosdam sonos transgrediuntur vel sibilantes vel assibilatos, quae soni affectio maxime zetacismi nomine digna est: prior illa et subtilior variatio soni (ieriatio) ad omnes consonas primitivas pertinens per hibernicam linguam pervasit nec aliena est ab aremorica; alteram violentiorem mutationem (zetacismum verum), qua in slavicis gutturales et dentales, in celticis dentales solae afficiuntur, ne hibernica quidem ipsa, quae minus ei favet, utique vitavit, dialecti vero quaedam illius linguae eandem perinde sunt amplexae atque cornica et aremorica.

Hibernica enim lingua recentior eandem quam slavicae pronuntiationis

legem secuta singulas consonas (verum non modo primitivas, sed etiam aspiratas omnes exceptis *f*, *s*, *th*, quae obmutuerunt aut in spiritum *h* transierunt) duplici modo profert, variato sono pro natura vocalium quae secuntur vel sequebantur. Quemadmodum igitur in polonicis vocibus *pan* (dominus), *pana* (domini) consona *n*, quae dicitur *twarda* (dura), aliter effertur quam *n miękka* (mollis; = *ń*) in *pań* (dominarum), *pani* (domina), *panie* (domine), ita in hibernicis *bean* (mulier), *nós* (consuetudo) eadem liquida ut *leathan* (larga) differt ab *n caol* (subtili) in *neart* (fortitudo), *Niall* (n. v.). Hoc quidem interest, quod hibernice praecedente quoque vocali finitur sonus consonae, quare cum *n* larga scribitur *bean* (mulier), cum *n* subtili *cáin* (tributum); quamquam qui Polonos audierit pronuntiantes *pań*, *pani*, cum leget apud O'Don. *ái* sonare ut *á* productum addito *i* brevissimo, illud discrimen magis scriptionis esse existimabit quam pronuntiationis. Sed patet hanc esse causam et hanc veram sententiam praecepti illius supra (p. 9) memorati, quo observato tollitur dubitatio de pronuntiatione consonarum, quae oritura erat, si inter vocales diversas positae essent. Denique quae differentia soni signatur hac vocalium congruentia, in plerisque consonis vel eadem est ieriatio quae in polonicis acuto suppraposito notari solet, vel quae in germanico *ch* efficitur antecedente vocali larga aut subtili; maiorem vero mutationem ab *i* sequente vel antecedente accipiunt, qua dentales in linguales transeunt, tres consonae *s*, *t*, *d*. E quibus illa per omnem Hiberniam non ut polon. *ś* profertur sed ut *š* (pol. *sz*, angl. *sh*), etiamsi intercedit *l*: *sliabh* (mons) = *šlīw* ut *inis* (insula) = *iniš*; item mutae dentales, etsi regulariter modice afficiuntur, tamen non solum apud Scotos et Monenses, sed etiam in parte Hiberniae ipsius (ut in Ultonia) transeunt in linguales assibilatas *č* et *dž* (angl. *ch* et *j*).

A r e m o r i c e quoque subtiliorem soni affectionem, qua fiat discrimen soni f o r t i s et d e b i l i s, Lgn. in his exemplis inesse dicit: *glébia* (humectare), *gléb* (humectat), *glébit* (humectatis), *beria* (transfigere), *ber* (transfigit), *berit* (transfigitis) et similibus, quae affectio soni difficilior ad percipiendum tum maxime audiatur, cum sequatur vox a vocali incipiens: *ann dra-zé a ver ac'hanoun* (haec res me cruciat). Quae plane congruunt cum polonicis ut *pań*, *grab'* (carpinus). Est autem praeter hanc ieriationem alia quoque mutatio, qua *t* et *d* dentales in spirantes transeunt *š* et *ž* (gall. hod. *ch* et *j*). Ut e sing. *tourmant*, *rent* Man. testatur plur. duplici modo formari, aut (per *-ou*) *tourmantou*, *rentou* aut (per *-iou*) *tourmanchou*, *renchou*, e sg. *aut* (ora), *poent* (punctum) pl. *auchou*, *poenchou*, quocum consentit Dum. tradens e sg. *cuvent* (monasterium) pl. *cuvenschu*, et Lgn. quamvis improbans ipse tradit ex *heñt* (via) non solum *heñtou*, sed etiam *heñchou* formari; e gallicano *métier* iam in Buh. prodit *mecher* 40, 20. 74, 15. 17. 186, 17. Nec aliter cambr. *eidion*, corn. *odion* Voc. respondet arem. hod. *ejenn* (bos); cf. plur. *coaju* (ligna), *clenveju* (morbi) secundum Dum. e sg. *coat*, *clenvet*; ac iam in Buh. *breuiou*, *breuigou* (iudicia; sg. hod. *breûd*) 150, 9. 16. Simili modo plur. *chas* (*schass* Dum.) e sing. *ki* (canis) prodiisse posset videri, nisi nullum praeterea gutturalis sic mutatae exemplum inveniretur, immo arem. hod. *amézeien*, *gwenneien*, *gwizieien*, *kleier*, *seier* (apud Man. *klec'h*, *sec'hier*) a sg. *amézek* (vicinus), *gwennek* (denarius), *gwiziek* (sapiens), *kloc'h* (clocca), *sac'h* (saccus) — ut iam in Buh. 138, 18. *beleyen* (presbyteri) a sg. *baelec*,

in MJ. 12b. *ezomeyen* (= corn. *ezomogyon*, egeni) — gutturales non aliter ante *i* suppressas demonstrarent atque ante alias vocales. Quare ne in aliis quidem ut *plig* (placet) Buh. 12, 5. 186, 3. *pliche* (placeret) 18, 4. mutationem gutturalium suspicari licet, potius in illo verbo transumpto e gallicano *plaire* (*plaisir*) eadem variatio irregularis (similis illa quidem sono effecto, at dissimilis causa efficiente) spirantis *s* agnoscenda est, quae cernitur in hodiernis formis: *chétu* (ecce), *kéfchoud* (nactus es), *kanjoud* (cantasti) aliisque dialectice variatis e *situ*, *kéfsoud*, *kanzoud* etc., in quibus nihil zetacismi inest.

E cornica dialecto de ieriatione nihil constat. Contra assibilationis magis magisque increbrescentis exemplis plus minusve abundant quaecunque post Voc. cornice scripta extant. Transit igitur *t* in assibilatam *č*, *ch* scriptam sicut anglice: *ti* (domus) Voc. 9ᵇ est *chy* P. 159, 1. D. 524. 582. 633 etc. Primitivam *d* in *ġ* transgressam his exemplis illustrasse satis erit: *gyth* (dies) P. 41, 3. 243, 1. 244, 1. 252, 1. 259, 4 = *geyth* 20, 3, i. q. *dyth* 10, 3. 91, 3. 124, 3. 201, 1. 209, 1. 229, 2. 238, 4. 240, 2. 259, 1 = *deth* 259, 2; *ioul*, *ioull* (diabolus) P. 14, 1. 18, 1. 47, 4; 6, 3. 11, 1, *iaul* D. 1461, *jawl* O. 2527, i. q. *deaul* R. 2104. 2111, *deawl* D. 137, *dyaul* D. 1618. R. 132, *dyowl* O. 301; *ievan*, *gevan* (daemon) D. 154. 1338; in quibus exemplis scriptionis varietate non prodi differentiam soni hinc patet, quod eadem incertitudo cernitur in transumptis *venions* (angl. *vengeance*) P. 122, 4. 123, 4. 149, 2. *scorgye* (= *scourge*) 130, 3. *iudgye*, *yuggye* (*to judge*) 116, 1. 118, 4. *sordyas* (surrexit; *surge*) 238, 1. Eadem *ġ* per destitutionem nata est: *agy* (intra, intus; = *a chy*) O. 953. R. 223. 275 = *agey* D. 627, non aliter atque in peregrinis (anglicis) transumptis *cheryte*, *cheryta* (caritas) P. 35, 1. 45, 2 post praepositionem: *dre geryte* (per caritatem) 38, 1; item frequentissime in media voce: *eregyans*, *crygyans* (fides) P. 44, 4. D. 1813. *a begyas* (defecit; cambr. hod. *peidio*, cessare) P. 201, 1. *pigy* (petere, orare) D. 109. 357. *pigyn* (petimus) D. 199. *sengys*, *senges*, *syngys* (tentus, habitus) D. 510; 773; 782. 1204. *mestrigi* (pl. magistri) 1647. *servygy* (servitores) 279. *profugy* (prophetae) 1480. *kyngys* (antequam; = *kynt ys*) 324. 1713, quamquam saepissime in isdem et similibus invenitur *s* (p. 154). Plurima vero eiusmodi exempla praebet Cr. ut *trengys* (trinitas) 126. 2008. 2238, *carenga* (amor) 359. 847, *devidgyow* (oves) 1070, *marrudgyan* (miracula) 1765. 2124 = *marodgyan* 1804. 1898 = *marogyan* 1876, *canhagowe* (legati) 67, etsi in eadem cum *s* inveniuntur *carensa* 840, *canhasawe* 29. Addimus *udgian*, *udzheon* (bos; Voc. *odion*) ex interpretationibus Decalogi; *boadjaek* (pauper; Voc. *bochodoc*) et *pager* (m., quattuor; *peswar* P. et Dr.) ex epistula piscatoris ap. Treen.

D. De alia quadam variatione consonarum.

Supra (p. 151) adnotatum est iam inde ab antiquissimis temporibus tenuem simplicem cum geminata alternantem in isdem vocibus interdum inveniri ut in nominibus *Brĭto* et *Britto*, *Scôti* et *Scotti*, *Lîcus* et *Licca*; qua variatione soni inscriptiones, nummi, scriptores inprimis inter *c* et *cc* fluctuant tam in radice ipsa: *Voccio*, *Doccius*, *Occellio*, *Cricconia* et *Vocius*, *Docio*, *Docirix*, *Ocella*, *Ocellio*, *Criciro*, *Cricirus* (Glück. 187 sq.) quam in terminatione: *Litavicus* et *Litaviccus*, *Bôdicus* et *Bodiccius*, *Boudicca* (id. 119 sq.). Eadem variatione explicatur dis-

crimen, quod haud raro intercedit inter hibernicas formas et britannicas, ubi contra leges supra (pp. 67 sqq. 150 sqq.) expositas communem utraeque habent *c* (vel rec. *g*), ut hib. *sebocc* et cambr. *hebauc*, hod. *hebog* (germ. *hapuh*, ags. *hafoc*, angl. *hawk*, accipiter), hib. *cnocc* (gibber, ulcus), hod. *cnoc* (collis) et cambr. hod. *cwnwg*, ac nomina linguarum (feminina) hod. hib. gael. *-ig*, *-g*, cambr. *-eg* terminata: hib. *gaoidhilig*, *gaoidhilg* (lingua gaedelica), gael. *gaelig* (l. gaelica), ut iam apud Corm. *gœdelg*, gen. *gœdelgi*, dat. *gœdilg* (hibernica), *combrec*, dat. *combreic* (cambrica), cambr. hod. *cymraeg* (cambrica), *ffrangeg* (francica), a quibus genere tantum differunt arem. masc. *brézonek*, *brézounek* (lingua aremorica), *gallek* (gallicana); de genere cornicorum *cornoack* (cornica), *sowsnack* (anglica) non liquet. In omnibus his hibernica forma comparanda est veteri *Litaviccos*, britannica alteri formae *Litavicos*.

In aliis vero alia ratione distingui videntur hibernicae formae et britannicae. Cum enim in britannicis ipsis nasalem modo retentam modo excussam esse appareat, ut in corn. *kymmys* (aequa multitudo, tantum) P. 9, 4. 16, 3. 24, 2 etc. iuxta *myns* (magnitudo, multum) 40, 2. 59, 4. 117, 3, vel cum emollitione mediae in corn. arem. *ail* (angelus) Voc. *el*, *eyll* P. *ael*, *el* Buh. iuxta cambr. *engyl* (Mab. *egyl* p. 118) et hib. *aingel*, non est quod mireris eandem rationem nonnunquam intercedere inter hibernica et britannica, ut hib. *accus*, *ocus* (propinquus) Wb. 23ᵇ. Pr. Cr. 59ᵃ, cambr. *agos* Mab. 1, 24. 25. 239, cuius vetustiorem formam prodit comp. *kauacos* Leg. 1, 32, 6, corn. *ogas* P. 19, 4. 140, 2. 189, 3. 200, 1. 253, 1. In eiusdem autem radicis derivatis et compositis hibernicis alia sonorum mutatio apparet, qua non solum CC (= *nc*) et NG alternant, ut *cumang* (angustus) Corm. v. *sláblıradh* scribitur *cumac* ap. eundem v. *sin*, sed etiam *c* et *g*, ut *cumcai* (gl. angores, acc.) Ml. 18ᵈ. est *cumgai* ib. 19ᵇ, e *cumcigim* (gl. ango) Sg. 16ᵇ prodit *cumgaigther* (gl. angitur) Ml. 32ᵈ. Itaque ex una eademque radice fluxerunt *cumaing*, *cumuing*, *cumúing* (potest) Sg. 50ᵃ. Wb. 9ᵈ. 11ᵃ, *cumcam* (possumus), *cumcat* (possunt) Wb. 4ᵃ. Sg. 198ᵃ, atque variata praepositionis forma *conicc* (potest) Sg. 27ᵃ. Wb. 4ᵇ, *conecat* (possunt) Sg. 33ᵃ. 39ᵇ, *conicub* (potero) Wb. 32ᵃ. Quibus si addas regularem mutationem, qua excutitur nasalis in *cumachte* (potentia) Wb. Sg. Ml. fq., una cum tenui ipsa in *coniis* (possis), *conistis* (possent), *cuimsin* (possem), *cuimsimmis* (possemus), de quibus cf. p. 51, satis magnam formarum varietatem in hibernica ipsa extare fatendum est. Maiorem praebent alia exempla: *fulang* (toleratio) Wb. 17ᵃ. 14ᵇ. 25ᵃ. *fulach* (nisi forte corrigendum est: *fulacht*) Ml. 22ᵈ. *follo* (gl. perferre) Ml. 32ᵈ. *follós*, *fulsam* (v. p. 51), vel quae inter anomala proferentur sub radice *icc*: *ti* (venit), *roich* (attingit), *roig*, *rí*, *riga* (veniet), *riccub* (veniam), *ricu* (adeo). Quare quod britannicae formae verbi *af*, *aff* (eo) ab hibernicis, quas modo commomoravimus, pleraeque tota specie differre videntur, id nobis quidem nec mirationem affert nec dubitationem, quin eidem radici tribuendae sint.

E. De syllabis finalibus.

Compluribus exemplis supra p. 165 sqq. propositis apparet non solum in monosyllabis hibernicis vocales principio productas saepe corripi, sed etiam maiore destructione tam vocalium quam consonarum in utraque lingua postremas syl-

labas earum vocum affectas esse quae essent duarum vel plurium syllabarum. Quae destructio syllabarum finalium in hibernica potissimum, quae quidem aliquanto plus quam britannicae dialecti servaverit et de flexione et de effectu vocalium et consonarum deperditarum, ad certas leges revocari potest comparatis linguarum cognatarum formis.

I. Hibernice igitur quae pristina fuerit terminatio vocum, apparet legibus, e quibus consonae in principio vocis insequentis positae aut servantur aut inficiuntur. Unde patet

1. consonas finales fuisse tres *r*, *n*, *s*, non fuisse *t* vel *d*, quam vetustissimo tempore decidisse probatur exemplis, quale est *alaill ṡain* (gl. aliud aliquid) Sg. 6ᵇ; in quo infecta *ṡ* ostendit neutrum pronominis non ut latinum *aliud* in consonam, sed ut graecum *ἄλλο* in vocalem desisse. Ex illis autem tribus consonis (quas vetustissima hibernica cum graeca lingua communes habuit finales) *r* adhuc remansit ut in *athir*, hod. *athair* (pater); *n* secundum certas leges supra (pp. 43. 45. 65) adumbratas modo periit, modo servatur; *s* non modo ipsa interiit ut in *aile* (alius), *dia* (deus), sed etiam consonam antecedentem una secum interemit ut *c* (*g*) in *lia*, *lie* (lapis), *ri* (rex), *t* (*d*) in *ddnatu* (audacia), *tene* (ignis), eandem loco iunctarum *nt* in *cara* (amicus), *náma* (inimicus), *s* (pro *ns*) in *mí* (mensis).

2. Vocales, quas in extrema voce perisse demonstrat infectio consonae inchoantis quae sequitur, etiam ante consonas in postrema syllaba positae plerumque perierunt, nec nisi illis infectionibus et defectionibus vocalium antecedentium (et hodierna pronuntiatione consonarum) produntur, de quibus supra actum est. Quare ad pristinas linguae formas restituendas non minore quam ad finiendam consonarum pronuntiationem momento est illa regula scribendi saepius memorata, qua sola interdum consimilia distinguuntur, ut *síol* (nom. acc. = *sîlan*, semen) et *síl* (gen., = *sîli*, seminis), hib. vet. *síl* utrumque scriptum, vel *lionn* (potus, = *lindu*) et *rinn* (sidus, = *rindi*), hib. vet. *lind* et *rind*.

a) Correptae enim vocales utique exciderunt, sive sequebatur sive non sequebatur consona. E. c. *fer* (hod. *fear*, vir, = *feras*, *firas*), *aile* (alius, = *aileas*, *alias*); *fer-ñ* (virum, = *firan*), *aile-ñ* (alium, = *alian*); *fir* (vir, voc. = *fire*), *duini* (homo, voc. = *duinie*, *dunie*).

b) Productae (et diphthongi) in extremitate vocis non magis sunt servatae: *fir* (viri, gen. sg. et nom. pl. = *firi*, *firî*), *aili* (altus, alii, = *ailii*, *alii*); *fiur* (viro, = *fiuru*, *firû*), *ailiu* (dat., alii, = *aili-u*, *ali-û*); *cland* (proles, = *clanda*, *clandâ*), *ben* (mulier, hod. *bean*, = *bena*, *benâ*), *aile* (alia, = *ailea*, *alia*). Ne ante consonas quidem semper: *fer-ñ* (virorum, = *feran*, *firân*), *aile-ñ* (aliorum, = *ailean*, *aliân*). Sed ubi servantur, ante *s* potissimum, productae corripiuntur: *firu* (viros, = *firû*, *firûs*), *dúli* (elementa, = *dûlî*, *dûlîs*), quare diphthongi variis formis redduntur: *betha*, *betho* (mundi, gen. = *bethaus*, *bithaus*), *gnímai*, *gníma*, *gníme*, *gními* (facta, pl. = *gnîmais*).

c) Maiore destructione duas vocales, postremam una cum *i* (vel *j*) antecedente, abreptas conicere licet in terminatione dativi pluralis *-ib*, *-aib* (= *abias*?); certius exemplum est *aill*, neutrum pronominis *aile* (alius). Inprimis vero eiusmodi destructione syllabae finales saepe perierunt in transumptis: *abstanit* (abstinentia), *pennit* (paenitentia), *accidit* (= accidentia) p. 42. *stoir* (= historia)

Ml. 14[d]. *eclais* (ecclesia) Tr. 60. *etáil* (Italia) Wb. 6[d]. *béist*, *péist* (bestia) Corm. *esid*, *essid* (exitium) Ml. (p. 49). *testemin*, *testimin* (testimonium) Sg. Wb. Ml. *proind* (prandium) Wb. 9[b]. *gerind* (gerundium) Sg. (cf. App.) *scrín* (scrinium) Sg. 33[a]. *sacarbaicc* (sacrificium) Wb. 11[d]. *saltir* (psalterium) Ml. 2[c]. *notlaic* (natalicia) Oing. Fél. Dec. 24. *cuisil* (consilium) Corm. *relec*, *relicc* (= reliquiae) Corm. *purgatoir* (purgatorium) Gl. 34; quibus addenda sunt, quae supra (p. 58) memoravimus, exempla *v* cum praecedente vocali deperditae: *posit*, *comparit*, *superlit*, *primit*. Haec quidem ex antiquitate linguae; recentior autem gaelica potissimum dialectus similia multa habet, quae *e* finalem abicere consuevit in vocibus plurium syllabarum ut in nom. *cealgair* (hib. *cealgaire*, fraudator), *iasgair* (hib. *iasgaire*, piscator), in gen. *caillich* (anus), *aimsir* (temporis), pro quibus non modo hibernica hodierna servavit plenas formas *caillighe*, *aimsire*, sed ipsa quoque scotica vetustior: *éclasi* (ecclesiae) L. Dér. 43.

II. Britannicas dialectos in syllabis terminalibus aliquanto maiorem quam linguam hibernicam tam vocalium quam consonarum iacturam fecisse cum probabile fiat detrimento flexionum ut in cambr. corn. arem. *car* (amat) contra hib. *cara*, *carid*, in *car* (amicus, cognatus, parens) contra hib. *cara*, tum hinc apparet quod neque in praecedentibus vocalibus nec in consonis sequentibus eadem quae in hibernicis cernitur efficientia perditarum aut vocalium aut consonarum.

1. Consonae enim, quae olim fuerunt in extremitate vocis, nisi in monosyllabis quibusdam (de quibus conferatur caput alterum) vix ullum vestigium sui reliquerunt ut aspirationem aut nasalem infectionem insequentis consonae principalis. Immo indubia exempla extant mutationis consonarum inchoantium effectae vi illarum consonarum, quae detritis terminationum vel vocalibus vel consonis ad extremitatem vocis devenerunt, inprimis cornica, ut *ger vas* (verbum bonum, *ger* m., *mas*; cf. *arvow*, arma) P. 83, 3. *pub teȝoll* (unoquoque die; *pup*, *deȝ* m.) 228, 1. *y ret flamyas* (illi te vituperarunt; *t' vlamyas* = *bl.*) 92, 2; sed etiam aremorica: *en noar* (in terra; *doar*) Buh. 8, 24. *an nou men* (duo lapides; *dou*) 148, 1. *an or* (porta; *dor*) 51, 1, atque hodierna: *hor c'hî* (canis noster; *hor* = *hon*, *kî*), *teir flac'h* (tres filiae, *plac'h*), *pemp kad* (quinque lepores; *gad*). In aliis illae consonae ipsae quoque detritae effectu solo agnoscuntur, ut in cambrico *athi* (tecum; *ac ti*), aremoricis *é tebrô* (edet; *ez debrô*), *ô terc'hel* (in tenendo; *ouz derc'hel*), cornicis *ow pewe* (in vivendo; *orth bewe*) P. 220, 3. *mara kyll* (si potest, *gyll*) 21, 2. *y whelas* (vidit; *yth welas* = *gwelas*) 219, 4, multisque aliis, in quibus aut vi consonae solius aut admixta vocalis deperditae vi inficiente magna oritur varietas mutationum.

2. Vocales syllabarum finalium, quas ne hibernica quidem lingua fere servaverit, in britannicis dialectis facile intellegitur non solum omnes detritas esse, tam positas ante consonas quam ipsas terminales, tam productas quam correptas, sed ne vestigium quidem saepe reliquisse impressum aut vocalibus aut consonis. Ut supra (pp. 84. 88. 92) adnotatum est nec infectione nec defectione regulari vocales antecedentium syllabarum pari modo mutari atque in hibernica, ne in cambrica quidem, quae maiorem in his quam ceterae dialecti prae se ferat regularitatem. In qua quam illarum mutationum legem comparatis omnibus, quaecunque eodem pertinent, detexisse nobis videmur, haec est.

Productae initio vocales *á* et *í*, antequam interciderent, correptae sunt, correptae eaedem statim interciderunt; quo factum est, ut illae quidem, etsi postea ipsae quoque perierunt, satis tamen valerent ad mutandas vocales praecedentes, correptae vero non valerent. Paulo maiorem *u* vocalis pertinaciam fuisse credideris, quae sicut in goticae linguae terminationibus sola permansit, cum *a* et *i* perirent: *dags* (dies), *gasts* (hospes), *sunus* (filius), ita in britannicis, etsi nunquam ceteras vocales infecit, cf. *kat* (pugna, gall. *catu-*), *byt* (mundus, gall. *bitu-*) Mab., ipsa tamen servata cum antecedente vocali in diphthongum coaluit in paucis, in quibus mediam *g* excussam probant formae hibernicae respondentes, ut in *teu*, *tew* (densus, crassus) Cb. Mab. = arem. hod. *téô*, in cambr. hod. *gwyw* (languidus), de quibus cf. supra p. 88, item in corn. *maw* (puer; hib. *mug*, got. *magus*) D. 1794. 1883. Dubitari tamen potest, an his vetustior forma supponenda sit, qualem prae se ferunt vel latina *brevis*, *levis*, *tenuis* (= βραχύς, ἐλαχύς, ind. *tanú-s*) vel graecum ταναϝός; id quod cum analogia formarum britannicarum, quas p. 129 sqq. proposuimus, tum hac re commendari videtur, quod *u* (*w*) in derivatis vel servatur, ut in cambr. *tewder* = arem. *téôder* (spissitas), cambr. hod. *gwywder* (marcor), corn. *mowes* (puella) D. 1876, pl. *mowysy* 944 = arem. hod. *maouez*, vel in *v* recedit, ut in arem. comp. et sup. *tévoc'h*, *téva*, fortasse in *mével* (famulus). Sed ut ad *a* et *i* redeamus, ex exemplis, quae supra l. c. sunt prolata, *rhed*, *berr*, *melen*, *cron* a formis priscis *ritá*, *birrá*, *meliná*, *crundá* repetenda sunt, *meneich* sive *meineich*, *deueit*, *esgyrn* a *monachí*, *davatí*, *ascurní*; contra *ryt*, hod. *rhyd*, *byrr*, *melyn*, *crwn* ad *ritas*, *birras*, *melinas*, *crundas* revocanda, *am*, *mor* ad *ambi*, *mori*. Denique quae supra abnormia videbantur, transumpta *lleidr*, *dreic* eadem ratione explicari possunt, quorum vetustiores formae coniciendae sunt *latrî*, *dracî*, legitima in britannicis mutatione (p. 100) progressae e *latrû*, *dracû*, substitutis pro latinis *latrô*, *dracô*.

Si qua sunt vocabula, in quibus neglecta hac lege vocalis infecta esse videatur vi correptae *i*, in his non dubitamus quin alia infectionis ratio sit, qualis est in *meir* (Maria) Cb., *breich* (brachium), *yspeit* (spatium), *yspeil* (spolium) Mab., in quibus *i* inficiens a media voce ad extremam devenit, antequam periret ipsa; ac conferenda sunt quae supra disputavimus de hibernicis I. 2. c. Maiore enim illa destructione, qua inter hibernica potissimum peregrina binas vocales perdiderunt, britannica magis quam hibernica tacta esse nullo negotio intellegitur, quamquam ne in illis quidem eandem semper rationem valuisse uno exemplo probasse satis erit: *camse* (hib. *caimmse*, camisia) Mab. *cams* Voc. (p. 84). Itaque non solum in transumptis eadem haec destructio cernitur: *eccluis*, *eglwys* (ecclesia) Land. Mab. *selsic* (= salsicium) gl. Ox. *neges* (negotium), *ystyr* (historia) Mab. *nodolyc*, *nadolic* (natalicia) Leg. Mab. *anyueyl*, *anifeil* (= animalia) Leg. Mab. *bwystuil* (bestia, in quo vocabulo peregrinum *bwyst* compositum est cum domestico *mil* ut in germanicis *maultier*, *lorbeer*, *buchsbaum* vel inverso ordine in gallicanis *cormoran*, *loup-garou*) Mab., sed etiam in nativis ut *newyd* (= hib. *núide*, novus p. 56) Mab., interdum ne infectione quidem effecta: *oll*, *ol* (omnis) = hib. *uile*. Simili igitur ratione cetera explicabuntur, in quibus latet causa infectionis. Cum cambricis his concordant cornica et aremorica ut *brech*, *bregh* (brachium) Voc. Dr. P. *brech* Buh. Quare si in quibusdam miro modo finale *i* servatum esse videtur, ut in plur. cambr. *llestri*

(vasa) Leg. Mab., corn. *listri* (naves) Voc., arem. hod. *listri* etiam contra hibernicam regulam, in his recentius potius additamentum statuendum est, id quod interdum probatur formis aliis, ut pro cambrico *meini* (lapides) Mab. et hodierno non solum extat corn. *meyn* P. atque arem. hod. *mein*, sed ipsum quoque cambr. vet. *mein* Cb. 55 apud poëtas etiamnunc vigere traditur.

CAPUT ALTERUM.

De consonis voces inchoantibus earumque infectione.

Patet ex iis ipsis, quae supra disputata sunt, consonas in principio vocum, non solum earum, quae sunt in altero loco compositi, sed etiam quae sunt extra compositionem sola constructione sermonis coniunctae cum antecedentibus, infectionem subire tam in hibernica lingua quam in britannica secundum leges non diversas generatim a legibus infectionis in mediis et extremis vocibus. Ut consonae inchoantes alteram vocem in exemplis hibernicis: *dán caich* (ars cuiusvis), *i cath* (in pugna; ex *in cath*), *mo chenéel*, *mo chland* (genus meum, proles mea), *mo thol* (voluntas mea), *do phopul* (populo) desumptis e Wb., secuntur easdem regulas, quas secuntur in mediis et extremis vocibus *marc* (equus; *c* non infecta ob positionem), *coic* (quinque; e *coinc*), *lethan* (latus; e *letan*), *cethir* (quatuor; e *cetir*), *ech* (ex *ec*, equus; *t*, *c* infectae extra positionem). Item infectio consonae *k* nominis *kei* in exemplis cambricis: *a chei* (et Caius), *y gei* (ad Caium, Caio), *mynghei* (Caius meus) Mab. eodem modo in constructione fit atque in mediis vel extremis vocibus *buch* (= *bucc*, vacca; *achei* pro *ac cai*), *marchogyon* (equites, e *marchawc*), *angheu* (mors, ex *ancou*). Quodsi videntur quaedam contradicere, nec statim perspicua est causa infectionis, ut cur scriptum inveniatur hibernice *airchinnech* (princeps), *firthrebaire* (vera prudentia), *imm chenn* (circa caput), cum potius ob positionem liquida effectam expectares *aircinnech*, *firtrebaire*, *imm cenn*; aut cur cambrice scribatur *arbennic* (princeps; e subst. *penn*), contra post eandem consonam *gwrtheyrn*, *gortheyrn* (magnus dominus; *Gurthigernus* n. pr. viri; e subst. *teyrn*, *tigern*): solvitur contradictio collatis vetustissimis formis vocum, utpote *ambi* pro *imm*, *ari*, *are* pro *air* (p. 6. 7), unde *ambi qvinnan* et *areqvinnicas* fiunt *imme chenn*, *imm chenn* et *airchinnech* hibernice, et *arepennicas* cambrice *arbennic*, *arbenig*, secundum regulam propriam singularum linguarum, quarum altera aspirat extra positionem, altera destituit. Nec magis laesa est regula hibernica in composito hib. *firthrebaire*, cui supponenda est forma vetusta *virotrebaria* ad instar vetustorum nominum Cambodunum, Virdomarus (cf. pronomina possessiva infixa *m*, *t* orta e *mo*, *do* cum infectione sequentis consonae: *remchuimriug*, *imchuimriug*, ante captivitatem meam, in c. m., Wb., *itchóimthecht*, in comitatu tuo, Sg.); nec aliter cambr. *Gurthigernus* sequitur legem cambricam aspirandarum tenuium post liquidam *r*, quia abest vocalis post vetustam formam *ver* in nominibus

Vercingetorix, Vernemetum. Sed cum et rarissime appareant formae eiusmodi vetustissimae, in quibus causa patet huius vel illius infectionis factae aut servati status originarii, et utraque lingua interdum anomalias et proprietates produxisse videatur, necesse est praecepta de consonis inchoantibus voces earumque infectione separatim exponi.

Tangunt autem haec praecepta consonas principales vocum earum, aut quae artius iunctae sunt cum antecedentibus constructione, ut substantivum cum articulo, pronomine possessivo, praepositione, item substantivum in genetivo vel accusativo post substantivum vel verbum, adiectivum post substantivum etc., aut quae coniunctae sunt antecedenti per compositionem. Quae voces extra eiusmodi iunctiones sive intra sententiam sive in principio eius positae sunt, isdem legibus solutae servant statum originarium consonarum. Ceterum per scriptionem coniunguntur in vetustis codicibus, praesertim hibernicis, non solum voces vere compositae, vel pronominum infigendorum litterae singulares residuae cum particulis et vocibus, inter quas sunt infigenda, sed etiam eae voces, quae etsi quodam vinculo iunctionis, attamen non tam arto continentur, praesertim articuli, pronominum possessivorum formae monosyllabae, praepositiones monosyllabae cum substantivis, particulae verbales cum verbis etc. Quae vocum iunctio secundum consuetudinem codicum etiam in hoc opere fere expressa est.

Quoniam in vetustis codicibus hibernicis infectio in solis fere tenuibus inchoantibus, et in *s*, *f*, ne in his quidem semper, notata invenitur, oritur penuria exemplorum, quae genere tenuium plerumque continentur. In parte britannica quamquam aremoricorum ante hodiernam linguam exemplorum eadem est penuria, codex tamen ruber perfectam fere notationem cambricam exhibens omni genere exemplorum abundat, nec deficit cornicorum idonea copia.

I. Consonae hibernicae inchoantes.

A. **Status originarius** consonarum inchoantium voces vel constructione vel compositione subiunctas antecedentibus servatur e regula generali, si vocis praecedentis forma vetustior terminabatur consona. Sed cum secundum ea, quae supra p. 173 disputata sunt, e tribus illis consonis, quas lingua vetustissima admisit in extremitate verborum, semper servata sit *r*, semper abiecta *s*, *n* ante tenues solas et spirantes tota perierit, ante ceteras tamen consonas posita vel illas sibi assimilaverit vel se illis, duplicem patet principalium consonarum esse condicionem, aut qua legitime omnes integrae serventur (post *r* finalem vel excussam *s*), aut qua tenues, spirantes, liquidae maneant intactae regulariter (post *n* elisam vel assimilatam), mediae autem incerta ratione modo maneant modo assimilentur. Duplicis igitur generis sunt quaecunque praecepta hoc loco tradentur, ut aut (*a*) ad universas consonas pertineant aut (*b*) ad tenues et spirantes solas. Sunt autem hae iunctiones, in quibus permanet status primitivus consonarum inchoantium, aut omnium aut praeter medias omnium.

I. In constructione: 1. nominis post articulum sive substantivi sive adiectivi *a*) in singularis numeri casibus nominativo generis masculini, genetivo ge-

neris feminini; pluralis numeri cuiusvis generis accusativo et, ut videtur, dativo, in quibus *s* terminalis supponenda est, praeterea in pluralis nominativo non modo feminini sed etiam contra regulam communem neutri generis, cuius pristina forma in vocalem desinens expectanda erat; *b*) in singularis numeri accusativo (ac nom. gen. neutri), pluralis genetivo, dualis dativo cuiuslibet generis secundum praecepta supra (p. 43) tradita. Exempla in capite proximo proferentur.

2. Adiectivi post substantivum (ut solet poni) vel substantivi post adiectivum (ut post adi. pronominalia et numeralia) positi consona principalis servatur in isdem casibus, sive antecedit articulus sive abest. Videas exempla in libro proximo. Item post genctivum sing. nominum, quae secuntur ordinis prioris seriem secundam vel tertiam, legitime servari videtur consona proxima, ut in hoc exemplo: *hi coindeilc ingotho comtherchomraicthi o litrib* (gl. quantum ad totam comprehensionem vocis literatae) Sg. 3[b].

De numeralibus VII—X ac de neutro *dán* videas supra pp. 43. 44.

3. Nominis in genetivo positi consona principalis servatur post antecedentis substantivi eosdem casus: *a*) *cindas persine* (qualitas personae) Wb. 6[b]. *airechas cenéoil* (praestantia generis) 1[b]. *cosmuilius tuib* (similitudo tubae) 12[c]. *sainigud truip* (variatio tropi, schematis) Ml. 53r. *bandea** *cruithnechta* (dea frumenti) Sg. 66[c]. *accobra colna* (cupiditates carnis) Wb. 20[a]. *tíre tairngiri* (terrae promissionis) 11[a]. *cathraig tíre* (oppida terrae) Ml. 17[c]; *b*) *torand folaid cenchinniuth persine* (significatio sensus sine demonstratione personae) Sg. 27[a]. *cen torant persine* (sine significatione personae) 154[a]. *dessimrecht comdíthnatha* (exemplum consolationis) Wb. 14[b]. *colaa poil* (ad diem Pauli) 5[b]. *dliged coimdemnachtae* (ius dominationis) Ml. 17[b]. *tir tairngeri* (terra promissionis) 38r. *tosach preceptae* (initium doctrinae) Tr. 29. 39. Item post substantiva numeralia ut *fiche* (viginti).

4. Post pronomina: *a*) post pronomen possessivum generis feminini 3. ps. sing. *a* (eius) servatum statum primitivum in vetere lingua, ut in hodierna hibernica et gaelica, produnt haec exempla: *aggním féisne imefolngai cesad fuiri* (gl. ipsa in se agit, tertia persona; i. e. eius ipsius actio efficit passionem sibi, cum *gg* signo status prim. p. 59) Sg. 199[a]. *cenchaille foraciunn* (gl. non velato capite, mulier orans deturpat caput suum) Wb. 11[c]. *a tindnacul ade* (receptio huius; *flatho*, imperii, nisi pertinet ad praecedens *diachlaind*, proli suae) Ml. 38r. Item post pronomina personalia infixa *n* (nos), *b* (vos): *fordoncain* (docet nos), *ninta* (non est nobis) Wb. 31[c]. *robcarsi* (amavit vos) 23[d]. *dobtromma* (gravat vos) 8[c]; cf. libri proximi caput quod est de pronomine.

b) Post pronomina possessiva trium personarum numeri pluralis: *arn* (noster), *barn* (vester), *an* (earum, eorum), de quibus cf. p. 43 et videas exempla in capite de pronominibus. Post pronomina personalia infixa 3. pers. *an* (eum) et *sn* (eum, eam, eos) ac post pronomen relativum tam absolutum *an* (*a*, cf. p. 43) quam infixum *n* consona verbi principalis eodem modo habetur, quo substantivi post pronomina illa possessiva. Idem pronomen relativum con-

* Eiusmodi enim composita masculinum genus servare docet O'Molloy (ap. Lhuyd. Arch. Brit.); concordat nom. plur. *bandechuin* (diaconissae) Wb. 28[a].

tineri in particulis *an* (cum), *dian* (si), *aran* (ut), *con* (donec, ut) supra dictum est. Exempla inter pronomina et particulas.

5. Post verbi formas plurimas: *ammi corp* (sumus corpus), *iscenn* (est caput) Wb. 5ᵈ. *iscésad* (est passio) Sg. 188ᵃ. *iscoitchen* (est commune) Ml. 14ᵈ. *intan aramberar ciall* (cum adhibetur sensus) Sg. 148ᵇ, *aranecatar coitchena* (quod inveniuntur communia) Sg. 65ᵃ. Conferantur tamen exempla infectionis tam post verbum substantivum, quam si post verbum sequitur obiectum, infra sub B. I. 5.

6. Post praepositiones: *a*) *for* (pro), *tar* (trans), *etar* (inter), *ís* (infra), *ós* (supra), *oc* (apud), *sech* (praeter); item post *a* (ex) ortam ex *as*, et post *co* (ad), *la* (apud), *fri* (contra) ortas sine dubio ipsas quoque e formis exeuntibus in consonas (*cos*, *las*, *fris*, cf. p. 51); *b*) *in* (in), *ren* (ante), *con* (cum), *iarn* (post), cf. p. 43. Exempla in capite de praepositionibus.

7. Post particulas *os* (emphatice pronominibus praemissam), *in* (interrogativam): *ostú* (gl. tutemet) Sg. 201ᵇ. *incoscramni* (num destruimus?) Wb. 2ᵇ. Post negativam *ni* ceterae praeter verbum orationis partes intactam servare videntur consonam inchoantem: *ni m̃all* (non lente) Sg. 199ᵃ. *ni clóin* (non iniquus) Wb. 4ᵃ. *niconchoscram* (non quod destruamus) 2ᵇ. *ni tairmthecht* (non transgressio) 2ᵃ. Post eandem nescio qua de causa *t* non solum in pronomine personali absoluto 2. pers. sing., quod idem infixum et suffixum tenuem duram servat (p. 70), non notatur infectum: *ni tussu* (non tu ipse), *nitú* (non tu), *cani tú* (annon tu?) Wb. 5ᵃ. 5ᵇ. 8ᵈ; sed ne in verbalibus quidem formis: *nitam* (non sumus) Wb. 15ᵇ. *nitat* (non sunt) 8ᵃ. *nitad* (non estis) 9ᵈ. *ni tabair*, *ni tabir* (non affert) Sg. 202ᵃ. 214ᵃ. Wb. 14ᵇ. 16ᵃ. *ni táibrid* (ne dederitis) 6ᶜ. *ni taibrem* (non damus) 15ᶜ, quamquam alibi scriptum est *níthabur*, *nithabur* (non do) Sg. 173ᵇ. 179ᵃ.

8. Post particulam verbalem *ro*, et negativam *ni* contra communem regulam in statu duro servari principalem *b* verbi substantivi comprobant scriptiones *robbu*, *robboi*, *nipi*, *nipat*, *nipia*, *nipiam*, quas videas infra in hoc verbo.

9. Post causam infectionis qualemcunque in statu primitivo semper manet spirans *s* coniuncta cum *m* et cum tenuibus: *sm*, *sp*, *st*, *sc*, *spr*, *spl* etc., non manet coniuncta cum ceteris liquidis: *sl*, *sn*, *sr*.

10. Post *l*, *n*, *s*, *t*, *d*, *th*, quaecunque causa est infectionis, propter sonorum congruentiam intacta manet *t* (et sine dubio *d*): *cen torbatid* (sine utilitate) Wb. 12ᵃ. *cen torant* (sine significatione) Sg. 154ᵃ. *inchruinn toirthig* (arboris frugiferae) Ml. 15ᵇ. *indolachruinn toirthich* (gl. olivae) Wb. 5ᵇ. *do persin tanaisi*, *hi persin tánaisi* (personae secundae, in persona s.) Sg. 212ᵇ. 215ᵃ. *isindepistil tóisich* (in epistula prima) Wb. 14ᵈ. *diil tanisi* (declinationis secundae), *far diull tan.* (secundum decl. s.) Sg. 50ᵇ. 106ᵃ. *ond áes tuaithe* (gl. ab iis qui foris sunt) Wb. 28ᵇ. *dothabairt toirse*, *dothabairt testassa* (ad afferendam tristitiam, ad proferendum testimonium) 14ᵈ. 15ᶜ. *cland tuicse* (gens electa) 5ᶜ. Eadem ratio nescio an in aliis valuerit, ut *indithrub parduis* (in deserto paradisi) Tr. 18. 19. *fomám pectho* (sub iugo peccati) Wb. 3ᵃ. 21ᵇ. *anman inchoisc cenéuil* (nomina significationis gentis) Sg. 32ᵇ. *dochosc cintach* (ad correptionem noxiorum) Wb. 28ᵃ. *nach cruth ailiu* (ullo modo alio) Sg. 58ᵇ. *caich ceneuil* (cuiusvis generis) Wb. 5ᶜ; cf. exempla huius pronominis, quae infra suo loco proferentur, insignia servato *c* proximo. Quamquam negari nequit infectionis notationem saepe propter

meram neglegentiam scribentis omissam esse, ut in his: *oc ascnam tire* (in possessione terrae) Wb. 11ᵃ. *a rainn pectha* (ratione peccati), *di rect pectho* (de lege peccati) 3ᵇ. 3ᵈ. *hi claar cridi* (in tabula cordis) 15ᵃ. *hires creitme* (firmitas fidei) 2ᵇ. *isóiri ceneóil* (gl. nobilitate generis) 17ᵃ.

II. In compositione principalis vocis alterius consona servatur dura: 1. substantivi compositi cum plerisque praepositionibus supra dictis (I. 6): *forbbart* (gl. abolitio) Sg. 52ᵃ. *forggnus* (forma, figura) Sg. 76ᵇ. 216ᵇ. *fortacht* (auxilium), *forcital* (doctrina) Wb. fq. *force. ı* (finis) Sg. 28ᵇ. 169ᵃ. 203ᵇ. Ml. 2ᵈ. *etargne*, *etarcne* (cognitio), *etarcert* (interpretatio) Wb. fq. *cotecht* (aditus) Wb. 9ᵈ. *cocéilsine* (gl. societas) Wb. 19ᶜ; item adiectivorum et verborum compositorum consonae inchoantes: *forbartaig* (gl. exoletam, virginem) Sg. 173ᵃ. *fortéit* (adiuvat) Wb. 4ᵃ. *forcanad*, *forcanid* (doceat, docete) Wb. 12ᵃ. 22ᵈ et alia, quae videas sub compositione.

Inficiunt tamen consonam proximam *in* et *frith* et quae praepositiones assumunt *m*, ut *com-*, *iarm-*, *rem-*, *tarm*, *tairm-*; praeterea inveniuntur *forthéit*, *forchun*, *forchongrimm* etc. in Wb. (cf. hib. hod. *foircheann*, finis).

2. Cum particulis privativis *an-*, *es-*: *amprome* (improbitas) Sg. 42ᵇ. *ancride* (iniuria) Wb. 9ᵃ. *ancretem* (infidelitas), *ancretmech* (infidelis) Wb. 5ᵇ. 10ᶜ. 12ᵈ. *escarit* (inimicum) Wb 30ᵇ. Eodem modo post *é-*, *éi-* ortam ex *es-*: *écmacht* (gl. nequam; = *écumacht*, *escumacht*) Sg. 50ᵃ. *écndairc* (absens), *éicndarcus* (absentia; = *écond.*, *escond*) Wb. Sg. Post particulam *ad-*: *adcobraim* (volo), *adcomaltar* (adiungitur) Sg., e qua combinatione prodit *acc-*, *att-*, *at-*: *accobor* (voluntas), *accaldam* (appellatio), *atreba* (habitat, possidet; *ad-tr.*) Wb. Sg. fq. Alia exempla in comp.

3. In omni compositorum genere infectionem regularem prohiberi isdem causis quibus in constructione verborum (I. 9. 10.) facile intellegitur. Quare integra manet *s* in his: *doscéulaim* (gl. experior) Sg. 145ᵇ. *incomscribndaith* (gl. syngraphum) Sg. 24ᵃ, integra *t* in *cáintol* (bona voluntas), *cáinteist* (bonum testimonium) Wb. 20ᵈ. 23ᵃ. *rostan* (gl. rosetum) Sg. 53ᵃ. *indidultaigæ* (gl. fani) Sg. 66ᵃ. De aliis exemplis tenuis servatae propter affinitatem sonorum supra (p. 72) actum est.

B. Infectione aspirata vel molli consona vocem inchoans secundum legem generalem tangitur, si vocis antecedentis forma vetustior terminabatur vocali, etiamsi eandem abiecit lingua recentior. Invenitur igitur infecta consona inchoans alteram vocem in his praecipue iunctionibus.

I. In constructione: 1. nominis post articulum, sive substantivi sive adiectivi, in singularis numeri casibus genetivo et dativo generis masculini vel neutri, nominativo et dativo generis feminini; in numeri pluralis casu solo nominativo generis masculini. De differentia formarum articuli IND (IN) inficientis, INT (IN) non inficientis supra dictum est (p. 44).

2. Adiectivi post substantivum vel substantivi post adiectivum (ut pronominale vel numerale) positi consona inchoans inficitur in isdem casibus, si excipias quae de gen. sg. supra (A. I. 2.) adnotata sunt. Accedit infectio post dualis numeri nominativum et accusativum utriusque generis, cuius exempla videas in declinatione nominis, ac sine dubio post vocativum numeri singularis, etsi exemplis probari nequit. Masc. et neutr.: *inpain chondai* (gl. Panos de

more Lycaei, Verg. ap. Prisc. 6**5, 25) Sg. 95ᵇ. *forcenn indfolaid chétnai* (finis sensus primi) 28ᵇ. *ainm alaili thriuin* (nomen cuiusdam herois) 96ᵃ. *cach folaid* (cuiusvis sensus) 200ᵇ. *huand ascnom śoinmech* (aggressu felici) 69ᵇ. *isindanmaim chétnidiu* (in nomine primitivo) 54ᵇ. *hi togarmim frecndairc* (in appellatione praesenti) 207ᵇ. *re cach thuisiul* (ante quemvis casum) 210ᵃ. *onach fochun ailiu* (nulla alia causa) 6ᵃ. *icachthir* (in omni terra) Wb. 1ᵃ. *itchethir chét* (gl. quater centeni) Cr. 42ᶜ. *eter da śon* (inter duos sonos) Sg. 150ᵃ. Fem.: *sál chuach* (gl. salinator) Sg. 100ᵇ. *mo thol cholnide* (voluntas mea carnalis) Wb. 3ᵃ. *cach thúare* (omnis cibus) Wb. 6ᵃ. *issí indobre. chétna* (hoc est adverbium primum) Sg. 71ᵇ. *iar riagoil chenélaig aiccend* (secundum regulam generalem accentuum) Sg. 220ᵃ. *din gutai thóisig* (de vocali priore), *ón chetni phersin* (a prima persona) Sg. 9ᵃ. 191ᵃ. *for laim chlí* (ad manum sinistram; *tol*, *riagol*, *lám*, fem.) Cr. 19ᶜ. *foncheill thoisech* (sub notione prima) Sg. 67ᵃ, quo exemplo violatur lex supra A. I. 10. proposita; *díguttai fodlaidi* (duae vocales seiunctae) Sg. 54ᵃ. Alia exempla videas infra in flexione nominis.

3. Nominis post substantivum in genetivo positi consona inchoans secundum eandem legem inficitur: *trebaire chollno* (prudentia carnis), *tol cholno* (voluntas carnis) Wb. 3ᵈ. 19ᵃ. *chiall chomthinóil* (notio copulationis) Sg. 222ᵃ. *ciall chésto*, *ciall chesta* (sensus passionis, passivi) Sg. fq. *frithorgon chaich* (offensio cuiusvis) Cam. *inaicniud chaich* (in natura cuiusvis) Ml. 14ᶜ. *hítosug śuin* (in principio vocis) Sg. 3ᵇ. *do thaidbse śuperlait* (ad signum superlativi) 40ᵇ. *do láni chétbutho* (ad completionem sensus) 25ᵇ. *hó thoil cholno* (a voluntate carnis) Wb. 20ᵃ. Cf. supra A. I. 3.

4. Post pronomina terminata vocalibus: *a*) personalia infixa, etiamsi vocalem abiecerunt: *m* (me), *t* (te), *d*, *n* (eum, id), *a* (id, eos), quorum exempla infra proferentur. *b*) Post possessiva: *mochland et mochenéel* (proles mea et genus meum), *mothol* (voluntas mea) Wb. 3ᶜ. 29ᵈ. *ni tussu thóenur* (non tu solus; ad verbum: solitudine tua) 5ᵃ. *aorcital* (= *aforcital*, doctrina eius) 8ᵇ. *innathechtu* (in ordine suo) 13ᵃ. *achland* (semen eius) 2ᶜ; etiamsi excussa est vocalis ut in infixis 1. et 2. pers. sing.: *remchuimriug et imchuimriug* (ante meam captivitatem et in mea captivitate) Wb. 30ᵃ. *itchóimthecht* (in comitatu tuo) Sg. 208ᵇ. Excipitur *a* 3. pers. sing. fem., de quo supra A. I. 4. *c*) Post demonstrativa: *innaní chóinte* (gl. deplorantium) Ml. 29ᵇ. *intí thall* (ille) Sg. 179ᵃ. *cenmithá innahí thechtaite* (exceptis iis quae habent) 179ᵇ. *inti theste* (is qui iret [?]) 114ᵇ. *gním domsa thindnacol inna hirise* (actio mihi receptio fidei) 209ᵇ. *d*) Post interrogativum: *aircia chruth arafóimtar* (gl. quomodo enim ... accipiantur?) Sg. 210ᵇ. *cidchenél* (quod genus) 197ᵇ. *cisi chiall* (quae significatio) 217ᵃ. — Quin etiam mira irregularitate: *docuirethar cétna persan sin persana aili chucae* (adsciscit prima persona haec personas alias ad se) Sg. 191ᵃ.

5. Post verbi substantivi formas qualiscunque radicis, sive servarunt terminantem vocalem sive abiecerunt: *ished bes chobuir dó* (hoc erit auxilium ei) Wb. 20ᵃ. *bes chuibsech* (qui sit confessor) L. Ardm. 17 a. 2. *cid druailnide ṅbes chechtar indarann* (quamvis corrupta sit utraque pars) Sg. 202ᵇ. *beta thuicsi* (qui sunt electi) Wb. 4ᵃ. *robói chocad* (fuit bellum) Ml. 37 r. *ropo thol* (fuit voluntas) Wb. 14ᵇ. *ropo thróg* (fuit miserum) 21ᵇ. *acht ropo cho torbu*, *chon etarceirt* (modo fuerit cum utilitate, cum interpretatione) 13ᵃ. *naba thoirsech* (noli tristis esse)

29ᵈ. *nabad chotarsne fribarnicc* (ne sit contrarium saluti vestrae) 24ᵇ. *ban chossmaili* (simus similes) 33ᵇ. *bat chosmuli frinni* (sint nostri similes) 17ᵃ. *bed chuimnech inna degnímæ durigensidsi* (esset memor benefactorum quae fecistis vos) 33ᵈ. *acht ropat ṡaini tert persin* (modo sint diversae tertiae personae) Sg. 199ᵃ. *caith bed ṡrethi* (gl. acus substernendum) 68ᵃ. *combad chircumflex* (ut sit circumflexus) 30ᵇ. *níbad ṡamlaid son* (non esset ita hoc) 4ᵇ. *nifil chumtubairt* (non est dubium) 154ᵇ. *nifail chumscugud ṅhuirdd* (non est permutatio ordinis) 215ᵃ. *isfollus dún file choibnius* (est manifestum nobis esse affinitatem) 151ᵇ. *nidan chumachtig* (non sumus potentes) Wb. 14ᶜ. *ataat chétnaidi* (sunt priores) Sg. 28ᵃ. *ïtchethir chét* (sunt 400) Cr. 42ᶜ. *aschoimtig* (quod est usitatum) Sg. 54ᵇ. *aní tra aschotarsne frihícc* (id ergo quod contrarium est saluti) Wb. 17ᵈ. *sci. et iusti ithé aschorp dosom xps. aschenn indnoib aschorp* (gl. caput super omnem ecclesiam quae est corpus ipsius; i. e. sancti et iusti, illi sunt corpus ei; Christus est caput, sancti sunt corpus) 21ᵃ. *aschentarchu* (quae est citerior, Gallia) Sg. 72ᵇ. *aschomaicsiu* (gl. viciniore), *aschubaithiu* (gl. concinniore) Ml. 7r. De *asm̄e* (quod ego sum) Sg. 202ᵃ cf. pron. relativum.

Post activa quoque verba inficitur consona principalis sequentis substantivi, si est obiectum: *foilsigdde phersin* (quae significant personam) Sg. 200ᵇ. *nád tóirṅdet ḟolad* (quae non finiunt sensum) 25ᵇ. *rogab chrinc* (cepit marcorem) Ml. 38r. *fodalet chenél* (distinguunt genus), *ni fodlut chenél* (non distingunnt genus) Sg. 72ᵃ. 197ᵃ. Praeterea cf. *asm̄biur ḟrit* (quod dico tibi) Sg. 151ᵃ atque post passivum: *asberr chial ches. asindí asdifficio* (profertur sensus passivi ex eo quod est difficio) Sg. 146ᵃ.

6. Post praepositiones finitas vocalibus: *ó*, *ua* (a, ab), *fo* (sub), *de*, *di* (de), *do* (ad), *tre*, *tri* (per), quibus adnumerandae sunt *ar*, *air* (ad, e vetust. *ari*, *are*), *imm* (circum, e vet. *imme*, *imbe*, *ambi*), *cen* (sine), *ọl* (supra), *fiad* (coram). Exempla inter praepositiones.

7. Post particulas: *a*) verbales *ro* et *no*; exempla infra in capite de isdem. His addi potest *con* (quod) negationi subiuncta: *ni conchoimnucuir* (non quod potuerit, non potuit) Wb. 19ᶜ. *b*) Post negativas *ni*, *nad*: *ni thabur* (non do) Sg. 173ᵇ. 179ᵃ. *ní chumcamni* (non possumus) Wb. 4ᵃ. *ní chen dliged* (non sine regula) Sg. 75ᵃ. *nad chaithi* (qui non edit) Wb. 6ᵃ. De exceptionibus supra A. I. 7. 8. *c*) Post particulas copulativas vel disiunctivas: *meisse 7 choirbbre* (ego et C.) Sg. 194ᵃ. *diis no thriur* (duo vel tres) Wb. 13ᵃ. *gním doib diblinaib 7 chésad* (actio utrique earum et passio), *gním 7 chésad hisuidiu* (actio et passio in hoc) Sg. 209ᵇ. *gním l. chesad* (activum vel passivum) 209ᵃ. *taibsiu gnimo l. chesta* (demonstratio actionis vel passionis) 209ᵇ. *im tri digbail fa thormach* (sive est demptione sive additione) 188ᵃ. *imfochróib bá chian* (utrum sit ad manum an remotum) Sg. 151ᵇ. *d*) Post coniunctiones *ma*, *ce*, *co*, *air* et illarum formas quasdam ampliatas ut *masu*, *cetu*: *ma thech. i retus* (si habent i ante tus) Sg. 187ᵃ. *cechoníatis* (etsi possent) 138ᵃ. *cechoníis* (quamvis possis) Wb. 10ᵃ. *masu chundubart* (si est dubium) 4ᵈ. *massu thol* (si est voluntas) 10ᵈ. *ciaso ḟolud frecndairc sluindes aprono.* (quamvis sensu praesenti significet pronomen) Sg. 211ᵇ. *cetu chum̄asethai* (quod sunt promiscua) 62ᵃ. *ceto thóisegu* (quamquam sunt priores) Wb. 18ᵈ. *cochonerchloatar* (gl. ut per multos gratiae agantur) 14ᶜ. *cochotabosudsi* (gl. ut vos comminueret) Ml. 18ᵃ. *aircheso in .us. conosna són* (nam quamvis in us desinat hoc) Sg. 206ᵃ.

8. **Post** interiectionem *a*: *athvsv* (o tu!) Sg. 204ᵇ. *achossa* (o pedes!) Wb. 12ᵃ.

II. In compositione principalis vocis alterius consona inficitur: 1. cum substantivo compositi substantivi, sive desinit in vocalem antecedens, sive in consonam (excussa vocali pristina intermedia): *bóchaill* (gl. bubulcus) Sg. 58ᵇ. *olachaill* (gl. olivetum) Sg. 50ᵃ. 53ᵃ. *roschaill* (gl. rosetum) Sg. 50ᵃ. *mirtchaill* (gl. myrtetum), *escalchaill* (gl. esculetum) Sg. 53ᵃ. *dálsuidœ* (gl. forum) Sg. 57ᵃ. *iúgsuide* (gl. tribunal), *trebunsuide* (gl. tribunal) Sg. 50ᵃ. *muccfoil* (gl. stabulum porcorum), *mucfoil* (gl. hara) Sg. 26ᵃ. 214ᵃ. *banchu* (canis femina) 67ᵃ. *erochairchétlaid* (gl. tibicen) 12ᵇ.

Pertinet idem sine dubio ad composita adiectiva vel verba cum praecedente substantivo, ut est *cennmar* (gl. capito; i. e. capite magnus) Sg. 52ᵃ, quamquam exemplum, in quo notata esset infectio, non legi.

2. Cum adiectivo (vel numerali) compositi substantivi, adiectivi vel verbi consona inchoans eodem modo tractatur: *derbfogir* (gl. ipsae pronuntiationes) Sg. 3ᵇ. *nuiethicid* (gl. neophytus) Wb. 28ᵇ. *dagtheist* (bonum testimonium) Wb. 25ᵃ. *dubchorcur* (gl. ferrugo) Sg. 52ᵃ. *ilchathraig* (multae civitates) Sg. 13ᵃ. *nochtchenn* (capite nudus) Wb. 11ᶜ. *sóirchele* (libertus) 10ᶜ. *sainchenelæ* (proprium genus) 17ᵈ. *ártphersine* (sublimis personae) 24ᵈ. *cáinchomrocc* (benevolentia) Wb. fq. Cum numeralibus compositi nominis exempla infra sequentur.

Eiusdem generis, cum adiectivum regulariter sequatur post substantivum, exempla ea fere putanda sunt, in quibus idem praecedit, ut certo haec: *ní gnáth choms.* (non consueta compositio; *comsuidiguth* m.) Sg. 201ᵃ. *nirbu lán folid* (non fuit pleni sensus, vox) 42ᵃ. *ní óg thindnacal* (non perfecta receptio) Wb. 1ᵃ; fortasse illa quoque: *indfír threbaire* (vera prudentia) Wb. 5ᵈ. *islán chiall* (est plena notio) Sg. 140ᵇ. *ni lán chiall and* (non plenus sensus ibi) 209ᵇ. Item post numerale *óen*, *óin* (unus): *tri oén pheccad* (per unum peccatum), *isóin chorp* (est unum corpus) Wb. 3ᵃ. 12ᵇ. *inóen sosuth* (in una positione) Sg. 7ᵃ.

3. Post praepositiones supra dictas (sub B. I. 6), si compositae sunt cum substantivis, verbis etc., inficitur consona inchoans: *fochomolsam*, *fochomalsid* (toleremus, toleretis) Wb. 14ᵃ. 11ᵇ. *dechoms.* (decomposita) Sg. 73ᵇ. *dosuidigthi* (apposita) Sg. 63ᵃ. *airchinnech* (princeps) Wb. fq. *airchissecht* (clementia) Wb. 4ᶜ. *airchissi*, *airchissa* (gl. parcit) 4ᶜ. 5ᵇ. *irchre* (interitus) Wb. 26ᵃ. *irchride* (perniciosus) 24ᵇ. *erchoitech* (gl. nocens) Sg. 34ᵃ. *immfognam*, *immognam* (constructio) Sg. fq. *immefolngai*, *immolngaithœr* (efficit, efficitur) Sg. 3ᵃ. 127ᵇ. 157ᵇ. *innimthánad* (gl. talionem) Sg. 181ᵃ. *imthrenugud* (confirmatio) Wb. 24ᶜ. 29ᵃ. *imchomarc* (salutatio) Wb. fq. *imechomarcar* (interrogatur) Sg. 197ᵇ. *imchenda* (gl. anceps) Sg. 14ᵇ.

4. Etiam *rem*, *com*, *iarm*, *tairm*, *frith*, quas formas praepositiones *ren*, *con*, *iarn*, *tar*, *fri* (A. I. 6) induunt in compositione, inficiunt consonam sequentem: *remthiasat* (praecesserint) Wb. 5ᵃ. *remsuidigud* (praepositio) Sg. 215ᵃ. *remsamugud* (antepositio) Sg. 27ᵇ. *comsuidiguth* (compositio), *comsuidigthi* (composita) Sg. 2ᵃ. 201ᵇ. *comfoger* (assonantia, consonantia) 6ᵇ. 152ᵇ. *comthúarcon* (gl. contritio) Wb. 2ᵇ. *coimthecht* (conventus, coitus; differt Wb. *coimtecht*, *comitecht*, *cometecht*, sine notatione infectionis) Sg. 2ᵃ. 208ᵇ. Cr. 32ᵃ. *coimthechtid* (gl. comes) Sg. 66ᵃ. *comchlante* (gl. conseminatus) Sg. 24ᵃ. *iarmuidigthe* (= *iarmsuidigthe*,

postpositus) Sg. 3b. *tairmthecht* (transgressio) Wb. 13d. 19b. *tairmchrutto* (transformationis) Wb. 15b. *ifrithcheist*, *hifrithcheist* (in oppositione) Sg. 163b. Cr. 32b. *indfrithchathaigtho* (oppugnationis), *frithchathaigthiu* (gl. rebelli animo) Ml. 25b. Praeterea infectio regularis est in compositione post *in*: *incholnichtho*, *incholnigthea* (incarnationis) Wb. 4d. 27c. *inchosc* (significatio), *inchosig*, *inchoisig* (significat) Sg. fq.; mira post *co*: *cochutrummaigidir* (gl. exaequat) Ml. 25a. *cochutrummaigthi* (gl. comparationes) Sg. 39a. Denique *for*, ut supra adnotavimus, praesertim in verbis compositis inficere solet consonam proximam: *fortheit* (adiuvat) Wb. 4a. *forchun*, *forchanim* (praecipio) 8c. 10a. *forchongrimm* (praecipio) 9d. *arforchelta* (cunctatur) 4c.

5. Infectio post particulas inseparabiles *so-*, *do-*, *mi-*, *neb-*, *aith-*, *ind-*, *ro-*, *ér-*, *der-*: *sochrud* (gl. honestus), *dochrud* (gl. indecor) Sg. 60b. 65a. 203b. *michruthaigthe* (gl. informis; *cruth*, forma) Sg. 5a. Alia exempla infra in capite de compositione.

Has quidem leges, quibus in lingua vetusta status durus aut infectio consonarum inchoantium constituitur, generatim adhuc servavit lingua hodierna, et hibernica et gaelica.

C. Infectionem nasalem vetusta iam lingua hibernica admisit, quamquam non eadem constantia qua in lingua recentiore, infectionem destituentem prorsus respuit. In hodierna demum lingua hibernica infectio utraque semper non solum in mediis et extremis vocibus adhibetur (de infectione nasali cf. p. 63, de destituente p. 75), sed etiam in principio vocum, diciturque inchoans haec communi utriusque nomine *eclipsis* ab hodiernis grammaticis (p. 65). Fit autem eclipsis post pronomina vel particulas desinentes in *n*, quae in vetusta lingua servant *n* ante vocales et medias, eandem abiciunt ante tenues et *s* et *f* (p. 43. 44); accedunt paucae voculae, post quas eclipsis nihil est nisi destitutio tenuium. Est enim duplex omnis eclipsis, altera mediarum, quae pronuntiatione assimilantur praecedenti *n* (*b* praecedenti *m*), altera tenuium, quae post excussam *n* non aliter ac post alios sonos pronuntiatione destituuntur (eodem modo quo finalis in *ceud*, vet. *cét* = *cent*, centum; media post *r* in *carbad*, vet. *carpat* = carpentum). Priorem igitur dicemus eclipsin nasalem, posteriorem destituentem, si retinebimus denominationem consuetam grammaticis. Est autem nihil nisi infectio nasalis vel destituens consonarum principalium.

1. Eclipsi nasali mediae, etsi etiamnunc scribuntur, pereunt in pronuntiatione, i. e. assimilantur praecedenti nasali. Eiusdem assimilationis exempla e vetusta lingua supra p. 63 sqq. prolata sunt, plerumque illius quidem in mediis vel extremis vocibus factae, tamen etiam in principio. Aliis exemplis ibidem (et p. 45) allatis patet ne scribendi quidem illam consuetudinem novam atque inauditam esse, quam tanquam regulam sequitur scriptio hodierna. Quae miro modo (sed quo infectio nasalis mediarum inchoantium simul cum etymologia indicatur) nasalem a sua voce separat atque mediae obscurandae praefigit: *ar mbrón*, legendum *ar mrón* (= *arm mrón*), pro *arm brón* (cura nostra); *iar ndéanadh*, legendum *iar néanadh* (= *iarn nén.*, *d* mutata in *n*), pro *iarn déanadh* (post factum). Alii post nasalem lineolam interponunt: *ar m-buachaill* (puer noster), *ar n-dia* (deus noster). Item *bhar ngúais*, *bhar n-gúais*

(periculum vestrum) pro *bharn gúais*; qua combinatione *ng* simplicem sonum notari recte dicit O'Don. Eadem scribendi consuetudine nasalis ab extremitate vocis ad principium proximae transposita vocalibus praefigitur: *ar narán*, *ar n-arán* (panis noster).

2. Eclipsi destituente nasalis finiens praecedentem vocem excutitur ante tenues, ut in vetusta lingua; tenues autem, sono destituto pronuntiandae, inter scribendum servantur aeque miro modo (quo destitutio tenuium indicatur), addita originaria forma post destitutam. Ut *páisde* (infans) cum pron. possess. *arn*, cuius *n* excutienda est ante tenuem, si scriberetur ut pronuntiatur, esset *ar báisde* (parvulus noster), sed scribitur hodie *ar bpáisde*, *ar b-páisde*. Item pro *ar dír* (terra nostra; hib. vet. *ar tír*) scribitur *ar dtír*, *ar d-tír*; pro *na cos* (pedum) *na gcos*, *na g-cos*, pro *iar geilt* (post celationem) *iar gceilt*, *iar g-ceilt* Patitur destitutionem post illas voculas etiam *f*, quae scribitur cum *b* vel *bh*, pronuntiatur autem *v* vel *w*: *ar fuil* (sanguis noster), pronuntiatum *ar bhuil*, scriptum *ar bfuil*, *ar bh-fuil*. Ante *s* principalem substantivorum, in quibus casibus inficitur, pro *ind*, *in*, quae est forma articuli in ceteris iunctionibus, antecedit *int* iam in vetusta lingua et hodie quoque *ant*; est ergo in exemplo hib. *ant slat* (virga), aeque atque in gael. *ant súil* (oculus), quae scripta hodie *an tslat*, *an t-slat*, *an t-súil* adnumerant exemplis eclipseos, nihil nisi infectio aspirata vel mollis

Haec hibernica recentior lingua excoluit sola Gaelica nec medias nec tenues tangit in eadem positione, sed elidit *n* particularum vel pronominum, excepta forma articuli genetivi plur. *nan*, quae *n* servat vel ante labiales mutat in *m*: *ar dia* (deus noster) *ar tìr* (terra nostra), *iar bualadh* (post caesionem), *nan cos* (pedum), *nam bard* (bardorum).

II. Consonae britannicae inchoantes.

A. Status primitivus consonarum inchoantium (cui subiungemus mediarum provectionem cornicam vel aremoricam) britannice servatus regulariter, ubi vocis praecedentis si non hodierna, at vetustior forma terminata est consona non inficiente, in his potissimum invenitur iunctionibus. Exempla cambrica e codice rubro satis numerosa sunt, nec desunt cornica; aremorica, ubi deficiunt vetustiora, ex hodierna lingua proferentur.

I. In constructione 1. nominis post articulum, sive substantivi sive adiectivi, servatur status originarius: cambrice *a*) in numeri singularis casibus omnibus, si substantivum est generis masculini: *heb y kei* (dixit Caius) Mab. 1, 2. *goruc y gwr* (fecit vir) Mab. 1, 5. *guneyr saraet yr brenyn* (fit iniuria regi) Leg. 1, 2, 2. *ar pedwyryd dyd* (et quarto die, *dyd* masc.) Mab. 1, 288. *b*) In plurali per omnes casus utriusque generis: *ar gwraged ar meibon ar merchet* (et mulieres et pueri et puellae) Mab. 3, 299. *y gwelei y gweison* (videbat pueros), *ar y gweisson* (ad pueros), *or gweisson* (a pueris) 1, 12. 35. 36. 245. *y kyweirdebeu awelei ef ar y gwyr* (ornamenta quae videbat in viris) 1, 237. *y coranneit* (pygmaei), *or coranneit* (a pygm.) 3, 303. 302. *Ilud aorchy-*

mynnwys yr kiwtawtwyr (L. praecepit civibus) 3, 298. *ar gwraged oll* (et omnes mulieres), *teckaf or gwraged* (pulcherrima e mulieribus) 1, 5. 17. *vn or morynyon* (una e puellis), *awelei ymorynyon* (videbat puellas) 1, 5. 12. De formis articuli *y*, *ar*, *or*, ortis ex *yr*, *a'r*, *o'r*, cum *r*, quacum dialectice alternat *n*, infra dicetur in capite de articulo.

Eodem modo tractatur consona principalis adiectivi post substantivum, ut solet, positi vel substantivi post adiectivum (nisi per compositionem sunt coniuncta): *ar pedwyryd dyd* (et quarto die) Mab. 1, 288. *y marchawc kyntaf* (primus eques) 1, 244. *y gwas coch mawr* (puer rubicundus magnus) 2, 382.

Etiam si abest articulus vel inficitur substantivum antecedens, adiectivi consona integra servatur: *gwr gwynllwyt telediw* (vir albofuscus formosus) Mab. 1, 244. *y gwelwn wr pengrych melyn* (videbam virum crispum flavum) 1, 3. *y goet mawr* (ad silvam magnam) 1, 238. 244. *o vara cann* (e pane albo) 1, 251. *ar uarch coch mawr* (in equo rubro magno) 2, 381. *llyma was ieuanc coch gobengrych gwineu llygadawc* (ibi puer iuvenis ruber subcrispus fuscus magnis oculis) 2, 383. *achkledyf mawr trwm trichanawl* (cum gladio magno gravi tricuspide) 2, 384. Plur.: *danned hiryon melynyon* (dentes longi flavi) Mab. 1, 283. *y mae gweisson bychein* (sunt pueri parvi) 2, 383.

Cornice *a*) eadem lex valet per numerum singularem: *an pren* (arbor) P. 205, 4. *an termyn* (tempus) 48, 3. *en colyek* (gallum) 86, 1. *an bara* (panem) 44, 1. *vn den* (homo quidam) 174, 1. 208, 1. 234, 1. *gurek an goff* (mulier fabri) 158, 1. *en gwyr* (verum) 210, 4. *an meyn*, *han meyn* (lapidem, et lapidem) 253, 2. 244, 3. *virtu an tas* (virtus patris) 3, 1. *pobyll an bys* (populus mundi) 6, 2. *ȝe worth an prins* (a principe) 88, 1. *ȝen bys* (ad mundum) 5, 2. *war an bys* (in mundum) 2, 2. 41, 4. 60, 4; item adiuncto adiectivo: *en tebell el* (malus angelus) 13, 2. *yn tressa dyth* (tertio die) 91, 3. 238, 4. *ȝen tressa dyth* (ad tertium diem) 240, 2. 259, 1. *an guella gwas* (optimus puer) 112, 4. *mester bras* (magister magnus) 89, 1. 111, 4. *vn ger gow* (verbum falsum) 247, 3, nisi quod in uno exemplo *m* post *r* invenitur infectum (cf. p. 115): *ger vas* (verbum bonum) 83, 3. *b*) In plurali vero feminina sola constanter servare videntur consonam inchoantem: *an deves* (oves), *han deves* (et oves) D. 894. P. 48, 4. *en benenas* (mulieres) 253, 3. 254, 1. *han benenas* (et mulieres) 169, 4. *an tyr marea* (tres Mariae) 258, 1; masculina autem etsi saepius servarunt duram: *an peynys* (dolores, e doloribus) 6, 1. 251, 3. *an princis* (principes) 64, 1. *an prennyer*, *en prynnyer* (arbores) 151, 4. 153, 1. *ȝen menyȝyow* (montibus) 170, 1. *en deȝyow* (dies) 169, 2. *en beȝow* (sepulcra) 210, 1. *peynys bras* (dolores magni) 86, 2. 9, 2. *gans an eȝewon goky* (cum Iudaeis stultis) 238, 1, haud raro tamen eandem habent infectam: *en veyn*, *an veyn ma* (lapides, ex lapidibus his) 209, 4. 11, 3. *an vuscogyon* (insani) 26, 3. *en varogyon*, *ȝen vorogyon* (milites, militibus) 243, 1. 251, 1; 250, 1. *an glevyon* (aegrotos) 25, 1. *laddron dres* (latrones audaces) 192, 4. *an eȝewon debel* (Iudaei mali) 140, 4. *orth en eȝewon woky* (ad Iudaeos stultos; supra *goky*) 69, 1.

Aremorica concordat cum cornica. Exempla hodierna: *ar mével* (servus), *ar gwîn* (vinum), *ar penn* (caput), *ar pennou* (capita), *an tàd* (pater), *an tâdou* (patres), *ar mammou* (matres), *ar pédennou* (orationes; fem.), *eur marc'hadour pinvidik* (mercator dives). Excipitur *k*, quae aspiratur post *r* articuli: *ar c'hi*,

eur c'hî (canis), *ar c'herrek* (rupes; plur. fem. a sing. *karrek*); praeterea masculina quaedam in plurali destituunt consonam inchoantem.

2. Substantivi in genetivo positi: cambrice post substantiva utriusque generis: *mab clydno* (filius Cl.), *breint porthawr* (officium portarii) Mab. 1, 1. *vn mab mam* (unicus filius matris) 1, 2. *blodeu marchogyon* (flos equitum; *blodeu* fem.) 1, 241.

Cornice post masculina sola: *ancredvur mor* (pirata), *den coscor* (cliens), *gueiduur cober* (aerarius) Voc. 7ᵇ. *maister mebion* (paedagogus), *maer buit* (dispensator) 8ᵃ. *hebrenchiat plui* (presbyter), *bis truit* (allex) 7ᵃ. *mab marya* (filius Mariae) 52, 1. 54, 1. *mab du* (filius dei) P. 8, 4 etc. *yn hanow du* (in nomine dei) 93, 1. *myns peynys* (magnitudo dolorum) 59, 4. Destitutio, nisi alia lege prohibetur, fit post feminina: *fynten woys* (fons sanguinis) 224, 2.

Aremorica concordat cum cornica; inficit lingua hodierna post substantivum generis feminini: *poan benn* (dolor capitis).

3. Post numeralia: cambrice, exceptis *deu*, *dwy*, quod consonas destituit, *tri* (masc.) et *chwe*, quae aspirant tenues, paucis nasalem poscentibus post cetera omnia: *vn mab* (unus filius) Mab. 1, 2. *teir blyned* (tres anni) 1, 21. 26. *pump morwyn* (quinque puellae), *cant marchawc* (centum equites) 1, 250. 280. [Item post *tri* et *chwe*, si non sequitur tenuis: *tri marchawc* (tres equites) 1, 237.] Alia exempla inter numeralia.

Cornica fere concordant: *pencanguer* (gl. centurio) Voc. 8ᵃ. *vn marreg*, *vn marrek* (unus miles) P. 217, 1. 242, 1. *tergweyth*, *tergweth* (tribus vicibus) 18, 2. 49, 3. *peswar marrek*, *peswar marreg* (quattuor milites) 241, 4. 190, 2. *pymp myll* (quinque milia) 227, 2. *pymȝek pater* (quindecim pater noster) 228, 1. *cans goly* (centum vulnera) 227, 2. Quin etiam provecta invenitur media post formam *can*: *dek can quyth* (decies centum vicibus) D. 574. Excipiuntur destituentia *dov*, *dyu* ac *myl* (ut substantivum gen. fem.), aspirans *tri* m.

Aremoricus modus idem fere est, si excipias propria quaedam hodiernae linguae, quae cum post *daou*, *diou* consonas destituat, tum tenues non solum post *tri*, sed etiam post *teir* (fem.), *pevar* (masc.), *péder* (fem.), *naô* aspirat, ac diverso modo tractat medias *b* et *g* post *pemp* et *dék*, utramque provehens in tenuem post *pemp*: *pemp pioc'h* (quinque vaccae; *bioc'h*), *pemp kad* (quinque lepores; *gad*), sed provehens *g*, destituens *b* post *dék*: *dék kad* (decem lepores), *dék vloaz* (decem anni).

4. Post pronomina quaedam: cambrice *a*) post possessiva absoluta trium personarum pluralis numeri *an*, *awch*, *eu*, quorum exempla infra sequentur, sicut *h* vocalibus praemissi post *eu*: cf. *eu hesmwythter* (commoditatem suam) Mab. 1, 279; *b*) post personalia infixa 1. pers. sing. M, plur. N, 2. pers. plur. CH, 3. pers. sing. et plur. E, S; *c*) post possessiva infixa 1. pers. sing. M, plur. N, 2. pers. plur. CH, 3. pers. plur. E (excipitur E sing.). [Possessivis absolutis adnumerandum est fem. 3. pers. sing. *y*, si non secuntur tenues, quas aspirat idem.] Exempla infra in capite de pronominibus.

Cornice: *a*) post pronomina personalia absoluta *te* (tu) et *why* (vos); *b*) post possessiva absoluta 1. et 2. pers. plur. *agan*, *agis*; *c*) post personalia infixa 1. pers. sing. M (*am*), plur. N (*agan*), 2. pers. plur. S (*agis*), 3. pers. sing. et plur. N (*an*), S (*as*); media provecta: *ef nan quelse* (quod ipse non

vidisset eum; *na-ns*, *-nt gwelse*) P. 85, 4; *d*) post possessiva infixa 1. pers. sing. M (*am*), plur. N; *e*) post adiectiva pronominalia *ken*, etiamsi sequitur nomen femininum ut *ken mam* (aliam matrem) P. 198, 4; *neb*: *nebtra* (aliquid) Voc. 10ᵃ. *nep peyth* (id.) O. 327; *pub*, post quod etiam provecta media invenitur: *pub teȝoll* (unoquoque die) P. 228, 1. [Addenda sunt pronomina poss. absoluta 1. pers. *ow*, 3. pers. sing. fem. *y* et plur. *aga*, si non secuntur tenues, quippe quae solae aspirentur post eadem.] Exempla videas infra.

Aremorice in Vita S. Nonnae post pronomina infectio omnino non invenitur notata. Hodierna lingua aremorica generatim concordat cum cambrica, sed hic quoque, ut alias, propria et anomala quaedam produxit. Manet status originarius consonarum post possessiva *hon* (noster), *hô* (vester) et post personalia infixa *z* (te), *hô* (vos), exceptis tamen mediis *b*, *d*, *g*, quae post *hô* (vester, vos) et *z*, *az* (te) provehuntur in tenues *p*, *t*, *k*, et excepta forma possess. et pers. *hor* (noster, nos), quae sequentem *k* aspirat. [Manent praeterea consonae intactae post possessiva 1. pers. sing. *va* (meus), 3. pers. sing. fem. *hé* (cambr. *y*, fem.), 3. pers. plur. *hô* (eorum; cambr. *eu*); post pron. pers. 3. pers. sing. fem. *hé* (eam), 2. et 3. pers. plur. *hô* (vos, eos) ante verba (alias infixa), exceptis tenuibus, quae aspirantur. His adnumerari potest pron. pers. infixum 1. pers. sing. *m*, *am* (me), quatenus solas tenues *k* et *t* aspirat.]

5. Post verbi substantivi formas: cambrice post *mae*, *oed* etc.: *mae mwyhaf gwreic* (est maxime mulier) Mab. 1, 17. *ymae bwystuil* (est bestia) 1, 33. *ydoed kaer* (fuit castrum) 1, 3. *nyt oed kyuurd gwr ac ef* (non fuit aeque nobilis vir atque ipse) 2, 371. Extant tamen exempla infectionis destituentis, quae videas sub C. I. 6.

Vocis verba sequentis, sive subiectum est sive obiectum, consona inchoans item frequenter manet intacta: *mynet aoruc kei* (ire coepit Caius) Mab. 1, 2. *ymchoelut aoruc peredur* (invertere coepit P.) 1, 237. *ymchoelut penn y varch* (invertere caput equi sui) 1, 13. 242. *or gwely tlws tec* (si videbis gemmam pulchram), *y gwelwn tlws tec* (viderem g. p.) 1, 238. 239. *dispeilaw cledyf* (nudare gladium) 1, 31. *y klywynt marchawc* (audiebant equitem) 2, 386. *sef awelei gwr penngrych melyn* (ipse videbat virum crispum flavum) 2, 374. Sed conf. C. I. 6.

Cornice post omnes fere verbi substantivi formas: *yma dew* (sunt duo) P. 51, 3. *kyn nagoff den skentyll* (etsi non sum homo sapiens) 8, 1. *wy yv glan* (vos estis puri) 47, 2. *o keris* (erat amatus) 214, 4. *ytho gylwys* (erat nominatus) 124, 1. *may fo prennys* (ut redimatur) 9, 2. *pan vo clewys* (cum audiatur) 109, 4. *pren be tewlys* (sors iacta est) 190, 4. *re ben tullys* (sumus decepti) 246, 2. *may fons parys* (ut sint parati) 18, 3. *na veȝens clewys* (ne audiatur) 148, 2. *may fo colenwys* (ut impleatur) 48, 2. Contraria exempla quaedam destitutionis infra proferentur.

Aremorice hodie quoque: *va breùr a zô klañv* (frater meus aegrotus est). *hen a vézô pinvidik* (erit dives). *ar mével a év gwîn* (servus bibit vinum).

6. Post praepositiones quasdam desinentes in consonas: cambrice post *ys* (infra), *uch* supra), *rac* (prae), *dan* (sub), *eythyr* (extra). Exempla infra sequentur. Addenda est *gwedy* (post, cambr. vet. *guetig*): *gwedy marw* (post mortem, postquam mortuus est) Mab. 3, 297. *gwedy clybot* (postquam audivit)

3, 298. *gwedy blinaw yn ymlad* (postquam defessus est pugnando) 1, 259; praep. *a* (cum), quae aspirat sequentes tenues, non tangit ceteras consonas. Exempla infectionis post alias, ut *heb*, *can*, videas infra C. I. 7.

Cornice item post praepositiones *yn* (in), *rag* (prae), *gans* (cum), *worth* (contra), *dris* (trans), *yntre* (inter), *dan* (sub), *a ugh* (supra), *troha*, *trogha* (versus): *yn kemeskis* (in commixtione) P. 58, 4. *yn kyg yn goys* (in carne, in sanguine) 256, 4. *rag kerense* (prae amore) 167, 4. *gans dour* (aqua) 45, 2. *gans meth* (cum dedecore) 97, 4. *cans gur, cans grueg* (cum viro, cum muliere) Voc. 7ᵃ. *worth mab den* (erga filium hominis) P. 227, 4. *orth gwelen* (ad virgam) 202, 3. *dris pub tra* (super omnem rem) 24, 1. *yntre dew* (in duo) 209, 3. *yn dan gen* (sub maxillam) O. 2172. *a vgh pen crist* (supra caput Christi) P. 189, 2. *trogha parathys* (ad paradisum versus), *troha ken pow* (ad aliam terram versus) O. 332. 344.

Aremorica exempla hodierna: *enn dez* (die), *é ker*, *enn ker* (in urbe), *uc'h penn* (supra caput, supra), *hep moni* (sine argento), *gant kalz a dûd* (apud plures), *évit kenderc'hel* (ad conservandum).

7. Post particulas: cambrice post *mal* (ut): *val kent* (ut antea) Leg. 2, 5, 2. *ual kynon* (ut C.) Mab. 1, 12. Post *yn* (ut) consona originaria saepius servata invenitur in Mab., interdum irregulariter: *yn tywyssawc* (ut princeps) 2, 380. *yn llawen* (libenter) fq. *bot yn tegach* (esse formosiorem) 1, 4. *yn purwynn, yn purdu* (mere albus, niger) 2, 380; regulariter in infinitivo: *llawuorynyon yn gwniaw* (puellae operantes) 1, 1. *yn gwassanaethu* (serviens) 1, 5. *bot yn keissaw* (esse quaerentem) 1, 5. *anniueileit gwyllt yn pori* (animalia fera pascentia) 1, 6. *yn penydyaw* (paenitens) 2, 376. Infectae in substantivo vel adiectivo sequenti consonae exempla videas infra C. I. 8.

Post particulas *os*, *or* (si), *pei* (si), *kan*, *kanys* (nam): *os byw vydafi* (si vivus ero) Mab. 2, 12. *or gwely* (si videris), *or clywy* (si audieris) 1, 238. *pei gwypei* (si sciret), *pei kaffwn* (si caperem) 1, 35. 247. *kan gwydwn* (nam sciebam) 1, 25. *kanys gwr prud adoeth oed* (nam vir prudens et doctus erat) 3, 298. Item post particulam verbalem *e*, *y*: *os ouaru e guahanant* (si morte separantur) Leg. 2, 1, 11. *y gwelwn*, *y gweleis i* (videbam, vidi), *y menegeis i* (dixi ego) Mab. 1, 3. 5. *y kyscwys maxen ac yna y gwelei vreidwyt* (dormivit Maximus et tunc vidit somnium) 3, 264.

Post particulas *a* (et; = *ac*), *no* (vel; = *noc*), *ny* (non), *na* (non, nec; = *nac*), *o* (si; = *os*), quae aspirant tenues, ceterae consonae, quae non sunt capaces aspirationis, intactae fere manent: *abwyta aorugam* (et cenare coepi) Mab. 1, 5. *agofyn aoruc* (et interrogare coepit) 1, 2. *gwell no mi* (melior quam ego) 1, 2. *kynt no miui* (prius quam ego) 1, 4. *ny bo llei* (non erat minor) 1, 6. *ony bei* (si non esset) 1, 240. *na dyn na llwdyn* (nec homo nec bestia) 1, 9. *na meirch nac arueu* (nec equos nec arma) 1, 236. *na chynt na gwedy* (nec antea nec postea) 1, 9. *o gwely* (si videbis) 1, 238. Exempla tamen factae post *ny*, *na* destitutionis videas infra C. I. 11.

Cornice post particulas comparantes *avel* (ut) — quam in uno exemplo provecta media sequitur: *avell pyth foll* (ut omnino stultus; *byth*) P. 182, 2 — et *ys*, *agis* (quam): *avell du* (ut deus) P. 6, 4. *avel carow* (ut cervus) 2, 2. *kyns ys boys* (prius quam est) 49, 2. *kyns ys coske* (prius quam dormire) 51, 1. *gweth agis cronek* (peior quam bufo) 47, 4.

Post particulae *worth* curtatas formas *wos*, *wo*, *ow* (arem. *ouz*; quae respondet cambr. *yn* iunctae cum infinitivis) non modo tenues servantur: *ow pesy* (orans) P. 62, 1. 65, 1. *ow prenne* (redimens) 196, 4. *ow cows*, *ov cows* (loquens) 95, 1. 251, 1. *ow coske* (dormiens) 55, 3. *ow tryle*, *ov tryle* (convertens) 40, 1. 107, 4; sed etiam mediae eodem modo quo aremorice post numeralia et pronomina quaedam (cf. n. 3. 4) provectione in tenues transeunt: *wostulleth* (initio) O. 2762. *wosteweth* (postremo) ibid. *wortyweth* (id.) D. 1818. *woteweth* (id.) P. 10, 4. 38, 3. *ow pewe* (vivens; *bewe*) 220, 3. 223, 4. 256, 4. 258, 2. *ow tybbry* (edens; *dibbry*) 43, 1. *ow tysky*, *ov tesky* (docens; *dysky*) 75, 1. 107, 4. *ow coȝaff*, *ow coȝevell* (tolerans; *goȝ.*) 211, 2. 134, 4. *ow kuȝyll* (faciens; *guȝyll*) 96, 2. *ov querȝe* (vendens, *gw.*) 104, 2. *ow crowethe* (iacens; *gwroweȝe*) 25, 3.

Post coniunctiones *a* (si), *mar*, *mara* (sicut, si) item servantur tenues et *m*: *a mynnen* (si vellem) P. 72, 4. *mar a mynnyth* (si vis) 80, 2. *mar pesy* (si orabat) 25, 3. *mar teffa* (si veniret) 27, 4. *mar a cresyn* (si credimus) 258, 4, ac mediae provehuntur: *mar te* (si veniet, venturusne sit; *de*) 149, 3. 203, 3. *mar a te* (si venit, fit) 170, 3. *a pe* (si esset; *be*) 73, 1. 102, 2. *leuerough mar pyth sawys* (dicite num salvetur) 95, 1. *mara peȝa degis* (si demeretur) 240, 3. *mar coȝas* (si scis; *gwoȝas*) 92, 3. *a calla* (si posset; *galla*) 21, 4. *mar calle* (si posset) 15, 3. 164, 3. *mar a calle* (sicut posset) 38, 2. *mar qureugh* (si facitis; *gwreugh*) D. 1121. *mara qureth* (si facis) 845. 1772. 1901. Post *mar, mara* vocalibus praeponitur *s*: *mar sew*, *mara sew* (si est) P. 61, 2. 55, 1.

De particulis *yn*, *maga*, *kyn*, *y* (*yth*), *may*, post quas tenues solae servantur, videas infra C. I. 8. 9.

Post *ha* (et), *na* (nec; *nag* ante vocales) cornice tenuium non invenitur aspiratio, sed status originarius: *yntre du ha pehadur* (inter deum et peccatorem) P. 8, 2. *ha te* (et tu) 92, 3. *ha tus* (et populus) 100, 2. *na boȝar .... na claff* (nec surdum nec aegrotum) 25, 2. 3. Post particulas negativas *ny*, *na* cornice destituuntur consonae.

Aremorica particula *mar* (si), post quam in Vita S. Nonnae semper statum originarium servat consona principalis verbi subst. *bout* (esse), quae alias infecta scribitur *v*, ne hodie quidem inficit: *mar gellann*, *mar gell* (si possum, si potest), *mar kirit* (si amatis, si libet). Post *ha* (et, ante vocales *hag*), *na* (nec, ante vocales *nag*) nusquam extat infectio, nec aspiratio tenuium, in hodierna lingua: *iaouank ha koant* (iuvenis et alacer). *na dour na gwîn* (nec aqua nec vinum). *na kik na pesked* (nec caro nec pisces). Post *ne* (non) autem viget infectio destituens.

8. Interdum cornica et aremorica dialecti servatam consonam vel mediam provectam habent praecedentis consonae, etiamsi ipsa excidit, vi assimilante, quae est duplex. Aut enim *a*) post tenuem vel quamlibet surdam consonam (cf. p. 146) media sive sequebatur non infecta, in tenuem conversa est, sive sequi debebat per destitutionem orta e tenui, rediit in tenuem; aut *b*) consona sequens consonam eodem oris organo prolatam servata est, praesertim dentalis post dentalem; nonnunquam *c*) ad dentales potissimum vel tenues servandas vel medias provehendas ambae rationes valuerunt. Itaque explicantur

cornica exempla: *a*) *an debell wrek casadow* (mala mulier abominanda) P. 159, 1. *a vgh eglos tek* (supra ecclesiam pulchram) 13, 4. *an barth cleth* (a

parte sinistra) 186, 1. 259, 4. *tus crist* (populus Christi) 77, 1. 257, 2. *leuff crist* (manus Chr.) 181, 1. 182, 1. *ȝe wrek pylat* (ad uxorem Pilati) 122, 2. *yt colon* (in corde tuo) 81, 4. *ȝet pow* (ad regnum tuum) 193, 2. *ny ad cusyll* (tibi suademus) 116, 2. *nyth kemerse* (non ceperat te) 157, 4. *heb pedry* (sine putrore) 235, 2. *heb cows* (sine loquela) 165, 4; cf. provectae mediae exempla supra prolata 3. 4. 7. et infra C. 1. 8. 9. — *b*) *vn venyn da* (mulier quaedam bona) 177, 1. *an barth dyghow* (a parte dextra) 93, 3. 193, 1. 218, 1. *colon den* (cor hominis) 139, 1. *molloȝ den* (maledictio hominum) 66, 3. *me nyth dampnyaf* (ego te non damnabo) 34, 4. *pan deth* (cum venit) 182, 1. *del dyskas* (ut docuit) 64, 4. *fatel dons* (ut veniant) 61, 4. *yntre myll darn* (in milla frusta) 166, 3. Excipiuntur *han ȝewna* (et illi duo) 132, 1. *bys yn ȝewen* (usque ad malas) 242, 2. — *c*) Post particulas *y*, *may*, *yn maga*, *kyn* (C. I. 8. 9.).

Aremorica hodierna: *a*) *hô preûr* (frater vester), *mé hô talc'h* (vos teneo), *mé az kalvo* (te vocabo), *pemp kwélé* (quinque lecti); cf. pp. 146. 187. 188. — *b*) *c'hoai am pédô* (me rogabitis), *an dour* (aqua). — *c*) *ô terc'hel* (tenens), *é tebrô* (edet), *ma tebrinn* (ut edam), *dék kad* (decem lepores).

II. In compositione: cambrice 1. post numeralia finita consonis consona inchoans servata invenitur: *teirgweith* (tribus vicibus, ter) Mab 1, 294. *pumpmeib* (quinque filii, copia quinque filiorum) 3, 101. *seithmeib* (septem filii), *seithmeirch* (septem equi) 1, 235. 2, 39. *pumcant* (quingenti) 1, 284; tamen etiam infecta: *pumwyr*, *seithwyr* (quinque, septem viri) 2, 41. 3, 99. [Item post numeralia *tri* (tres; e vetusto *tris*?) et *chwe* (sex; e *chwech*), quae tenuem sequentem aspirant, consonae expertes aspirationis regulariter servantur: *trimis* (tempus trium mensium) Mab. 1, 26. *chwemeib* (sex filii, copia sex filiorum) 1, 235. *chwegwyr* (sex viri) 3, 99. *chweblwyd* (sexennis) 3, 32; sed interdum inficiuntur: *trywyr* (tres viri) 1, 282.] Destitutio poterit videri regularis ob vocalem principio sine dubio intercedentem (cf. πεμπέδουλα Dioscor.), contra status originarius aut a forma curtata repetendus aut non ad compositionem referendus, sed ad constructionem (A. 1. 3.).

Praevalet hodie quoque status originarius non solum post *tri* et *chwe* in consonis expertibus aspirationis, sed in omnibus post numeralia consonis finita: *trimis* (tres menses, spatium trium mensium), *tribys* (tribus digitis praeditus, τριδάκτυλος), *tridyn* (tres personae), *chwegwaith* (sex vicibus, sexies), *teirgwaith* (tribus vicibus, ter), *pedeirgwaith* (quater), *pumcant* (quingenti), *canmil* (100,000). Etiam post *naw* (= *nawan*, p. 44. 129): *nawgwaith* (9 vic.), *nawcant* (900); sed contra: *pumwaith* (5 v.), *canwaith* (100 v.), *seithwaith* (7 v.), *wythwaith* (8 v.).

Cornica exempla: *tergweyth* (ter) P. 18, 2. *pymp myll* (quinque milia) 227, 2; si tamen sunt composita, cf. supra I. 3.

Aremorice regulariter status originarius servatur. In Buh.: *cant guez* (centies) 86, 13. 172, 5. In hodierna lingua: *teirgweiz* (ter), *pédergweiz* (quater), *pempgweiz* (quinquies), *c'houec'hgweiz* (sexies), *seizgweiz*, *eizgweiz*, *naogweiz*, *dekgweiz*, *ugentgweiz* (vicies), *kantgweiz* (centies).

2. Composita cum praepositionibus supra dictis (sub A. I. 6.) servant consonam principalem alterius vocis originariam. Cambrice: *ractal* (frontale; e praep. *rac* et subst. *tal*, frons) Mab. fq.

Praep. *tra* (trans, supra), eadem fungens vice coniunctionis (quamdiu), quae aspirat tenues sequentes, ne hodie quidem tangit ceteras consonas expertes aspirationis: *trabychan* (valde parvus), *trada* (perbonus), *tragalar* (nimius dolor, morbus). In constructione tamen post eandem *tra* destitutio invenitur in Mab., atque ipsius tenuis sequentis (C. I. 11.). Post particulam *gor-*, *gwer-* (gall. vet. *ver-*) alias modo aspirantem modo destituentem haud raro *m* servatur integra, tam hodie quam in Mab., ut in *gormes* (oppressio, afflictio) fq.

Post vocales vocum *tra*, *tri*, *chwe*, *a*, *no*, *na* etc. ob perditam consonam finalem, sive potius assimilatam, supponenda est geminatio consonae proximae, quae si est tenuis, aspiratur (p. 150), si media vel *m*, servatur in statu originario (p. 113). Non eadem res est post particulae *gwer-*, *gor-* terminalem *r*, quae cum sequentes tenues ipsa quoque aspiret secundum regulam (p. 149), medias et *m* pari modo destituit, atque destituuntur in mediis vel extremis vocibus in positione cum *r* (p. 114. 138 sqq.) Exempla destitutionis infra afferentur C. II. 7.

Cornice post *kem-*, *kym-* (con-) servatur *m* in vocibus *kymmys* (tantum, eadem magnitudo) P. 9, 4. 16, 3. 24, 2, *kemeskis*, *kemyskis* (= *kem-m.*, commixtio) 58, 4. 202, 2, assimilatur *b* in *kemeres* (sumere; arem. *quemeret* Buh. 18, 5. 188, 3, cambr. hod. *cymmeryd*) P. 61, 4, siquidem est pro *kem-ber*.

Aremorice quia minus infectioni nasali conceditur quam cambrice (p. 162), magis servatur status originarius etiam post partic. *kem-* (con-): *kemmeski* (miscere), *kember* (confluxus, confluentes fluvii, cambr. *cymer*, *aper*, p. 148). Immo media in hac positione in tenuem provehitur iam in vetustis chartulariis, ut in Kemperlegiensi: tactum est hoc in publico conventu apud *Kemperele* in sanctae crucis monasterio inter duo flumina Elegium ac Idol (*Kemperele*, hod. *Quimperle* = ostium Elegii) chart. a. 1069, ap. Mor. 432. In Rhed. 1, 14. 2, 28: *compot Roienhoiarn*, *compot Rohenhoiarn* (= *combot*, cf. ibid. *Botlowernoc*, *Botcuach* 1, 6. 15; cambr. *cymwt*, hod. *cymmwd*, *cwmmwd* = *cymbwt*) chart. a. 826.

Alia composita eiusmodi praebet hodierna lingua, praepositionum vice fungentia: *é-tâl* (apud; pro *en-tal*), *rak-tâl* (coram).

3. Extant exempla tenuis servatae isdem de causis quas supra I. 8. exposuimus, cum pauca cambrica, quae videas p. 146, tum cornica: *brathky* (molossus) P. 65, 2, pl. *brathken* 96, 3. *kreffkolon*, *cufcolon* (cari animi) 101, 1. 256, 3. *keskeweȝa* (sodalis) 110, 4. *kepar* (pariter), *kekyffris* (simul) fq. *gorqwyth* (= *gorth-gwyth?* cura) 139, 4. *mygtern*, *myghtern* (dominus) P. 102, 3. O. 1712 etc., cui respondet arem. vet. *machtiern* chart. Rhed. 1, 9. 10. 43. 53. 54. 2, 21. 23. *mactiern* 1, 7. 2, 20. *matthiern* 2, 10 (= tyrannus 1, 1. 52). Item provectae mediae: corn. *kettel*, *kettyl* (simulac; *keth-del*) R. 1318. 1329. D. 986. *ketelma*, *ketella* (eodem modo) fq. *kettoth*, *ketoth* (tanta celeritate, simul) R. 1970. O. 1908; 2272; arem. hod. *seitèk* (17), *naoñtèk* (19).

B. Aspiratione consonae britannicae inchoantes alteram vocem in constructione vel compositione secundum easdem leges inficiuntur, secundum quas in mediis et extremis vocibus fit aspiratio, si positionem ineunt cum consonis quibusdam terminantibus voces praecedentes, praesertim particulas, sive servatis, ut *r*, sive ipsis evanescentibus ex ea positione aspiranda, ut *c*, *t*, *s*, *ch*.

Tanguntur autem aspiratione solae tenues tam principales quam mediae vel finales (p. 149 sq.) De mediis alia ac diversa lege in aspiratas mutatis infra disseretur (sub C.). Ceterarum consonarum ut mediarum et *m*, quae expertes sunt aspirationis, aut servatarum post easdem voces, aut destitutarum, ut post *r*, aut modo destitutarum modo servatarum exempla vel supra prolata sunt vel infra proferentur (A. I. 7. A. II. 1. 2. C. I. 11.). Aspirant tenuem sequentem voculae hae.

I. In constructione 1. numeralia: cambrice *tri* (tres, m.) et *chwe* (sex), quibus supponendae sunt formae originariae *trîs*, *chwech* = sex (p. 125): *hoffach no thri chymeint* (maior quam tres aeque magni) Mab. 1, 6. *chwe thorth* (sex panes) 1, 251.

Cornica exempla: *trehans* (trecenti) P. 36, 1. *try fersons* (tres personae; at *try person* Cr. 6) Cr. 1960. Praeterea memorabilis est assimilatio in *triddyth* (triduum) D. 352. et *wheddyth* (sex dies) O. 142.

Aremorice hod. tam *tri* (cf. *trichant*, trecenti; nisi hoc ad compositionem referendum est,) quam *teir* (fem.), *pevar* (masc.) et *péder* (fem.), quin etiam *naô*; cf. A. I. 3.

2. Pronomina possessiva quaedam: cambrice pron. poss. 3. pers. sg. generis feminini, tam absolutum *y*, quam infixum *e* (hib. vet. *a*, ex *âs*, *îs*?): *am y phenn*, *am y thraet* (circa eius caput, eius pedes, puellae) Mab. 1, 14. *ractal eur am y thal* (frontale aureum circa eius frontem, puellae) 1, 239. *yn y chyghor* (in consilium suum, feminae) 1, 236. *y mab ae chyfoeth* (filius et dominatio eius, comitissae) 1, 236. Post eadem pronomina praemissae ante vocales *h* exempla videas infra inter pronomina.

Pronomina possessiva cornica et aremorica, quae aspirent sequentes tenues, sunt plura cambricis.

Cornica: pron. poss. 1. pers. sing. *ow*: *ow faynys*, *ov feynys* (dolores mei; *peynys*) P. 166, 2. 168. 4. *ow thus* (populus meus; *tus*) 102, 2. *ow thermyn* (dies mea) 37, 2. *ow holon* (cor meum; *colon*) 166, 3. 172, 2. *ow horf* (corpus meum) 44, 2. *thov hemeres* (ad me capiendum) 61, 4. Adde *ow ȝas* (rectius *ow thas*, pater meus) 52, 3. 72, 4. 185, 3. Pron. 3. pers. sing. fem. *y*: *I feynys* (dolores eius, Mariae) P. 226, 1. *y holon* (cor eius, feminae) 122, 3. 164, 2. 223, 1. 224, 2. 225, 2. *worth y homfortye* (ad eam confirmandam) 167, 1. Pron. 3. pers. plur. *aga*: *aga fen* (caput suum; *pen*) P. 195, 2. *aga fryns* (princeps eorum) 76, 4. *dre aga husyll* (secundum consilium suum, eorum; *cusyll*) 133, 2.

Aremorice quoque hodie fit aspiratio post pronomina possessiva 1. pers. sing. *va* (meus), 3. pers. sing. fem. *hé*, 3. pers. plur. *hô* (suus, eorum). Post *m*, *am* personale infixum 1. pers. sg. aspirantur *k* et *t*, post formam possessivi 1. pers. plur. *hor* (alias *hon*) sola *k*. Cf. A. I. 4. 8.

3. Praepositio cambrica *a* (cum): *a thi*, *a thitheu* (tecum) Mab. 1, 5. 242. *ymlad a chledyf* (pugnare gladio, cum gladio) 1, 245. Forma praepositionis vetustior *ac* servatur ante vocales; in allatis ergo exemplis (= *ac-ti*, *ac-cledyf*) transiit *ct* in *th*, *cc* in *ch* ut in mediis vel extremis vocibus. Eadem vis inficiens inest in praep. *tra* (trans, supra), quae eadem est coniunctio (quamdiu), orta e *trach*?

Cornica et aremorica praep. *a* destituens sequentem consonam est diversae significationis, iam in P. et Buh. respondens cambr. *o*.

4. Particulae cambricae *o* (si), *a* (et), *no* (quam), *na* (vel), quarum formae vetustiores, *os* (?), *ac*, *noc*, *nac*, manent ante vocales: *ochigleu i dim* (si audivi quidquam) Mab. 2, 232. *ysp aphellennigyon* (hospites et peregrini) 1, 1. *a ffarth ar coet y devthant* (et ad silvam versus ierunt; = *pharth* e *parth*) 2, 36. *mam a that* (mater et pater) 1, 2. *atheirnos athridieu* (et tres noctes et tres dies) 3, 274. *athrwy y kroen* (et per cutem) 1, 13. *achyscu aoruc* (et dormire coepit) 1, 2. *can wyr achan wraged* (cum viris et cum mulieribus), *hoffach*... *can owein*... *no chan gynon* (maior secundum O. quam secundum C.) 1, 10. 12. *gwaeth no chynt* (peius quam antea) 2, 384. *na marchawc naphedestyr* (vel eques vel pedes) 2, 7. Aspirat in lingua hodierna etiam coni. *neu* (vel). Sed vetustum aspirationis exemplum nescio, destitutionis aliqua sequentur infra sub C. I. 11.

5. Eiusdem seriei est particula cambrica negativa *na* (*nac* ante vocales): *yspys yw na chynt na gwedy na chiglefi kerd kystal* (manifestum est, nec antea nec postea me audisse cantum aeque dulcem) Mab. 1, 9. Aspirat tenues etiam particula negativa absoluta *ny* (cuius formae pleniores extant *nyt* ante vocales, *nys* etiam ante consonas: *ny ffllygwys* (non flexit; = *ny phlygwys*, cf. *a blygwys*, flexit, Mab. 3, 303) Mab. 2, 207. *ny thybygwn* (non cogitabam; = *nyttybygwn*, *tt* = *th*) 1, 2. *ny chlywyssynt* (non audiverant) 1, 23, e *nys-c.*, *nyt-c.*, *nyc-c.?* Eiusdem modi assimilatio statuenda videtur ante medias et *m*, non tactas aspiratione: *na bychydic*, *na meirch* (cf. A. I. 7; = *nammeirch*), ut est in *trannoeth* (mane, supra noctem) Mab. fq. e *trachnoeth*. Post easdem tamen destitutionis mediarum exempla videas infra C. I. 11.

De cornicis et aremoricis particulis *ha*, *hag* (et), *na*, *nag* (nec) supra dictum est A. I. 7.

6. Cornica quaedam singularia aspirationis exempla: *deyow hablys* (dies Iovis capitolavii) P. 41, 3 = *duyow hamlos* D. 654. *calys feyn* (durus dolor) P. 196, 4.

II. In compositione: 1. numeralia cambrica *tri* (tres), *chwe* (sex): *cledyf trichanawl* (gladius tricuspis) Mab. 2, 384. 387. Cf. supra B. I. 1. De forma *pymthek* (quindecim) cf. infra C. II. 3.

2. Praepositiones cambricae *a* (= *at?*) et *tra*: *athrugar* (miserandus) Mab. fq. Frequentissimum est adverbium *trachefyn*, *trachevyn* (retro, rursus; subst. *kefyn*, tergum) Mab. Ibidem 1, 267. 2, 374: *draegeuyn*, *drae gefn* (retro, post tergum suum) cum consona destituta ob *e* pron. possess. masc. infixum.

3. Particula intensiva cambrica *gwer*, *gur*, *gor* (p. 130) et praep. *gor* (vet. *guor*, hib. *for*): *gorffwys* (margo, limbus; hod. *gorphwyso*, desistere, e *pwys*) Mab. 1, 4. *Gurthigirnus*, nomen regis Britannorum Vertigerni in codicibus vetustis. Post easdem particulas recentior lingua etsi servat interdum aspirationem tenuium: *gorphwys* (cessatio, quies; *pwys*, *powys*), *gorthewi* (nimium silere, obstupescere), *gorthrwm* (pergravis; *trwm*), *gorchrwm* (nimis curvus; *crwm*), *gorchadw* (superinspicere); saepius tamen, interdum in isdem vocibus, destitutionem exhibet pro aspiratione, modo mutata, modo servata significatione, ut in his: *gorbwys* (submissio), *gordewi* (obstupescere), *gordrwm* (pergravis), *gorgrwm* (nimis curvus), *gorgadw* (inspicere). Item in plurimis. In aliis apud Owenum

tenuium una fere invenitur infectio, modo aspirata modo destituta. Ceterae autem consonae, quae expertes sunt aspirationis, praeter *m*, quae interdum integra servatur, omnes semper post utramque particulam destituuntur, non solum in hodierna lingua, sed iam in Mab. Exempla videas infra C. II. 7.

Cornica exempla aspirationis: *gorfen* (finis; hib. vet. *forcenn*) O. 227. 274. 584. D. 42. 1530. *gorhemmyn* (mandatum; cambr. *gorchymmyn*) O. 654. 1941. D. 1364. R. 1993. Destitutionis exemplum: *gorwyth*, *gorweyth* (cura) O. 1356. P. 107, 2.

In nominibus aremoricis vetustis post particulam intensivam *gur*, *guor*, *uur*, *uuor* aspiratio non invenitur, sed destitutio: *Gurvili*, *Wrwili* (alias *Wrbili*, *Worbili*) Rhed. 1, 8. 40. *Vurvidoe* (cf. *Arbidoe*, *Wasbidoe* p. 137) Mor. 309. Etiam tenuis destitutae exemplum *Guorgomet* (alias *Wrcomet*, *Worcomet*) Rhed. 1, 8. E Buh. contra aspiratae tenuis exemplum frequens subst. *gourchemen*, *gourhemen* (mandatum; cambr. *gorchymmyn*, corn. *gorhemmyn*; simplex arem. *quemen* Buh. 154, 1).

C. Destitutio consonarum inchoantium britannica efficitur eadem causa atque infectio aspirans hibernica, si vetustior vocis forma terminabatur vocali, sive servata sive abiecta est. Qua vocali abiecta si tenuis vel aspirata praesertim dentalis ad extremitatem vocis devenit, saepius sequentes medias destitutas in aspiratas (at *d* in *t*, p. 146) mutavit provectione cornicae propria, quam statim hoc loco exemplis illustrabimus, quae videas I. 5 *c*. 8. 9. II. 4. Tam cornice quam aremorice interdum prohiberi destitutionem vi assimilante consonae praecedentis supra (A. I. 8) exposuimus.

In codice rubro nondum perfectam et absolutam esse hanc infectionem docebunt haec exempla, in quibus modo servatus est status originarius, praeprimis tenuis *p*, acsi scriptor hausisset e vetustioribus libris, modo nutatio inter hunc vel illum usum: *y penytyaw* (ad paenitendum) 2, 376. *mynet y pob* (ire ad coquendum) 2, 373. *dwy fflam o tan* (duae flammae ignis) 2, 381. *o penn y dwygoes*, *o penn y dwy ysgwyd* (a femoribus, ab umeris) 2, 374. 376. *o porfoed hyt yggwauan* (a P. usque ad Gw.) 2, 371. *o pebyll* (a tentorio) 2, 382. 383. *o pali melyn*, *o pali coch*, *o pali purdu* (a panno flavo, rubro, mere nigro) 2, 376. 377. 383, cum alias sit *o bali melyn* 1, 2. 2, 374. *o bali gwyn* 2, 380. *am penn*, *ar penn* (circa caput, ad caput) 1, 252. 295. *ar vor ac ar tir* (terra marique; *ar dir*) 3, 270. *rwawn pebyr* et *rwawn bybyr* (nom. propr. cum agnomine) 2, 376. 378. 390. *uch penn y gwal* et *vch ben y wal* (super cubile eius, apri) 2, 239. 241. Plerumque tamen legitima invenitur infectio.

Similiter etsi rarius cornice omissa est notatio infectionis ut in P.: *y pray* (praedam suam) 21, 3. *ȝy tyller* (ad regionem suam) 18, 1. *gans oll y tretury* (omni sua proditione) 194, 4. *y dampnye* (eum damnare) 107, 2. 116, 4. *ȝe crist*, *the crist* (ad Chr.) 184, 4. 63, 4. 206, 4. *war penakyll* (in pinnaculo) 13, 3, *pan prederis* (cum cogitavit) 19, 2.

Destituuntur consonae inchoantes in his praecipue iunctionibus.

I. In constructione 1. nominis sive substantivi sive adiectivi post articulum positi: cambrice per numeri singularis, si substantivum est generis feminini, casus omnes: *y uodrwy honno* (hic annulus; *modrwy*) Mab. 2, 216. *llawen uu y uorwyn* (laeta fuit puella; *morwyn*) 1, 239. *gofyn aoruc owein yr*

uorwyn pwy oed ywreic (quaerere O. e puella, quae esset mulier; *gwreic*) 1, 17. *porth y gaer a welei yn agoret. adyuot yr gaer awnaeth* (porta castri erat aperta, et ire ad castrum coepit; *kaer*) 3, 265. *yr weirglawd* (ad pratum; *gweirgl.*) 1, 240. 242. *roy ir urenynes* (dare reginae, *brenines*) Leg. 1, 1, 5. *yr gegin* (ad culinam; *kegin*) Mab. 1, 2. *kymryt aoruc hitheu y vodrwy* (sumere coepit ipsa annulum) 2, 216. *y bedwared vlwydyn* (quarto anno; *pedw.*) 1, 21. *y dryded weith* (tertia vice; *tryd.*) 1, 280.

Eandem legem sequitur consona principalis vel adiectivi, ut solet, post substantivum positi vel substantivi post adiectivum: *tegach nor vorwyn deckaf* (formosior quam formosissima puella) Mab. 1, 4. *y rann vwyhaf or vlwydyn* (maximam partem anni; *mwyhaf*) 3, 298; cf. supra *y bedwared vlwydyn* (*blwydyn*), *y dryded weith* (*gweith*).

Etiamsi abest articulus: *gwreic veinlas vechan* (mulier pallida parva; *meinl.*, *bych.*) Mab. 2, 373. *a morwyn wineu deledjw yny gadeir yn eisted* (et puella fusca formosa in sella sedebat) 1, 239. *awelei morwyn benngrech uelen* (vidit puellam crispam flavam; *penngrych*, *melyn*) 1, 14. 282. *ynys deckaf or holl vyt* (insula pulcherrima totius mundi) 3, 265. *yd oed kaer dec* (fuit castrum pulchrum; *tec*) 1, 244. *awelei gaer uawr lywychedic* (vidit castrum magnum pellucidum) 1, 13.

Cornica exempla concordantia: *an venyn* (mulier) P. 33, 2. *vn venyn* (femina quaedam) 84, 1. *dris an vro* (per terram; *bro*, fem.) 250, 2. *Marya wyn* (Maria candida) 171, 1. *ran vras* (magnam partem) 38, 2. *yn y leff ȝyghow* (in eius manu dextra) 136, 4. *an dus vas* (populus bonus; *tus*, fem.) 4, 1. Item *an debell wrek* (mala mulier) 159, 1, nisi hoc et similia ad compositionem referenda sunt. Excipiuntur tum superlativi vel numeri ordinales, post quos sequitur consona primitiva: *tresse gwyth* (tertia vice) 57, 3; tum exempla tenuis vel dentalis per assimilationem servatae, de quibus supra disputavimus A. I. 8.

De masculinorum numero plurali cf. A. I. 1.

Aremorica lingua hodierna sicut cornica destituit consonas post articulum utrumque, excepta *d*, quae manet intacta (A. I. 8): *ar verc'h*, *eur verc'h* (puella), *ar vioc'h*, *eur vioc'h* (vacca), *ar ger*, *eur ger* (oppidum) etc. Cum adiectivo: *eur galoun vad* (bonum cor; *kaloun*, *mad*). Notatio rara est in Buh.: *an dra se* (res haec) 128, 10. 142, 1. *dan baradoes* (in paradisum; *tra*, *paradoz* hodie fem.) 146, 13, nondum post articulum indefinitum: *euel vn merch* (ut puella) 18, 8. *me guel vng merch* (video puellam) 34, 17. E Cath. huc pertinent: *doe an uell* (Mars; i. e. deus belli), *doe an uugale* (Pan; i. e. deus pastorum).

2. Post substantivum, si sequitur substantivum in appositione, cambrice: *llech uarmor* (lapis marmor) Mab. 1, 8. *owein uab uryen achynon uab clydno* (O. filius U. et C. filius Cl.) 1, 1. *madawc uab maredud* (M. filius M.) 2, 371. Unde per frequentem usum orta est formula *ab*, vel *ap* servata *p*, pro *uab*, *uap*, excusso sono infecto, ut in pronomine *i* pro *ui*, *mi*, quae formula *ap* iam una adhiberi solet in Registro Caernarv. Adnotat Davies (Gramm. p. 159), ex ea formula residuam *p* nominibus praemissam effecisse nomina *Powell*, *Prichard*, alia eiusmodi pro *ap Howell*, *ap Richard*; simili modo *Bowen*, *Beynon* nata sunt ex *ab Owein*, *ab Einion*. Item agnominum consonae inchoantes: *kelydon wledic*, *maxen wledic* (C., M. princeps) Mab. 2, 197. 3, 263. *cadwgawn vras* (C.

crassus) 2, 372. *karadawc vreichuras* (C. brachio crasso), *osla gyllelluawr* (O. magni cultelli) 2, 209. 379. *gwgawn gledyfrud* (G. gladii rubri) 2, 389. — Cornice haec infectio non extat in P. 19, 2: *Christ mab an arluth ughell* (Christus filius domini sublimis), nec aremorice in charta a. 1069 ap. D. Mor. 1, 432: *Kadou mab David. Killœ mab Gutfred. Saliou mab Gulchuenn. Guenn mab Gualch. Lancelin mab Budoere* etc. Ceterum omnis haec infectionis species cambricae propria, cum post masculina quoque nomina sequatur, potius ad compositionem referenda esse videtur quam ad constructionem, et conferenda gallicano *Charlemagne*.

Contra substantivi post substantiva feminini generis in genetivo positi consonam principalem destitui cornice et aremorice, non destitui cambrice, supra (A. I. 2) dictum est.

3. Post praedicatum, si sequitur verbum substantivum, cambrice: *llawenach uuwyt y nos honno* (laetiores fuerunt nocte hac) Mab. 1, 10. *llawen uu y uorwyn* (laeta fuit puella) 1, 239.

Cornice non modo in eodem: *lader vye* (fur erat) P. 38, 3. *gwel vya* (melius esset) 36, 3. *pe penag vo, py penag vo, pynak vo* (quicunque est) O. 662. 1154. D. 681; sed etiam in aliis verbis post obiectum: *pandra wylly* (quid videas) O. 801. *pendra wreth* (quid facies?) R 203. *pendra vynta* (quid vis tu?) O. 1311.

Aremorice item in verbo substantivo: *vezo* (erit), *ve* (esset) Buh. fq. *guell ue gueneff* (mallem) Cath.

4. Post formas numeralis II. in utroque genere cambrice: *y dwylaw* (duae manus) Mab. 1, 17. *deu was* (duo pueri), *deu gledyf* (duo gladii) 1, 3. 13. *yn rith deu barchell* (in forma duorum porcellorum) 3, 302. Adiectivum, si additum est, congruit in destitutione cum substantivo: *deu uann gochyon vychein* (duo loci rubri parvi; *mann, coch, bychan*) Mab. 1, 251. *deu vackwy wineuon ieueinc* (duo pueri fusci adulescentes; *mackwy, gwineu*) 3, 265. De ceteris numeralibus cf. supra A. I. 3. II. 1.

Cornica et aremorica constructio huius numeralis eadem est.

Cornica: *dew ʒen* (duo viri) P. 42, 1. *ij venyn* (duae mulieres) 167, 1. *dew lader drevs* (duo latrones audaces) 163, 1. *en thyo grous* (duae cruces) D. 2820. Accedit *myl* (mille) destituens utpote subst. fem.: *myl woly* (mille vulnera) R. 998.

Aremorica hodierna: *daou dâd* (duo patres), *diou verc'h* (duae puellae). De *dék* — *dék vloaz* (decem anni) — cf. A. I. 3.

5. Post pronomina quaedam cambrica: *a*) possessivum 2. pers. sing., tam absolutum quam infixum; *b*) possessivum 3. pers. sing. generis masculini, absolutum ut infixum; *c*) pronomen personale 2. pers. sing. infixum. Exempla infra afferentur inter pronomina. *d*) Post pronomina interrogativa *pwy, py, pa*: *pwy oreu* (quis optimus? *goreu*) Mab. 1, 245. *py le, pa le* (ubi?), *py beth* (quid? *peth*) Mab. fq.

Cornice: *a*) post pron. possess. 2. pers. sing. absolutum: *ʒe voth* (voluntas tua; *both*) P. 48, 2. *ʒe droys* (pes tuus; *tr.*) 14, 3. *dre ʒe gows* (per sermonem tuum; *cows*) 85, 2. *ʒe vestry* (potentia tua; *mestry*) 197, 3. *b*) Post pron. poss. 3. pers. sing. masc.: *y oys* (sanguis eius) P. 133, 3. *yn y woys* (in eius sanguine; *goys*) 135, 2. *y anow* (ôs eius) 106, 1. 2. *y ʒyllas* (vestis eius;

dyllas) 94, 2. 254, 3. *y das* (pater eius) 9, 1. 213, 2. *ʒy gomfortye* (ad eius confirmationem) 18, 3. 58, 2. *c*) Post pron. 2. pers. sing. tam pers. quam poss. infixum mediae solae (et *m*, *gw*) destituuntur: *me ad welas* (te vidi) P. 84, 3. *mar nyth wolhaff* (si non lavabo te) 46, 3. *yt allos* (in potestate tua) 22, 3; tenuium et *d* servatarum exempla videas A. I. 8. Praeterea interdum media destituta in aspiratam (p. 141) provehitur, cum post servatum *t*: *y ret flamyas* (ii te vituperarunt) P. 92, 2, tum *t* (*th*) excusso, ut in verbo substantivo: *ny fyth* (non erit tibi) D. 1902. *onor a fyth* (honor tibi erit) D. 1904. *ty a fyth* (tibi erit, tu habebis) D. 128. 134. 590. 600. 1367 = *te a fyth*, *te a feth* P. 136, 3. 16, 3. *d*) Post *ty*, *te* in vocativo solo: *te ʒen* (tu homo) P. 177, 3. *ty venen* (tu mulier) R. 917. *ty vaow* (tu puer) O. 2317. *e*) Post pronomina interrogativa: *pan dra* (quae res? quid?) P. 46, 2. 50, 3. 67, 2. 80, 1. *py gymmys* (quantum? *kymm.*) 185, 4. O. 2104.

Aremorica pronomina item destituentia *da* (tuus, te), *hé* (suus, masc., eum). De pronom. *az* (te) confer. A. I. 4. 8. Pron. interrogativum: *pebez* (quid? *pe pez*) Buh. 58, 14. *peguement* (quantum), *peguen bras* (quantus), *peguen pell* (quamdiu), *pe du* (quorsus? *tu*) Cath. Item hodie: *pé verch* (quae puella?).

6. Post verbum substantivum cambricum: *tra vwyf vyw* (quam diu ero vivus) Mab. 1, 37. *yn y lle y bei vrynn*, .. *yny lle y bei bwll* (in loco, ubi erat elevatio, .. in loco ubi erat demissio; *brynn*, *pwll*) 2, 372. 373. *aphan uu uarw y gwr* (et cum esset mortuus vir) 1, 28. *y buassei gynt* (fuerat antea; *kynt*) 1, 29. *pwy auuassei oreu* (quis fuisset fortissimus; *goreu*) 1, 290. *yttoedynt gynwynet* (erant aeque alba, arma) 1, 4. Sed videas etiam exempla servatae consonae originariae supra A. I. 5.

Post verbum cambricum activum vel neutrum vel passivum item consona principalis, sive sequitur subiectum sive obiectum, modo manet intacta modo destituitur. Destitutionis exempla: *ygwelsei gynon* (viderat Cynon), *ydywedassei gynon* (dixerat C.) Mab. 1, 12. 13. *ny chwaryei weisson* (non ludebant pueri) 1, 242. *kyfodwch weisson* (surgite pueri!) 1, 245. Cum est obiectum: *y gwelynt vackwy* (videbant puerum) 2, 384. *awelei varchawc*, *y gwelynt uarchawc* (videbat, videbant equitem) 1, 13. 33. 2, 388. *ef awelei vwyt* (videbat cibum; *bwyt*) 1, 239. *y gwelwn wr* (videbam virum), *or gwely wreic* (si vides feminam) 1, 3. 238. *y gwelei bebyll* (videbat tentorium; *pebyll*) 1, 239. *or kaffei vedic da* (si acciperet medicum bonum) 1, 258. Exempla consonae primitivae servatae A. I. 5.

Pronominis cambrici personalis 2. pers. sing. *ti*, *tidi*, *titheu* consona principalis post verba destituitur regulariter: *a wely di* (an vides tu?), *a bery di* (an parabis tu?) Mab. 1, 7. 264. *a weleist di* (num vidisti tu?) 1, 237. *aovynny ditheu* (quod interrogabis tu) 1, 237. *minneu ath garaf di* (ego amabo te) 1, 268. *nyt atwaenwn i didi* (non cognoscebam ego te) 1, 25. *euo ath gud ditheu* (ipse celabit te) 1, 14. Non tamen semper: *rodeist ti* (dedisti) 1, 282. *pei rodut ti* (si dares tu) 1, 273. *pan wnelut titheu* (cum tu faciebas) 1, 9.

Eodem modo consona principalis pronominis personalis 1. pers. sing. *mi* (*mivi*, *minneu*) destituitur, si est obiectum: *arhowch vjui* (exspectate me!) Mab. 1, 30. Sin est subiectum, deperit consona inchoans: *y gweleis i* (vidi ego) Mab. 1, 3. *y rodaf inneu* (dabo ego) 1, 21.

Pronomina cambrica possessiva 1. et 2. pers. sing. absoluta semper fere

destitutam habent consonam inchoantem, *vy* et *dy* (e *my*, *ty*), non solum post verbum, sed post voces qualescunque.

Praepositiones cambricae *gwedy* (post), *gwrth* (contra), *trwy* (per), *tros* (trans), *can* (cum), *tan* (sub) item frequentissime scribuntur *wedy*, *wrth*, *drwy*, *dros*, *gan*, *dan* destituta consona inchoante non modo post verbum, sed etiam in aliis iunctionibus, in quibus non sit necessaria aspiratio aut status primitivus secundum leges. Praeterea praepositiones cambr. vet. *di* (= hib. vet. *do*, ad), *di* (hib. vet. *di*, de) perdita *d* in formam recentioris linguae *y* transierunt, detritae frequentiore usu ut pronomen illud *i* pro *ui*, *mi*.

Adverbii quoque consona principalis destituta invenitur post verbum: *nys gwney bellach* (non facies amplius; *pellach*) Mab. 3, 304.

Cornice post verbum substantivum vel aliud consona inchoans solet servari primitiva (A. I. 5), quamquam ne ab hoc quidem loco abest destitutio: *vs vas* (quod est bonum) P. 16, 3. *cusyll nago vas* (consilium quod non erat bonum) 31, 3. *bos vas* (esse bonum) 258, 4. *na wre vry* (quod non faceret momentum) 26, 2. *ny wraf vry* (non faciam momentum) D. 2244. Contra, ut cambrica, etiam cornica quaedam pronomina usus frequentioris semper infecta inveniuntur, ut pron. pers. 1. pers. sing. postpositum, tam obiecti vice fungens: *holyough ve* (sequimini me) P. 53, 1. 63, 3., *dylyr vy* (libera me) 57, 3. *pragh y hysta vy* (cur deseruisti tu me?) 201, 3. — contra *ha saw te ha me* (et salva te et me) 191, 4. — quam subiecti: *marsof vy* (num ego sim) D. 742. 2003. *oma vy* (num ego sum?) D. 755. ac maxime possessiva 1. et 2. pers., quae e formis primitivis *mo*, *ma*, *do*, *da* cornice facta sunt *ow*, *ʒy*, *ʒe*. Item perpetua fere destitutione infectae sunt in P. praepositiones *ʒe*, *worth*, *dre*, *drys*, *gans* (in Voc. servatur *cans*).

Aremoricae quaedam particulae frequentis usus ob easdem causas consonas inchoantes semper destitutas exhibent iam in Vita S. Nonnae, ut praepp. *gant* (cum), *dre* (per), adv. *breman*, *abreman* (nunc, pro *pretman*, hoc tempore), *bepret* (semper; pro *pep pret*, omne tempus) fq., coni. *drez* (quam diu) 52, 15.

7. Post praepositiones, quae terminantur vocalibus, cambricas: *o* (a), *y* (ortam e *dy*, ad), *y* (ortam e *di*, de), *gwo*, *go* (sub), *trwy* (per), quibus adnumerandae sunt *ar* (ad; e vet. *are*), *am* (circa; e vet. *ambi*), *at* (ad; vet. *ate?*), *can* (vet. *cant*, cum), *heb* (sine), *gwrth* (contra), *tros* (trans): *o gic* (e carne; *kig*) Mab. 1, 239. *y gei* (ad Caium, Caio) 1, 2. *ar ureint* (in officio; *breint*) 1, 1. *ar bob* (supra quemvis; *pob*), *am bop* (circa quemvis) 1, 3. *am vynwgyl* (circa collum) 3, 266. *att vwyalch gilgwri* (ad merulam Cilguriensem) 2, 232. *att uath uab mathonwy* (ad M. filium M.) 3, 195. *att wr mawr* (ad virum magnum) 3, 192. *gan wyr achan wraged* (cum viris et mulieribus) 1, 10. *gan visweil gwarthec* (prae stercore pecudis; *bisweil*) 2, 373. *gan gymysc dwfyr a thrwnc* (in mixtione aquae et urinae) ibid. *heb vwyt* (sine cibo; *bwyt*) 1, 238. *wrth gyghor* (cum consilio) 2, 378. *wrth uessur* (ad mensuram) 3, 203. *wrth lunet* (ad Lunetam) 1, 19. *wrth wr*, *wrth wreic* (in virum, in mulierem) 1, 11. 14. *dros uor* (trans mare) 2, 244. *dros vynyd* (trans montem) 2, 235. Praepositiones iunctae inter sese: *y gan gei* (a Caio; = de cum C.) 1, 2. *y gantaw* (ab eo) 1, 242. *y wrthaw* (ab eo; = de apud eum) 1, 27. 31.

His ex hodiernae linguae analogia *tan* (sub) addenda videtur, quamquam in Mab. invenimus: *dan penn* (sub capite) 1, 2; cf. supra p. 195.

Cornicae praepositiones destituentes: *a* (a, ex), *ȝe* (ad), *ȝe* (de), *dre* (per), *war* (ad; = cambr. *ar*): *leun a ras* (plenus gratia) P. 3, 3. *a ȝyghow hag a gleth* (a dextera et sinistra; *dyghow*, *cleth*) 97, 3. 236, 2. 242, 3. *ȝe ves* (in campum, foras) fq. *ȝe thu*, *ȝe ȝu* (deo) 1, 4. 27, 4. *ȝe wolhy* (ad lavandum) 46, 1. *ȝe worth* (a; = cambr. *y wrth*) fq. *dre gleȝe* (per gladium) 72, 2. *dre géryte* (per caritatem) 38, 1. *dyr vur cheryte* (per magnam caritatem) 35, 1. *war thu* (in deum) 90, 3. *ȝe war breder* (inde a meditatione; *preder*) 129, 1. Post *hep*, *heb* (sine) mediae solae destituuntur: *hep worfen* (sine fine) D. 1562. *hep thanger* (sine periculo) O. 1615. *heb thout* (sine dubio) O. 2668. *heb velyny* (sine malitia; *belyny*) P. 80, 4. 127, 2. *heb wow* (sine mendacio; *gow*) 76, 3. 174, 2; servantur tenues (A. I. 8).

Aremorica infectio post praepositiones vocalibus terminatas nondum semper notatur in Buh., unde e. c. affero *diabell* (e longinquo) 156, 16, sed *diapell* 38, 7. *da pen* (ad caput) 2, 10. *da perchen* (ad dominum) 6, 9. *da tregont* (ad triginta) 4, 5. Item in Cath. *diabell*, *a zor en dor* (ostiatim), *azouar* (terreus), sed *a pell* (de longe, eminus). In hodierna lingua aremorica infectio destituens post praepositiones *a* (cambr. *o*), *da* (ad, cambr. *y* = *dy*, corn. *ȝe*), *dré* (per), *war* (cambr. *ar*), *diwar* (e; cambr. *y ar*, corn. *ȝe war*): *a bell* (e longinquo), *da walc'hi* (ad lavandum; *gwalc'hi*), *dré c'haou* (per mendacium; *gaou*, cf. p. 145), *war zouar* (in terra; *douar*), *diwar varc'h* (ex equo).

8. Post particulam cambricam *yn* (ut): *yn vam* (ut mater), *yn varchawc* (ut eques) Mab. 1, 236. 241. 242. *yn datmaeth* (ut pater nutricius) 2, 375. *yn uawr* (admodum, multum), *yn gyntaf* (primum; *kyntaf*) Mab. fq. *yn vynych* (saepe) 3, 304. *bot yn well gennyf* (esse melius mihi; *gwell*) 1, 5. *y gellir dywedut idi y bot yn deckaf or gwraged ac yn doethaf ac yn vonhedickaf* (dici potest de ea, esse eam formosissimam e mulieribus et sapientissimam et nobilissimam) 1, 17. Conferantur tamen exempla consonae originariae manentis post eandem particulam supra A. I. 7.

Cornice post eandem particulam illa, de qua supra disseruimus, provectione mediae *b* et *g* (ac *gw* et *m*) destitutae transeunt in aspiratas, sed *d* non destituta (A. I. 8) in tenuem *t*; tenues servantur integrae: *yn fras* (valde; *bras*) P. 149, 4. *yn fas* (bene; *mas*) 64, 3. 156, 4. 220, 3. *yn harow* (ruditer; *garow*) 2, 3. *yn whar* (placide; *gwar*) 24, 2. 93, 2. *yn ta* (bene; *da*) 21, 3. 60, 1. 63, 2. 82, 3. 127, 1. 145, 3. 194, 2. *yn creff* (fortiter) 104, 2. *yn tebel* (male) 130, 3. Eandem legem post *maga* (aeque) valere probatur his exemplis: *maga whyn* (aeque albus; *gwyn*) D. 3138. *maga ta* (aeque bene) P. 198, 2. *maga town* (aeque profundum; *down*) 85, 3. *maga tek* (aeque pulchrum) 71, 4. Contra post *mar* (tam) regularis est destitutio: *mar vur* (tantus) P. 8, 3. *mar vras* (tam latus) 31, 2. *mar ȝa* (tam bonus) 251, 3. *mar dek* (tam pulcher) 190, 3; sed forsitan haec ad compositionem rectius referantur.

Aremorice item destitutio post particulam *ez* in Buh.: *ez veo* (ut vivus; cambr. *yn vyw*) 32, 11. Pro *yn* cambrica ante infinitivos sunt aremorice hodie *ô*, *enn eur* destituentes: *ô walc'hi* (lavans), *enn eur garout* (amans); nisi quod post *ô* (pp. 146. 191) servatur *t*, provehitur *d*. Ante adiectiva *ent* in Cath.: *ent abil*, *ent abiloch*, *ent pur abilaff* (habiliter etc.)

9. Post coniunctiones et particulas verbales: cambrice post frequentissi-

mam *a*: *owein a uenegis* (O. dixit; *menegis*) Mab. 1, 237. *gofyn aoruc* (interrogare coepit; *goruc*) 1, 2. *ti aglywy* (tu audies; *clywy*) 1, 8. Item post alias particulas, ut post *pan*: *hardach no gwenhwyuar pan uu hardaf* (venustior quam G., cum fuit venustissima) Mab. 1, 4. *hyt pan vu hanner dyd* (donec esset meridies) 3, 263. *aphan welsant* (et cum viderunt) 1, 236.

Cornice semper post *a*: *y a armas* (illi clamaverunt; *garmas*) P. 42, 4. *an arghans a gemeras* (argentum sumpsit) 103, 2. *a ve* (erat) fq. Item post *pan*, *del*, *fatel*: *pan gemert* (cum sumpsit) P. 3, 2. *pan glewas* (cum audivit) 11, 1. *pan welas* (cum vidit) 13, 1. 26, 1. *pan vynnas* (cum voluit; *mynnas*) 3, 4. *del won* (ut scio) 8, 1. *del ve kemerys* (quomodo captus sit) 8, 2. *par del vynnas* (sicut voluit) 11, 4. *del ylly* (ut poterat) 166, 1. *fatel ve* (quomodo esset) 170, 4. *fatell vye* (id.) 73, 2. 245, 2. *fatel yl* (quomodo potest), *fettel allaf* (q. possum), *fettyl allo* (q. possit) R. 229. 1423. O. 228; nisi quod post has servari solet *d* (A. I. 8).

Post *y* (*yth*), *may*, *kyn* provectione mediarum destitutarum nascuntur aspiratae: *y fyth* (erit) P. 72, 2. 259, 4. *y hyller* (quitur) 20, 1. *y whelas* (vidit) 219, 4. *y fyn* (vult.) 111, 4. *may fyth* (quod erit, ut sit) 48, 3. 169, 3. *may fons* (ut sint) 18, 3. 131, 3. *may hylly* (quod poterat, ut posset) 189, 2. 199, 3. *may hallo* (ut possit) 32, 4. *may halle* (ut posset) 53, 3. 70, 4. 171, 2. *may hallovgh* (ut possitis) 52, 3. 63, 4. *may whane* (ut perforaret) 218, 2. *may whothfough* (ut sciatis) D. 2156. *may fynnas* (ut vellet) P. 4, 3. *may farwe* (ut moreretur) 151, 1. *kyn fy* (quamvis sis) 22, 1. *kyn fo* (quamvis sit) 99, 4, neglegentius, ut saepe, *kyn vrello* (quamvis faciat; *whr.*) R. 2016; e *d* prodit *t*: *y to* (veniat) P. 87, 4. 122, 4. 123, 4. *y tons* (veniant) 97, 4. *may teth* (ut venerit) 153, 4 = *mateth* 59, 2. 134, 3; servantur tenues: *y trylyas* (se vertit) P. 55, 3. 143, 4. *y clamderis* (collapsa est) 165, 4. *y pesys* (rogavit) 9, 1. 57, 3. *may tensons* (quod tetenderunt) 182, 1. *may cowsas* (ut locutus sit) 89, 2. *may peghse* (quod peccaverat) 152, 4. Post easdem ȝ vel *th* servatur ante vocales: *y thew*, *y ȝew* (est) P. 14, 2. 85, 2. *y ȝeth* (ivit) 52, 1. *y ȝolyas* (flevit) 237, 3. *may ȝello* (ut eat) 178, 3. *may ȝelle* (ut iret) 131, 4. 150, 4. *kyn ȝo* (quamvis esset) 163, 4. *bys may thyllyf* (donec eam) D. 726; interdum ante consonas: *yth halsan* (potuissem) Cr. 607, neglegentius *yth alsan* (id.) 601.

Aremorice post particulas *a*, *ra*, *ez*, *maz*, *pan* verbi substantivi consona principalis iam in Buh. destituitur: *a ve* (esset, sit) 138, 3. 146, 16. 182, 22. *re ve meulet*, *ra ve m.* (laudetur) 108, 9. 130, 13. *ra vizi* (sis) 76, 17. 178, 5. *ez vizif* (ero) 60, 14. *ez vezo* (erit) fq. *maz vizif*, *maz viziff* (ut sim) fq. *maz vizimp ha maz veohimp* (ut simus et vivamus) 52, 14. 15. *pan vezo* (cum erit) 78, 1. 80, 8. 100, 11. 112, 19. 142, 5. *pan vezer ganet* (cum quis nascitur) 16, 17. Hodie item destituunt particulae praecedentes verba: *pa* (cum; cambr. *pan*), *aba* (ex quo), *ra* (ut); post *é* et *ma* (pp. 146. 191) servatur *t*, provehitur *d*.

10. Post interiectiones cambrice: *ha vorwyn* (o puella!) Mab. 1, 28. *aha was* (eheu puer!) 1, 242.

Cornice: *a vester* (o magister!) P. 65, 2. *a thu* (o deus!) 246, 2. *a vreder* (o fratres!) D. 692. *a venen*, *a debel venyn* (o mulier! o mala mulier!) O. 173. 251. *a das* (o pater!) O. 85. 111. 325. 407. 443.

11. Post particulas cambricas *neu* (vel), *ny*, *na* (non, ne), *tra* (quam-

diu), quae cum aspirent tenues sequentes, ceteras consonas regulariter non tangunt (cf. A. I. 7. II. 2. B. I. 3. 5), saepius invenitur destitutio pro statu originario consonae inchoantis: *nyt oed namyn eur neu aryant neu vueli* (non erat nisi aurum vel argentum vel cornu bovis; *bueli*) Mab. 1, 5. *ny wahardwyt* (non interdictum est) 2, 387. *ny wnaf y gyffelyb o hynn allan* (non faciam eiusmodi inde) 3, 305. *diheu oed... na weleis i eirmoet* (certum erat me non vidisse unquam) 1, 5. *na vit ryued* (ne sit admiratio) 2, 383. *tra vwyf vyw, traw vyw hi* (quamdiu ero vivus, quamdiu fuit viva ipsa), *travych vyw* (quamdiu eris vivus) 1, 8. 36. 37. Part. *tra* et *neu* destituentium etiam tenues exempla: *athra gudyych ti euo* (et quamdiu celabis tu eum; hod. *cuddio*, celare) Mab. 1, 14. *tra deweis wrthyt ti* (dum tacui coram te; *tewi*, tacere) 3, 15. *na charchar llud neu garchar greit* (non carcer Ludi aut carcer Greiti) 2, 234.

Cornice constanter destituuntur consonae post particulas *ny*, *na* (non), *hedre* (dum): *na guskens* (ne dormirent; *coske*) P. 241, 3. *ny wely* (non videbat; *gwely*) 217, 2. *ny yl* (non potest; *gyll*) 40, 2. 57, 4. *hedre vons y ov plentye* (dum fuerunt illi accusantes) 33, 3. *hedre veyf* (quamdiu sim) D. 847. 1020. *hedre vyma* (id.) 1013.

Aremoricae particulae *né* (non), *endra* (quamdiu) item destituunt regulariter: *né gâr* (non amat), *né veul* (non laudat; *meul*), *endra vévinn* (quamdiu vivam; *bévinn*). Notatio in verbo substantivo iam in Buh.: *ne vezo* (non erit) 4, 21. 48, 6. *ne vizimp* (non erimus) 86, 1. *drez vizimp beo* (quamdiu erimus vivi) 52, 15.

II. In compositione 1. cum antecedente substantivo vel themate verbali substantivi vel adiectivi consona principalis destituitur cambrice: *llawuorynyon* (puellae manu operantes; *morwyn*) Mab. 1, 1. *bleidast* (lupa; *gast*, canis femina) 2, 235. 3, 199. *gwydweli* (lectus ligneus; *gweli*) 1, 250. *prenuol* (theca lignea; *bol*) 1, 17. *medgell* (cella medi; *kell*) 1, 2. *diecynua* (egressus; *ma*) L. Land. 135. *esgynuaen* (lapis ascensorius) Mab. 1, 14. *gwerthuawr* (pretiosus; i. e. pretio magnus) 1, 28. *bronnwynyon* (pectore albi, canes) 1, 274. *llygatlas* (oculis caeruleus; *glas*) 2, 382. *grudgoch* (genis ruber; *coch*) 2, 385. *penngrych*, *penngrech* (capite crispus, crispa) Mab. fq.

Cornica exempla e Voc.: *redegua* (cursus; *redeg-ma*, locus currendi), *moruil* (cetus; *mil*), *ofergugol* (casula). E P.: *tregva* (habitationis locus, habitatio; *treg-ma*) 213, 2. *olua* (lamentatio) 4, 2. *ysethva*, *asethva* (sedes) 13, 4. 143, 4. *fynweth* (finis; *-gweth*) 212, 4. *lowarth* (hortus; hib. vet. *lubgort*) 140, 1. 233, 1. Ad compositionem referenda sunt exempla *vyth* (= *byth*, destituta consona) subiuncti substantivis, quamquam raro coniungitur per scriptionem: *ȝe worre trevyth ynne* (ad ponendam ullam re in ea; *tra byth*) 50, 3. *yn trevyth y nyngens gyw* (in nulla re illi erant apti) 68, 4. *trevyth ny worȝebys* (nihil respondit) 111, 2, plerumque separatur: *cleves vyth nyth kemerse* (morbus omnino non ceperat te) 157, 4. *na claff vyth* (nec aegrotum unquam) 25, 8. *ger vyth ny gewsys* (verbum ne ullum quidem dixisti) 92, 3. *den vyth* (homo quisquam) 34, 3. 40, 2. 59, 3.

Aremorica quaedam destitutarum in eadem iunctione *m* et mediarum exempla iam vetusta e chartulariis supra allata sunt (pp. 116. 137). Regulariter haec destitutio iam notatur in Buh.: *moruan*, *morvan*, *malgon* (nn. vir., vet.

Morman, *Maglocunus*) 150, 21. 168, 14. 208, 17. *coruent* (turbo; *guent*) 94, 1. *dezuez* (dies), *finuez* (finis; *guez*) fq. *leandi* (monasterium; *lean-ti*, *leanes*, sanctimonialis) 18, 15. 38, 4. Cf. *liorz* (hortus) MJ. 64a.

2. Cum antecedente adiectivo substantivi vel adiectivi cambrice: *alldut* (peregrinus; *tut*, *tud*) Leg. 2, 1, 47. 53. *henwisc* (vetusta vestis), *lludeticwisc* (vestis coenosa) Mab. 1, 4. 250. *pybyruelyn* (mere flavus), *brithuelyn* (variegate flavus) Mab. 2, 384. 385. *melyngoch* (flavoruber) 1, 2. 2, 376. *purgoch* (pure ruber; *coch*) 1, 10. 290. Saepius tamen servatur scriptione status primitivus in his, ut *blaenllym*, *gwynllwyt*, *llwytkoch*, *brastoll* 1, 238. 244. 286. 2, 374.

Cornice: *hendat* (avus), *hirgorn* (tuba; i. e. cornu longum), *ucheluair* (vicecomes; i. e. summus praepositus), *guitfil* (fera) Voc. Composita, etsi per scriptionem separata, certo sunt habenda: *drok ʒen* (malus vir) P. 192, 1. 259, 4. *tebel was* (malus puer) 38, 3. *gwan wecor* (debilis mercator) 40, 1. *pur wyr* (pure verus) 68, 1. 91, 2. *pur voreʒek* (pure maestus) 77, 1. *pur dek* (pure pulcher) 66, 1. 232, 2; cf. *mar vold* (tam audax) 78, 2 et alia supra prolata (C. I. 8).

Aremorica eiusmodi composita etiam hodierna sunt, quamvis separatim scribantur: *hanter zall* (luscus), *hanter wisket* (e dimidia parte vestitus), *peuz vélen* (paene flavus), *ré vad* (nimium bonus), *ré bell* (nimium remotus) etc. Cf. Legonid. pp. 20. 21. 22.

3. Cum numeralibus: cambrica composita frequentiora cum *un* et *deu*, *dwy*: *unbenn* (dominus princeps), *unbennes* (domina; *penn*) Mab. fq. *dwyweith* (bis; *gweith*) Mab. 1, 267. Cum isdem composita sunt hodierna *unwaith* (semel), *dwywaith* (bis), atque cum aliis quaedam, de quibus supra dictum est (A. II. 1). Numerorum minorum secum compositorum cambrice supersunt sola exempla *doudec*, *deudec* (duodecim) L. Land. Mab., hod. *deuddeg*, et *pemdec* (quindecim) Leg. 1, 9, 25. 22, 1, cuius loco mira forma *pymthec* (quindecim) Mab. 1, 244. ac iam Leg. 1, 9, 25. scripta extat, ut hod. *pymtheg*, cornicae provectioni similis (= *pympdec*, *pymptec*? cf. p. 150).

Cornica: *dewleyn*, *dewlyn*, *dowlyn* (duo genua; *glyn*) P. 54, 4. 58, 1. 137, 1. *dewen* (malae, genae) 138, 4. 242, 2; irregulariter *defregh*, *deffregh* (brachia) 76, 1; nisi potius haec ut *vnwyth* (semel) 130, 2. supra (C. I. 4) reponenda sunt. Numeri secum compositi: *dowʒek*, *dewʒek* (duodecim) P. 47, 1. 61, 1; 72, 3. *pymʒek* (quindecim) 227, 3. 228, 1, e quibus ceteri coniciendi sunt.

Aremorice item: *eurweiz* (semel), *diouweiz* (bis), et numeri compositi: *daouzék* (12), *trizék* (13), *pevarzék* (14), *pemzék* (15), *c'houézék* (16), exceptis *unnék* (11), *seiték* (17), *naoñték* (19), iam in Cath. *unnec*, *nauntec*, at *seizdec*; ibidem *un uanyer* (unimodus).

4. Compositi cum thematis verbalibus verbi substantivi, praesertim cornice: *ef a dalvyth* (ipse pendet) P. 115, 4. *gwylvyth* (videbit) 93, 4. *asswonvos* (cognoscere) 63, 4. *gothveʒough* (scite) 63, 3. 141, 3, et cum profectione mediae infectae: *a wothfe* (qui sciret) P. 158, 4. *may whothfough* (ut sciatis) D. 2156, vel ipsa quoque *th* assimilata: *a cuffan* (si scirem) Cr. 672.

De cambricis formis similibus cf. supra p. 138.

5. Compositorum cum praepositionibus supra dictis (C. I. 7) nominum vel verborum consonae principales destituuntur: cambrice: *gouot* (subesse, per-

stare; *bot*) Mab. fq. *arwyd*, *kyfarwyd*, *kyfarwydyt*, *kauarwydyt* (signum, cognitio, historia; *gwyd*) Mab. 1, 285. 288. 294; 3, 297. *arbennic* (princeps; *penn*) 1, 241. 253. *amliw* (variegatus) 1, 278. *amofyn* (inquirere; *gofyn*) 1, 8. 237. Item post *cy-*, *kyn-*, praep. *can* compositam, si non statum nasalem efficit: *kyweirer*, *kyweirwyt* (praeparatur, praeparatus est, equus; simpl. *gweirwyt*, paratum est, cubiculum, 1, 251) 1, 253. *kynvelynet* (aeque flavus) 2, 375. *kynolaenllymet* (cuspide aeque acuta; *blaen*) 1, 293. *kynvrasset* (aeque crassus; *bras*) 2, 384. *kyndecket* (aeque formosus; *tec*) 1, 250. 276. *cygadarnet* (aeque potens; *cadarn*) 1, 290.

Cornice; *govyn* (quaerere; *go-m.*), *goȝaff*, *goȝevell* (tolerare; *daf*, *dam*) P. fq. *koweras* (paratio; simpl. *gweras* 3, 1) 83, 4. *coweȝe* (sodales) 41, 2. 150, 2. *coweȝas* (sodalitas) 110, 2.

Aremorica eiusmodi composita, in significationem adverbiorum vel praepositionum transeuntia: *abreman* (nunc, inde) Buh. fq., hodierna: *abarz* (a parte, ante), *abenn* (inde a; *penn*), *didân* (infra; *tan*). E Buh. porro: *digacc* (mittere, hod. *digas*, apportare; simpl. *cacc*, inducere, 110, 1) fq. *diouganet* (praescriptus; *-canet*) 62, 3. Deest tamen notatio in *armory* (Aremorica; = *armorry*, ut *britonery*, *bretonery*, *bretoneri*, Britannia, 36, 23. 48, 15. 78, 21, *demetri*, Demetia, 30, 1. 34, 4) 48, 18. *armoric* (armoricus) 148, 21.

Eodem pertinet particula reflexiva et reciproca verborum cambr. *ym*: *ymwelet* (visitare inter se; *ym-gwelet*) Mab. 1, 20. 260. *ymolchi* (lavari; *ymgolchi*) 1, 11. 15. 263. *ymgaru* (amplecti se; *ym-caru*, amare inter se) 1, 25. *ymgudiaw* (abscondere se; hod. *cuddio*) 1, 27.

Corn. *om*: *a omdennas* (se vertit, abiit; arem. *emten* Buh. 4, 3) P. 33, 4. 68, 2. *ȝe omgregy* (ad se suspendendum; *cregy*) 105, 3. *yth om brovas* (probavi me) Cr. 920. *ef a omwra* (ille se facit) P. 143, 2. *onweyth* (leg. *omveyth*, serva te) 92, 3. *nag omlanas* (qui non purus fieret) 25, 2. *om ȝyghtyn* (paremus nos) 246, 4.

Post aremoricam particulam eandem *em* Buh. more suo non notat infectionem, quam hodierna forma *en em* semper postulat.

6. Destituunt sequentem consonam particulae inseparabiles cambricae *an-* (privativa; si non efficit statum nasalem), *at-*, *ad-* (hib. vet. *ath-*, *aith-*, re-), *he-*, *hy-* (hib. vet. *so-*), *di-* (dis-): *anueidrawl*, *anveitrawl* (immensus, sine mensura) Mab. 1, 16. 34. 247. *atueiryaw* (repellere; hod. *adfeiriaw*, *ad-mar*) 1, 28. *atwaenat*, *adwaeney* (cognoscere, recognoscere) 1, 267. *Heuel*, *Hywel* (*hygwel*, conspicuus; nom. propr. legislatoris; cf. p. 92) Leg. *hydwf* (bene formatus; *tyfu*, crescere) Mab. 2, 383. *didraha* (timidus; *traha*, audax, arrogans) 1, 236.

Cornica et aremorica exempla composita cum part. *he-*, *hy-*, *di-*. Cornica e P.: *hegar* (amicus) 40, 3. *hyblyth* (flexibilis; cambr. *pleth*) 131, 3. *dyveth*, *deveth* (impudens; *meth*, pudor) 191, 1. 242, 4. *dygonfortys* (infirmatus) 58, 1.

Aremorica e Buh.: *hegar*, *hegarat* (amicus, comis; cf. p. 93) fq. *hegredic* (credulus; *he-cred.*) 154, 11. *diualicc* (sine malitia) 70, 5. *diuisguaff* (vestibus exuere) 10, 19. Non aliter hod. *am-*, *di-*: *amc'houlou* (tenebrae; *goulou*, lux), *divroet* (exul; *bro*, terra), *dibenna* (decapitare; *penn*). Servata est in huiusmodi vocibus, non solum aremoricis sed etiam cambricis, haud dubie praep. *di*.

7. De particulis cambricis *gwer-*, *gor-*, quae cum aspirent tenues regulariter, easdem in hodierna lingua modo aspirant, modo destituunt sicut consonas aspirationis expertes, supra dictum est (B. II. 3). Destitutionis exempla e Mab.: *y widon ordu*, *y widon orwenn*, *orwen* (strix pernigra, peralba; *gordu*, hod. *gorddu*, *gorwen* e *gwyn*, *gwen*) 2, 224. 247. *goruot* (superare; *bot*), *gorflwch*, *gorvlwch* (poculum; *blwch*) fq.

Cornica ac vetusta iam aremorica exempla quaedam destitutae post eandem particulam consonae supra allata sunt (B. II. 3 et pp. 112. 137).

D. Infectio nasalis britannica consonarum illarum, quae ea tanguntur, mediarum et tenuium, sicut in mediis et extremis vocibus iam in vetustioribus libris invenitur (pp. 147 et 162); eadem in principio vocum iunctarum constructione vel compositione in recentioribus codicibus invenitur, magis tamen exculta in cambrica quam in ceteris dialectis. Absoluta et perfecta est in hodierna demum lingua cambrica; in hac igitur quae sit eius proprietas primum est demonstrandum.

Efficitur in constructione pronomine possessivo *fy* (meus, e *myn*) et praep. *yn* (in), in compositione particula privativa *an-* et praep. *cy-*, *cyn-*. Post quas voculas terminatas liquida *n* sequentes consonae, et mediae et tenues, assimilantur, ut mediae *b d g* fiant *m n ng*, tenues autem *p t c*, addita *h* insuper, *mh nh ngh*. Exempla mediarum: B: *fy mwyd* (cibus meus; *bwyd*); compos. *cymro* (indigena; *cyn-bro*), *cymreig* (cambricus). D: *yn nydd* (die; *dydd*), *fy nuw* (deus meus; *duw*); compos. *annoeth* (insipiens; *an-doeth*). G: *yng ngwisgodd* (in vestibus), *fy ngrudd* (mala mea); compos. *cyngorphen* (completio; *gorphen*). Exempla tenuium: P: *fy mhenn*, *ym mhenn* (caput meum, in capite); compos. *cymhlanfa* (complantatio; *planfa*, locus plantationis). T: *fy nheyrnas* (dominium meum; *teyrnas*), *yn nheyrnas* (in d.); compos. *cynhesu* (calefacere; *cyn-tesu*). C: *fy ngherdd* (cantus meus; *cerdd*), *yng nghad* (in proelio; *cad*); compos. *anghymmedrol* (immoderatus; *cynmedrol*).

Addenda post num. *saith* (septem), *wyth* (octo) sequens infectio nasalis mediarum: *seithmlwydd*, *wythmlwydd* (septennis, octennis), *seithnyn* (septem homines; *dyn*).

E ceteris consonis liquidae habent propria quaedam post easdem voces. Ut post particulam *an-* destituitur *m*, non tanguntur *ll*, *rh*. Item *cy-* in compositis interdum destituit *m*, sed interdum non tangit (ibi tamen est propria forma *cym-*, *cyf-*, quae eadem ante *r*, *l* praecedit, ut *am-*, *af-*, pro *an-*, ante easdem liquidas). Contra hanc ipsam infectionis nasalis regulam eadem part. *cy-* interdum medias destituit.

E codicibus britannicis infectionis nasalis consonarum inchoantium post easdem voces exempla.

I. In constructione: 1. infectae mediae cambricae: *ynaros vy mwyt* (exspectans cibum meum; = *vym-bwyt*, *vym mwyt*, *vy mwyt*) Mab. 1, 2. *adywedut vy mot yn keissaw* (et dixi me esse quaerentem, me quaerere; *vym bot*) 1, 5. *meuyl ar vymarafi* (dedecus super barbam meam; = *vym baraf i*) 3, 101. *vy mrawt* (frater meus; *brawt*) 3, 144. *or mynnir vy nyuot y mywn* (si placuerit ingressus meus; = *vyndyuot*, *vynnyuot*, *vy nyuot*) 1, 250. *att vyggwreic* (ad uxorem meam) 1, 274. *vynggwely* (lectus meus) 1, 290.

Post numeralia *seith* (septem), *wyth* (octo), *naw* (novem) infectio nasalis: *seith mlyned* (septem anni) Mab. 2, 198. 212. 376. 3, 29. 98. 272. *naw nos a naw nieu* (novem noctes et novem dies; *dieu*) 2, 241. *nau nieu* (novem dies) Leg. 2, 11, 7. Exemplum num. *wyth* mox inter composita. De causa infectionis supra dictum (pp. 44. 117); translata tamen invenitur infectionis vis in alia numeralia, in quibus non sit eadem causa: *pedwar ugeint mlyned* (24 anni) 3, 98. 100. *chue ugeyn myu* (sexies vicenae vaccae) Leg. 1, 10, 18. 11, 20 etc. *can myhu* (centum vaccae) 1, 2, 3.

In lingua **aremorica** etsi infectione nasali plerumque vacant mediae inchoantes, pauca tamen illius exempla non solum e Buh. afferri possunt: *entre an nou men bras* (inter duos lapides crassos; = *an dou*) 148, 1. *dan naou glin* (in duobus genubus; = *dan daou*) 96, 12. 180, 5. *en noar* (in terra; *doar*) 4, 12. 8, 24. *a dreff an or man* (post portam hanc; *dor*) 54, 1, e Cath. *guignal an noulagat* (connivere), *gant ioy squeiff an nou dorn* (complodere), *crochen an niuquell* (i. e. cutis testiculorum, scrotum), *barrenn an nor* (clatrus), sed etiam in hodierna lingua formulam *an or*, de qua monet Man., non monent Dum. Lgn., vigere patet e dictionibus: *dirac an or* (ante portam) D., *war ann ôr* (ad portam), *dré doull ann ôr* (per foramen portae) L. De scriptione conferatur *ann ên* M. *an eon* D. *an eñv* L. *eff* Cath. respondens vetusto *an nef* (caelum). Nusquam invenimus cornicum exemplum.

2. Infectae tenues cambricae: *ymhoen* (in poena; = *yn poen*, *ympoen*, *ymmoen*, *ymhoen*) Mab. 3, 199. *yn mhenn y maes* (in capite, fine planitiei; *yn penn*, *ymmenn*, *ymhenn*, *yn mhenn*) 1, 3. *ygharat* (nom. propr. fem.) 1, 262. *vyghyghor* (consilium meum; *cyghor*) 1, 286. *ygkarchar* (in carcere) 1, 290. 291. Exempla tenuis *t* transeuntis in *nh* mox in compositione proferentur; in constructione nulla inveniuntur, contra *seith gantref*, *seith cantref* (septem pagi) 3, 144.

A cornica dialecto haec tenuium infectio aliena est perinde atque ab aremorica tam vetere quam hodierna, quae profert *é ti* vel *enn ti* (in domo), ut *é tâl* (in fronte, prope), *é pâd* (in duratione, durante tempore), *é ker*, *enn ker* (in urbe).

Ceterum in combinationibus cambricis enumeratis non aliter assimilantur mutae labiales et gutturales atque liquida ipsa (cf. p. 117 sq.). Itaque invenitur liquida assimilata cum servata tenui, ut cum labiali: *vymporthawr* (portarius meus) Mab. 1, 263. *ympenn y uantell* (in margine pallii eius) 1, 3. *ympop dyn* (in quovis homine) 1, 33. Interdum omnino nihil mutatur, si secuntur dentales: *uyndeu uab* (duo filii mei), *vyndihenyd* (occisio mea) 1, 33. 253. *yn deu hanner* (in duas partes dimidias) 1, 13. *vyntaryan* (clipeus meus) 1, 9. *vyntebic* (opinio mea) 1, 245. *vyntat*, *vynntat* (pater meus) 1, 252. Immo destituta invenitur consona inchoans: *ym benn* (in initio), *yn gyfagos* (in vicinitate; *penn*, *cyfagos*) Mab. 1, 236. cf. *seith gantref* (supra).

Ceterae consonae non tanguntur: *vy lludeticwisc* (vestis mea lutosa) Mab. 1, 4. *yn lle arall* (in alio loco), *yn llys* (in aula) 1, 5. 237. *vy march* (equus meus) 1, 4. *vym merch* (filia mea) 1, 291. *yn ryuygus* (in superbia) 1, 242. *vy ffyd* (fides mea) 1, 243. *vy chwaer* (soror mea) 1, 252.

II. In compositione 1. infectae sive assimilatae post nasalem mediae exemplum cambricum notissimum est nomen Cambrorum ipsum, quod in codice

Leg. scribitur *Kemro*, *Kemry* (Camber, Cambri), fem. *Camraes*, *Camaraes* (Cambra), plur. *cymry*, *kymry* in Lib. Land. privileg. eccl. p. 113 et Mab. 2, 50. 242. 3, 90. Hodiernae formae: *Cymro*, plur. *Cymry* (Camber, Cambri), fem. *Cymraës* (Cambra), unde *Cymreig* (cambricus), *Cymraeg* (lingua cambrica; cf. *Saesoneg*, *Seisoneg*, lingua saxonica, anglica), *Cymru* (Cambria). Est compositum e praep. *can*, iuncta *cyn-* (*con-*), et subst. *bro* (terra, = *brog*, pp. 90. 137) significatque in sensum adiectivi versum (ut graeca eiusmodi composita) conterraneum (cf. lat. contubernalis pro contabernalis), eandem terram habitantem, indigenam. E forma *Cymro*, plur. *Cymry* (flexionis internae, = *Cymbryg*, ut *escyb*, episcopi, ex *escob*, *kyrn*, cornua, e *korn*, quamquam e simplici *bro* formatur pl. *brōydd*; pariter atque e *penn*, caput, pl. *penneu*, hod. *pennau*, compositum est *kytunbenn*, pl. *kytunbynn*, qui una sunt principes, Mab. 2, 389) prodierunt, vocali mire immutata, formae *Cymru* et *Cymraes*; vetustissima forma (quam audissent Romani, nisi hoc nomen ortum esset post invasionem Saxonum) foret *Combroges*, cui oppositum est significatione vetustum nomen gallicum *Allobroges*, i. e. alienae terrae incolae.* Eiusdem modi composita hodie extant complura: *cymmraint* (subst. comprivilegium, idem privilegium, adi. comprivilegiatus, qui eodem fruitur privilegio; *cyn-braint*), *cymmrawdd* (confabulatio; *brawdd*), *cymmrawd* (confrater; *brawd*), *cymmriw* (contusio; *briw*) etc. Item in Mab. *cymwt* (= *cymbwt*, arem. *combot*, *compot*, p. 192) 2, 372.

Mediarum infectio nasalis in compositione post numeralia supra dicta *seith*, *wyth*, *naw*: *seithnyn* (septem homines; *dyn*) Leg. 2, 1, 74. *wythmlwyd* (octennis) Mab. 3, 201.

2. Infectae tenues cambricae: *cymhar* (coniux; = *cym-par*, compar) Mab. 2, 216. *kynhewi* (subtacere; *kyn-tewi*) 2, 42. *kynhebic* (similis; *kyn-tebic*) 2, 378. *kynnwryf* (tumultus; *kyn-twryf*) 2, 381. *keghor*, *kyghor* (consilium) Leg. Mab. fq. *agherdet* (deviatio; *kerd*) Mab. 1, 266 (cf. p. 118).

Sunt autem hic quoque neglectae infectionis exempla: *ambreinaul* (non privilegiatus), *ampriodaur* (non possidens) Leg. 2, 11, 29. 32. Ac particulam *kyn-* compositam cum adiectivis, etsi origine vix diversam a praepositione, semper consona destituta sequitur in Mab.: *kynwynnet* (aeque albus) 1, 257. *kynuonhedicket* (aeque nobilis) 1, 264. *kyndecket* (aeque pulcher) 1, 250. 276. *kyndristet* (aeque tristis) 1, 33. *kyngryfet* (aeque fortis; *cryf*) 1, 24.

Ante liquidas praeter *m*, quae post *cy-*, *an-* destituitur, pro *cy-*, *cyn-* et *an-* sunt formae *cym-*, *cyf-* et *am-*, *af-*. Exempla infra inter composita.

---

* Cui confero germ. *Alisati*, *Alisatia*, sedes, terra aliena, terra romana ab Alamannis occupata. Interpretatio vetusta ap. Scholiast. in Iuvenal. p. 347. ed. Crameri: "*Allobrogae* Galli sunt. Ideo autem dicti *Allobrogae*, quoniam *brogae* Galli *agrum* dicunt, *alla* autem *aliud*, dicti igitur quia ex *alio loco fuerant translati*." Forsitan rectius, quia in alienam terram, a Gallis ante non possessam, translati erant. Eodem modo compos. cambr. *alldut* (alienigena, ex alieno populo oriundus; *tut* p. 99) Leg. fq.; cum altera parte nominis conferenda vetusta Antebrogius Caes., Antebroges Plin. E voce *cyn* (primas, praeeminens; = *kynt*, in superlat. *kyntaf*, cf. nom. gall. Cintognatus) si compositum esset nomen *Cymro*, ut putat Owenus, inveniretur destitutio mediae, non infectio nasalis.

LIBER SECUNDUS.

DE NOMINE ET PRONOMINE.

Perlustrata regula sonorum et interna vocum structura transimus ad externam structuram flexionum, quibus ceteras orationis partes superant nomen, pronomen, verbum. Nomen et pronomen tractabimus hoc libro secundo, quo de flexionibus praesertim substantivi et adiectivi agetur, concordantibus in monumentis nostris, addentur quae his vocibus praeterea adhaerent, deminutionis et gradationis formae. Quibus omnibus praemittendae sunt articuli formae, subiungenda nomina numeralia, tandem pronomina, in singulis capitibus.

CAPUT PRIMUM.

De tribus generibus veteris linguae et articulo.

In omnibus linguis celticis hodie non plus quam duo nominis genera distinguuntur, genus masculinum et femininum. Sed patet tam e vetustis nostris glossis hibernicis quam e cambricis pronominis demonstrativi formis, ut in ceteris omnibus linguis huius affinitatis sic in vetere celtica tria genera fuisse non solum pronominum sed etiam substantivorum et adiectivorum, postea demum deleto discrimine inter masculinum et neutrum grammatico haec duo genera in unum commixta esse, eodem modo quo in lingua gallicana. Id quod inprimis probatur articulo veteris linguae hibernicae, qui proprias cuiusque generis in numero saltem singulari formas exhibet.

I. Articulus hibernicus.

In lingua hibernica radicalis articuli consona N plerumque aut geminata invenitur (ut in genetivo sing. generis feminini, genetivo et accusativo plur.

cuiusvis generis, denique in formis INNA et INNAN) aut aucta accedente media D (ut in gen. sing. et nom. plur. generis masculini et in dat. sing. cuiusvis generis, in forma IND) quae in tenuem quoque T provehitur, sive sequitur S in principio vocis mortificanda, sive periit S terminalis (id quod in nom. sing. masculini generis factum esse ostendit analogia cum linguarum cognatarum tum priscae gallicae conspicua in flexione nominum). Singularis N (praeterquam in neutri generis nominativo et accusativo numeri singularis casibus, qui simplicem N ante vocales, medias, liquidas servant vel assimilant, eandem amittunt ante tenues et spirantes, non igitur radici sed terminationi tribuendam) non extat nisi in formis aphaeresi curtatis eorundem casuum, qui bisyllaba alias forma utuntur, ac semper fere in dat. plur., aut cum periit consona terminalis. Quare suspicari licet, ND ab origine ad thema articuli hibernici pertinuisse nec nisi assimilatione facta in NN et N transisse. Apparet autem ex altera forma dativi et accusativi, quae sola sequitur praepositiones quasdam (*a*, *ren*, *iarn*, *con* cum dativo, *la*, *fri*, *tri*, *tar*, *co* cum accusativo, *in*, *for* cum utroque casu constructas), S quoque principio articuli propriam fuisse, quae postea fere perierit, servetur tamen post illas praepositiones. Statuimus igitur thema articuli SIND (= *sanda*), cuius locum in nom. et acc. sing. neutr. tenet SA.

Itaque formae pleniores extant: INT, IND (SIND), INN (SINN), INNA, INNAN, AN (SAN); formae curtatae: NA, NAN, SN, NAIB (SNAIB). Ex his INNA (NA) et NAIB (SNAIB) nec ipsae in fine mutantur nec mutant consonam sequentem; INNAN (NAN) et AN (SAN) integrae servantur ante vocales, medias, liquidas (nisi quod mediae *b* et liquidis *m*, *l*, *r* assimilatur *n* terminalis), ante ceteras consonas reiciunt *n*, nihil tamen mutare solent in consona proxima; INT, cuius analogiam fere sequitur INN (SINN), ante vocales solas integra servatur, ante quamlibet consonam privatur consona terminali, sequentem autem litteram non mutat. Magis variat IND (SIND), quae sola inficit consonam sequentem, servata ante liquidas et mortificatam *f* ac vocales, transiens in INT ante *s* emortuam, in IN ante tenues et medias. Distinguendae igitur sunt collocationes ante tenues, ante medias, ante liquidas, ante vocales, ante *s* et *f*. De duali ac de ablativi reliquiis infra agetur.

Schema autem articuli, probandum deinceps exemplis e codicibus nostris, est hocce:

Sing.

	Masc.	Fem.	Neutr.
Nom.	*int*, *in*	*ind*, *in*	*an*, *a*
Gen.	*ind*, *in*	*inna*, *na*	*ind*, *in*
Dat.	*(si)nd*, *(si)n*	*(si)nd*, *(si)n*	*(si)nd*, *(si)n*
Acc.	*(s)inn*, *(s)in*	*(s)inn*, *(s)in*	*(s)an*, *(s)a*.

Plur.

Nom.	*ind*, *in*	*inna*, *na*	*inna*, *na*
Gen.	*(in)nan*, *(in)na*	in tribus generibus.	
Dat.	*(s)naib*, *(s)nab*		
Acc.	*inna*, *(s)na*		

Singularis.

Masculinum. Forma primaria (SIND) IND quae servatur ante vocales, liquidas, spirantes, nisi quod ante *s* fere in INT transit, mutatur in IN ante tenues et medias, in interioribus huius numeri casibus, genetivo et dativo, inficit consonam sequentem, sive servata sive excussa est ipsius consona terminalis. Non tangit consonam sequentem forma nominativi INT, vix accusativi (SINN) INN, etsi ipsae integrae non servantur nisi ante vocales. Ecce exempla singulorum casuum:

Nominat. INT, cuius *t* servatur ante vocales, sed perit ante quamvis consonam, non inficiens. INT: *intathir nemde* (pater caelestis) Wb. 4ᵇ. *ni corp intóin ball* (non corpus unum id membrum) 12ᵃ. *asber intóis anfoirbthe* (dicit aetas imperfecta, homines imp.) 13ᶜ. *intimmormus dognither friusom* (scandalum quod fit contra eos) 10ᶜ. *ní ní dam intídol* (ne est quidem quidquam idolum) 11ᵇ. *intintsliucht* (intellectus, sensus) Sg. 201ᵃ. *intí* (is) pron. fq. Pro quo INDT in uno exemplo: *indtairdircus* (gl. claritudo) Sg. 2ᵃ. IN: *am. fondrodil incoimdiu dochách* (gl. unicuique sicut divisit deus) Wb. 10ᵃ. *cid incoimdiu dodgné friamug* [*cid*]*inmug friachoimdid* (sive dominus id facit in servum suum sive servus in dominum suum) 27ᶜ. *issí indainim aslam dochomalnad recto dé ní incorpp* (gl. secundum interiorem hominem; i. e. est anima quae est parata ad explendam legem dei, non corpus) 3ᵈ. *intecttaire maith* (gl. bonus dispensator) 8ᵈ. *ingnim, ingnímson* (factum, hoc f.) Tr. 103. 104. *mad sladn inball* (si sanum est membrum) Wb. 12ᵇ. *indomunso* (mundus hic) 9ᵈ. *lasse donindin inmacc* (cum tradit filius) 13ᵇ. *ishé insenduine* (est hic vetus homo) 27ᵇ. *céin basmbéo infer* (donec vivus sit vir) 10ᵇ. *anasrubart infáith* (quod dixit propheta) 13ᵈ.

Accus. SINN, INN ante vocales. SINN post praepositiones supra commemoratas: *frissinnebride* (adversus Hebraeum) Ml. 2ᵈ. *isinnáiar* (gl. in aëra) Wb. 25ᵇ. *cid cossinnóin l. cosinnóin .i. co cr.* (gl. usque ad unum, non est qui faciat bonum) 2ᵃ. *lasinnathir nemde* (apud patrem caelestem) 19ᵈ. *tresinnainmnigudsin* (per hanc denominationem) Sg. 59ᵇ; alias INN: *innáis déed* (gl. inquietos, corripite; i. e. aetatem inquietam) Wb. 25ᶜ. *innairdegnúsigud* (significationem) Sg. 77ᵃ. *innimthánad* (gl. talionem) 181ᵃ. *cenmá innainmnid* (excepto nominativo; *cenmá* cum accus.) 201ᵇ. Sed SIN ante consonas: *lassincoimdid* (apud dominum) Wb. 25ᵇ. *lassinfer, lasinfer, lassinfeir* (apud virum) 9ᵈ. 13ᵃ. *frisinfer* (contra virum) 10ᵃ. *frisincethir* (ad animal quadrupes) 13ᶜ. *tarsin corpsin* (trans hoc corpus) 15ᶜ; item IN ut in nominativo: *ní gebat incomarbus* (non accipient hereditatem) Wb. 4ᶜ. *ar incorp marbde* (ad corpus mortuum) 3ᵃ. *inbrón* (maerorem) 5ᵈ. Eclipsi hodiernae comparanda sunt *trisin mbrat find* (per pallium album) Tr. 55. *in nerchoimded* (gl. apologiam) Tr. 82, ut acc. fem. *lasin ṅgutai* (cum vocali) Sg. 7ᵇ. *tris in niris* (per fidem) Tr. 43, gen. plur. *tridluthad inna ṅnél* (per compaginem nubium) Ml. 9r.

Genet. IND ante liquidas, consonam emortuam *ḟ*, vocales, IN ante tenues et medias, inficiens. IND: *rún indrechto, cosmulius indrechto* (mysterium, similitudo legis) Wb. 15ᵃ. 20ᵃ. *rectire indrig* (praepositus regis) 17ᵈ. *indḟogair* (gl. pronuntiationis) Sg. 3ᵇ. *darcenn indóesa lobuir* (pro aetate infirma, pro infirmis) Wb. 10ᶜ. *foraltóir indídil* (super altari idoli) 10ᵃ. *béssi indepscuip* (mores

episcopi) 31[b]. *comalnad indhuili rechto* (impletio omnis legis) 20[a]. Pro quo effertur INT ante *s* emortuam: *intsechtaigthe* (gl. simulationis) Ml. 31[a]. *fomam intsommai* (sub iugo divitis) Ml. 27[d]. *dotrachtad intsailm* (ad tractationem psalmi) Ml. 25[a]; minus accurate: *boill indsenduini* (membra veteris hominis) Wb. 27[b]. *ainm indṡrotho* (gl. Anio; i. e. nomen fluvii) Sg. 35[b]. IN: *ires incháich* (fides cuiusvis) Wb. 2[b]. *isinanmim inchoimded* (est in nomine domini) 9[c]. *dochum inchoirpsin* (ad hoc corpus) 3[a]. *gnim inchrochtho* (actio crucifixionis) 8[a]. *doecmalla side foir indluim mair inchoirpsin et inphectasin* (colligit hic in se massam magnam huius corporis et huius peccati) 9[d]. *glicc ocaslug inphectho* (callidus in persuasione peccati) 14[d]. Non tanguntur infectione dentales (cf. p. 179): *intempuil* (templi) Tr. 80. *intairmchrutto* (transformationis, imago; *tairmchruthad*) Wb. 15[b]. *intesa* (gl. caloris) Sg. 5[a]; quare hic quoque IND notatum invenitur ut in neutro: *indtóraind* (gl. qualitate, i. e. formae) Sg. 3[b]; eadem igitur ratione accipiendum *forbe indagimrata* (perfectio bonae cogitationis) Wb. 3[d]. *induini* (hominis) 12[a]. *dinchamull indiumsa* (de camelo superbiae) Tr. 60. In mediis *b* et *g* etsi notata non est infectio: *imnetha inbetho* (tribulationes mundi), *ó dethidin inbetho* (a cura mundi), *accobra inbetha* (cupiditates mundi) Wb. 10[b]. 14[b]. 15[d]. *hi coindeilc ingotho* (in comparatione vocis) Sg. 3[b], sine dubio tamen valuit in pronuntiatione.

Dativus ut genetivus, nisi quod S inchoans eadem qua in accusativo ratione aut servatur aut perit; quacum una absorbetur vocalis articuli terminalibus vocalibus praepositionum praecedentium, ut *do*, *ó*, *di*. Exempla formae IND: *dondlucht ailiu* (alteri parti) Wb. 16[a]. *dondmacc* (filio) 7[a]. *dindriuth* (de cursu) 20[b]. *óndrectairiu* (gl. a villico) Pr. Cr. 62[a]. *ondfescur* (a vespera) Sg. 183[b]. *dondfiur* (ad virum, viro) Ml. 14[b]. *dindfiur* (de viro) Wb. 22[a]. *óndfogur* (voce) 12[a]. *dondathir* (patri) 13[b]. *dondoscar* (gl. idiotae) 12[a]; SIND: *forsindimmarmus* (in scandalo) Wb. 1[d]. *forsindainmnid* (in nominativo) Sg. 207[a]. *hisindlucsin* (hoc loco) Sg. 8[b]. Ante *s* mortificandam item SINT, INT: *issintsalm* (in psalmo) Ml. 14[b]. *isintsalm* (id.) 43r. 32r. *isintsalmso* (in hoc ps.) 14[b], 24[c]. *dintsens* (de sensu) 14[d]. *dintsruth buadarthu* (gl. de turbulento rivo) 2[b]. *húantsommu* (a divite, accepit munera) 36[a]; minus accurate *húandsnáthiu* (a filo) Sg. 54[a]. IN, SIN: *onphapa leo* (a papa Leone) Cr. 40[a]. *donchoimdid nemdu* (domino caelesti) Wb. 27[c]. *ónchiunn* (e capite) 22[a]. *dunchrunn* (arbori) 8[a]. *donchorp marbdu* (corpori mortali) 3[a]. Non notatur infectio in mediis *b* et *g*: *dunbráthir* (fratri) Wb. 10[a]. *donbáith* (gl. idiotae) 12[d]. *isinbiuth* (in mundo), *isinbiuthso* (in hoc mundo) 12[a]. 12[d]; hic quoque IND scriptum: *dindbéstatu* (de moralitate) 5[c]. Non inficiuntur dentales: *ontechtairiu* (de legato) Wb. 14[d]. *dintemul* (gl. obscuratione solis) Ml. 16[a]. *isintuisiulsin* (in hoc casu) Sg. 204[a]. *dintecnatatu* (gl. de familiaritate) Ml. 2[a]. *hontecnatatu* (familiaritate), *hondoirmaigthetaid* (gl. squalore) Ml. 28[b]. *isindomunsan* (in hoc mundo) Tr. 16. *donduini* (homini) Wb. 4[b]. *dondaum* (bovi) 10[d]. *isindánsin* (in hac scientia) 18[a].

Femininum. Sunt articuli feminini formae in singulari IND, INN, INNA, e quibus prima sola inficit, quae est nominativi et dativi, alternans cum IN. Formae accusativi, quae fit IN ante vocales, et INNA genetivi non inficiunt.

Nom. IND, IN ut gen. masc. Forma IND: *indalmsan* (eleemosyna) Wb.

14[a]

16ᵈ. 17ᵃ. *isbeo indanim*, *isirlam indanim* (est viva, prompta anima) 4ᵃ. 5ᶜ. *indeclais* (ecclesia) Tr. 60. *indencae* (innocentia) Ml. 24ᶜ. *indecmailte* (gl. insolentia) 31ᵇ. *indingen* (filia) Wb. 10ᵇ. *indepistilse* (epistula haec) 27ᵈ. *indhuall* (gl. elatio) Ml. 28ᵃ. *indladm* (manus) Wb. 12ᵃ. *indnóibe* (sanctitas) 9ᶜ. *indrann insce* (pars orationis) Sg. 3ᵇ. *indróm* (Roma) 174ᵃ. *indfáilte* (gaudium) Wb. 16ᵇ. *indfoille* (gl. calliditas) Ml. 28ᵇ. *indfoirinn* (gl. factio) 33ᵃ. *indfoisitiu* (confessio) Wb. 4ᵈ. INT ante *s* emortuam: *mór intserc condechuith in cru* (magnus amor donec venit in crucem, Christus) Wb. 22ᵇ. *intserc* (gl. affectus) Ml. 43r. *intsoilse* (lux, sol) 26r. 5r. *intsillab* (syllaba) Sg. 25ᵃ, *intsillab* 25ᵇ, sed *indsillab* 26ᵃ. *intsartol* (gl. libido) Ml. 34ᵃ. Forma IN: *inchathir* (civitas) Wb. 21ᶜ. *niincholinn donathdira* (non caro est, quam vituperat) 3ᵈ. *inchorcur* (purpura) Tr. 115. *inchiall* (intellectus, notio) Sg. 27ᵃ. *inchoss* (pes) Wb. 12ᵃ. Non infecta tenuis dentalis ut supra notatur in Ml. 28ᵇ: *indtogas* (gl. circumventio); itaque ne media quidem *d* infecta putari debet: *indiassin* (gl. uterque; i. e. haec duitas) Sg. 2ᵃ. *indearc bratharde* (amor fraternus, = *deserc*) Wb. 33ᵈ. Non notata infectio ceterarum mediarum: *léicfidir dúib inbrithemnactsin* (sinetur, concedetur vobis hoc iudicium) Wb. 6ᵇ. *inben* (mulier) 22ᶜ. *inglainesin* (haec puritas) 9ᵃ.

Dat. ut dat. masc.: *isindaimsirsin* (hoc tempore) Wb. 13ᵇ. *isindinducbáil* (in gloria) 4ᵉ. *dondingin* (filiae) 10ᵇ. *dindluib* (gl. de rosa) Sg. 35ᵇ. *as ind fetarlaici* (e vetere testamento) Tr. 39. *dondfritobairt* (oppositioni) Sg. 183ᵇ; minus accurate *dindséit* (de via) Wb. 24ᵃ. *donsoilsi* (luci) Sg. 183ᵇ, ubi *dint-*, *dont-* expectares. *robói issinchaithir* (fuit in civitate) Wb. 13ᵇ. *hisinchathir* (in civ.) Sg. 28ᵃ. *isinchétne tuiste* (in prima creatione) Wb. 1ᵃ. *iarsinchdintoil* (gl. secundum bonum placitum) Wb. 20ᵈ. *isintuaichli* (in astutia) 8ᵈ. *dondeacht*, *dondóinecht* (deitati, humanitati) 32ᵇ. *dinddeilb* (de forma) Sg. 5ᵃ.

Acc. SINN, INN ante vocales, SIN, IN non inficiens ante quamlibet consonam, ut in accus. gen. masc. Forma SINN: *tresinnaimsir feissin* (gl. tempus per se) Sg. 188ᵃ. *tresinnóenméit* (gl. per tantundem temporis, i. e. per eandem magnitudinem; *méit* fem.) Cr. 34ᶜ. *isinnaisndis* (gl. in sui adsertionem) Ml. 29ᵇ. *frisinniarfaigid* (gl. adversum inquisitionem) Ml. 20ᶜ; INN: *conricci innaimsir hitaam* (gl. usque adhuc; i. e. donec attingit tempus quo sumus) Wb. 9ᵃ. *sech innaimsir* (ultra tempus) Sg. 217ᵃ. *ni epur frib innalmsin* (non dico vobis eleemosynam) Wb. 16ᵈ. *innaudbirt* (gl. phase, facies; i. e. oblationem) Cr. 37ᵇ. *huare nád forcmat inninni* (quia non servant significationem) Sg. 50ᵃ. *ar inninni* (gl. propter significationem) Sg. 137ᵃ. Forma SIN: *forsinmertrich* (super meretricem) Wb. 9ᵈ. *frissinlainn .i. frisinfochricc nemdi* (ad bravium, i. e. ad mercedem caelestem) 24ᵃ. *trissinprecept* (per doctrinam) Wb. 12ᵈ. *tresinfuil* (per sanguinem) Wb. 20ᵈ; IN: *doforsat incathraig* (condidit civitatem), *conrotgatar incathraig* (construxerunt civitatem) Sg. 31ᵇ. 32ᵇ. *incairi* (gl. notam) Ml. 28ᵃ. *incaisc* (gl. phase, facies; i. e. pascha) Cr. 37ᵇ. *incoimdemnacht* (gl. dominatum, ferre) Ml. 35ᵃ. *inlainn* (gl. coronam) Wb. 11ᵃ. *infáiltisin* (gaudium hoc) 5ᵈ. *infirinni* (veritatem) Ml. 36ᵇ. *infectso* (nunc) fq., cuius altera forma *indectso* ad ablativum adverbialem referenda est (cf. sub adverb.). Est tamen etiam ante vocales liquidae scriptio simplex: *ar inœncai* (gl. propter morum modestiam; supra nom. *encae*, *ence*, innocentia) Ml. 31ᵃ. *in arim* (gl. summam) Ml. 36ᵃ.

Gen. INNA et NA: *aitribtheid inna cathrach* (incola civitatis) Sg. 124ᵇ.

rún inna cruche (mysterium crucis) Wb. 8ª. *inna togaise* (gl. simulationis) Ml. 31ª. *írúnaib inna deacte*, *hi rúnaib inna deacte* (in mysteriis deitatis) Wb. 2ᵇ. 5ᵉ. *dineurt inna deserce* (virtute amoris) Wb. 16ᶜ. *airechas inna rómæ* (principatus Romae) Sg. 174ª. *dothaidbse inna méite* (gl. explanandae quantitatis causa) Sg. 151ª. *inna flaithemnachtæ* (gl. dignitatis, gradus) Sg. 2ª. *rann airegde inna anme* (pars principalis animae) Wb. 25ᶜ. *bolad inna idbairtesin* (odor huius oblationis) Wb. 22ᵇ. *issóinmichi inna indocbále* (in abundantia gloriae) Wb. 27ª. *tindnacol inna hirise* (receptio fidei) Sg. 209ᵇ. NA: *ó aicniud na cétne tuisten* (natura primae creationis) Wb. 21ᶜ. *hi foirciunn na cetnæ rainne* (in fine prioris partis) Sg. 18ᵇ. *isdochruth comirsire na desse* (est inhonestum simul sermocinari duos) Wb. 13ª. *accomol cr. et na æcilse* (iunctio Chr. et ecclesiae) Wb. 22ᶜ.

Neutrum. Differt hoc genus a masculino et feminino sola forma primaria AN in casibus rectis; in casibus obliquis IND habetur eodem modo quo in obliquis generis masculini.

Nom. AN ante vocales et medias, A ante ceteras consonas (p. 43), exceptis liquidis, ante quas *n* articuli saepius assimilatur quam omittitur. AN (*am* ante *b*): *anaccobor* (gl. animus voluntatis; i. e. voluntas) Wb. 16ᶜ. *dobtromma anaccobor collnide beos* (gravat vos voluntas carnalis adhuc) 8ᶜ. *asndirruidig. anainm̄sin* (est derivatum nomen hoc) Sg. 56ᵇ. *ished inso anaithescc* (est hoc responsum) Wb. 9ᵈ. *animdibe adchi cách* (circumcisio quam scit quivis) 2ᵉ. *ropo fochonn anirgaire* (fuit interdictio causa, peccandi) 3ᶜ. *anorpe nemde* (hereditas caelestis) 27ᶜ. *atá lib anuilese* (sunt vobis haec omnia), *anuile robói ifetarlicci* (omne quod fuit in vetustate) 16ᶜ. 27ª. *ani*, *anisiu* (id, hoc; masc. *inti*, *intiiu*, fem. *indi*) pron. fq. *ambás tiagmeni* (mors quam subimus) Wb. 15ᵇ. *ished ambecesin nammá* (est id hoc parvum solum) 24ª. *andechor fail eter corpu nemdi* (differentia quae est inter corpora caelestia) 13ᵉ. *andéainm̄neichthech* (denominativum) Sg. 29ᵇ. *am. rombói andligedsin ifetarlicci* (ut fuit lex haec in vetustate) Wb. 10ᵈ. *andligednisin* (lex, regula haec), *andliged dogniat greic* (regula, quam observant Graeci) Sg. 7ᵇ. 40ª. *andiall cechtar indarann* (declinatio utriusque partis), *iss. andiall ninmedonach* (haec est flexio interna) Sg. 74ᵇ. 158ᵇ. *inmaith andubso amne* (bonumne hoc atramentum ita? glossa scriptoris codicis atramentum temptantis, infra in folio) Ml. 13ᵈ. Substantivi numeralis *andéde* (utrumque), *andédeso*, *andedesin* (horum utrumque) exempla inter numeralia. *angair robói*.. (vox [?] quae fuit) Sg. 176ᵇ. *ised angné cetne* (gl. eadem ratio; i. e. haec est ratio prior) Cr. 33ᶜ. *angrád asisliu* (gradus qui est inferior) Wb. 4ᵇ. Forma A: *atimne sainemailsin* (singulare hoc mandatum) Wb. 3ᶜ. *atinphed* (gl. spiritus), *atinfed* (aspiratio, per h) Sg. 6ª. 9ª. *atir romanach* (gl. romanus ager), *atir centarach* (gl. citer ager) Sg. 33ª. 39ᵇ. *atrédeso*, *atrédesin* (haec tria; cf. inter numeralia) Wb. 5ᶜ. 9ᶜ. 12ᶜ. *acethardeso* (haec quaternitas; i. e. haec quattuor) Wb. 21ᵈ. *araaric acenelæ fothairethesin* (gl. balneae pallacinae: de nomine philosophi; i. e. nam eius inventum hoc genus balnearum) Sg. 217ª. *isfrideacht afiadnissesin* (gl. testimonium diximus adversus deum; i. e. est contra deitatem hoc test.) Wb. 13ᵇ. *afírluge* (gl. iusiurandum) Ml. 36ª. *iss. afolad cétnae* (hic est sensus prior), *afolad 7 inchiall* (gl. vis et significatio) Sg. 9ᵇ. 27ª. *aforcital forndobcanar* (doctrina quae praecipitur vobis), *aforcital íccas* (doctrina quae salvat) Wb. 3ᵇ. 30ᵈ. *guidmini airn̄dip maith aforcell doberam dúibsi* (gl. oramus semper pro

vobis; i. e. ut sit bonus nuntius quem feramus de vobis) Wb. 25[d]. *aforóil bess lib dinaib anib* (abundantia quae est vobis divitiarum) Wb. 16[c]. *asainreth* (gl. proprium, est nominis) Sg. 26[b]. *attáa lemsa asainredsa* (est mihi haec proprietas) Wb. 32[a]. *ataa icach epistil asainchomardesin* (gl. quod signum in omni epistula; hoc proprium signum) Wb. 26[b]. Articulus ante liquidas: *isderb alin lathe* (est certus numerus dierum) Sg. 66[b].* *ished alliinn* (est haec pars, est hoc illud quod etc.) Wb. 12[c]. *ished insin allínn* (hoc est rete) 29[b]. *doairchet allaá* (praedictus est dies) 6[b]. *isáildiu ammag rogab súil* (est pulchrior locus quem cepit oculus) 12[a]. *isspirtide annuiadniss uile* (est spirituale omne testamentum novum) 15[b]. *arrindsiu* (hoc signum caeleste) Sg. 70[b].**

Acc. ut in nominativo, nisi quod S servatur post praepositiones supra nominatas. SAN: *trissandedesin* (per hoc utrumque) Wb. 4[d]. *forsaní asrubart* (super id quod dixit) 9[c]. *trisanimthanadsa* (per hanc alternationem) 13[a]. *isanindarbae* (gl. in repulsam) Ml. 23[c]; elisa vocali forma SN: *tresngné* (per figuram) Sg. 73[b]. AN: *gaibid immib anetach macc cóimsa* (sumite circa vos hanc vestem filiorum carorum) Wb. 27[b]. *ni dunaibhí fodaimet animdibe colnide tm. mani comal. anim. uitiorum* (gl. pater circumcisionis; i. e. non iis qui patiuntur circumcisionem carnalem tantum, si non perficiunt circumcisionem vitiorum) Wb. 2[a]. *cid anuathathnísiu* (gl. relictus sum solus et quaerunt animam meam; i. e. adeo hanc singularitatem, etiam hanc unam) 5[a]. *hóre dorrigeni cr. anuileso* (quia fecit Chr. omne hoc) 15[d]. *ni tucci ambéelre asbiur* (non intellegit sermonem quem dico) 12[d]. *conecat andéde* (possunt utrumque) Sg. 39[b]. *immefoliugai andligedsin* (efficit hanc legem) 157[b]. *angaimredsa* (hanc hiemem, hac h.) Wb. 31[d]. *dindí dobeir angrád* (ab eo qui dat gradum) Wb. 29[a]; hic quoque elisa vocali N: *ni epur nisin* (non dico hoc) Sg. 73[b]. Forma SA, A: *conecat atrédesin* (valent haec tria) Wb. 33[a]. *aracethardese* (propter haec quattuor), *tressacetharde* (per quattuor) Wb. 31[b]. 32[a]. *forsacenélæ metirsin* (gl. inter Phalecios; i. e. genus hoc metri) Sg. 8[a]. *aprono. narticoldae .i. aprono. gaibes engrucus ṅarticuil* (gl. articulum sive articulare pronomen tam masculini quam feminini generis assumit, commune genus) 61[a]. *sluindid afolad cétnae* (gl. nec minuit significationem; i. e. significat sensum priorem) 9[b]. *rocreitsidsi aforcsli* (credidistis nuntium) Wb. 25[d]. Ante liquidas: *cossalaasa* (gl. usque nunc; i. e. usque ad hunc diem) Wb. 23[a]. *allaesin* (hunc diem) Wb. 15[c]. *alleth o laim deiss* (gl. dextram eius, h litterae partem; i. e. dimidium e dextra manu) Sg. 17[b]. *arrad* (gratiam) Wb. 29[d]. *frisarind* (circa constellationem) Cr. 18[d].

Gen. IND, IN, ut in genetivo generis masculini: *éicndag indraith diadi* (obtrectatio gratiae divinae) Wb. 29[a]. *cosmulius indfíadnissi* (similitudo testimonii) Wb. 19[a]. *intaidlich* (gl. satisfactionis) Ml. 23[a]. *indfolaid* (gl. significationis, proprietas) Sg. 27[a]. *indforcitil* (gl. eruditionis) Ml. 19[a]. *oc airitin indforcitilsa* (in receptione huius doctrinae) Wb. 16[a]. *rún indforcillsin* (mysterium huius doctrinae) Wb. 28[b]. *archuit indanme* (ratione nominis) Sg. 211[b]. *indanma dilis*

---

* Alias hoc substantivum est generis masc., cuius exempla videas inter subst. pronominalia. Variant etiam alia quaedam, ut *imthánad*.

** Satis frequens praeterea articulus generis neutri ante voces latinas, quae afferuntur in codd. Wb. et Sg.: *ished anoneste insin* (est hoc τὸ honeste), *ished dim allegitime* (est hoc τὸ legitime) Wb. 25[b]. 30[a]. *ishinunn analtus 7 analitus* (est idem τὸ altus et τὸ alitus) Sg. 56[b]. etc.

(nominis proprii) Sg. 26[b]. *ocslund indeditin* (in significatione utriusque) Sg. 209[b]. Neglegenter scriptum *incethardaiseo* (horum quattuor) Ml. 36[c], quod debebat esse *inch*.

Dat. (DO)ND, (DO)N, ut in ceteris generibus: *dondédiusin* (utrique horum) Wb. 9[a]. *dindtinchosc* (institutione) 5[a]. *dindtrediu* (de tribus) Sg. 3[b]. *dontorud* (fructui) Sg. 61[b]. *isindanm̄aim̄* (in nomine) Sg. 30[a]. 31[b]. 54[b]. *ón bunud* (gl. a principali; i. e. ab origine) Sg. 33[b]. Ante *s* item *int* pro *ind*: *isintsenmuim*, *isintsenmim* (in sonitu) Wb. 12[c]. 13[d]. *hisindlucsin intsainriuth* (gl. in Xerolopho Byzantii; i. e. in loco hoc proprie, ablat. adverbii loco) Sg. 8[b], *intsainriud* Ml. 38r.; sed *indsainriud* Pr. Cr. 1[a], minus accurate.

Miscentur tamen hic ut in aliis casibus et generibus interdum duae formae dictae, ut IN pro IND: *ocinforcitul* (in doctrina) Wb. 31[a], ut in masculinis *forsinmug* (in servo) 8[b]. *dunmoindeinmidetu* (gl. ad generalem munificentiam) Ml. 8r. *donfiur* (viro; supra *dondfiur*, *dindfiur*) Wb. 11[c]. *fochumachte inmaicc* (sub potestatem filii; cf. supra *dondmacc*) 13[b]. *estosc innfine* (expressio vini) Ml. 24[d]. IND pro IN: *isindbuinniu* (in tuba) Wb. 12[c], ut in nom. fem. *indbendacht* (benedictio) 19[b], dat. masc. *cosindbrud .i. cosindepert asingaib méit* (gl. dicuntur autem ista cum emphasi) Ml. 23[a], acc. fem. *cen frescsin .i. dice trisindchomairli dorat achitofel* (gl. praeter spem, i. e. eius salvationis per consilium quod dedit A.) Ml. 23[a]. *am. indclainn* (ut stirps; *amal* cum acc.) Wb. 5[b].

Pluralis.

Non est in hoc numero formarum articuli pro singulis generibus diversitas. In solo nominativo distinguitur masculina forma a feminina, quae eadem est generis neutri. Per ceteros casus eaedem trium generum sunt formae.

Nom. masc. IND, IN ut in gen. sing. masc.: *bit less indhuili dáni* (erunt ei omnia dona) Wb. 27[b]. *isdo tiagait indrétaisin huili* (illuc pertinent omnes res hae) 5[c]. *indnóib ata ellachti hi cr.* (sancti qui sunt uniti in Chr.) 21[b]. *indrigain* (gl. reguli) Sg. 45[b]. INT ante *s* emortuam: *dagnitis dam intsabindai anísin* (faciebant etiam Sabini hoc) Sg. 28[a]. *intsailm* (psalmi) Ml. 30[a]. *doib doaisilbter intsailmsin* (iis attribuuntur psalmi hi) 2[c]. *intsommai* (divites) 28[d]. *intseuit bite hi cach crich* (viae [?] quae sunt in omnem finem) Ml. Sed etiam: *isicr. ataat insétisin* (gl. viae meae quae sunt in Christo Iesu) Wb. 9[a]. *indslici* (gl. ostreae) Cr. 34[b]. IN: *inphreceptori* (gl. praedicabunt, praeceptores) Wb. 5[a]. *inchaingnímai* (benefacta) 29[a]. *inchnamai* (ossa) Ml. 22[d]. *itmóirb inboillsin* (sunt emortua haec membra), *itcorp inboillsin* (sunt corpus haec membra) Wb. 11[d]. 12[a]. *indóini hisiu* (homines hi) 12[d].

Nom. fem. INNA, NA: *hithésin inna ranna aili* (sunt hae partes ceterae), *inna teoir rannasa* (hae tres partes) Sg. 22[a]. 26[b]. *itmóra na bretha* (gravia sunt iudicia) Wb. 17[b]. *fritataibret na dorche* (opponunt eam tenebrae) Sg. 183[b].

Nom. neutr. ut fem.: *inna toranda* (gl. figurae) Sg. 4[a]. *inna anm̄ann tréna ..doform̄agddar* (nomina substantiva adiunguntur) Sg. 28[b].

Gen. INNAN, NAN (INNA, NA, p. 43 ut *an*, *a* p. 213.) in tribus generibus. Masc.: *esséirge innanuile marb* (resurrectio omnium mortuorum) Wb. 13[d]; *molad ingni innanétside* (laus cognitionis auditorum) 11[b]. *persan nan abstal olchene* (persona ceterorum apostolorum) 18[d]. *tindnacul innan dánæ* (largitio do-

norum), *ilar nan dáne* (multitudo donorum) 21ᶜ. 22ᵃ. *candadas innan degnimaeso* (candor benefactorum horum) Tr. 55. *fognam innamball* (servitium membrorum) Wb. 12ᵇ. *nertad ram braithre* (exhortatio fratrum) 10ᶜ. *indocbál inna nóib* (gloria sanctorum) 13ᶜ. *budid innammíled* (victoria militum) 11ᵃ. *cosc innammoge* (institutio servorum) 29ᵇ. *diserc inna grec* (amore Graecorum; pro *innan grec*) Sg. 1ᵃ. *anmmann inna crann* (nomina arborum) Sg. 61ᵇ. *dechor inna corp tal.* (differentia corporum terrestrium) Wb. 13ᶜ. *dluimm inna senpecthe. dluim inna sualche* (gl. veterem hominem, novum hominem; i. e. massam veterum peccatorum, m. virtutum) 22ᵃ. *toissech na f . . tæ* (princeps prophetarum) 33ᵃ. *himchenn nasacardd* (circa caput sacerdotum) Sg. 54ᵃ.

Fem.: *octimthirecht innanidbart* (in ministerio oblationum) Wb. 10ᵈ. *innan dule* (gl. mundi elementorum) Sg. 3ᵇ. *cosc innamban* (habitus mulierum) Wb. 22ᶜ. *dechor inna pían* (differentia poenarum) 13ᶜ. *na persan* (personarum) 1ᵈ. 22ᵃ. *temel inna tol domunde* (obscuritas voluntatum mundanarum) 21ᵃ. *bésse inna fedb* (mores viduarum) 29ᵃ. *accomol inna rannagabál* (coniunctio participiorum) Sg. 193ᵇ. *etarcne narrúun diade* (cognitio mysteriorum divinorum) Wb. 26ᶜ.

Neutr.: *con etarceirt innambélresin* (cum interpretatione harum linguarum) Wb. 13ᵃ. *inna forcetal* (gl. institutionum) Sg. 9ᵃ. *airitin na forcetalsin* (receptionem harum doctrinarum) Wb. 16ᵃ. *innarrath* (gl. gratiarum) Wb. 15ᶜ.

Dat. SNAIB, SNAB post praepositiones ante dictas, alias NAIB, NAB in quolibet genere: *donaib ballaib* (membris) Wb. 7ᵈ. 12ᵇ. *donaib nóibaib* (sanctis), *donaib uilib nóibaib* (omnibus sanctis) 14ᵇ. 17ᵃ. *donab huilib doinib* (omnibus hominibus) Sg. 189ᵇ. *arnaib huilib geintib* (gl. Graecis; i. e. omnibus gentibus), *arnab geintib huilib* Wb. 1ᵇ. 2ᵃ. *dinab gabalib* (gl. de collectis; i. e. de donis, eleemosynis) 13ᵈ. *arnab uilib cumactib* (supra omnes potestates) 21ᵃ. *arnaib grádib nemdib* (supra gradus caelestes) 21ᵃ. *arnaib réib ilib* (gl. super omnes caelos) 22ᵃ. *honaib crichaib cammaib* (gl. obliquis sulcis) Ml. 2ᵃ. *honaib iarfaigthib mesidib* (gl. iudiciariis inquisitionibus) Ml. 15ᵃ. *huanaib herchoiltib tóisechaib* (gl. praepositis personarum definitionibus, est usus Apollonius) Sg. 199ᵇ. *onaib rannaib* (partibus) Sg. 202ᵇ. *arasoirad són dinaib fochaidib* (gl. pro absolutione malorum, refert gratias) Ml. 19ᵃ. *dinaib eulasaib no donaib etarcnaib* (gl. de experimentis) Ml. 19ᵈ. Formae plenioris SNAIB exempla: *isfollus isnaib dobriathraibso* (est perspicuum in his adverbiis) Sg. 201ᵇ. *isnaib desimrectaib* (in exemplis) Sg. 209ᵇ. Alia videas infra IV. 2. Cum ND semel: *dundaib abstolaib* (apostolis) Cam. Omittitur *b* interdum sequente labiali: *dona ballaib ailib* (aliis membris; sequitur mox in eadem columna: *donaib ballaib ailib.* Cf. in eod. cod. 16ᵃ: *i cacha bésaib*, pro *i cachab*) Wb. 12ᵇ. *oc na fothairclib palnacdib* (gl. ad balneas pallacinas) Sg. 217ᵃ. Infectionem consonae sequentis, quam habet unum exemplum a Stokesio allatum L. Ardm. 178 b. 2: *dunaib chethrairib* (gl. quaternionibus), respuunt *donaib cairrib*, *forsnaib cairrib* (de scopulis, super sc.) Tr. 115. *forsnaib conaraib* (gl. in semitis) Ml. 15 r. *huanaib cellorib* (gl. ex prumptuaris) 12r. *donaib cenelaibsin* (his gentibus) Sg. 201ᵇ.

Acc. INNA, NA, SNA (post praepositiones ante dictas) forma trium generum communis. Masc.: *messimmir inna fírainglu* (iudicabimus veros angelos) Wb. 9ᵃ. *dodúrget inna firu* (pelliciunt viros, pellices) Sg. 68ᵃ. *ciadugneid na ré-*

tusa (quamvis faciatis res has) Wb. 22[b]. *niriat nadánu diadi aranindeb domunde* (gl. non turpe lucrum sectantes, sint diaconi) 28[c]. *cosmili frisna preceptori* (similes praeceptorum) 14[d]. *lasna litridi aili* (apud ceteros litteratores) Sg. 28[a]. *tarsna deo* (per deos) 217[b]. *isna cammaigthiu* (gl. oblicationes) Ml. 48r. Fem.: *leic úait inna tuari* (mitte a te cibos) Wb. 6[c]. *adciamni na rúna diadi* (noscimus mysteria divina) 12[c]. Neutr.: *forsna dligetho remeperthi* (super officiis antedictis) Wb. 13[a]. *inna cemmen* (gl. gressus) Ml. 22[a]. *innatíreso* (has terras) L. Ardm. 17 b. 1.

Dualis numeri exempla, per quem in omnibus praeter dativum casibus una articuli forma IN extat, infra sequentur.

II. Articulus britannicus.

Maior formarum penuria britannicae linguae, qua inprimis flexio nominis differt ab hibernica, vel in articulo conspicitur, cuius hibernica formarum varietas neque in hodiernis dialectis britannicis extat, neque in vetustis. In quibus cum sola radix supersit abiecto omni casuum numerorumve discrimine, in tanta hac formarum inopia patet britannice parum distincte designari substantivorum genera, quae diserte distinguit vetusta lingua hibernica.

Radicalis britannici articuli ut hibernici est littera N, quae per se apparet inclinata ad praepositiones praecedentes vocalibus terminatas, ut *do*, *da*, *di* (ad), *tre* (per), *o* (ex) etc., in lingua aremorica tam vetusta, ut in chart. Rhed. 1, 39 in chart. a. 821: *don roch* ("ad rocham" ibid. 1, 41 in chart. a. 824; i. e. ad rupem), quam in Vita S. Nonnae: *dan bro* (ad terram) 16, 7. *dren bro* (per terram) 2, 6. *etren bedis* (inter mundi habitatores) 160, 11, in quo libro absoluta eiusdem articuli definiti est forma *an*, indefiniti *un*, semper etiamtunc per *n* scripta. Nec differt cornicus articulus definitus *an* vel *en*, inclinatus item ad vocales finales praecedentium particularum, ut *ȝe* (ad), *ha* (et): *ȝen bys* (ad mundum) P. 5, 2. 43, 4. *ȝen meneth* (ad montem) 52, 1. *ȝen menyȝyow* (montibus) 170, 1. *han benenas* (et mulieres) 169, 4, indefinitus *un*: *war ben vn meneth* (ad apicem montis cuiusdam) P. 16, 1. *vn venyn* (mulier quaedam) 84, 1. *vn burges*, *vn marreg* (civis, miles quidam) 214, 1. 217, 1. Propius ad hib. ND accedunt corn. *ȝen neȝyn* (avibus) P. 206, 3. *ȝen nempynnyon* (cerebro) 134, 3. *han nohan* (et boves) Cr. 1069; proxime arem. *and erc'h* (nix) Barz. Br. ed. I. 4, 13. Mirus ideo usus est hodiernae linguae aremoricae, quae *n* utriusque articuli *an* (*ann*), *un* (*eunn*) non servat nisi ante vocales et *h*, ante liquidam *n* (ante *l* assimilatur), ante dentales *d*. *t*, eandem ante ceteras consonas omnes mutat in *r*; magisque mirus communis usus liquidae *r* pro *n* articuli definiti (indefinitum enim recentiorem respuit ut hibernica) iam in vetusta lingua cambrica, in qua articulus absolutae positionis est *ir*, cuius *r*, ut *n* aremorica, sola inclinatur ad praepositiones *di* (= hib. *do*), *o* (ex): *dir* (= arem. hib. *don*), *or* (= hib. *on*).

1. Cambricus vetustioris linguae IR, (I)R per omnes casus.

Sing. nom.: *irdigatma* (gl. area), *irtinetic oceenn gulan* (gl. tincta murice lana) Ox. 37[c]. 40[a]. In notatis Ox. 22[b]. 23[a]. de mensuris: *irpimphet eterin* (quinta

avis), *irnimer bichan*, *irmaur nimer* (numerus parvus, magnus), *ir bis bichan* (parvus digitus). *maliduc ir claud* (ut ducit fossa) L. Land. 216.

Gen. *nom ir bleuporthetic buch* (gl. lanigerae, templa iuvencae) Ox. 38ᵃ. In L. Land.: *nant ir hebauc* (vallis accipitris), *allt ir cicbran* (rupes corvi), *ar hit ir nant* (in longitudine vallis) 150. *penn ir claud* (caput fossae) 216. *dicirchu ir guoun breith* (ad petendam paludem, ad paludem variegatam versus) 187. *dicirchu ir pant* (ad cavitatem versus) 231.

Dat. *in irguorimhetic datl* (gl. in arguto foro) Ox. 38ᵃ. *in irham, in irgaem* (aestate, hieme) cod. Lichf. *or dometic* (gl. domito, orbi), *or guordiminn:u:* (gl. ab invito) gl. Ox. 39ᵃ. 39ᵇ. *dir minid* (ad montem, sursum), *dir pant* (ad cavum), *dir finnaun* (ad fontem) L. Land. 149. 150, ibid. talia plurima.

Acc. *ircaiauc* (gl. libellum) Ox. 39ᵃ. *trus ir all* (trans acclivitatem), *trui ir gueirclaud* (per pratum) L. Land. 231. 234. *trui ir coit* (per silvam) ibid. etc.

Plur. nom. *ircilchetou* (gl. vela), *ir leill* (alii), *ir anamou* (gl. mendae), *ir onguedou* (gl. exta) Ox. 38ᵃ. 39ᵇ. 40ᵃ. 41ᵃ. *ir hestoriou* (sextarii) gl. Ox. 22ᵇ.

Gen. *bet ir alltudion* (sepulcrum peregrinorum) L. Land. 216.

Dat. *dir arpeteticion ceintiru* (gl. miseris patruelibus) Ox. 38ᵃ. *dir escip* (episcopis) L. Land. 113. *dir marulinniou* (ad mortuas paludes), *dir carnou* (ad lapidum cumulos) 174. 226.

Acc. *ir emedou* (gl. aera, pulsat; sing. aes) Ox. 38ᵃ. *irdigatmaou* (gl. circus, pl.) 39ᵃ.

In recentioribus codicibus etsi ante vocales semper manet articulus plenus YR (in Leg. interdum *er*), ante consonas tamen R non servatur nisi sola coalescens cum praecedentibus praepositionibus *di*, quae excusso *d* tum iam in *i*, *y* abiit (tam hib. *do*, ad, quam hib. *di*, de, p. 199), *a* (cum), *o* (a) vel coniunctione *a* (et). Exempla: *yn erbyn er escrythur lan* (contra scripturam sacram), *en yr amser glan hunnu* (sacro hoc tempore) Leg. praef. *yr amherawdyr arthur* (imperator Arthur) Mab. fq. *y bwyt arllyn* (cibus et potus), *y nef ar dayar* (caelum et terra) Mab. 1, 5. 8. *kynamlet ar syr* (aeque numerosus ac stellae) Mab. 1, 7. *dechreu di or hyn odidockaf* (incipe tu ab eo quod maxime mirandum) Mab. 1, 2. *e brenyn adelc roy ir urenynes* (rex dare debet reginae) Leg. 1, 1, 5. *egueneyr saraet yr brenyn* (fit sar. regi) Leg. 1, 2, 2. *mynet yr gegin ac yr vedgell* (ire ad coquinam et ad cellam mulsi), *eisted yr bwrd* (sedere ad mensam; *y* = *di* = hib. *do*), *yn gyuagos yr gaer* (in vicinitate castri), *ar dryll arall yr march* (et pars altera equi; non *y march* ut alias ante consonas, ergo *y* = *di* = hib. *di*, *de*, gall. hod. *du cheval*) Mab. 1, 2. 3. 5. 14.

Exutus autem illis particulis in isdem codicibus ante consonas articulus reiecta consona *r* est Y (*e* Leg.): *auelles e Kemry* (vidit Cambros), *amser e garauuys* (tempus ieiunii) Leg. praef. *y vys e bican* (digitus eius parvus) Leg. 1, 2, 3. *dechreu yvet y med* (coeperunt bibere mulsum) Mab. 1, 2. *yn mhenn y maes* (in capite campi) Mab. 1, 3. In Libro quoque Landavensi, cuius scriptio fluctuat inter vetustiorem et recentiorem, pro *ir* frequens est *i*: *trui i coit* (per silvam) 197. *nant i meneich* (vallis monachorum) 192 etc.

2. Cornicus articulus AN (vel EN) et (A)N, vocalem absorbente praecedente finali particulae. De consonae sequentis infectione supra actum est (pp. 186. 196).

Sing. nom. *an gusyl o* (consilium erat) P. 32, 1. *an dus vas a ʒeserya* (po-

pulus bonus desiderabat) 4, 1. *han dus esa ol yn dre* (et populus omnis qui erat in oppido) 97, 2. *I ȝesa an venyn ganse paris ens ȝy huhuȝas* (erat mulier cum iis, quam volebant accusare) 33, 2. *ol en da han drok kepar* (omne bonum et malum pariter) 24, 4. *en tebell el a vynnas.. y demptya* (malus angelus voluit eum temptare) 13, 2. *en debell wrek ... eth* (mala mulier ivit) 159, 1.

Gen. *pobyll an bys* (populus mundi) 6, 2. *dre virtu an tas* (per virtutem patris) 3, 1.

Dat. *mos ȝen dre* (ire ad urbem) 27, 2. *ogas ȝen beth* (prope ad sepulcrum) 253, 1. *an ughelder.. ȝen bys pan deyskynnas* (ex altitudine in mundum cum descendit) 5, 2.

Acc. *terry an tempel* (frangere templum) 91, 2. *war an bys, dris an bys ol* (in mundum, per totum mundum) 2, 2. 31, 2. *dris an vro* (per terram) 250, 2.

Plur. nom. *an princis esa yn pow* (principes qui erant in regione) 64, 1. *y torras en veyn* (fracti sunt lapides) 209, 4. *may fyth torrow benegis.. han benenas* (ut sint ventres benedicti et mulieres) 169, 3. 4. *en eȝewon* (Iudaei) fq.

Gen. *why pryncys an dewolow* (vos principes diabolorum) R. 97.

Dat. *ȝen menyȝyow why a ergh* (montibus mandabitis) P. 170, 1. *Icsus.. a leueris ȝen dowȝek* (Jesus dixit duodecim apostolis) 47, 1. *pylat a ros ȝen vorogyon aga ro* (P. dedit militibus eorum donum) 250, 1.

Acc. *an veyn ma gura bara* (hos lapides fac panem) 11, 3. *ef a sawyc an glevyon* (sanabat aegrotos) 25, 1. *war en enevow* (super animas) 17, 4.

3. Aremoricus vetustior AN, (A)N in qualicunque locatione, casus et numeri. Exempla e Vita S. Nonnae (Buh.).

Sing. nom. *doe an roen mat* (deus rex bonus) 12, 25. *duét eo an pret* (venit tempus) 8, 21.

Gen. *e les an roen* (in aula regis) 208, 10. *a perz an roen* (a parte regis) 36, 4. *quent comancc an bet* (ante initium mundi) 78, 24. *tremen an mor* (percursus maris) 8, 10.

Dat. *tost dan mor* (vicinus mari) 32, 1. *dan tut* (populo) 46, 10. 108, 10. *an lech hont* (e loco illo) 2, 4.

Acc. *voar an bet* (in mundum) 2, 2. *dren bro, dre an bro* (per terram) 2, 6. 6, 12. *dren bet* (per mundum) 204, 4. *dren forest man* (per hanc silvam) 34, 15. *beden maru* (usque ad mortem) 102, 15.

Plur. nom. *an peoryen bezent plen soutenet* (pauperes sint optime sustentati) 68, 11. *an hol loznet* (omnia animalia) 30, 18.

Gen. *nation an bretonet* (natio Britannorum) 78, 25. *crouer an steret* (creator stellarum) 90, 15. *dre splet an pechedou* (per consequentiam peccatorum) 10, 2.

Dat. *doe so guir roen dan ploueou* (deus qui verus rex est vicis) 54, 17. *obediant .. dan mandamantou* (oboediens mandatis) 28, 14.

Acc. *mir.. an hol gourchemenou* (serva omnia praecepta) 62, 4. *gouden poanyou* (post dolores) 146, 2. *entren preladet* (inter praelatos) 208, 19.

In eodem libro articulus indefinitus, ignotus linguae cambricae, extat dupliciter scriptus VN (semper sic in MJ.), VNG: *vng mab bihan* (puer parvus) 46, 20. *euel vn merch* (ut puella) 18, 8. *da vng mestr* (magistro) 110, 11. *me guel vng merch* (video puellam) 34, 17. *greomp vng anclin* (faciamus inclinationem) 72, 13.

CAPUT SECUNDUM.

De nominis flexione.

1. Nomen hibernicum.

A. Declinatio.

In vetusta lingua hibernica, quae magna formarum nominis varietate servata longe superat eiusdem aetatis cambricam, est duplex declinandi ordo, quorum prior ea nomina amplectitur, quorum themata vocalibus terminantur, posterior, quorum themata in consonas desinunt. Ita rem se habere cum probetur analogia ceterarum linguarum cognatarum, tum praeclare confirmatur casuum reliquiis quamvis tenuibus priscae gallicae et cascae hibernicae (ogmicis litteris scriptae). Quae cum tenuiores quidem sint, quam ex quibus iusta et perfecta declinationis imago construi possit, tamen haud mediocriter in quibusdam ad rem faciant, suo quaeque loco sequentur praemissae formis, quas codices nostri praebent. Ad priorem illum ordinem fere pertinent adiectiva, quae in paucissimis proprium modum secuntur, non tota specie ut in aliis linguis, e. c. germanica et slavica; posterior ordo solorum fere substantivorum est, nec tam frequens exemplis quam prior. In utroque ordine vocales flexionum sunt aut externae, in fine accedentes, aut internae, locum occupantes ante consonam terminalem, sive est radicis sive derivationis. Sunt praeterea substantiva quaedam discrepantia ab usitatis declinationis modis propriis formis, sive anomala. Omnium horum dualis numerus non per se solus, ut in aliis linguis quae dualem servarunt, personas vel res duas significat, sed constructus cum numerali *dá* pariter atque in dialectis britannicis. Ceterum sola substantiva in formam dualem flexa sunt, adiectiva semper pluralem induerunt.

Ordo prior.

Substantiva et adiectiva generis masculini et neutri concordant flexione; substantiva et adiectiva generis feminini ex parte proprios modos secuntur. Exhibeo primum schema omnium declinandi modorum, quos dico series, proponens paradigmata singulorum, omissis tamen locativo et ablativo casibus, quorum reliquiae, ubi sunt diversae a dativo formae, suo quaeque loco infra tradentur; profero deinde substantiva et adiectiva probantia formas cuiusvis seriei hic expositas, aut varietates earum offerentia, ex ipsis codicibus.

Declinatio masculina et generis neutri.

Paradigmata: I. a. Exemplum non derivatum *ball* (membrum), derivatum *tuisel* (casus); b. *céle* (socius). Exemplum huius divisionis derivatum, ut *echire* (mulio), *tectire* (legatus), addere non tam necessarium videtur, quam in priore ob internas flexionis vocales. II. *fáith* (vates). III. *bith* (mundus).

Neutrum a masculino illud tantum differt, quod nominativus et vocativus formantur ut accusativus, et hi idem tres casus in numero plurali proprias flexiones induunt, diversas a masculinis, quae ex exemplis infra sequentibus patebunt.

		Ser. I. a.		Ser. I. b.	Ser. II.	Ser. III.
Sing.	nom.	*ball*	*tuisel*	*céle*	*fáith*	*bith*
	gen.	*baill*	*tuisil*	*céli*	*fátho*	*betho*
	dat.	*baull*	*tuisiul*	*céliu*	*fáith*	*biuth*
	acc.	*ball-ṅ*	*tuisel-ṅ*	*céle-ṅ*	*faith-ṅ*	*bith-ṅ*
	voc.	*baill*	*tuisil*	*céli*	*fáith*	*bith*
Plur.	nom.	*baill*	*tuisil*	*céli*	*fáithi*	*bethai*
	gen.	*ball-ṅ*	*tuisel-ṅ*	*céle-ṅ*	*fáithe-ṅ*	*bithe-ṅ*
	dat.	*ballaib*	*tuislib*	*célib*	*fáithib*	*bethaib*
	a. v.	*baullu*	*tuisliu*	*céliu*	*fáithi*	*bithu*
Dual.	n. a. v.	*ball*	*tuisel*	*céle*	*fáith*	*bith*
	gen.	*ball*	*tuisel*	*céle*	*(fátho)*	*betho*
	dat.	*ballaib*	*tuislib*	*célib*	*fáithib*	*bethaib*

Declinatio feminina.

Paradigmata: IV. a. Exemplum non derivatum *rann* (pars), derivatum *briathar* (verbum); b. *tuare* (cibus). V. *dúil* (creatura, elementum).

		Ser. IV. a.		Ser. IV. b.	Ser. V.
Sing.	nom.	*rann*	*briathar*	*tuare*	*dúil*
	gen.	*rainne*	*bréthre*	*tuare*	*dúlo*
	dat.	*rainn*	*bréthir*	*tuari*	*dúil*
	acc.	*rainn-ṅ*	*bréthir-ṅ*	*tuari-ṅ*	*dúil-ṅ*
	voc.	*rann*	*briathar*	*tuare*	*dúil*
Plur.	nom.	*ranna*	*briathra*	*tuari*	*dúili*
	gen.	*rann-ṅ*	*briathar-ṅ*	*tuare-ṅ*	*dúile-ṅ*
	dat.	*rannaib*	*briathraib*	*tuarib*	*dúilib*
	a. v.	*ranna*	*briathra*	*tuari*	*dúili*
Dual.	n. a. v.	*rainn*	*bréthir*	*tuari*	*dúil*
	gen.	*rann*	*briathar*	*tuare*	*(dúlo)*
	dat.	*rannaib*	*briathraib*	*tuarib*	*dúilib*

Series I.

Thematum principio in A (O) exeuntium, quam vocalem servarunt formae gallicae ac vetustissimae hibernicae, amissam produnt hibernicae mutationes vocalium *i*, *u*, *é*, *ó* deficientium in *e*, *o*, *ia*, *ua* in singularis numeri casibus nominativo et accusativo, pluralis genetivo. Postea abolitis plerisque terminationibus oritur species flexionis internae, qua in pluribus casibus, praesertim gen. dat. sing. et nom. plur., notae horum casuum *i* et *u* proximam sive radicis sive derivationis vocalem aut comitantur aut supprimunt. Frequentius ita inficiuntur *a* et *e*; et *a* in illis casibus aut in *ai* (*oi*, *ui*) et *au* transit, aut evanescens in *i* et *u*; *e* autem, ubi defectione ex *i* profecta est, in *i* redit et in *iu* mutatur, *e* primitiva aut in eosdem sonos aut in *ei* et *eu* transit. Item *o* defectione orta ad *u* redit, sed primitiva *o*, *ó*, *á*, *ia* vix suscipiunt *u* iuxta se, cum *i* transeunt in *oi* (*ui*), *ói*, *ái*, *éi* (*é*); *é* cum *i* in *eiui*, *iui*, *eoi*, *eui* (p. 19. 20), cum *u* in *éu*, *éo*, *íu*; *ói* et *ái* nusquam mutantur. Cum nomina, quae in *-e* desinunt, in formis quibusdam discrepent a ceteris, duae fiunt divisiones.

Divisio A.

Ex reliquiis priscae linguae gallicae, quibuscum concordant formae in inscriptionibus ogmicis repertae, hoc fere schema construi potest declinationis masculinae:

Sing.	Nom. *-os*	Plur.	*-oi*
	Gen. *-i*		(*-on*)
	Dat. *-u*		(*-abos*)
	Acc. *-on*		(*-ûs*)
	Voc. *-e*		

Quarum terminationum abolitis vocalibus praeter *u* acc. et *a* (*ai*) dat. plur. omnibus in codicibus nihil relicuum est nisi *n* acc. sing. et gen. plur. (p. 45); produntur tamen vocales olim terminales infectione consonarum sequentium (I. 2.). Voc. plur. hic ut in omnibus utriusque ordinis seriebus propria forma amissa in accusativi formam abiit; abl. et loc. in plurali et duali a dativo non differunt; loc. sing. huius seriei cum genetivo congruit Substantiva et adiectiva generis neutri in n. a. v. plur. fere feminini terminationem *-a* adsciscunt.

Singularis.

Nom. subst. masc. Gallica: Σεγομαρος, Contextos, Iccavos, Oppianicnos, Doiros, Andecamulos, Toutissicnos, Tarbellinos, Cernunnos, tarvos; Trutiknos, Kvitos, Lekatos, Tanotalos Inscr. calocatanos (papaver silvestre), odocos (herbae nomen) Marc. Burd. Hibernica: Corpimaqvas Inscr. Ogm. = *Corbmac*; e codd. nostris: *inball* (membrum) Wb. 12[b]. *inmacc* (filius) Wb. Sg. *infer* (vir) fq. *indomunso* (hic mundus) Wb. 9[c]. *felsub* (philosophus) 26[d]. — *dia* (deus) fq. *bandea* (dea; cf. p. 178 not.) Sg. 53[a]. 60[a]. 66[b].

Subst. neutr.: *anaccobor* (voluntas, cupiditas) Wb. 3[d]. 8[c]. 16[c]. *anatrabsin* (gl. possessio haec) Ml. 17[b]. *ambás*, *ambásnisin* (mors, haec mors) Wb. 15[b]. 15[d]. *bás naill* (alia mors) Ml. 30r. *andiall* (declinatio) Sg. 74[b]. *anderbad* (certitudo) Sg. 90[a]. *andliged* (lex, regula) Sg. 7[b]. 40[a]. *andechor* (differentia) Wb. 13[c]. *ang-*

galar (morbus) Cam. *angrád* (gradus, ordo) Wb. 4ᵇ. *angell* (*ang. taraisse*, gl. idoneum pignus) Ml. 27ᵃ. *andermet* (gl. oblivio), *aformet* (memoria) Ml. 23ᵈ. *aforcell* (institutio) Wb. 25ᵈ. *áforcital* (doctrina) 3ᵇ. 30ᵈ. *asaitharsin* (hic labor) 11ᵃ. *afolad* (significatio) Sg. 9ᵇ. 27ᵃ. *ascélso* (narratio haec) Ml. 16ᵈ. *acenél* (genus) Sg. 211ᵃ. *ished bunad mochlainde* (haec est origo generis mei) Wb. 5ᵃ. *isfuath ṅeperta* (est figura loquendi) Sg. 137ᵇ. *leth ṅgotho* (dimidium vocis) Sg. 5ᵇ. *ré miuil* (luna Iulii) Cr. 32ᵇ. *asíl nairegde* (semen eius principale) Wb. 4ᵈ. *aes ṅesci*, *aes nescai* (aetas lunae) Cr. 32. Nc.

Adi. masc.: *inspirut nóib* (spiritus sanctus) Wb. 4ᵃ. 4ᵇ. 8ᵇ. *béo* (vivus) 10ᵇ. 19ᵃ. E derivatis pertinent huc frequentissima adi. in *-ach*, *-ech*.

Adi. neutr.: *atír romanach* (gl. romanus ager), *atír centarach* (gl. citer ager) Sg. 33ᵃ. 39ᵇ. *andiall ninmedonach* (declinatio interna) Sg. 158ᵇ.

Gen. subst. masc. Gallica: Segomari, Dannotali (cf. Oppianicnos, Toutissicnos, Trutiknos?). Ogmica: Nocati, maqi (filii), mucoi (nepotis? cf. *maccu*, *mocu* Beitr. I. 344 sq.), Uddami, Curci, Sagramni maqi Cunatami (Sagrani filii Cunotami). E codd. hib.: *fochumachte inmaicc* (sub potestatem filii) Wb. 13ᵇ. *armenmuin indfir* (in mentem viri) 13ᵃ. *beim a cinn* (illisio eorum capitis) Ml. 30r. *colaa poil* (usque ad diem Pauli) Wb. 5ᵇ. *ainm alaili thriuin* (nomen cuiusdam herois; *trén*) Sg. 96ᵃ. *di muntir cessair* (gl. de cessaris domo, Caesaris) Wb. 24ᵇ. *gníma adim* (facta Adami) 13ᵈ. *síl adim* (seminis Adami) 15ᵈ. *apstal apstil* (apostolus apostoli) 18ᶜ. *ni arnert indomuin* (non propter virtutem mundi) 15ᵈ. *oíntad inpopuil* (unitatis populi) Ml. 37r. *maldacht in popoil* (maledictio populi) Tr. 111. *indithrub parduis* (in deserto paradisi) Tr. 18. 19. — *fochumachte dæi* (sub potestatem dei) Wb. 22ᵇ. *rad dæ* (gratia dei) 3ᵈ. 12ᶜ. *etargne ṅdæ* (cognitionem dei) 21ᵃ. *díltod dé* (gl. sacrilegium, i. e. abnegationem dei) 1ᵈ. *tuicsiu dé* (electos dei) 4ᵇ. *dothuil dée*, *ituil dée* (ad voluntatem, in voluntate dei) 5ᵃ. 10ᵃ. *rúna dée* (mysteria dei) 8ᵇ. *irrúnaib dæe*, *dirúnaib dæe* (in mysteriis dei, de m. d.) 12ᶜ; cf. *no. bandeae* (nomen deae) Sg. 29ᵃ.

Subst. neutr.: *sainigud truip són* (gl. schema variare; *trop*, tropus) Ml. 53r. *imchloud ceneuil na diill* (mutatio generis vel declinationis) Sg. 31ᵇ. *fobíth sóire ceneuil* (propter nobilitatem gentis) 40ᵃ. *ecsamlus ceneuil* (diversitas generis) 211ᵃ. *inchenïuilsin*, *inchenïúilsin* (gl. lingua Iadis, gl. Iadis) 31ᵃ. 32ᵇ. *inchoisc ceniuil* (significationis gentis) 28ᵃ. 28ᵇ = *inchoisc cenéuil* 32ᵇ. *airechas ceneóil* (praestantia generis) Wb. 1ᵇ. *isóiri ceneóil* (gl. nobilitate generis) Wb. 17ᶜ. *cen fodail ceneuil*, *cen fodail ceniuil* (sine distinctione generis) Sg. 33ᵃ. 152ᵃ. *fodail cenéiuil* Sg. 61ᵃ. *octáirgud raith* (in effectione gratiae) Wb. 14ᶜ. *intaidlich* (gl. satisfactionis; acc. *ataidlech* infra) Ml. 23ᵃ. *rún indforcillsin* (mysterium huius doctrinae) Wb. 28ᵇ. *bibdu báis* (reus mortis) 1ᵈ. *darcenn pecca. didiu sil adim* (pro peccato igitur seminis Adami) 15ᵈ. *ancride indermait* (gl. iniuria oblivionis) Ml. 23ᵈ. *doforaithmit* (memoriae tuae) 44r. *oéntu forcitil* (unitas doctrinae) Wb. 13ᵇ. *tórmach galir* (auctio morbi) 29ᵃ. *torad sathir* (fructus laboris) 10ᶜ. *lóg sáithir* (merces laboris; *sáithar*) 23ᵃ. 29ᵃ. *rect comaccobuir* (lex concupiscentiae) 13ᵈ. *airitiu abíith* (sumptio victus sui) 9ᵇ. *am. indclainn bunid* (ut stirps originis; *biad*, *bunad*) 5ᵇ. *anmmann atoraid* (nomina fructus earum, arborum) Sg. 61ᵇ. *torand folaid* (signum sensus) 26ᵇ. 27ᵃ. *archuit folid* (ratione significationis), *herchoiliud folid* (definitio sign.) 138ᵃ. 189ᵃ. *isinnunn fúad folid*

leu (gl. qui cum sit... figura substantiae eius, patris; i. e. est eadem figura significationis apud eos) Wb. 32[b]. *firmac aicnid* (gl. filius meus es tu: i. e. verus filius naturae; *aicned*) 32[a]. *tar recht ṅaicnid* (trans legem naturae) Sg. 217[b]. *forbrisiud dligid* (infractio legis) 181[a]. *foditiu cech imnid* (toleratio cuiusvis passionis) Wb. 1[c]. *dothoscelud áis ésci*, *dotōs aissescai* (ad cognitionem aetatis lunae) Cr. 32[a]. Nc.

Adi. masc.: *tre thesbaid naich baill* (per defectum membri alicuius) Sg. 5[a]. *isinanmim inspiruto nóib* (est in nomine spiritus sancti) Wb. 9[a]. *inneurt inspirto nóib* (gl. virtute spiritus sancti) 6[d]. *fobés srotha luaith* (in modum torrentis rapidi) 32[a]. *indaisso boicht* (aetatis pauperis; i. e. pauperum) Ml. 31[c]. *inchruinn toirthig* (arboris frugiferae; nom. *crann toirthech*) Ml. 15[b]. *indolachruinn toirthich* (gl. olivae) Wb. 5[b]. *comnessim*, *comnissim* (proximi; nom. *comnessam*) Wb. 23[b]. 1[c]. *cuilich*, *inchulich* (gl. profani, hominis; *cuilech*) Ml. 28[a]. 30[a].

Adi. neutr.: *asainreth indanm̄a dilis* (peculiare nominis proprii; nom. *ainm̄ diles*) Sg. 26[b]. *méith* (gl. adipati, obesi), *maill* (gl. tardi, cordis) Ml. 20[a].

Dat. subst. masc. Gallica: Alisanu, Magalu, Anvalonnacu. Hib. e codd. *dondaum* (bovi) Wb. 10[d]. *dofiur*, *donfiur*, *do óen fiur* (viro, uni viro) 10[b]. 11[c]. 21[c]. *ónchiunn* (e capite) 11[c]. *isindóinbull* (in eodem membro) 12[a]. *dunchrunn*, *donchrunn* (arbori) Wb. 8[a]. Sg. 61[b]. *dondmacc* (filio) Wb. 7[c]. *isintsalm* (in psalmo) Ml. 43r. *ó folt* (capillo, decalvetur) Wb. 11[c]. *onach mud*, *onach múd* (nullo modo) Sg. 25[b]. 203[b]. *iccach lucc*, *icach lucc* (gl. in omni loco) Wb. 7[d]. 24[a]. *do cach cathrur* (omni civi) Sg. 33[a]. *do æneus* (Aeneae) Sg. 31[b]. *den chamull*, *din chamull* (de camelo) Tr. 60. *hipardus* (in paradiso) Tr. 17. *iar fiach* (gl. secundum debitum) Wb. 2[b]. — *hua dia* (a deo) Ml. 48r. *ó dia* Wb. 15[d]. *rocretsisi do dia* (credidistis deo) 1[a]. *bad india indfáilte* (gl. gaudete in domino; i. e. sit in deo gaudium) 23[d]. *du dea* (deo) Cam.

Subst. neutr.: *far cétnu diull* (in prima declinatione; *diall*) Sg. 90[b]. *do atrub* (ad domicilium: *atrab*) Wb. 21[c]. *dinrath* (de gratia) 5[d]. *dongrádsin* (huic gradui) 29[a]. *ó bás* (a morte) 14[b]. *hisintórunt* (in forma) Sg. 3[b]. *noichthiche colleuth* (undetricenale spatium, undetricenorum dierum cum dimidio) Cr. 3[b]. *hi forcitul*, *do forcitul* (in doctrina, ad doctr.), *iar forcitul*, *di forcitul* (post d., de doctr.) Wb. 5[d]. 15[a]. 16[c]. 18[c]. *do intinscitul* (ad inceptionem) Ml. 15[a]. *ón bunud* (gl. a principali) Sg. 33[b]. *do étrud* (ad libidinem) Sg. 68[b]. *dothorud*, *dithorud* (ad fructum, de fructu) Wb. 10[d]. *dontorud* (fructui) Sg. 61[b]. *hua dligud*, *di dligud* (a lege) Sg. 181[a]. Ml. 19[d]. *illestur* (in vase) Wb. 22[b]. *indithrub*, *indíthrub* (in deserto) Tr. 18. 19. *dindhuiliu cheneul* (de omni genere) Sg. 40[c]. *hicach ceniul* (in omni g.) 2[a]. *docach ceníul* (omni genti) 31[b]. *docach ceniul* 10[a]. Mira scriptione *docheneiuil* (gl. communia sunt, i. e. ad genus) 64[b]. *íbarscéuilsi* (in nuntio vestro) Wb. 17[b]. — *itossuch*, *itossoch*, *itossug*, *itosug* (initio) 14[c]. 15[a]. 22[c]. 28[a]. *ó thossuch* (ab initio) 7[b]. *ingalar*, *renagalarsom* (in morbo, ante illius morbum) 23[d]. *iarnagalar* (post eius morbum) 12[b]. *issirrié choir* (iusto tempore) 25[d].

Aut his aut masculini generis substantivis sunt adnumeranda: *do thormuch*, *iar tormuch* (ad, post auctionem) Sg. 77[b]. 153[a]. *ó fugull* (gl. iudicio; nom. *fugall*) Wb. 9[c]. *in ilur* (in multitudine) Wb. 22[c]. *hibarcumung* (in vestra potestate) Wb. 5[d]. *uathecmungg* (gl. ab eventu) Sg. 28[a]. *dofulung* (ad tolerationem) Wb. 25[a].

Adi. masc.: *ondfescur maull* (a vespera sera) Sg. 183[b]. *on spirut nóib* (a spiritu sancto) Wb. 14[c]. *dindancretmiuch* (ab infideli; nom. *ancretmech*) 10[a]. Adi. in *-ach* non mutantur: *dundfercach* (irato) Ml. 22[d]. *donbráthir hiressach* (fratri fideli), *donlobur hiressach* (infirmo fideli) Wb. 10[b]. 11[b].

Adi. neutr.: *i cach imnivd* (in quavis tribulatione; *imned*) Wb. 7[b]. *ó nach uathuth* (ab aliquo singulari; *uathad*, singularis numerus) Sg. 71[b]. *ar anmmaimm dilius* (pro nomine proprio) 27[a]. *huansuidiu biuc* (gl. modica sessione) Ml. 47r. *indforcunn dúthrach* (gl. votivo exitu, destituti) 19[c]. Ad idem genus referendi esse videntur ablativi adverbiales ut *inbiucc* (gl. paulatim) Sg. 12[b]. *innephdilius* (gl. improprie) Ml. 28[d]. *intsoer* (gl. libere) 31[b]. *diriug*, *diriuch* (recte) Wb. 17[b]. Sg. 197[a], de quibus cf. libri IV. cap. I.

Acc. subst. et adi masc.: *ar óen fer* (pro uno viro) Wb. 4[b]. *iccfe infer* (gl. virum salvum facies) 10[a]. *corp nduini* (corpus hominis) 12[a]. *inmeccun l. intamun* (gl. radicem) Ml. 45r. *darcenn* (trans caput, pro) Wb. fq. *arech .n. donn* (pro equo fusco), *facib nóib .n. aile isuidiu* (reliquit sanctum alium in hoc) Tir. 6. 8. *fri nech* (contra aliquem), *fri cách* (contra quemvis) Wb. 10[a]. 30[c]. *tèssurc marb biu* (servo mortuum, vivum) Inc. Sg. — *la dia* (apud deum), *fri dia* (ad deum) Wb. 14[a]. 17[c]. *guidimse dia nerutsu* (precor deum pro te) 27[d]. *conroigset dia nairiuibsi* (ut orent deum pro vobis) 16[c]. *ar dea* (propter deum) Cam *ni reid a forg[aire] isindea* (non facilis iussio in deum) Sg. 161[b].

Incerti generis gallica: cantal*on*, canecosedl*on*, celicn*on*, νεμηνον.

Subst. et adi neutr.: *cid anuathathnisiu* (etiam hanc singularitatem) Wb. 5[a]. *anaccobor* (cupiditatem) 4[b]. *arrad* (gratiam) 29[d]. *condéirsid aforcital sosceligthide* (ut deseratis doctrinam evangelicam) 25[d]. *aranindeb domunde* (propter lucrum mundanum) 28[c]. *ataidlech* (gl. satisfactionem) Ml. 25[a]. *doberir angrád* (fert gradum) Wb. 29[a]. *gaibid imnib anetach* (sumite circum vos vestem) 27[b]. *cen sáithar* (sine labore) 27[b]. *tri lathar* (per temptationem) 9[d]. *jodalet chenél* (distinguunt genus) Sg. 72[a]. *mochenél colnide* (gl. carnem meam) Wb. 5[b]. *hi nephchenéil* (gl. in non gentem) 5[a]. *etir diall nanmann* (inter declinationem nominum) Sg. 27[a]. *fritinfed nicce dochách* (gl. facit angelos suos spiritus, Hebr. 1, 7; i. e. ad inspirationem salutis unicuique) Wb. 32[b]. *tar áes ñesci* (trans aetatem lunae) Cr. 31[c]. *isandedenach* (gl. in posterum) Ml. 59r.

Voc. subst. masc.: *á fir* (o vir!) Wb. 10[a]. *a dǽ* (o deus) Wb. 5[b]. Ml. 22[a]. 51r. *adé* Wb. 5[a]. *adæ* Ml. 41r. 48r.

Subst. neutr. *a bas pene* (gl. ó mors) Tr. 95.

Adi. masc.: *a cach duini* (o omnis homo) 1[a]. *adé bi* (o deus vive) Ml. carm. 1.

Loc. subst. masc.: *conggab patricc iarnaid puirt indruimm daro* (consedit P. postea in domo quadam in Dr. D.) Tir. 2. Fortasse: *cinn* (gl. capite) Tr. 54.

Pluralis.

Nom. subst. masc. Gallicum: Tanotalikn*oi* (Dannotaliknoi) Inscr. Nov. — Hibernica: *adinmaicc* (vos estis filii), *maic ni dosom* (filii nos ei, deo) Wb. 9[a]. 19[d]. *adabaill* (estis membra), *tesbanat bóill* (deficiunt membra), *itmóirb inboillsin* (sunt emortua haec membra), *itcorp inboillsin* (sunt corpus haec membra) 3[b].

11^{d}. 12^{a}. *indfir* (viri) 22^{c}. *indluic* (loca) Sg. 5^{a}. *idail* (idola) Ml. 34 r. *angil* (angeli) Wb. 4^{b}. *apstil*, *sóibapstil* (apostoli, pseudapostoli) 8^{c}. *magistir* (magistri) 30^{d}. *indescipuil* (discipuli) 7^{d}. *bandechuin* (diaconissae; cf. 178 n.) 28^{c}. *romáin* (Romani) Sg. 33^{a}. *indrigain* (gl. reguli) 45^{b}. Mutatur *é* ut in gen. sing.: *asbérat mo beiúil* (dicent labia mea; *bél*) Wb. 12^{d}; *ia* cum *i* fit *éi*: *dlegtir féich* (debentur debita; *fiach*) Wb. 4^{a}. — *dé nemdai són* (gl. superi; i. e. di caelestes), *dé bithbi* (gl. vivi; i. e. di immortales) Sg. 39^{a}. Item *bandé* (deae) Sg. 53^{a}.

Adi. masc.: *irlaim*, *irlim* (parati; *irlam*) Wb. 7^{b}. 16^{a}. *utmuill* (gl. inquieti) 26^{b}. *itmóirb inboill* (sunt emortua membra; *marb*) 11^{c}. *sláin* (salvi; *slán*) 28^{b}. *bad firiainsi am. asfírian som* (este iusti vos, ut est iustus ipse) 22^{a}. *bad tréuin* (este fortes) 27^{a}. *indóini bí* (homines vivi), *dé bithbi* (di immortales; *béo*) Sg. 39^{a}. *luind* (gl. amari, immites) 27^{c}. 30^{c}. *uilc*, *uiloc* (mali; *olc*) 5^{d}. 11^{a}. 30^{a}. *lobuir* (gl. imbecilles, estis) 33^{d}. *dichoim* (immites) Ml. carm. 2. *sóir* (idonei) Wb. 12^{b}. *indnóib* (sancti) 21^{a}. 21^{c}. *bimmi nóibni* (erimus sancti; sg. *dichoim*, *sóir*, *nóib*) 3^{d}. *adib iressich* (estis fideles; *iressach*), *hiressig*, *amhiressig* (fideles, infideles) Wb. 12^{d}. 19^{b}. 24^{c}. *itdássactig* (sunt insani) 12^{d}. *itfíaohaich* (sunt debentes) 7^{c}. *issninni carthaig* (gl. nos amantes) Ml. 52 r. *toirsich*, *toirsig* (tristes; *toirsech*) Wb. 26^{d}. 27^{c}. *ban buidich*, *bat buidich* (simus, sint grati) 7^{a}. 29^{b}. *tairismich* (constantes), *cretmich* (credentes; *-mech*) 5^{d}. 10^{a}.

Subst. et adi. neutr. sicut feminina terminari solent *-a*: *átercitla* (gl. vaticinia sua; *tercital*) Ml. 19^{b}. *na imneda* (tribulationes) 22^{d}. *inna dligeda* (leges) 17^{c}. *na cenela* (gl. nationes) 26^{b}. *attaat scela linn* (sunt nuntii nobis) Wb. 18^{d}. *inna tóranda* (gl. figurae) Sg. 4^{a}. Extant tamen exempla huius casus vel accusativi sine terminatione ac sine infectione formati, quae sine dubio est vetustissima formatio: *sé tarmorcenn* (sex terminationes) Sg. 166^{a}. *urm aili* (arma alia) Wb. 22^{d}. *oire nundem membur* (quia sumus membra) Cam. ac fortasse *itsecht cét*, *itchethir chét* (sunt 700, 400) Cr. 42^{c}.

Adi. neutr.: *inna anmann tréna* (nomina substantiva) Sg. 28^{b}. *isairi asbertar étrumma 7 slemna huare nád techtat tinf.* (gl. in levibus; i. e. ideo dicuntur levia et lêvia, quia non habent aspirationem) 10^{a}. *aranecatar coitchena in or dam* (quod inveniuntur communia in or quoque) 65^{a}. *bit goacha uili* (sunt mendacia omnia, prodigia) Wb. 26^{a}. *inna pnoa. aittrebthacha* (pronomina possessiva) Sg. 200^{b}. *carthacha* (gl. affecta) Ml. 66 r. *centarcha* (gl. citima) Cr. 36^{a}. *cenélcha* (generalia) Sg. 3^{a}. *octngné cenelcha* (octo formae generales) 166^{a}. *inmedóncha* (intestina) Wb. 12^{b}. Sg. 111^{a}.

Gen. subst. masc.: *fognam innam ball naile* (servitus membrorum ceterorum) Wb. 12^{b}. *anmmann inna crann* (nomina arborum) Sg. 61^{b}. *inna fer* (virorum), *cindas fer* (quae qualitas v.) Wb. 4^{c}. 8^{c}. *irchre flatho román* (interitus imperii Romanorum) Wb. 26^{a}. *dóere inna grec* (amore Graecorum), *riagoil sengrec* (regulam veterum Graecorum) Sg. 1^{a}. 9^{a}. *ecosc nabstal* (habitus apostolorum) Wb. 24^{a}. *himchenn nasacardd* (circum caput sacerdotum) Sg. 54^{a}. *besad felsub* (mos philosophorum) Wb. 27^{a}. — *apersin innandea* (ex persona deorum) Sg. 162^{a}.

Subst. neutr.: *fis scél*, *fius scél* (scientia narrationum) Wb. 14^{b}. 25^{a}. *airitiu na forcetalsin* (receptio doctrinarum harum) 16^{a}. *inna forcetal* (gl. institutionum liber) Sg. 9^{a}. *spatia narrec* (sp. siderum) Cr. 18^{c}.

Adi. masc.: *essergé innanuile marb* (resurrectio omnium mortuorum) Wb.

13ᵈ. *indocbál inna nóib innim* (gloria sanctorum in caelo) 13ᵃ. *tóiniud nircssach* (adventum fidelium) 26ᵃ. *inna culech* (gl. profanorum) Ml. 32ᵃ. 48r. *innanguidech* (gl. supplicum) 35r. *anetach ṁacc cóimsa* (hanc vestem filiorum carorum) Wb. 27ᵇ.

Adi. neutr.: *foragab duaid inna anman adiecta cen tabairt anman tren friu* (posuit ea Davides, nomina adiectiva, sine additione nominum substantivorum ad ea) Ml. 30ᵃ.

Dat. subst. et adi. masc.: *domaccaib* (filiis) Sg. 28ᵃ. *dumanchuib, diamanchib* (monachis, de mon. eius) Tir. 3. *hisalmaib* (in psalmis) Ml. 52r. *donaib ballaib ailib* (aliis membris) Wb. 12ᵇ. *ó ilballaib, di ilballaib.* (e multis membris) 12ᵃ. *dinaib feraib* (de viris) 12ᵈ. *di anglib* (de angelis) 18ᶜ. *o bélib* (a labiis) 14ᶜ. *do...apstalib* (apostolis) 30ᵈ. *donaib nóibaib, donaib huilib nóibaib* (sanctis, omnibus sanctis) 14ᵇ. 17ᵃ. *do phectachaib* (peccatoribus) 13ᵃ. *do hireschaib* (fidelibus) 4ᵃ. *diairchinchib* (de principibus) 7ᵇ. — *ar déib iffirnn* (gl. pro manibus; i. e. pro dis inferni), *do déib* (gl. ad sacra; i. e. dis) Sg. 39ᵃ. 39ᵇ. *oc edpartaib do deib* (in sacrificiis pro dis) 56ᵇ. *forgare fordeib* (iussio de dis) 161ᵃ.

Subst. et adi. neutr.: *dinaib imnedaib* (de passionibus) Ml. 40r. *arnaib grádaib nemdib* (super gradus caelestes) Wb. 21ᵃ. *arnaib réib ilib* (gl. super omnes caelos) 22ᵃ. *innedónchaib* (gl. pro intestinis) Sg. 111ᵃ. *donaib anṁanaib adiectaib* (nominibus adiectivis), *trenaib* (substantivis) Sg. 28ᵇ. Hanc *-aib* vel *-ib* non inficientem ex *-ab* defecisse probant articuli formae *donab, dinab, arnab* supra commemoratae.

Acc. subst. masc.: *ni tidbarid farmbaullu* (ne obtuleritis membra vestra), *farnuili baullu* (omnia membra vestra) Wb. 3ᵇ. *eter baullu* (inter membra) 12ᵇ. *bullu* (bis ita scriptum) 9ᵈ. *doróigu dia immaccu do* (elegit deus filios sibi) 4ᵇ. *lammaccu* (apud filios) 19ᶜ. *forsnasunu* (de verbis) Ml. 52r. *tri beulu* (per labia) Sg. 6ᵃ. *lasna firu* (apud viros) 28ᵃ. *amal nagrinnenu.i. bite imchre[ch]tu* (gl. tamquam ulceribus fasceolas) Ml. 10r. — *cindas fer diandenidsi deu.i.moge et timthirthidi indí diaruchretsidsi* (gl. quid igitur est Apollo? quid vero Paulus? ministri eius cui credidistis, 1. Cor. 3, 4; i. e. quales viri, quos [ex quibus] facitis deos? i. e. servi et ministri eius cui credidistis) Wb. 8ᶜ. *mogi sidi uili dodia act dorigénsat indescipuil dechor etarru et deu diib ished on cosecha som* (gl. significatum est mihi de vobis... quia contentiones sunt inter vos, 1. Cor. 1, 11; i. e. servi hi omnes deo, sed fecerunt discipuli discrimen inter eos et deos ex iis, hoc castigat ipse, Paulus) 7ᵈ. *andeuson* (deos ipsorum) Ml. 34r. *tarsna deo* (per deos) Sg. 217ᵇ.

Adi. masc.: *lammarbu* (cum mortuis) Wb. 25ᵇ. *consechat nulcu* (reprehendunt malos, potestates) 6ᵃ. *fáilte frinóibu* (gaudium sanctis) 7ᵇ. *teidmlenamnachu* (gl. pestilentes, vocat) Ml. 15ᵃ. *lasna cuilechu* (gl. apud profanos) 36ᵈ. *deochratechu* (gl. sacrilegos) 16ᵃ. *frisna diltadchu* (gl. adversum negatores, providentiae) 20ᵃ. *la amireschu* (apud infideles) Wb. 9ᶜ. Huc transgressum *e[u]lachu* (gl. expertos) Ml. 7r. Terminatio *-a* in Sg. 33ᵃ: *sanctáir. arindí atreba rétu nóiba and* (gl. sanctuarium, i. e. quia continet res sanctas).

Subst. et adi. neutr. ut in nom.: *leic úait inna biada milsi* (sine de te cibos suaves) Wb. 6ᵃ. *eter imnetha* (inter tribulationes); *fodaimimse imnetha* (tolero tribulationes) 14ᵇ. 23ᵇ. *dligetha* (gl. debita, reddite) 6ᵃ. *forsna dligetha* (in debita)

13ᵃ. *la dligeda* (ad normas, leges) Sg. 207ᵃ. *accobra* (cupiditates) Wb. 20ᶜ. Item sine terminatione: *condermanammarni inna imnedsin* (ut obliviscamur harum tribulationum) Ml. 21ᶜ. *inna grán* (grana) Sg. 184ᵇ. *inna fess* (gl. scita, sectamur Nicenae synodi) Cr. 39ᵇ. *nahuile nertso* (omnes has virtutes) Patr. h. *inna olcsa* (gl. ad haec mala) Sg. 217ᵃ.

Adi. neutr.: *inna anman adiecta* (nomina adiectiva; cf. sub genet. adi. neutr.) Ml. 30ᵃ. *frisnadedencha* (ad postrema) Wb. 30ᵈ.

Voc. subst. et adi. masc.: *a rómanu* (gl. Quirites!) Sg. 41ᵇ. *a galatu burpu* (o Galatae stulti! adi. *borp*, stultus, p. 60) Wb. 19ᵇ. *a iudeu et geinti hireschu* (o Iudaei et gentes fideles!) 3ᵃ. *á firianu* (gl. vos: iustum est apud deum retribuere tribulationem iis qui vos tribulant) 25ᵈ.

Dualis.

Nom. masc.: *óen fol. da son són* (gl. una est res supposita, duae vero voces) Sg. 73ᵇ. *dason* Tr. 2. *da mod* (duo modi) Sg. 138ᵇ. *ó óin síl rogénartar da macc de* (gl. Rebecca ex uno concubitu habens) Wb. 4ᵃ. *dafoccul* (duo vocabula) Corm. v. *trefocal.* E Leb. Brec.: *da slog* (duo agmina) apud O'Don. p. 307.

Neutr.: *comescatar da cenél indib* (gl. in utroque genere promiscua sunt) Sg. 61ᵃ. — cf. *imbat da.g.and* (num ibi sint duo *g*) Sg. 15ᵃ. — *adánimmechtar* (duo eius extrema), *da ngruad corcra* (duae genae purpureae) Vis. Adamn. apud Stok. (Beitr. I. 350).

Gen. masc.: *frihimcomarc da charpat* (ad evitationem duorum carpentorum) Corm. v. *Rot.* *cechtar a dá lethcend* (in utroque eius capitis dimidio) id. v. *Rangc.* *mathair dá mac* (mater duorum filiorum) Oengus apud St. (Beitr. I. 348). *mac dáthó* (filius duorum silentium) cognomen Mesroedai Lageniorum regis cf. O'Curry pp. 486. 591. *i cath Cluana dá tarb* (in proelio campi duorum taurorum) Ann. of Boyle ap. O'Don. p. 446.

Neutr.: *hi scríbiunt da carachtar, hí scríbunt inda carac.* (in scriptione duarum litterarum) Sg. 9ᵃ. cf. *inda ńs* (gl. unam *s*; i. e. duarum *s*) Sg. 16ᵇ.

Dat. masc.: *isindib salmaibso* (gl. ambobus unus sensus; i. e. in duobus his psalmis) Ml. 34r.

Neutr.: *biid for deib ńdíllib* (gl. fastus; i. e. est secundum duas declinationes) Sg. 106ᵃ. *frisgair intesteminse dondib dligedib remeperthib* (respondet hoc testimonium duabus legibus antedictis) 193ᵃ. *coms. ó dib nógaib* (compositum e duobus integris; *óg* neutr. idem quod alias *rann óg*, integra dictio, ut Sg. 6ᵇ.) 75ᵃ. 75ᵇ. 98ᵃ. *inna deich ar dib cetaib* (gl. ducenti decus) Cr. 33ᵃ.

Acc. masc.: *imbir indamér* (circumfer duos digitos) Inc. Sg. *ardesimrecht dobersem inda articul* (pro exemplo profert duos articulos) Sg. 76ᵇ. *eter da son* (inter duo sonos) 150ᵇ. *indá érrend* (gl. stigmata, porto) Wb. 20ᵈ.

Neutr.: *daeltais dam foadánog inna genitin* (gl. alterius utrius; i. e. declinabant id etiam ex duobus eius integris in eius genetivo) Sg. 75ᵇ. *andiall foadanóg* (gl. ex utraque parte, declinavit Cicero alterum utrum; i. e. declinatio ex duobus eius integris) Sg. 98ᵃ.

Divisio B.

Thematum principio in *-ia* (*io*) desinentium, quorum *i* hibernice semper, interdum iam gallice in *e* transit: *Ουιλλονεος*, Anarevis*eos*, sed Anokopok*ios*, Setupok*ios*. Hibernicum *-e* in gen. voc. sing., nom. plur. redit in *-i*, in dat. sing. mutatur in *-iu*; ceterum haec divisio a priore nihil differt, nisi quod *e* (*i*) semper evanuit ante *-ib* dativi pl., interdum ante *-u* dat. sg. et acc. pl., et quod substantiva neutra in pluralis casibus nominativo et accusativo servata formatione vetusta desinunt in *-e*, adiectiva femininorum instar in *-i*. Pro *-e* non rarum est *-a*, ut alias hic quoque, praesertim in cod. Sg.: *fotha* (gl. crepido) Cr. 33ᵇ. *infotha* (gl. fundamentum) Sg. 4ᵇ. *aesca* (luna, al. *æsce*) Cr. 33ᵇ. *cétna netargna* (prima cognitio) Sg. 197ᵇ. *inna frecra* (gl. responsa) Sg. 26ᵃ, item in multis adiectivis, partim assimilatione ortum: *arabda* (arabicus), *afracda* (africus) Sg. 16ᵃ. 19ᵃ; itaque pro *-i* saepe invenitur *-ai*.

Singularis.

Nom. subst. masc.: *céle* (socius, maritus) Wb. Sg. *haue* (nepos) Sg. 29ᵃ. *dalte* (alumnus, discipulus) Wb. 23ᵃ. 24ᵃ. *scrinire* (gl. arcarius) 7ᶜ. *intecttaire* (gl. dispensator) 8ᵈ. *rectire* (gl. praepositus) 17ᵈ. *notire* (notarius) 27ᵈ. *echaire* (gl. mulio) Sg 33ᵇ. 62ᵇ. *tablaire* (gl. tabellarius) 35ᵃ. *fuirsire* (gl. parasitus) 49ᵇ. *cennige* (gl. lixa) Pr. Cr. 25ᵃ. *duine* (homo) fq., cuius pluralem supplet forma *dóini*.

Subst. neutr.: *anesseirge* (resurrectio) Wb. 30ᵇ. *aneséirgesin* (res. haec) 18ᵇ. *animdibe* (circumcisio) 2ᵃ. *anirgaire* (vetitum) 3ᶜ. *'andédesin* (haec duitas, haec duo) 10ᵇ. 14ᶜ. 25ᵈ. *atréde* (trinitas, tria), *acctharde* (quattuor) Wb. fq. *afiadnisse* (testimonium) Wb. 13ᵇ. *afírluge* (iusiurandum; cf. *luige limsa inso* (gl. ego autem deum testem invoco) Wb. 14ᶜ.) Ml. 36ᶜ. *asainchomarde* (signum proprium; *arde*, signum) Wb. 26ᵇ. *atimne* (praeceptum) 3ᵃ. *atuile* (accessus maris) Cr. 25ᶜ. *acumachtae* (gl. manus, conserenda) Ml. 16ᵃ. *cumachtae* (gl. potestas) Sg. 6ᵃ. *ácenele*, *acenele*, *cenélae* (genus) Wb. 5ᶜ. Sg. 8ᵃ. 46ᵇ. 67ᵇ. *anésca* (luna, mensis lunaris) Cr. 3ᵇ. Extat etiam forma *cenél* sequens ser. I. a., gen. *cenéiuil*; quare mirum non est semper inveniri formam *soscéle* (evangelium), quamvis simplex *scél* (nuntius) Wb. semper priorem divisionem sequatur. Irregularitatis specie fallit *lathe*, *laithe* (dies) éxcussa saepius consona (p. 71) et assimilata *e*, ut hae formae oriantur: *alaithe* (dies) Ml. 21ᵃ. *laithe rongenair* (dies quo natus est) Sg. 31ᵃ. *cid lae sechtmaine. dofis cid lae sechtmaine* (gl. quae sit feria; i. e. ad sciendum qui sit dies hebdomadis) Cr. 32ᶜ. *dotōs cidlae saecht.* (ad explorandum qui sit dies hebdomadis) Nc. *coti lae messa* (donec venit dies iudicii) Ml. 26ᵃ. *doairchet allaa inbrithemnactesin* (gl. scriptum est enim: vivo ego, dicit dominus, Rom. 14, 11; i. e. praedicta est dies haec iudicii) Wb. 6ᵇ. *asberat dofeil laa inbrátha* (dicunt adesse diem iudicii) 26ᵃ. *sainláa* (dies singularis) 6ᵇ.

Adi. masc.: *cétne fer* (primus vir) Wb. 7ᵇ. *intathir nemde* (pater caelestis) 4ᵇ. Frequentissima adiectiva derivata in *-de*, *-te*, *-the*.

Adi. neutr.: *anuile* (omne), *anuilese* (omne hoc) Wb. 16ᵇ. 27ᵃ. *angné cetne* (ratio eadem) Cr. 33ᵃ. *anorpe nemde* (hereditas caelestis) Wb. 27ᶜ. *anaccobor collnide* (concupiscentia carnalis) 8ᶜ. *ni nuae ndo anatrabsin* (non novum ei hoc domicilium) Ml. 17ᵇ. Frequentia *asse* (facile), *anse* (difficile).

Gen. subst. masc.: *ocmunud ádalti* (in educatione, instructione alumni sui)

Wb. 24ᵈ. *corp ṅduini* (corpus hominis) 12ᵃ. *darcenn indiudidi* (trans caput Iudaei, pro Iudaeo) 2ᵃ. *indfuirsiri* (gl. histrionis) Sg. 103ᵃ.

IOU: *diziou* (dies; hod. *dez* masc.) Buh. 150, 12. 15. 152, 1. *gueriou*, *gueryou* (verba) MJ. 15a. 62a. 63b. *lechyou* (loca) 190a. *griziou* (radices) 222a. *meneziou* (montes; sg. *menez* 13a.) 10b. *euryou* (horae) Cath. *scripturyou* (scripturae) MJ. 43b. *muryou troy* (moenia, Troiae) Cath. *vertuziou* (virtutes) Buh. 26, 9. 62, 6. 118, 12. *feuntenyou* (fontanae) 190, 23. 192, 3. *poanyou* (poenae) 4, 15. 20, 7. 200, 9. MJ. 10b. *pouanyou* (id.) 9b. *termenyou* (termini) 61b. *cauteriou* (caldariae; sg. *cauter* Cath.) 12a. *leiffriou*, *lefryou* (libri; supra *lefrou*) Buh. 118, 10. MJ. 234b. Eodem vix non pertinent *breuiou*, *breuigou* (iudicia) Buh. 150, 9. 16. — *breuiou, breugou, breuiou* ('lis, placitum') Cath. — *eureugou* (nuptiae; sg. *euret* Man., hod. *eûreûd*), *can an neuregeou* (epithalamium) Cath., alia de quibus cf. p. 170.

Pluralis distinctus consonantibus.

Quae consonae pluralem britannicum distingunt, etsi in paucis (de quibus postremo loco agetur) a principio ad themata pertinent, plerumque tamen postea additae, derivantes in flexionis usum transgressae sunt putandae, ut in peregrinis *testyon* (testes), *aniueileit* (animalia), *kalaned* (coloni). Terminantur autem eiusmodi syllabae derivantes aut liquidis aut mutis.

E liquidarum numero ad formandum pluralem saepissime (ut in germanica adiectivorum declinatione) adhibetur N, praecedente fere O, raro praeterquam aremorice R.

Terminatio cambrica ON, saepius ION. ON nuda extare videtur in substantivis: *gweison*, *gweisson* (pueri) Mab. 1, 12. 22. 32. 250. *meibon* (filii) 1, 33. 236, sed haec pro *gwesion*, *mebion* (p. 83). Vix aliter *disgyblon* (discipuli; hod. *dysgyblion*) 2, 25. 56. Verius huc pertinent: *medygon* (medici) 1, 258. 2, 25. 56. *guistelon*, *guystlon*, *gwystlon* (obsides, pignora) Leg. 2, 11, 23. 24. Mab. 1, 30. *athrawon* (praeceptores) Mab. 3, 29. *kynawon*, *kenawon* (catuli) 3, 28. *ffuon* (rosae) 2, 218. *golwython* (frusta) 1, 2. 31. 2, 201. *kedymdeithon* (socii) 1, 24. 2, 27. 28. 372. De *mabynogyon* (narrationes; sg. *mabinogi* 3, 7. 81. 189) 3, 36 videas infra.

In adiectivis: iam inter glossas Lxb. *milinon* (gl. libosas, i. e. lividas; = *melynyon*, Mab.). In L. Land.: *guerni duon* (alni nigrae) 74. Recentiora: *doython* (viri docti) Leg. praef. *doethon rucein* (docti Romanorum) Mab. 3, 267. 268, alias *doythyon*, *doethion*; *tei duon* (domus nigrae), *deueit duon* (oves nigrae) 1, 262. 274. *yn wyr llwydon* (ut viri cani) 3, 274. *deu vackwy wineuon* (duo pueri fusci) 3, 265.

Terminatio ION cambrice format substantiva quaedam, sed plerumque significat adiectiva numeri pluralis, inficiens praecedentes vocales capaces infectionis.

Substantiva: *merion* (gl. actores; *maer*) Cb. 78. *dennion*, *deneon*, *denyon* (homines; sg. *den*, *dyn* masc.) Leg. 2, 6, 39. 11, 24. 4, 1, 2. *dynyon* (id.) Mab. 1, 5. 33. 250. *gueysyon*, *gueyssion* (pueri; *guas*) Leg. 1, 4, 1. 2, 2, 1. *testion*, *testyon* (testes) 2, 11, 24. 25; 37. 38. *meybyon*, *meibion* (filii) Leg. 2, 1, 3. Mab. 1, 33, *egylyon*, *egylion* (angeli) Mab. 1, 237. *gelynyon* (hostes) 1, 29. *morwynyon*, *morynyon* (puellae; *morwyn* fem.) 1, 1. 5. 22. *anregyon* (dona; *anrec* 1, 15) 2, 20. 27. 31. 63. *rodyon* (dona) 2, 27. *llysgyon ac yskyryon* (virgae et baculi) 1, 236. *crydyon* (sutores) 3, 149. *kynnydyon* (venatores) 2, 244. *guastrodyon* (equisones) Leg. 1, 12, 6. 7. 15. *hebokedyon* (falconarii) 1, 10, 10. *achuysyon* (causae; *achaus* masc.) 1, 12, 6. *delehedyon*, *deleedyon* (debita; hib. vet. *dligetha*) 2, 1, 13.

Adiectivorum exempla vetustiora: inter glossas Oxon.: *arpeteticion* (gl. miseri), *termisceticion* (gl. sollicitos) 38ª. *ringuedaulion* (gl. arcana) 38ᵇ. Inter gl. Lxb.: *blinion* (gl. inertes), *cronion* (gl. assiles; i. e. rotundi? sg. ibid. *cron*, gl. tornatilis), *riglion* (gl. garrulis), *arotrion* (gl. atrocia), *buenion* (gl. concitis), *benolion* (gl. esciferis), *tirolion* (gl. agrica), *couuantolion* (gl. andrivenereis), *torvinolion* (gl. fidis), *natrolion* (gl. regulosis), *atanocion* (gl. alligeris; i. e. alig., cf. *etinet*, volucres, Ox. 40ᵇ.). E libro Land.: *bet ir alltudion* (sepulcrum peregrinorum) 216. *nant y clauorion* ('vallis leprosorum' 217) 119.

Exempla recentiora e Mab.: *deueit gwynyon* (oves albae; hod. *dafad* fem.) 1, 274. *deu vilgi bronnwynyon vrychyon* (duo vertragi albo pectore maculosi; *ci* masc.) 1, 274. *gweisson culyon cochyon* (pueri macri rubri) 1, 250. *danned hiryon melynyon* (dentes longi flavi) 1, 283. *arueu trymyon* (arma gravia) 3, 304. *y pedeir ystondard melynynon* (quattuor signa flava) 1, 30. *marchogyon urdolyon* (equites ordinati) 1, 241. Saepe quae videntur substantiva, sunt principio adiectiva ut *doythyon*, *doethion* (viri docti) Leg. praef. Mab. 3, 29; inprimis derivata in *-aul*, *-aur*, *-auc* etc., ut *ebolyon* (pulli; sg. *ebawl* e subst. *eb*, *ep*, equus) Leg. 1, 12, 7. Mab. 3, 30. 87. *kerdhoryon* (ministri; sg. *kerdawr* e subst. *kerd*, iter) Leg. 1, 4, 1. *brodoryon* (socii; *brodawr* e *brawt*, frater), *karcharoryon* (captivi) Mab., 372. *lleycyon* (laici), *escolcycyon*, *escolycyon* (scholastici, ecclesiastici) Leg. praef. *suydocyon* (ministri; sg. *swydawc*) Leg. 1, 10, 16. *perchenokyon* (possessores) 2, 4, 10. *touyssogion*, *tywyssogyon* (principes) L. Land. 113. Mab. 3, 298. *marchogyon* (equites) Mab. fq. *taeogyon* (agricolae) Mab. 3, 148. *cymodogyon* (vicini) 1, 269. *dylyedogyon* (debitores) 1, 269. 3, 36. *kyttirogyon* (finitimi) 2, 29. *pellennigyon* (peregrini) 1, 1. Item compositum *fydlonyon* (fideles; sg. *gwr ffydlawn* 3, 305) 2, 30. Nec aliter hodie *mabinogion* (sg. *mabinog*, puerilis) usurpari solet tanquam pluralis substantivi *mabinogi* (narratio puerilis).

Cambrica R in uno exemplo *gwewyr* (hastae; hod. *gwaewyr* a sg. *gwaew* f.) Mab. 2, 60. *gwaewar* 3, 264. 266. forsitan compositioni potius tribuenda sit.

Terminationum earundem cornica et aremorica exempla.

Cornica ON nuda vix extat nisi in: *iuthewon*, *iethewon*, *eȝewon* (Iudaei; sg. *isthow*, *eȝow*) D. P. fq. (supra p. 135) et *ȝy ȝyschyblon* (ad discipulos eius) P. 256, 1. *dyskyblon* (discipuli) D. 457. 774. 911. 1011, quorum illud infectione insigne est, hoc alternat cum *dyscyblyon*.

ION substantivorum: *maister mebion* (gl. paedagogus) Voc. 8ᵃ. *mebbyon*, *mebyon* (filii) O. 437. 1038. *guesyon*, *gwesion* (pueri) D. 615. 1299; 2605. *impinion* (cerebrum) Voc. 7ᵃ. *empynyon* D. 2120. *empynnyon* P. 134, 3. D. 2138. R. 2557. *ympynnyon* (id.) D. 2142, forma sine dubio plurali, cum sit arem. *empenn* (*penn*, caput), cambr. *emennyd* Mab. 1, 13, hod. *ymenydd* (= *ym-p.*). *dyskyblyon*, *dyscyblyon* (discipuli) D. 1. 69. 462. *prevyon* (vermes) O. 1160.

Adiectivorum: *an glevyon* (aegrotos, sanavit) P. 25, 1. *bohosugyon*, *bohosogyon* (pauperes; sg. *bochodoc*, gl. inops, pauper, Vocab.) D. 543. 3108. P. 36, 3. 37, 3. *boghesegyon* (id.) D. 538. *eȝomogyon*, *othomegyon* (egeni) P. 26, 2. D. 2636. *an vuscogyon* (insani) P. 26, 3. *tormentours cardowyon*, *arlythy caradowyon* (tortores, domini amandi) D. 1357. 3163. *cufyon*, *kefyon* (cari) D. 1075. 1093; 1026. E derivatis principio adiectivis orta substantiva: *pehadoryon* (peccatores) P. 5, 3. *pronteryon* (presbyteri) 89, 1. *palmoryon* (peregrinatores) R. 1477. *flatturyon* (garruli) R. 1511. *guycoryon*, *guykcoryon* (mercatores) D. 331. 1304. *marogyon*, *morogyon*, *marregyon*, *marrouggyon* (milites; = cambr. *marchogyon*) P. 243, 1. 251, 1; 250, 1; D. 1613; O. 1639. *gowygyon* (mendaces) R. 1478. 1510. *cristenyon*, *crystenyon*, *crystunyon* (Christiani) D. 979. 1564. 1545. Huius locum obtinet -ER in *prenyer*, *prennyer*, *prynnyer* (arbores) P. 131, 1. 151, 4. 153, 1.

Aremorica N, quia adiectiva vera non flectuntur, est substantivorum; in his tamen derivata in *-en*, *-er*, *-ec* etc. originem ex adiectivis produnt.

ON nuda vix extat nisi forte in *anaffuon* (animae) Buh. 154, 21. *anafron* MJ. 13a. *anauon an iffernn* ('manes') Cath. et hod. *gadon*, *gedon* (lepores; sg. *gat* Buh. 32, 8. Cath., hod. *gad*).

ION non extat nisi in *disquiblion* (discipuli) Buh. 118, 22. et *yuzevyon* (Iudaei) MJ. 115a, quae, etsi proximorum versiculorum consonantia probantur, tamen ipsa quoque alibi scribuntur *disquiblyen* MJ. 19b. 47b. 76b. *yuzevien*, *yuzevyen* 128a. 129a. In aliis IEN: *blizien* (anni; hod. *bloaz* masc.) Buh. 4, 5. *compizrien* (compatres) 98, 21. *peoryen*, *peauryen*, *peouryen*, *peuryen* (pauperes) 68, 11. 142, 16. 154, 3. MJ. 12b. 15b. *christenien*, *christenyen* (Christiani) Buh. 54, 16; 62, 1. 74, 13. *toueryen* (blasphematores) 150, 5. *pecheryen* (peccatores) MJ. 11b. *servicheryen* (servi) 52a. *prisonerien* (captivi) 117a. *mesfaectouryen* (malefactores) Buh. 152, 25. *marchadouryen* (mercatores) MJ. 76b. *bourchysyen* (burgenses) 81a. *ostysien* (hospites; sg. *ostis* Cath.) 208b. *beleyen* (presbyteri; pro *belegien*, e sg. *baelec*) Buh. 58, 8. 138, 18. 140, 15. *ezomeyen* (egeni; *ezomec* Cath.) MJ. 12b. *marehyen* (milites; *marhec* Cath.) 123a. Item hodierna: *mipien* (filii; *mab*), *kanerien* (cantores; *kaner*), *gwizieien* (sapientes; sg. *gwiziek*), *amezeien* (vicini; *amezek*). Pro *-ien* non infrequens -IER, ut hodie: *gevier* (mendacia; sg. *gaou*), *bisier* (baculi; *baz*), *klézeier* (gladii; *klézé*), *seier* (sacci; *sac'h*), *kleier* (cloccae; *kloc'h*), *ilc'hier* (marsupia; *ialc'h*), *ferc'hier* (furcae; *forc'h*) etc., iam apud Manorium.

Mutae consonae ad formandum pluralem praesertim substantivorum adhibentur T et D, praecedentibus vocalibus, quarum maior multo in cambrica est varietas quam in cornica vel aremorica.

Cambricae enim terminationes variae fiunt cum T: *-et*, *-ot*, *-awt*, *-ieit*, *-eit* (hod. *-ed*, *-od*, *-iaid*); cum D: *-ed*, *-yd*, *-oed* (hod. *-edd*, *-ydd*, *-odd*). Harum exempla primo loco enumerabimus.

ET. Conferenda videntur nomina gallica Usip*et*es Caes., Vennon*et*es Plin. (Praef. VII.) Vetustius exemplum tam substantivi quam adiectivi in gl. Ox. 40ᵇ: *atinet bronnbreithet* (gl. cicadae; i. e. volucres variegatae; hod. *ednod* a sg. *edn* comm.). Recentiora: *merchet* (filiae; hod. *merch*, *merched* fem.) Leg. 1, 10, 10. 16, 6 (*merched* 12, 15). Mab. 1, 36. 2, 378. *pryuet* (vermes; hod. *pryf*, *pryfed* masc.) Mab. 3, 301. 303. *euychet*, *ewiged* (cervae; hod. *ewigod*) Leg. 1, 16, 8. Mab. 1, 236. *alanet* (animalia; *alanot* Mab.) Leg. 1, 9, 9.

OT: *hydot* (cervi; hod. *hyddod* masc.) Mab. 1, 274. *gwiberot* (viperae; hod. *gwiberod* fem.) 1, 7. *llydnot* (bestiae; hod. *llydnod*, sg. *llwdn* masc.) 3, 199. *dynyon ac alanot* (homines et animalia; hod. *alanod*) 1, 250. *llamestenhot* (nisi; hod. *llemystenod*; sg. *llamhystaen* Mab. 2, 15—17) Leg. 1, 10, 15. *gwidonot* (sagae, veneficae mulieres; hod. *gwiddanod*) Mab. 1, 256. 295.

AWT: *pescaut*, *pyscawt* (pisces; hod. *pysgod*) Leg. 4, 1, 23. Mab. 1, 293. 3, 147.

IEIT, EIT: *mackwyeit* (servi, pueri) Mab. 1, 29. 30. 2, 55. *correit* (pygmaei) 1, 248. *corannyeit*, *coranyeit*, *coranneit* (Coranni, Corantii, pygmaei) 3, 299 sqq. *brytanyeit* (Britanni) 3, 273. 303. *barwnyeit*, *barwneit* (barones) 1, 21. 277. 2, 5. *byleyneyt*, *byleynyeyt* (villani) Leg. 1, 10, 9. 43, 16. *mileit* (animalia) Mab. 2, 232. *bwystuileit* (bestiae; sg. *bwystuil*, comp. *-mil*) 1, 27. *anyueylyeyt*, *annueileit*, *aniueileit*, *anniueilet* (animalia; hod. *anifeiliaid*) Leg. 1, 10, 8. 37, 4. Mab. 1, 6. 7; 263; 2, 231.

ED. Vetustius exemplum: *modreped* (gl. materterae; hod. *modrybedd*), rectius *motreped*, gl. Ox. B. 43ᵇ. In Mab.: *byssed* (digiti; hod. *bysedd* masc.) 1, 17. *danned* (dentes; hod. *dannedd* — vel *daint* — e sg. *dant* masc.) 1, 283. *adaued* (fila; hod. *edafedd* ab *edaf* fem.) 2, 241. 374. *rianed* (mulieres nobiles; hod. *rhianedd* fem.) 1, 240. 2, 6. *adaned* (pennae) 1, 3. *kalaned* (habitatores) 2, 372. *dyfred* (aquae; hod. *dyfroedd* masc.) 3, 299. *ewythred* (avunculi) 2, 245. *brenhined* (reges; hod. *breninoedd*) 1, 277. 3, 263 sq. *teyrned* (domini) 2, 6. *gwraged* (mulieres) fq. *ynyssed* (insulae; hod. *ynysoedd* fem.) 2, 391. 3, 299. *mynyded* (montes; hod. *mynyddoedd* masc., cum *-oedd* ut alia inter haec) 1, 11.

YD: *heolyd* (viae, vici; hod. *heolydd* fem.) Mab. 1, 16. *keyryd* (castra; sg. *kaer* 1, 3 fem. ut hod.) 2, 214. 3, 298. *fforestyd* (silvae; *fforest* fem.) 1, 238. *auonyd* (fluvii; *afon* fem.) 3, 264. *gwledyd* (regiones; hod. *gwledydd* fem.) 3, 274. Cum irregularitate quadam *chwioryd* (sorores; hod. *chwiorydd*) Mab. 1, 275. e sg. *chwaer* (ut hodie) 1, 248. 249. 262. 275. 2, 61. 3, 92.

OED: *moroed* (maria; hod. *moroedd* masc.) Mab. 3, 300. *muroed* (muri), *tyroed* (turres) 3, 297. *llyssoed* (aulae) 3, 299. *bydoed* (mundi; *byt* masc. 1, 6) 1, 26. *lluoed* (copiae) 1, 16. 2, 240. *gwelioed* (vulnera) 2, 25. *ieithoed* (linguae; hod. *ieithoedd* fem.) 2, 211. *gwladoed* (regiones; hod. *gwladoedd* fem.) 1, 246. 2, 201. 3, 264. *gwiscoed* (vestes; hod. *gwisgoedd* fem.) 2, 20. *nerthoed* (vires; hod.

nerthoedd masc. ut mox sequentia) 2, 18. 35. *ryfeloed* (eventus, res mire gestae) 1, 235. *eithauoed* (fines) 2, 33. *niueroed* (numeri) 2, 63. 240. *amseroyd* (tempora) Leg. 2, 11, 8. *assennoed* (asini) Mab. 2, 391. *dinassoed* (oppida; hod. *dinasoedd* fem., sg. *dinas* fem. 1, 290) 3, 274. 298. *teyrnassoed* (dominationes; hod. *teyrnasoedd* fem.) 3, 298. In postrema narratione recentiore *brenhinoedd* (reges) 3, 330.

Addi poterat hic vetustius exemplum e codice Lichfeldensi (in ed. L. Land. p. 271): *i ois oisoud* (locutione etiamnunc usitata: *yn oes oesoedd*, in perpetuum, cf. Spurrelli Gramm. cambr. p. 72), si ita esset legendum. At res minime certa est, tam ob diphthongum *ou* = *au*, *eu*, quam quod in codice secundum imitationem additam editioni nimium remota est a voce *oisou* littera *d* cum lineola aut aspirante anglosaxonica (impressum *oisouth* pro *oisoudh*, quod si rectum esset, extaret hic vetustissimum exemplum infectae *d*, p. 139) aut abbreviante aliud vocabulum. Etiamsi igitur alternare possunt *oisou* et *oisoed*, ut hodie alternant *oesau* et *oesoedd*, atque ut in aliis variant terminationes, praesertim *eu* et *oed*: *tyreu* et *tyroed* (turres) Mab. 1, 32. 250. 285; 3, 297. *gormesseu* et *gormessoed* (miseriae) 3, 299, vel *-yd* et *-oed*: *gwledyd* et *gwladoed* (vid. supra), inaudita tamen est terminatio *-oudh* = *-audd*.

Isdem consonis *t* et *d* finalibus numeri pluralis cornica et aremorica dialecti *e* vocalem fere praemittunt, etsi alternantem cornice cum *a* et *y*.

Cornica exempla. ET (corn. *-es*, *-as*, *-ys*, p. 154): *flechet* (liberi) Voc. 7ᵃ. *fleghes*, *flehes*, *fleghas*, *flehas*, *fleghys*, *flehys* (id.) D. 239. R. 162; O. 932. 1036. 1258. D. 2643; D. 1924. 2503; O. 975. 1031; O. 1553. 1575. 1611. D. 1945. P. 169, 1. 246, 3; P. 149, 4. 168, 3. *benenes*, *benenas* (mulieres; sg. *benen*, *benyn* O. 256. P. 167, 1) O. 1575. 1611. 2247; P. 29, 1. 168, 1. 3. 169, 4. 253, 3. 254, 1. *myrghes*, *myrhes* (filiae; sg. *myrgh* O. 2736) D. 2639. O. 1038. *syllyes* (anguillae) O. 136. *golowys* (lumina) O. 34. 1831. P. 248, 3. *losowys* (herbae) O. 31. *puskes* (pisces) O. 43. 52. 117. *enevalles* (animalia) D. 205. *bestes* (bestiae) O. 43. 52. 118. 312. *prevas* (vermes) Cr. 111. *skennys* (nervi) P. 183, 4. *iunctis* (articuli) 181, 4. *princis*, *pryncis* (principes) 64, 1. 97, 2. Alternat cum *-on*: *dyscyplys* (discipuli) 52, 2. 55, 3, supra *dyscyblon*, *dyscyblyon*. De *-i* post hanc terminationem addita v. supra (p. 284).

Saepe tamen in peregrinis *-is* vel *-es* nihil aliud est nisi transumpta terminatio anglica, ut in his: *mowys* (truces vultus) P. 95, 3. 196, 1. *strekis* (verbera) 227, 2. *scherewys* (scelerati) 31, 1. 203, 4. *scherewes* (id.) 213, 4. cf. *treytours* (traditores) 157, 1. *resons* (rationes) 100, 2. 118, 2.

ED (corn. *-eth*, p. 142): *eleth* (angeli) D. 6. 31. 96. P. 14, 2. 18, 4. 226, 3. *abesteleth* (apostoli) R. 893. *bredereth*, *brudereth* (fratres) D. 714. 1430. *grraget*[*h*], *gwregath* (uxores) O. 976. Cr. 2437. Abolita *th* finali (p. 143) huc pertinere videtur: *coweȝe*, *cowethe*, *cowythe* (sodales) P. 41, 2; O. 2478. 2727. D. 1580; 107.

Aremorica. ET: *steret* (stellae) Buh. 90, 15. 128, 18. *goezet* (ferae) 30, 11. 32, 13. *loznet* (animalia; cambr. *llydnot*) 30, 18. *bretonet* (Britanni) 44, 16. 78, 19. *venedotonet* (Venedoti) 208, 17. *leaneset* (sanctimoniales) 22, 2. *santeset* (sanctae) 136, 22. *aneualet* (animalia) 128, 7. *preladet* (praelati) 78, 20. 208, 19. *goaziet* (venae) 204, 9. *princet* (principes), *scribet* (scribae) MJ. 16b. *proffedet*, *proffoedet*, *prophedet* (prophetae) 31b. 33b. 205a. *bilenet* (villani) 73b. *romanet* (Romani) 121a. *pharisianet* (Pharisaei) 112a. *touceget*, *touceguet* (bufones) 11a.

13a. *serpantet* (serpentes) 11a. 12a. *dragonet* (dracones), *prefvet* (vermes) 13a. *merchet* (filiae) 125a. *Mariet* (Mariae) 156b. 214a. *mirer an milet* ('bestiarius, armentarius'), *mirer an mulet* ('mulio'), *mirer an roncet* ('equarius') Cath. Item ap. Man. *doctoret* (doctores), *personet* (parochi), *eontret* (avunculi), *rouanet* (reges; sg. *roe*) etc. Hodie *-ed*: *merc'hed* (filiae), *koulmed* (columbae).

In nominibus quibusdam femininis intromisso -ES- (= *issa*): *itronneset* (dominae) MJ. 5b. *comazreset* (commatres) Buh. 98, 22. *hoareset* (sorores), *maëronneset* (matrinae), *quiniderveset* (consobrinae), *femmelleset* (feminae) Man. e sg. *itron*, *ytron* MJ. 161b. Buh. 204, 6. *comhazr* Cath. *hoar*, *hoer* MJ. 9b. 130a. *mazron*, *queniteru*, *femell* Cath. Intromisso -ENN-: *biochennet* (vaccae) Man. e sg. *buch* Cath. *buoch* Man.

ED (arem. *z*, p. 143): *aelez* (angeli) Buh. 144, 23. 206, 18. 16. *autronez* (domini) 34, 8. 60, 15. MJ. 5b. *autrounez* (id.) Buh. 52, 11. 78, 10. 182, 12. *graguez* (feminae; sg. *grec*, *gruec* MJ. 14a. 115b. 211a.) 128a. 186a. 205b. 218b. *groaguez* (id.) 219a. *doees an groaguez* ('Iuno') Cath. Eodem forsitan *z* excusso (p. 144) pertineat *bugale* (pueri) Buh. 52, 5. 114, 17. 118, 25. 204, 14. MJ. 23b. e sg. *buguel* (infans) Buh. 80, 16. Cath. *buguel an chatal* ('armentarius') Cath.; cf. cambr. hod. *bugeiliaidd* e sg. *bugail* (pastor). Hodierna: *aotrounez* (domini), *gragez* (feminae, sg. *grég*; cambr. *gwragedd*), *tiez* (domus); *bugalé* (sg. *bugel*).

Themata consonis terminata etsi haud raro ad ceterorum similitudinem transformata sunt, consona terminali aut in singulari praeter analogiam servata, ut cambr. *troet*, corn. *troys*, arem. *troat* (pes), aut in plurali quoque amissa ut cambr. *dreigeu* (dracones), interdum tamen proprias formas servarunt; praesertim quae in N vel NT desinerent.

Cambrica: *ci*, *ki* (canis) Mab. fq. cum compositis *kellky* (canis venaticus), *mylky* (vertragus) Leg. 1, 16, 11. *milgi* Mab. 1, 31. *annwylgi* (canis carissimus) 2, 22; pl. *kun*, *cun* Leg. 1, 5, 5. 11. 7, 11. 23. 16, 11. 12. 4, 1, 19. *kellchun*, *mylchun* 1, 16, 11. *cwn*, *kwn* Mab. 2, 22. 239. 241. 245. 3, 8. — *ych* (bos) Mab. 2, 222; pl. *ychen* ibid. et in nominibus locorum *Pennichenn* L. Land. 185. *rytychen* Mab. 3, 303. — *lleidr*, *lleidyr* (latro) Mab. 3, 156—158. *lleydyr* cum comp. *kydleydyr* (socius latrocinii) Leg. 2, 4, 9; pl. *llatron* Mab. 2, 36. *lladron* 3, 149. *kydlladron* Leg. 2, 4, 9. — Cum infectione *cemmein* (gl. gradus) Ox. 38ᵇ e sg. hod. *cam*? cf. hib. *céim* p. 268. — *ney*, *nei* (fratris vel sororis filius) Leg. 1, 5, 2. 7, 1. Mab. 2, 14. 216. 3, 97. 212; pl. *neyeynt*, *nyeint* Leg. 1, 5, 5. Mab. 3, 190. 197. — *car* (amicus, cognatus) Mab. 2, 226. 231; pl. *carant*(?) 2, 30. 234, hod. *ceraint* (vel *cerynt* Dav.). — *gof* (faber) Leg. 1, 31, 9. 40, 1. Mab. 2, 219; pl. *gofaint* (vel *gofien*) Dav.; ex hodierna tamen lingua variae formae enumerantur *gof gofiaid*, *gofant gofaint*, *gofan gofain*. — *brawt* (frater) Mab. 1, 37; pl. *brodyr* 2, 245. 3, 82. 273. De *chwaer* (soror) vid. supra p. 291.

Cornica: *chi*, *ki* (canis) Voc. 8ᵃ. 9ᵃ. *ky* D. 2242. R. 2026. cum comp. *brathky* (molossus) O. 895. D. 2087. P. 65, 2; pl. *kuen* R. 172. *brathken* P. 96, 3. — Plur. *ohan* (boves) Cr. 1069. caret singulari, cuius locum obtinet *odion* Voc. 9ᵃ. — *lader* (latro) Voc. 8ᵃ. D. 1174. P. 38, 3. 74, 4. 99, 4. 191, 1. 192, 1. 193, 1. *ladar* D. 2577; pl. *laddron* D. 2255. P. 90, 4. 186, 4. 192, 4. 229, 1. — *hanow* (nomen) fq.; pl. *hynwyn* O. 120. 135. *henwyn* Cr. 405. — *bom* (ictus) O. 2744.

D. 2111; pl. *bommyn* D. 2088. 2729. — *tam* (frustum) O. 762. 2743. P. 6, 3. 241, 3; pl. *tymmyn* O. 357. 2228. — *bram* (crepitus ventris) D. 3078. O. 2739; pl. *bremmyn* D. 2104. — *colm* (nodus, vinculum) D. 1525. 2042; pl. *yn vn golmen* (in isdem vinculis) D. 177. — *car* (parens) P. 93, 3. cum comp. *eskar* (inimicus) O. 627. 2143; pl. *kerans* Lhuyd., *yskerens*, *yskerans* D. 737. P. 241, 2. — De *broder* (frater) vid. p. 283.

Aremorica: *quy*, *qui* (canis) MJ. 16b. Cath.; pl. *con* MJ. 13a. 128a. 234a. *mirer an con* ('canicularius') Cath. — Plur. *ouhen* (boves): *crou ann ouhen* ('bostar'), *mirer an nouhen* ('bubulcus') Cath., cuius singularem supplet *egenn*, *eugenn* (hod. *éjenn*) Cath. — *lazr* (latro) MJ. 86b. 117b. 119a. 139b sqq. Cath., pl. *lazron* MJ. 145a. *doees an lazron* ('Laverna') Cath. — Eodem forsitan pertineant *anafvon* (animae) et hod. *gadon* (lepores), quae supra posuimus. — *car* (amicus, cognatus) MJ. 51b. 70a. 82a. Buh. 8, 23; pl. *querent* Buh. 26, 5. 36, 20. 22. MJ. 42a. 70b. 120b. — *breuzr* (frater) MJ. 9. Cath.; pl. *breuder* Buh. 202, 9. MJ. 54a. 69b. 200a, *breudeur* 211a. De *hoer*, *hoar* (soror) cf. p. 293.

Formae collectivae et singulativae.

Pluralis significationem, non formam prae se ferunt britannica quaedam substantiva collectiva, quibus opposita sunt, quae singulativa appellabo.

E collectivis ea primum plurali subiungo, quorum etiam forma pluralis videri poterat, terminata cambrice hodie quoque in WYS, ut *Monwys* (Monenses), *Lloegrwys* (Loegrenses). Hanc tamen terminationem equidem non ut hactenus enumeratas flexioni numeri pluralis tribuo, sed derivationi, quae iam in vetusta voce cambrica *tuscois* (gl. tuscus; cf. p. 117) conspicitur, et in significationem sensus collectivi et numeri pluralis transiit. Sunt eiusdemmodi aremorica in IS: *maz vezo aeset an bedis* (ut sint contenti homines), *un maruaill meurbet dan bedis* (magnum miraculum hominibus), *allas dan bedis pen yssl* (heu coram hominibus capite demisso) Buh. 76, 1. 192, 1. 21. *bezout laetet etren bedis* (vituperari inter homines, i. e. mundi habitatores, e *bet*, mundus) 160, 11. *doe guir roen bet distro vn tro ouz an brois* (deus vere rex mundi vertaris momento ad regionis habitatores; *bro*, terra, regio) 190, 25. *ha huy broys hu bourchysyen* (et vos, plebani et oppidani) MJ. 81a. *hac ylys bourch hac an ploeys* (ecclesiae homines et civitatis et rusticos, punio; *ploe*, plebs, vicus, rus) Buh. 144, 9. Nec sine sensu collectivo sunt cambrica fem. in ES: *llyghes*, *llynghes* (navium agmen, classis; *llong*, navis) Mab. 3, 264. 269. 300. *dauattes* (grex ovium; *dauat*, ovis) 2, 215; sed sine eodem corn. *burges* (burgensis, oppidi habitator) P. 214, 1. ut arem. *bourchys* (videas supra), *bourchis* Cath.

Praeterea sunt collectiva nuda non derivata: cambr. vet. *atar* (volucres, avium agmen) gl. Ox. 22ᵃ, *adar* Leg. 1, 10, 4. 5. 6. Mab. 1, 8. 2, 231 et hodie. *tywys* (complures spicae, spicarum copia) Mab. 3, 155. *llinat* (semen lini, complura grana eius seminis) 2, 236. *cenllysc* (grando, grandinis grana) 1, 8. *rudem agem* (rubini et gemmae) 3, 265. 266. *syr* (stellae) 1, 7. *llythyr* (litterae) 3, 91. 272. *gwrych* (saetae) 2, 241. 242. *pluf* (pennae) 3, 91. *guarthec*, *guardhec*, *gwarthec* (armenta) Leg. 1, 34, 12. 13. Mab. 2, 242. *moch* (porci) Leg. 2, 1, 2. Mab. 2, 241. 244. 3, 192 sqq. Paulum differt *biu* (vaccae), quatenus cum numeralibus construitur: *teyrbiu* (tres vaccae) Leg. 1, 35, 16. 2, 11, 24. *can myhu*

(centum vaccae) 1, 2, 3. *nau myu* (novem v.) 1, 9, 3. *chue byu* (sex v.), *chue ugeyn myu* (120 v.) 1, 10, 18 etc.

Cornica: *an guelma* (hae virgae) O. 1739. *en gueel* O. 2079. *gweth*, *gveyth*, *gwyth* (arbores) P. 16, 2. O. 28. 51. Cr. 93. *deyl*, *deel* (folia) O. 254. Cr. 858. *spern* (spinae) O. 275. D. 2064. *spethes* (sentes) O. 275. 687. *guarthek* (armenta), *mogh* (porci) O. 1065. *guryghon* (scintillae) D. 2101. *blew* (capilli) D. 484. 521. *lughas*, *luhes* (fulgura) P. 209, 2. R. 296. *steyr* (stellae) P. 211, 1.

Aremorica: *spern* (spinae) MJ. 109b. 115a. *lyzer* (litterae) 116b. *bleau* (capilli) 4b. *col* (olera), *fau* (fabae), *merien* (formicae), *moc'h* (porci), *biou* (vaccae) Man. cf. *plantaff caul* ('olerare'), *planter da caul* ('olitor'), *preff an caul* ('eruca'), *preff an faff* ('curculio'), *cruguell meryen* ('miricarium, miricetum'), *crou an moch* ('hara'), *mirer an moch* ('porcarius'), *mirer an biu* ('vaccarius') Cath. Tandem *chas*, *schass* (canes) Man. Dum. nihil aliud est nisi transumptum gallicanum *chasse*.

His collectivis modo diversae originis vocabula opponuntur, ut cambr. *huch*, *hucc*, *hwch* (sus) Cod. Lichf. Leg. 1, 36, 8. Mab. 2, 241, corn. *hoch* (porcus) Voc., arem. *houch* (porcus) Cath., modo singularis numerus circumscribitur vel circumlocutione adhibita ut cambr. *un parchell oe voch*, *banw oeuoch* Mab. 2, 241. 244, arem. *penmoc'h* Man., vel derivatione ut cambr. *buch* (vacca) gl. Ox. 38ᵃ. Leg. 1, 16, 9, corn. *buch*, *bugh*, *bewgh* Voc. 9ᵃ. O. 123. 1185. Cr. 403, arem. *buch*, *buoc'h* Cath. Man. Saepissime vero nomen singulativum britannice derivatur nota singularitatis propria addita ad substantivum collectivum nudum, quam vix non recte Davies deminutivam principio iudicat, praesertim cum hib. eiusdem usus exemplum inveniri videatur: *di dullind* (duo folia) Corm. *fochlocon*.

Cambrica nota singulativa ob alternantes vocales *i* et *e* pro genere, ut in adiectivis quibus convenit mutabilis *i* (p. 279), duplex est, INN, IN masculina, inficiens antecedentes vocales, ENN, EN feminina.

Vetustiora exempla inter glossas Ox.: *eterinn* (avis singularis; ex *atar*, hod. *adar*) 22ᵇ. *corsenn* (gl. arundo; hod. *cors* fem., palus, iuncetum, *corsen*, iuncus vel planta paludinosa singularis, arundo) 40ᵃ. *scirenn* (gl. stella; hod. *ser*, stellae, *seren* fem., stella singularis) B. 44ᵇ. E libro Land. feminina: *finnaun he collenn* (fons coryli; collect. *coll*, coryli, coryletum) 137. *bet ir onnen*, *dir onnen*, *or onnenn* (usque ad fraxinum, a fraxino) 192. 240. *dir aballen*, *bet ir auallen* (usque ad malum; *aball*, mali) 164. 197. *dir ispidatenn* (usque ad crataegum; germ. hagedorn) 192.

Terminationis *-in* exempla recentiora: *ederyn* (avis; collect. *adar*, supra) Leg. 1, 10, 12. 14. Mab. 2, 232. 239. *keleuyn* (calamus; collect. *kalaf*) 3, 155. *un llinhedyn* (unum granum seminis lini; collect. *llinat* in eodem loco) 2, 236. *gwydbedyn*, *gwybedyn* (culex) 2, 208. 212. *morgrugyn* (formica) 2, 211. 236.

Terminatio *-en* e Mab.: *dalen* (folium) 1, 8. *derwen* (quercus; collect. *dar* ibid.) 2, 232. *auallen* (malus) 2, 64. *meillonen* (trifolium) 2, 218. *tywyssen* (spica; collect. *tywys*, supra) 3, 155. *cleheren* (tabanus) 2, 219. *cenllysgen* (granum grandinis; collect. *cenllysc*, supra) 1, 9. Terminatio IEN: *dryssien* (frutex) Mab. 2, 198.

Cornica exempla e Voc. semper in *-en* exeuntia (cf. p. 89) plurima significantia arbores vel herbas et earum partes: *guiden* (arbor), *colviden* (corylus),

onnen (fraxinus), *glastanen* (quercus, ilex), *guernen* (alnus), *auallen* (malus) 9ᵃ. *heligen* (salix) 9ᵇ. *askellen* (carduus), *reden* (filex), *elestren* (carex), *brunnen* (iuncus), *korsen* (calamus), *heschen* (arundo), *linhaden* (urtica), *delen* (folium), *scorren* (ramus), *guailen, guaylen* (virga, baculus), *mesen* (glans), *gronen* (granum), *grueiten* (radix) 9ᵃ; praeterea animalia, praesertim insecta: *logoden* (mus), *loven* (pediculus; cambr. hod. *llau*, pediculi, sg. *lleuen*), *hwannen* (pulex; cambr. hod. *chwain*, *chwanen*) 9ᵃ. *guenenen* (apis; cambr. hod. *gwenyn*, *gwenynen*), *kelionen* (musca), *guibeden* (scinifes), *hwilen* (scarabaeus), *sudronen* (fucus) 8ᵇ. *menvionen* (formica), *contronen* (cimex); membra ut *asen* (costa), *briansen* (guttur), *enederen* (extum) 7ᵃ, denique alias res minutas: *breuyonen* (mica) 10ᵃ. *litheren* (littera) 9ᵇ. Terminatio *-ien* in Voc.: *guhien* (vespa) 8ᵇ. E Dr. et P.: *guelen*, *gwelen* f. (virga) O. 1729. 1732 etc. P. 136, 4. 202, 3. *gvethen*, *guethen* f. (arbor) O. 29. 775. 797. 800. *gryghonen* (scintilla) D. 2717. *scoren* (ramus) O. 802. 805. *luhesen* (fulgur) R. 293. *asen* (costa) Cr. 385.

Aremorica item in *-en*: *goulouen* (candela; *goulou*, lux) Buh. 104, 8. *goalen* (virga) 150, 3. 188, 14. *enesen* (insula) 6, 22. 80, 11. 118, 7. *lizerenn* (littera) MJ. 32b. Plurima continet Cath. ut *guezenn* (arbor), *guezenn prun* (prunus), *queluezenn* ('nuclearius', i. e. corylus), *deruenn* (quercus), *glastannenn* (ilex), *pinenn* (pinus), *fauenn* (fagus), *guernenn* (alnus), *ounenn* (fraxinus), *auallenn* (pomus), *ausillenn* (salix), *prunenn* (prunum), *pechesenn* (persicum), *queresenn* (cerasum, cerasus), *quistinenn* (castanea, iuglans), *iuinenn* (taxus), *loreenn* (laurus), *ugroasenn* (arbustum, rubus), *ilyeauenn* (hedera), *gueautenn*, *lousouenn* (herba), *lusenn* (vaccinium), *elestrenn* (gladiolus), *scuuienn* (fragum), *iruinenn* (napus, rapa), *faffuenn* (faba), *melchouenn* (trifolium), *corsenn* (arundo, canna), *delyenn* ('frons', i. e. folium), *goalenn* (virga), *bleuzuenn* (flos), *gruizyenn* (radix), *mesenn* (glans), *fagodenn* (fasciculus); *logodenn* (mus), *louenn* (pediculus), *hoanenn* (pulex), *guenanenn* (apis), *quelyenenn* (musca), *guespedenn* (vespa), *meryenenn* (formica), *fubuenn* (scinifes, culex), *controunenn* (tarmus), *queffnidenn* (aranea), *lencquernenn* (lumbricus); *breyenenn bara* (mica), *choanenn* (mica), *bleuenn* (pilus), *maluenn* (palpebra), *pluuenn* (pluma), *goazenn* (vena), *neruenn* (nervus), *neudenn* (filum), *cordenn* (corda), *greunenn* (granum), *grouanenn* (arena), *glouenn* (carbo), *silienn* (anguilla), *goabien* (anguillula), *goagrenn* (glandula), *guennhaenn* (verruca), *mesclenn* (concha), *faeczenn* (pyga), *sterenn* (stella), *laesenn* (lex), *quenechenn* (collis), *laguenn* (lacus), *iauelinenn* (missile), *lizerenn* (littera), *iguenn* (hamus), *seruiedenn* (facitergium, manutergium).

Iam in gallicis his herbarum nominibus possis supponere notam singularitatis: γελασονέν (centunculum herba Gallis) Dioscor. 3, 120. σκοβιήν (sambucus Gallis; cambr. hod. *ysgawen*, alnus, collect. *ysgaw*) Dioscor. 4, 171. *titumen* (artemisia herba Gallis) Apulei. Madaur., Medici antiqui. Venet. 1547, p. 213ᵃ. *betilolen* (leg. *betidolen*? manifolium herba Gallis) id. ibid. p. 215ᵃ. At nimis incerta haec.

Hoc tamen memoria dignum praetereundum non censuimus, quod tam e pluralibus formis singulativa derivantur ut arem. *lousouen* (herba) Cath., cambr. hod. *lysieuenn* e pl. *losou* Buh., cambr. *lysiau*, quam e singulativis formae plurales, ut corn. *kerden* (funes), *guelynny* (virgae), *dagrennow* (lacrimae), *blewennow* (rami), *scorennow* (rami), *plynkennow* (trabes); arem. *bioc'hennet* (vaccae), *querden* (funes),

de quibus vid. supra. Paulo alia ratio intercedit inter corn. *asen* (costa) et *asow* (costae), *delen* (folium) et *delyow*, *grueiten* (radix) et *gwrythyow*, arem. *gruizyenn* et *griziou* (radices).

B. Deminutio.

Terminationes deminutivae britannicae frequentiores sunt *-an* et *-ic*. AN (vocali correpta differens a cambr. *-aun*, arem. *-en* = hib. vet. *-án*), usitata hodie quoque cambrice in utroque genere, iam in vetustis nominibus propriis virorum extat, tam cambricis quam aremoricis.

Cambrica e L. Land.: *Dagánus* 149. *Guinan*, *Conocan* 150. *Marchan* 188. *Gabran* 150. *Manachan* 205.

Aremorica e chart. Rhed.: *Louran* Mor. 339. *Ninan*, *Nennan* 1. 3. *Winan* 1, 29. *Conan* 1, 2. *Risan* 1, 15. *Maban* 1, 7. *Brocan*, *Brochan* 1, 17. *Fracan* 1, 5. *Gulugan* 1, 2. *Wrgitan* 1, 5. *Wobrian* 1, 38. *Breselan*, *Martinan* 1, 24. *Guoretan*, *Hidran* 2, 16. *Tiarnan*, *Tiernan* 1, 20. 31. *fosan* (fossula) 1, 39.

Cambrica terminatio *-an* etiam hodie deminuit utriusque generis substantiva: masc. *llyfran* (libellus), fem. *dynan*, *gwreigan* (muliercula). Frequentior tamen in genere masculino est *-yn*, ut *dynyn* (homunculus), qua eadem terminatione interdum e substantivis femininis prodeunt masculina, ut *rheffyn* (funiculus) e fem. *rhaff* (funis). Cf. notam singularitatis masculinam *-yn*.

IC cambrice magis ex usu cessit, tamen hodie quoque femininis adfigitur, ut *llances* (iuvenis femina), *llancesig* (iuvencula).

Cornica exempla: *ydnic* (pullus; i. e. avicula, avis pulla) Voc. 8ᵇ. *clechic* (tintinnabulum; i. e. cloccula, e subst. *cloch*, clocca) 9ᵃ. *kellillic* (artavus; e *collell*, culter) 10ᵃ. E plurali derivatum cum plurali terminatione: *flehesygow*, *flehesyggow* (pueruli) O. 1868. D. 2649, comparandum cum aremoricis, quae statim proferentur.

Aremoricum e Buh.: *an mabic deoy* (puerulus David.) 106, 21. Hodierna utriusque generis: *tadik* (paterculus), *gwazik* (homunculus), *merc'hik* (filiola). E plurali derivata cum plurali terminatione: *tadouigou* (paterculi), *gwazédigou* (homunculi), *merchédigou* (filiolae), *tiézigou* (domus parvae), *breûdeûrigou* (fraterculi) ap. Legon.

OS, ACH, IACH rariores sunt terminationes deminuentes cambricae, additae substantivis plur. vel collect., ut *gwrageddos* (mulierculae), *wynos*, *wyniach* (agnelli; *wyn* ex *oen*), *gwarthegach* (parva armenta, cum contemptione dictum). Exemplum prioris terminationis additae substantivi formae singulari in Mab.: *cymranos* (parvi, pauperes mei corvi; *bran*, pl. *brein*) 2, 383.

ILL et ELL frequentes terminationes in nominibus vetustis gallicis deminuentes videri possunt, praesertim in nominibus virorum et feminarum, ut *Roscillus*, *Celtillus*, *Adbucillus* apud Caesarem, *Otacillus*, *Otacilla*, *Excingilla* etc. in inscriptionibus (quae videas in capite de derivatione); praeterea in nominibus fluviorum vel locorum, ut *Mosella* iuxta *Mosa*, *Mursella* iuxta *Mursa*. Rara tamen (nec certum omnino num sint deminutiva) eiusmodi nomina iam apud veteres Hibernos et Britannos, ut hib. *Sinill* (nom. viri) in Annal. Tigern. ap. O'Con. 2, 177, *Colmanellus* (cf. *colmene*, gl. nervus, Sg., an pro *Columbanell*?) Boll. Mart. 2, 560, cambr. *Cuillus* (Gildasii frater) Boll. Ian. 2, 958. Et sub-

stantiva britannica, quae videntur deminutiva eiusdem terminationis, forsitan omnia sint transumpta latina: cambr. *gratell* (gl. graticula, med. lat. *gradella* p. 161; i. e. craticula), *celeell*, *cultel* (gl. artuus; = cultellus) Ox. B. 42ᵇ. *kyllell*, pl. *kylleill* (sica) Mab. fq. *parchell* (porcellus) Mab. 2, 241. 3, 302. corn. *collel* l. *kethel* (gl. cultellus; cambr. hod. *cyllell*) Voc. 10ᵃ. *porchel* (gl. porcellus) 9ᵃ. *logel* (gl. loculus) 9ᵇ. arem. *pomell* (globulus ensis; gall. hod. *pommaille*) Buh. 152, 13.

C. Gradatio.

Sunt duae gradationis britannicae terminationes, *-ach* (arem. *-oc'h*) comparativi, *-am* (*-af*) superlativi, quarum illa supplet hibernicam vetustam *-iu*, *-u* (p. 123), altera respondet hibernicae *-em*; utraque ita fere addita, ut consona antecedens (quae si est tenuis, servatur) geminetur vel *h* intromittatur, ni fallimur, per assimilationem (pp. 113. 119. 153). Praeterea, ut in lingua hibernica, sunt formae quaedam anomalae.

Comparativus.

ACH cambrica terminatio. Vetustius exemplum: *guobriach* (gl. sapientior: sera et sapientior aetas; posit. *guobri*, gl. gravis, Ox. 40ᵃ) gl. Ox. 37ᵇ.

Exempla e Mab.: *hardach oed no gwenhwyuar* (amabilior erat quam Genevara) 1, 4. *glassach yw yvric nor ffenytwyd* (viridiores sunt eius rami quam pinorum) 1, 7. *ny welsei eiryoet morwyn degach* (non viderat unquam puellam formosiorem) 1, 279. *llawenach uuwyt wrthyf y nos honno* (laetiores erga me fuerunt hac nocte) 1, 10. *ryuedach oed gantaw* (mirabilius erat ei) 1, 278. Adverb. *yn gallach* (fortius) 3, 273. E substantivis derivatus comparativus: *a phan vu amserach kymryt hun no chyuedach* (et cum esset tempestivius sumere somnum quam comessationem) Mab. 3, 14. *oed llessach yr march* (esset commodius equo) 3, 19.

OCH aremorica: *brassoch* (maior) Buh. 74, 23. 88, 19. *pelhoch*, *pelloch* (diutius, porro) MJ. 21b. 54b. *abiloch* (habilior) Cath. Item hodie *kaeroc'h* (formosior), *uheloc'h* (altior).

Cornica dialectus caret hac terminatione, pro qua in comparativo ut in superlativo A vel E sola invenitur: *haccra mernans byth ordnys .. ny vye* (terribilior mors nunquam ordinata est) P. 151, 2. *lacka* (peior) D. 2175. *tecke ys houl yv y lyw* (formosior quam sol est eius aspectus) P. 226, 4. *folle* (furiosius) 21, 3. *vylle* (insolentius) 176, 4. *tekke*, *teke* O. 1177. D. 348. *lelle* (legalior, fidelior) O. 1111. *whekke* (suavior) R. 144. *hyrre* (longior), *cotta* (brevior) O. 2511. 2512. Latino *eo* respondet antepositum *de*: *the voy* (eo magis) D. 1679. *the wel* (eo melius) D. 2080. *ȝe weth* (eo peius) P. 239, 4.

Superlativus.

AM cambrica vetustior terminatio. Exemplum cambricum vetustum: *hinham* (gl. patricius; hod. *hynaf*, ex *hen*, senex, germ. ältester) gl. Ox. B. 45ᵃ.

AF cum infecta *m* cambrica exempla recentiora semper iam exhibent: *maen yssaf yr ureuan* (lapis infimus molinae), *emaen vchaf*, *er hyshaf* (lapis summus, infimus; superior, inferior) Leg. 1, 35, 9. 2, 1, 4. In Mab.: *ar y glynn teckaf yn y byt* (in vallem pulcherrimam mundi) 1, 3. *yggwarthaf arwystli* (in suprema

parte A., fluvii) 2, 371. E substantivis: *pennaf neges iui* (primarium negotium mihi) Mab. 3, 20. *ar uorwyn pennaf onadunt* (et puella prima, princeps earum) 1, 250. *ynbennaf* (potissimum) 2, 21. In libro Landavensi eadem scriptio: *bet in finnaun eithaf* (usque in fontem extremum) 164. *o guarthaf luin ili* (a summa parte nemoris I.) 166. 219. Interdum tamen excussa consona *-a*: *ir tu guartha* (latus supremum) L. Land. 148. *hit guartha ir alt* (ad summitatem acclivitatis) 149. *iniguartha* (in eius, insulae, suprema parte) 187. *diguartha nant hela* (ad summitatem vallis H.) 251. *athecca merch or byd oed honno* (et pulcherrima filia mundi erat haec) Mab. 3, 321.

Cornicus superlativus finitur ut comparativus: *an purra lader*, *an purre laddron* (perfectissimus latro, -imi latrones) P. 74, 4. 90, 4. *a vyne gwarȝe*, *awarȝa* (ab, in summa parte) 135, 1. 253, 2. *lowenna* (laetissime) 115, 2. *ow map kerra*, *the vap kerra* (meus, tuus filius carissimus) D. 153. O. 2341. *uhella* (altissimus, supremus) D. 2189. *brasa*, *brassa*, *brasse* (maximus) D. 793. 778. 773. *gokye* (stultissimus) R. 1454.

AF, AFF aremorica terminatio: *caezraf* (pulcherrimus) Buh. 100, 16. *diuesaf* (ultimus) 102, 18. *furhaff* (sapientissimus) 124, 19. 182, 23. *vhelaff* (altissimus) 146, 13. *hegarataff* (amicissimus) 64, 6. 102, 2. *ma merch henaf* (filia mea natu maxima) MJ. 88 a. *scaffhaf* (levissimus) 41 b. *querhaf* (carissimus) 6 a. 44 a. *brassaf*, *brashaf* (maximus) 10 b. 19 a. *byanaf*, *bianhaff*, *bihanhaf* (minimus) 8 a. 46 b. 138*. *falhaf* (minimus) 10 b. *garvhaf*, *garuhaff* (crudelissimus) 41 b. Buh. 10, 17. *abilaff* (habilissimus) Cath. Sed etiam deficiente *f*: *brassa* (maximus) MJ. 145 b., ut semper in hodierna lingua: *ann uhela* (altissimus), *ar pinvidika* (ditissimus).

Anomalae gradationis sunt adiectiva quaedam britannica, quorum comparativus caret terminatione vulgari, superlativus eandem assumpsit, sive ex eadem radice, quae est positivi, sive e diversa uterque gradus derivatus est.

Cambrica eiusdem radicis: *mawr* (magnus), comp. *mwy*, superl. *mwyaf*, *mwyhaf*. *Hir* (longus), comp. *hwy*, superl. *hwyaf*. *Isel* (humilis), comp. *is*, superl. *isaf*. *Uchel* (altus), comp. *uch*, superl. *uchaf*. *Ieuanc* (iuvenis), comp. *ieu*, superl. *ieuaf*, *yeuhaf*. *Hen* (senex), comp. *hyn*, superl. *hynaf*.

Alia quorum positivus deest aut diversae est radicis: comp. *cynt* (prior), superl. *cyntaf* (primus). *Trech* (fortior; = hib. *tressa*) Mab. 1, 20. *Bychan* (parvus), comp. *llei*, superl. *lleiaf*, *lleyaf*. *Agos*, *cyfagos* (vicinus), comp. *nes*, superl. *nesaf*. *Drwc* (malus), comp. *gwaeth*, superl. *gwaethaf*. Diversae in quoque gradu radices: *da*, *mat* (bonus), comp. *guell*, *gwell* (melior), superl. *goreu* (optimus). Exempla horum omnium non infrequentia in Leg. et Mab., ut: *ny bu hwy no hynny* (non fuit longius quam hoc) Mab. 1, 244. *kyn no mi* (prius quam ego; *kynt*) 1, 260. Item hodie, nisi quod interdum comparativorum terminatio vulgaris accedit: *mwyach*, *hwyach*, *ieuach*, *hynach*, *lleiach*, *gwaethach*, *gwellach*.

Cornica et aremorica eadem fere anomala. Cornica: *le* (minus) D. 594. *lyha* (minimus) D. 794. *nes* (propius) P. 172, 4. O. 149. 1404. D. 576. *nessa* (proximus, proxime) R. 1867. Cr. 37. 1678. *moy* (maior, magis, plus) fq. *moghya* (maximus, maxime) D. 513. 777. 792. 798, *moghye* 514, *mogha* O. 2033. D. 510, *moygha* P. 112, 4. 196, 3. *kyns* (prior, prius) 49, 2. 51, 1. O. 377. 724. 1095. 1533. 1722. D. 787. R. 900, *kens* O. 2294. D. 2902. R. 457. *kynsa*, *kynso*,

kynse (primus, primum) O. 20; 2162; 2613. D. 2947; *kensa, kenso, kense* D. 795. 2051. R. 863. *gueth*, *gweth* (peior) R. 2026. D. 2732. P. 47, 4. 205, 4. *guetha* (?pessimus) D. 1130. *gwel*, *guell*, *gwell* (melior, melius) P. 36, 3. 91, 4. 158, 4. *guel* O. 1914. D. 446. 1910. *an guella gwas* (optimus puer) P. 112, 4. *gwelha* (optime) 115, 2. *an guyn guella* (vinum optimum) O. 1904. *ow dyllas guella* (meum vestitum optimum) D. 256. *an gusyl wella* (optimum consilium) D. 555.

Aremorica: *muy*, *mui* (maior) MJ. 111 b. 113 b. *muy* ('magis') Cath. *muyhaf* (maximus) MJ. 6 b. *muyhaff* Buh. fq. *guell* ('melior') Cath. (melius) MJ. 107 b. 116 b. *guelhaf* (optimus, optime) 5 b. 6 b. 8 a. 45 b. *guellaf* Buh. fq. *quentaff* (primus) Buh. 36, 18. MJ. 47 a. *quentaf* 7 a. b. 10 b. 52 b. Item hodie: *mad* (bonus), comp. *gwell* (*gwelloc'h*), superl. *ar gwella*; *drouk* (malus), comp. *gwaz* (*gwasoc'h*), superl. *ar gwasa*.

Memoranda est post enumeratas terminationes gradationis cambrica terminatio aequalitatis -ET, addita adiectivis, quibus praefigitur compositione part. *ky*, *kyn*, subditurque coni. *a*, *ac* (atque): *niuer kyhardet a hwnnw* (congregatio aeque splendens atque haec) Mab. 1, 16. *gwas kynuonhedicket athi* (puer aeque nobilis ac tu) 1, 264. *achyntristet oedynt ac ugheu* (et aeque tristes erant ac mors) 1, 36.

CAPUT TERTIUM.

De numeralibus.

Sunt numeri celtici ut in ceteris linguis vel cardinales vel ordinales; sed addit lingua hibernica genus, quo carent britannica et pleraeque ceterae linguae, substantivorum numeralium.

I. Numeralia hibernica.

1. Numeri cardinales exceptis illis sex a V usque ad X declinantur omnes. Ante numeros per se positos praecedere solet aut A (nec mutatum ante vocales et medias, nec consonas inficiens, diversum igitur ab articulo), aut articulus neutr. plur. Addentur ob conspectum formarum etiam composita et derivata.

Forma substantivorum sequentium praeter dualem post II post numeros minores omnes est pluralis, nec discordant ab usu aliarum linguarum exempla infra suis locis sequentia: *tri tuisil* (tres casus), *tri tuisel* (trium casuum; gen.), *teora bliadni* (tres anni), *cethir brottae* (quattuor momenta), *coic sailm* (quinque psalmi), *coic bliadni* (quinque anni), *coic míli* (quinque milia), *coic brotu* (quinque momenta; acc.), *octṅdelbæ* (octo formae), *deich míli* (decem milia). Contra omnes numeri maiores, tam decadum nomina quam *cét* (centum) et *míle* (mille), utpote substantiva postulant genetivum pluralis: *fiche pond* (viginti pondo), *coic cethorchuit béimmen* (quinquies quadragena verbera); pro quo genetivo sicut pro duali recentior et hodierna lingua substituit formam singularem.

I. ÓIN, ÓEN: *óin diairchinchib* (gl. primitius; i. e. unus e primis) Wb. 7[b].

óin menme lib occo et óin gním (gl. unanimes honorificetis deum; i. e. una mens sit vobis in eo et una actio) 6ᵈ. *ishinonn óen leiss natura 7 signi.* (gl. sunt alia natura et significatione mobilia; i. e est idem unum, unum et idem ei n. et s.). *ishinon óin signi. 7 discre.* (gl. significantiam et discretionem; cf. Sg. 201ᵃ: *ednonóen*, gl. identidem) Sg. 61ᵃ. 208ᵇ. *aóen fodeich* (unum decies) Cr. 31ᶜ. Gen. fem.: *cuit inna aine 7 inna aile* (ratione unius et alterius) Cr. 31ᵃ. Dat.: *isinóinchorp ataat* (in uno corpore sunt) Wb. 12ᵇ. *o óin sil* (ex uno semine) 4ᶜ. Acc.: *ni ar óen fer* (non propter unum virum, passus est Christus) 4ᵇ. Addito articulo interdum significatur lat. idem: *ní corp intóin báll* (gl. corpus non est unum membrum; i. e. unum illud) Wb. 12ᵃ. *indóengránne* (unum illum granulum) 13ᵃ. *inna oena méite* (gl. tantidem, i. e. eiusdem magnitudinis) Sg. 203ᵃ. *ondóentóisrinn* (gl. ex eadem massa) Wb. 4ᶜ. *issindóinbull* (in uno illo membro) 12ᵇ. *isindóinuáir* (eadem hora, resurgent mortui) 25ᵇ. *tresinnóenméit* (gl. per tantundem, temporis) Cr. 34ᶜ. De formula *cachóen* videas inter pronomina.

Composita: *óinechaid, óenechaid* (gl. eques) Sg. 50ᵇ. 55ᵇ. *óentaim, óintam* (gl. caelebs) 9ᵃ. 16ᵃ. *óinsyllabche* (monosyllabae, voces) 207ᵃ. *fer oinsétche* (vir unius uxoris) Tir. 11; atque alia quae scriptione separantur ut *óen choimdiu lib* (unus dominus vobis) Wb. 22ᵈ. Nomen viri *oengus* (gen. † *oengusso*, gl. marg.; cf *fergus*, supra p. 266) Cr. 4ᵃ. Derivata: *óinar, óenar* (cf. infra subst. numeralia), *óentu, ointu* (unitas) Wb. fq. *óinugud* (unio) Wb. 21ᶜ. *óende, óindae* (unicus) 12ᵃ. *óendai, óindai, óindi* (singuli, singulae) Sg. 9ᵃ. 18ᵃ. 197ᵃ. *indóindid, indoindid* (gl. semel) Ml. 29ᵃ. 34ᵃ. *indóendaid* (gl. singulatim) Sg. 71ᵇ.

II. DÁ, DÍ (DÉ). Paradigma flexionis huius numeralis constructi cum substantivis:

	Masc.	Fem.	Neutr.
Nom.	*dá*	*dí*	*dá-ṅ*
Gen.	*dá* }		
Dat.	*dib-ṅ (deib-ṅ)* }		
Acc.	*dá*	*dí*	*dá-ṅ*

Quarum formarum exempla supra sunt prolata cum nominum numero duali; formulae pronominalis *diblínaib* (utrobique, ab utraque parte) plura infra inter pronomina. Dativi forma *deib* extat in Sg. 8ᵃ: *sill. fordeib dacti. són* (gl. penthemimeri heroicae; i. e. syllaba super duo dactylos hoc). Idem cum articulo sine substantivo: *nochishonaib dib són* (est tamen ab utroque hoc) Ml. 14ᶜ. Praeter *dá* extat forma absoluta *dáu*, rec. et hod. *dó* (= cambr. *dou, deu*, hod. *dau*): *itadáu coicat archét* (sunt 152) Cr. 42ᵇ. *it lia inatri oldáte adó* (sunt plus tria quam duo), *adó ille 7 adó anund* (duo illinc et duo hinc) Corm. *deach. ni hoen acht a dhó* (non unus sed duo) id. *emuin. cocend nómaide no a dó no a tri* (ad finem momenti [?] vel duorum vel trium) id. *himbas forosnai.*

DE in compositis et derivatis: *deoger* (diphthongus; = *defoger* a *fogur*, sonus) Sg. fq. *deáith* (gl. bipennis) Sg. 67ᵃ. *dériad* (gl. bigae, biugae, bina iuga) 54ᵃ. *désillabchi* (bisyllabae, voces) 44ᵇ. 68ᵇ. 187ᵃ. *coit. dechenéli indiu la nuelitridi* (gl. terrigenus, taurigenus; i. e. communia bigenera hodie apud novos scriptores) 90ᵇ. *coitchen dechenelisin ap. ġcos* (gl. ὁ ἄνθρωπος καὶ ἡ ἄνθρωπος) 62ᵃ. *inpaseir* .i. *indechenéul paseir* (gl. unde sit, ne parseris, in cod. passeris, Prisc. 12, 6, 29) 203ᵃ. *déchorpdae* (gl. bicorpor) 65ᵃ. *robói chocad etir deichthriub*

7 dethriub corricisin (fuit bellum inter decem tribus et duas tribus usque eo) Ml. 37r. De subst. numerali *déde* paulo infra; adi. *deidi* (gl. bini) Cr. 32ᵈ.

III. TRÍ masc. neutr., TEOIR, TEORA fem. Paradigma flexionis:

	Masc. et neutr.	Fem.
Nom.	*trí*	*teoir*, *teora*
Gen.	*trí*	*teora-ñ*
Dat.	*trib*	*teoraib*
Acc.	*trí*	*teora.*

Exempla gen. masc. et neutr.: Nom. *islour da preceptóir in æclis no thrii* (sufficiunt duo praeceptores in ecclesia vel tres) Wb. 13ᵃ. *na tri recte* (tres leges, naturae etc.; *rect* neutr., alibi masc.) Wb. 29ᵃ. *it tri tuisil* (gl. gerundia nominum habent casus aliquos; i. e. sunt tres casus) Sg. 148ᵇ. Gen.: *delb tri tuisel foraib* (species trium casuum in eis, gerundiis) Sg. 148ᵇ. *na tri noilaithe* (gl. trinum nundinum; i. e. -arum) Sg. 116ᵇ. *ní gnáth choms. in ainmnidib pronomen acht inna trí domber som* (gl. per nominativos tria tantum componuntur, pronomina; i. e. non consueta compositio in nominativis pronominum nisi trium, quae profert) Sg. 201ᵃ. Dat.: *diatrib nonbaruib* (tribus suis enneadibus) Corm. B. *orc tréith*. Acc.: *ruri anacht trimaccu asurnn tened* (dominus qui servavit tres filios e furno ignis) Colm. h. 29. *tri gné forsin apgitir* (gl. terna tenent alphabeta; i. e. tres formas pro alphabeto) Cr. 33ᵃ. *tri anman dobeir, tri anman tra dober doib* (tria nomina dat, tria nomina ergo dat eis) Wb. 12ᵃ. 16ᵃ. *annoi frisinna tri* (gl. ille ipse iste et reliqua novem; i. e. novem ad tria, pronomina dicta) Sg. 197ᵇ. *commebaid hitri* (ut frangeretur in tria) Br. h. 78.

Fem.: *inna teoir rannasa isóin rann fardiñgrat* (gl. ergo tria una pars est orationis) Sg. 26ᵇ. *teora tonna torunni in bab. trédenus dosom in sepul.* (gl. consepulti estis ei, Christo, in baptismo; i. e. tres undationes super nos in bapt., triduum ei in sepulcro) Wb. 27ᵃ. *teora bliadni frithriagla namma leissem* (gl. sunt autem anni tres circuli) Cr. 32ᵇ. *itnephchumscaichti na teora litreso* (immutabiles sunt hae tres litterae) Sg. 10ᵃ. *teora greca inso dondi aslegendi* (scil. *briathra*, voces: hae tres graecae pro *legendi*, τοῦ ἀναγνωστέον καὶ τοῦ ἀναγινώσκειν καὶ τοῦ ἀναγινώσκεσθαι) Sg. 148ᵇ. *teora ferba fira* (tres vaccae candidae) SM. 64. Gen.: *nephaccomol inna teora liter* (non iunctio trium litterarum). *ménogud inna teora ñguttae imalle* (dissonantia trium vocalium insimul) Sg. 7ᵇ. 40ᵇ. *muince .iii. nungae* (collare trium unciarum) Tir. 6. *na teora mbo* (gl. *di gabail*; i. e. trium vaccarum) SM. 66. Dat.: *donaib teoraib personaib uathataib* (in tribus personis singularibus, numeri singularis) Sg. 186ᵃ. Acc.: *taidmenadar sunt í na teora persana* (significat hic ergo tres personas, deitatis) Wb. 9ᶜ. *adopart teora lethindli* (obtulit tria dimidia *i.*) Tir. 4. *ar teora ferba tic so* (ad tres vaccas pertinet hoc) SM. 68.

TRE in compositis et derivatis: *isintrechostu* (gl. in tripode) Sg. 8ᵇ. *treode, trecoste* (gl. tricuspis) Sg. 67ᵇ. *trechatharde* (gl. tripolites) Sg. 38ᵇ. *treceneli* (gl. trigena) Sg. 66ᵃ. *ingenitin coit. trechinélai* (gl. alteram servat, regulam; i. e. genetivum communem trigenerum), *coitchen trechenelæ .sui.* (commune trigenerum est *sui*) Sg. 75ᵃ. 200ᵃ. Supra allatum est subst. *trédenus* compositum e *denus* (*roscarsam frib denus ñbeicc*, gl. desoluti a vobis ad tempus horae, Wb. 24ᵈ). Derivatum *trian* (tertia pars, triens) SM. 96. 100. 200. 246. 258. 260, cuius genus

neutrum recentior quoque lingua significat: *dá d-trian* (duae partes, bes) Keat. ap. O'Don. 372. Subst. numerale, de quo infra, *tréde* est neutrum adi. *tréde* (ternus): *isnaib tredaib* (gl. in ternis) Sg. 10ᵃ.

IV. CETHIR masc. neutr., CETHEOIR, CETHEORA fem. Exempla masc. et neutr.: *cethir brottae* (quattuor momenta; in sententia, quam videas totam infra sub X) Cr. 18ᵈ. *ítchethir chét* (gl. quater centeni; = 400) Cr. 42ᵉ. Fem.: *ceteora athgabala* (quattuor districtiones) SM. 258. *cetheora duillne fair* (quattuor folia super eo) Corm. *doss*. Gen.: *condib cretem cet[h]eora persann linn* (ut sit fides quattuor personarum nobis) Tr. 86. Accedit forma utriusque generis communis *ceithre*, *ceithri* in codicibus recentioribus. Masc.: *ceitre sellaig* (quattuor spectatores) SM. 240. *ceitri sapuid* (quattuor principes), *ceitri triuin* (quattuor viri fortes) SM. 54. *ceitri mic Buide* (quattuor filii B.) SM. 70. Fem.: *ceitri primgaeta ocus ceitri fogaeta* (quattuor venti cardinales et quattuor venti laterales) SM. 26. *ceithri ba* (quattuor vaccae) 270.

Est etiam subst. *cethir* (gl. hic et hoc pecus; i. e. quadrupes) Sg. 70ᵇ. *cosmil fricethir* (gl. animalis homo; i. e. similis animalis quadrupedis) Wb. 8ᵇ. Plur. *cethra*: *na hethat cethra na gurta* (ne edant pecudes segetes) Corm. *gelistar*. *is ingnadh ronucsat daine 7 cethra ananmanna as* (est mirum quod tulerunt homines et pecudes animas suas inde) Gl. 2. *im fulusa cacha cethra* (circa fetus omnium pecudum) SM. 184. *o na cetraib* (a pecoribus) SM. 190. *combertis na cethrai* (ut afferrent pecudes) Corm. *belltaine*. Idem adiective positum: *im rubu cethra* (circa bestias quadrupedes) SM. 184. Composita: *mincetra* (pecora iuvenca) SM. 184. *beoceathra* (viva pecora), *for beoceathraib* (de vivis pecoribus) SM. 258. In compositione CETHAR: *traig cethargarait* (gl. proceleusmaticum; i. e. pes quattuor brevium syllabarum) Sg. 7ᵇ.

V. CÓIC (e *cinc*, *cuinc* = lat. *quinque*, cambr. *pimp*; cf. pp. 42. 66): *cóic deich cóica* (gl. marg.; ad textum: singulae vocales denos sonos habentes; i. e. 5 × 10 = 50) Sg. 4ᵃ. *acoic indid oa q. xxx* (gl. quinto minus a triginta) Cr. 33ᵇ. Cf. infra: *coic sailm sechtmogat*, *coic cethorchuit*, *cóiccet*, *coic míli*. Gen.: *boge.V. ñuinge banoir* (catinus quinque unciarum auri candidi) Corm. Postea *cúic*: *ocus rordaig cuic cresa inti* (ordinavit quinque zonas in ea) SM. 28, ut hodie *cúig*.

VI. SÉ (cf. pp. 52. 125): *octndelbæ 7 oct ñgné cenelcha anlsom. sé tarmorcenn im* (gl. sunt formae generales praeteriti perfecti VIII; i. e. octo formae, sex terminationes tamen) Sg. 166ᵃ. *se sinistri* (sex fenestrae), *sesca ocus se sinistri* (66 fen.) SM. 28. *se haisle* (sex articuli) Corm. *déach*. Gen.: *na sé mbó* (gl. di athgabail; i. e. sex vaccarum) SM. 66.

VII. SECHT (e forma *sechten* = sanscr. *saptan*, lat. *septem*; de *n* originaria huius numeri et trium sequentium cf. sub N, p. 44): *itsechtñocht* (gl. septies octoni), *itsecht trichit* (gl. septies trigeni) Cr. 33ᵃ. *itsecht cét* (gl. septies centeni) Cr. 42ᵉ. *secht maicc cathboth* (septem filii C.) Tir. 8. *sect cumala*, *tri sect cumala* (septem cum.*, ter septem cum.) SM. 70. *.VII.ñaisle* (7 articuli), *.VII. ndialt* (7 pedes) Corm. *déach*. Gen.: *cessad secht mbrathar* (passionem septem fratrum) Fél. Iul. 10. Acc.: *dobert sechtmultu úade* (dedit septem verveces a se) Br. h. 36. Derivatum: *grad secta* (gradus septenarius) SM. 96.

---

* *cumal* f. 1. serva; 2. pretium trium vaccarum. Vaccae aequiparantur 24 *screpaill*, 1 *screpall* = 3 *pinginni*.

VIII. OCT, OCHT: *octṅdelbæ 7 oct ṅgnẹ́ cenelcha andsom* (glossa tota sub VI) Sg. 166ª. *aocht deac* (18) Cr. 32ᶜ. *VIII. ṅdiuilt* (8 syllabae), *ocht ṅdéich* (octo pedes), *ocht naisle* (octo articuli) Corm. *déach*. *oċt mba* (octo vaccae) SM. 138. Dat.: *huanaib octsa anúas* (gl. similiter ab eis composita, uterque etc. Prisc. 6, 1, 4; i. e. ab his octo supradictis, unus, ullus etc.) Sg. 90ᵇ. Acc.: *ro delb dono na hoċt ngaeta* (creavit igitur octo ventos) SM. 26.

IX. NÓI: *nói sethir* (gl. novem glandulae) Sg. 49ᵇ. *annoi frisinna tri* (novem ad tria; cf. sub III acc.), *ité inna noi dim* (gl. septem derivativa et is et hic; i. e. sunt haec ergo novem, dicta pronomina) Sg. 197ᵇ. *nóe slabraid ass* (novem catenae ex eo) Corm. *bóge*. Originariae *n* servatae exempla, minus certa in genetivis: *conrici hucht noinomne* (usque ad iugum novem quercuum) Tir. 1. *fri ré nain uar* (spatio novem horarum) L. Ballym. ap. O'Don. p. 92; certiora *noi mbai* (novem vaccae) SM. 138. *noi mbliadna .x. iarsin* (undeviginti annos postea) L. Br. ap. St. (Beitr. I. 354), quibus adnumerandum est compositum *nóiṅdruimm* (novem iuga, n. l.): gen. *mochoe nóiṅdrommo* Sg. 226.

X. DEICH: *deich míli* (gl. decem milia) Wb. 12ᵈ. *itadeich* (gl. decus; i. e. decem, Beda de temp. rat. c. 15) Cr. 31ᶜ. *inna deich ar dib cetaib* (gl. ducenti decus, ibid. c. 20) Cr. 33ª. *inna deich tribu* (gl. tribus) Ml. 34ᵈ. *cóic deich* (quinquies deni) Sg. 4ª, v. supra. Servata *n*: *deïc mbai* (decem vaccae) SM. 136. *co ruice deïc mbu* (usque ad 10 v.) SM. 92.

Eadem forma in derivato *deichthi* (gl. denos, sonos, habentes vocales) Sg. 4ª. et in composito *deichthriub* (decem tribus) Ml. 37 r. (v. supra p. 301). Propria est eiusdem vocis forma cum producta vocali et servato consonae *c* statu primitivo (cf. p. 69) DÉC, DEAC, DEEC, forma absoluta, postposita post numeros minores, ad effingendos compositos ab XI usque ad XIX. Usurpatur eadem forma hodie, destituta consona, hib. *déag*, gael. *deug* in numeris illis compositis tam cardinalibus quam ordinalibus, non mutata sequens post minores numeros et post substantiva, si qua addita sunt, ut gaelice 11 card.: *aon deug* (undecim), cum subst. *aon fhear deug* (undecim viri); ordinal.: *an t-aon fhear deug* (undecimus vir). Item hibernice 12 card.: *dá déag* (duodecim), cum subst. *dá dheisgiobal déag* (duodecim discipuli); 13 ord.: *an treas caibidil déag* (decimum tertium caput); 14 ord.: *an ceathramhadh caibidil déag* (caput decimum quartum).

Exempla vetusta numerorum XI—XIX: *cretsite di míli déec* (quod crediderunt duodecim milia; glossa mutila initio. Post *déec* sequitur *di illis*, quod est *de illis* latine, ut mox pergitur: *sechié cretes de illis tucfe rúna legis*) Wb. 15ᵇ. *ar isairchenn ṁbes salt hiciunn nóidécdi mad in dib ṅuarib deac nammá bas laigu cach mí aescai oldaas trichtaige .... armad iarnaicniud adrimther cutesbat di cach trichtaigi di hudir deac 7 IIII bro. 7 unga 7 atom. ni conbia salt etir. issaithrech iṁ isairi is assu lasna rimairu di hudir deac namma du thesbuith* (nam est indubium esse saltum in fine decennovenalis, circuli, si duodenis horis tantum sit minor mensis lunae, quam est tricenalis ..... nam si secundum naturam computatur, ut deficiant de tricenali duodenae horae et quaternae lineae et uncia et atomus, non erit saltus omnino. Est autem laboriosum id; ideo facilius computatoribus duodenas horas tantum deficere*) Cr. 3ᵇ

* Comparata hac cum glossa infra sequente eiusdem scriptoris eadem ratio probatur, quam sequitur O'Dugan (ap. O'R. *unsa*): 1 momentum (minuta) = 12 unciae, 1 uncia = 47 atomi.

in notationibus de formula chronologica: salva ratione saltus. *ni roig di hudir deac* (gl. alias nequaquam ad hoc pertingere posse constat; i. e. non attingit duodecim horas) Cr. 33ᵇ. *inda apstal .x.* (duodecim apostoli) Fél. Iul. 15. *da gaetha dec* (duodecim venti) SM. 26. *in da rann deacc* (12 partes), *i ndib randaib dec* (in 12 partibus) SM. 30. *teora pinginne dec* (tredecim denarii) SM. 246 *trí cumula décc ar fichit* (13 ad 20, 33 cum.) SM. 76. *dorimther hí libur essaiae ásceləo .i. asbert side contra esechiam atbela doich side 7 dognaith athirgi 7 luid ingrian foraculu coic brotu deac 7 is ed inchoisecht trisodin incoic bliadni deac dothormuch forasaigulsom* (narratur in libro Isaiae haec historia; dixit enim hic contra Ezechiam: morieris, verisimile hoc, et faciebat paenitentiam et cessit sol retro quindecim lineas, et hoc significavit per illud, quindecim annos addi ad vitam illius. Cf. Isai. 38, 5. 8) gl. marg. Ml. 16ᵈ. *da mile dec ar cuic cetaib dec mili* (duodecim milia passuum ad mille quingenta m. p. = 1512 milia passuum) SM. 28. *a cuic dec* (quindecim) SM. 30. *cuic la déc* (15 dies) SM. 80. *maccan sethbliadan deac* (puerulus sedecim annorum) F. h. 2. *aochtdeac archét* (gl. CXVIII) Cr. 32ᵈ. *co a sect dec* (usque ad septendecim) SM. 272. *sect cumulu déc* (17 cumalas) SM. 224. *da noct dec milid do mileduib* (bis duodeviceni milites) SM. 20. *nóidéc* (XIX) colligendum e voce derivata *nóidécde, nóedécde* (decemnovenalis, circulus) frequentiore in Cr.; inde praeterea colligi possunt *óendéc*, *tridéc* etc. Sed interdum hic ut alias multiplicatio adhibetur: *da se pairti* (bis senae partes), *da se mis* (bis seni menses) SM. 28.

Eandem numeri formam ordinalibus subiungi, ut oriantur formulae: *in tris déc, in tris fer déc* (decimus tertius, d. t. vir), *incóiced deac* (decimus quintus) etc., patet e glossa ad memoratam formulam chronologicam: *testa són dam dintrichtigi lasindi huáir deac .ı. fuar salto ascachóen aescu .ı. cethir brottae 7 alarann deac brotto et VII mad rann cethorchat aili deac brotto* (deest hoc quoque de triginta diebus cum horis duodecim i. e. inventione saltus qui est singulis mensibus i. e. quattuor momenta et duodecima pars momenti et quadragesima septima pars duodecimae partis momenti) Cr. 18ᶜ. *in cuiced rann dec* (quinta decima pars) SM. 246. Item cum aliis numeralibus: *treise déc* (tredecim dies) SM. 78. 82.

Quae secuntur, sunt substantiva ord. post. ser. I. c., constructa cum genetivo substantivi; ipsa post numeros minores in genetivo posita, si fit additio, ut *ocht fichet* (octo et viginti), sin multiplicatio, in plurali (vel duali), ut *secht trichit* (septem triacades).

XX. FICHE: *fiche pond* (gl. pondo viginti) Sg. 70ᵃ. *isfiche* (gl. bis deni) Cr. 31ᵃ. *fiche archet* (gl. quindecies octoni; = 120) Cr. 41ᵇ. Gen.: *co foocht fichet* (usque vicies octies) Cr. 45ᶜ. *inchoiced fichet* (gl. vicesima quinta, luna) Cr. 33ᵇ. *ceitri mile fichet* (24 milia passuum) SM. 28. Minus recte: *trí cumala fichit, sect cumala fichit* (23, 27 cumalae), *in aenmad rann fichit* (unetvicesima pars) SM. 76. 232. Inde supponendae formae: *óen fichet* (21), *óen fer fichet* (21 viri), *trí fir fichet* (23 viri), *in tris fichet, in tris fer fichet* (vicesimus tertius, vic. t. vir) etc. Aliter (*ar* c. dat.) apud Oeng. *dlom diis ar fichit martír* (praedica duo et viginti martyres) Fél. Sept. 13.

Plur. *trifichit fer* (sexaginta viri) Tir. 12. *deic mbliadna ocus ceitri fichit* (nonaginta anni), *cuic fichit bliadain* (centum anni) SM. 138. *sect fichiat blia-*

dain, *sect fichit bliadain* (140 anni) SM. 66. 74. Acc.: *tri fichtea bliadne* (60 annos) Tir. 2. *trifichte bliadan* F. h. 40. Dual. dat.: *moirseser ar dib fichtib* (47 homines) Oeng. v. infra.

XXX. TRICHA: *tricha* (gl. ter deni) Cr. 31ª. *tricha trenfer trebar* (triginta viri fortes prudentes) Fél. Febr. 20. Acc.: *co tricait sect cumala* (ad tricies septenas *cumalas*) SM. 92.

Plur. *itsecht trichit inna deich ar dib cetaib* (gl. septies trigeni ducenti decus; i. e. $7 \times 30 = 210$) Cr. 33ª.

Inde derivatum subst. *trichtaige*, *trichtige* (= *trichtaiche*, *trichtiche*; cf. derivat. ICHE) in Cr. una voce significans spatium triginta dierum.

XL. CETHORCHA: *cetraca la macfuirmid* (quadraginta penes m., poëtam sexti gradus, historiae) SM. 44. Gen.: *VII mad rann cethorchat* (septima et quadragesima pars) Cr. v. supra. *athgabail fir cethrachat aidche* (districtio viri 40 noctium, viri observantis quadragesimam) SM. 194. *a cetar cethracat* (44) SM. 28.

Plur.: *coic cethorchuit béimmen* (gl. quinquies quadragenae, plagae; i. e. 5×40) Wb. 17ª. Dat.: *cetharchattaib*, *cethrachtuib* (v. *clúmat*) Gl. 11. 41.

L. CÓICA in exemplo iam allato: *cóic deich cóica* ($5 \times 10 = 50$) Sg. 4ª. Gen.: *itadáu coicat archét* (gl. decies novies octoni; i. e. sunt 152: $19 \times 8 = 152$; *dá coicat* = 52) Cr. 42ᵇ. Formae corruptae: Dual.: *dichaicait* (gl. *cetsalm*) F. h. 30. Plur.: *natricoicat* (150, psalmi) F. h. 25. Dat.: *coic ar tri caecaib bliadain* (155 annos) Fél. Aug. 7.

LX. SESCA: *sesca la cana* (sexaginta, historiae, penes c., poëtam quarti gradus) SM. 44. *sesca ocus se sinistri* (sexaginta sex fenestrae) SM. 28.

LXX. SECHTMOGA. Gen.: *fochoicsechtmogat ata diabsalma isintsaltir l. itcoic sailm secht.* (i. e. *sechtmogat*) *diandiant titul diabpsalma* (septuagies quinquies et diapsalma in psalterio, vel sunt septuaginta quinque psalmi, quibus est titulus diapsalma) Ml. 2ᶜ. *in tan imorro ro fuidi Feinius a da deiscipul sechtmoget* (cum vero F. mitteret discipulos suos 72) SM. 20.

LXXX. OCHTMOGA: *ochtmoga caín cinged* (octoginta boni bellatores) Fél. Febr. 14. Gen.: *coic míli ochtmugat archét* (185000) Ml. 35ᵇ. *iars na hoct mbliadnaib octmodat* (post 88 annos), *iars na deic mbliadnaib octmodat* (post nonaginta annos) SM. 138.

XC. Ex hodierno hib. *nocha* vetusta forma NÓCHA supponenda. Inde derivatum adi. *nóichtech*: *ni robatar accobra colna leosom issindiu cétach abram nóichtech sarra* (gl. qui de ancilla, secundum carnem natus est, qui autem de libera, Sara, secundum repromissionem est; i. e. non erant cupiditates carnis illis; tum centenarius A., nonagenaria S.) Wb. 20ª.*

C. CÉT (= lat. centum), substantivum ordinis prioris ser. I. Nom.: *cét rámæ fuiri* (gl. ad vers. Verg. Aen. 10, 207: it gravis Aulestes, centenaque arbore fluctus verberat; i. e. centum remi in ea) Sg. 36ª. Gen.: *dichlaind chéit ríg chéit rignae* (de prole centum regum, centum reginarum; *rí*, rex, *rígain*, regina) Paul. carm. 1. *cenn cét míle* (caput centum milium) Fél. Iul. 24. Dat.:

* Differt ab hoc adi. *noichtech* (undetricenalis: = *no-ichtech*, *no-fichtech* e *nói fichet* 29) in Cr.: *noichtech* (gl. undetricen. dier.: necesse est tres pariter menses undetricenorum computare dierum) 39ª. *isnoichtech ré niuil la aegyp. isinbliadinsin hicuiretar salt* (undetricenalis luna Iulii apud Aegyptios illo anno, quo ponunt saltum) 32ᵇ.

archét (ad centum, praeter centum) v. infra. Acc.: *lacet martir namra* (cum centum martyribus miris) Fél. Iul. 4. *canaid cetsalm cechnaidchi*(canebat centenos quaque nocte psalmos) F. h. 30. Dual.: *da cet* (ducenti) SM. 46. Dat.: *ar dib cetaib* (ad ducentos) Cr. 33ᵃ. Plur. nom.: *itchethir chét* (gl. quater centeni), *itsecht cét* (gl. septies centeni) Cr. 42ᶜ. *oillu oldate cóiccet fer do demnigud i resurrec.* (gl. visus est plusquam quingentis fratribus; i. e. plus igitur quam D viri ad confirmationem res.) Wb. 13ᵇ. *danocht cet* (bis octingeni) Fél. Iun. 22. Dat.: *cotri cétaib martir* (cum tricentis martyribus) Fél. Sept. 8. *ar cuic cetaib dec* (ad quindecies centena) SM. 28. Acc.: *lanái cét* (cum nongentis) Fél. Aug. 29. Inde derivatum adi. *cétach* (centenarius, centum annos natus) Wb. 20ᵃ; compositum: *Conn cétcathach* (C. centum bellorum) SM. 70.

Si adduntur numeri minores, sequi hunc numerum postremo loco cum praep. *ar* (ad, apud, cum dat.) docent exempla supra memorata: *aochtdeac archét* (118) Cr. 32ᵈ. *fiche archet* (120) C. 41ᵇ. *adáu coicat archét* (152) Cr. 42ᵇ. *ochtmugat archét* (180) Ml. 34ᵇ. *inna deich ar dib cetaib* (210) Cr. 33ᵃ.

M. MÍLE, subst. fem. (ser. IV. b), cuius nom. sg. mihi non occurrit. Acc. *míli*: *corrici míli* (gl. plurima apud nos simplicia, quae apud Graecos composita, ut felix εὐτυχής, pius εὐσεβής et alia mille; i. e. ut expleat, usque ad mille) Sg. 207ᵇ. Plur.: *coic míli* (5000) Ml. 34ᵇ. *di míli déec* (12000) Wb. 15ᵇ; cum substantivo: *deich míli briathar* (gl. decem milia verborum) Wb. 12ᵈ. Gen.: *mor sostan dasé mile martair* (magna requies 12000 martyrum), *cenn cét mile* (caput centum milium) Fél. Iul. 10. 24. Dat.: *ismo milib mile* (est maius milibus milium, *.i. ismó na mili domilib*) Fél. Epil. 28.

E cardinalibus numeris hibernicis praemissa praep. *fo* produnt adverbiales, qui propriis formis, ut sunt latinae semel, bis, ter etc., nec hibernice nec britannice significantur. Exempla: *fodí namma* (gl. semel et bis in usum mihi misistis; i. e. bis tantum) Wb. 24ᵇ. *fadi* SM. 268. *fomlámas bádud fothrí* (gl. ter naufragium feci) Wb. 17ᵈ. *cani dupater fothrí* (canas tuum Paternoster ter) Inc. Sg. *futhrí* Tir. 14. *fathri* Br. h. 32. *a óen fodeich* (unum decies) Cr. 31ᶜ. *co foocht fichet* (usque vicies octies) Cr. 45ᶜ. *fochoicsechtmogat* (septuagies quinquies) Ml. 2ᶜ.

Ob formam femininam in *fodí* (bis) videtur subintellegendum subst. fem. *fecht* (= cambr. *gweith* fem., lat. *vix*, *vicis*), quod subst. *gweith*, *gweiz* semper additur in britannicis dialectis, atque idem extat hibernice in numero adverbiali primo, qui non praemittit praepositionem, sed compositus est: *oinecht appec. am. noinect rombebe colinn cr.* (gl. qui mortuus est pro peccato mortuus est semel, Christus) Wb. 3ᵇ. *oinecht* (= *oinfecht*, una vice, cambr. hod. *unwaith*; cf. adverb. *indectso*, *infechtso*, hac vice, nunc) Ml. 34ᵃ. Contra in *fothri* (ter) aliisque forma generis neutri supponenda videtur. Praeterea formae adverbiales derivantur ex adiectivis numeralibus: *indoindid* (gl. semel; *oinde*) Ml. 34ᵃ. *intanisiv* (gl. secundum; *tánise*) Sg. 213ᵃ.

Latinis numeris distributivis respondent hibernici numeri cardinales vel substantiva numeralia praemisso pronomine *cach*: *cach óen* (singuli; cf. pron.), *cach di dúil* (bina elementa) Sg. 3ᵇ. *cach cóicer* (quini viri) Corm.

2. Numeri ordinales, quorum minor copia est in codicibus nostris vetustis quam cardinalium, inveniuntur hi:

I. CET (= brit. *cint*, prior, cf. gall. Cintus, Cintugenus = hib. *Cetgen* L.

Ardm. 11 b. 2, Cintugena, Cintugnatus, Cintugnata, Cintugnatius Inscr.) vix invenitur extra compositionem: *ishé incét sians ... ishe insians aile* (is est sensus primus, sensus alter) Ml. 36ª. *céitgrinne fino* (gl. nectar; i. e. primitiae vini, protropum) Sg. 122ᵇ. *cétbaid* (sensus; quasi primum εἶναι) Ml. 36ª. *7 ni cétbaid dosom* (gl. quamvis multi de hoc dicunt; i. e. nec est sententia illi) Sg. 71ª. *maith anintliucht foirbthi acétbuidi* (gl. exercitatos habent sensus; i. e. bonus eorum intellectus, perfecti eorum sensus) Wb. 33ᶜ. *fochetoir* (statim, i. e. prima hora) Wb. 11ª. *focetoir* Ml. 24ᵇ. *icétaidchi* (prima nocte) F. h. 64. *incétbliadain* (primo anno) Corm. *fochlocon*. *cétmuinter* (prima familia, i. e. coniunx): *folach cetmuintire* (sustentatio coniugis) SM. 230. 232. *cetcruth* (prima forma) SM. 28. *cétamus* (primum, i. e. primo impetu) Corm. fq. (vid. *dobur*, *ferb*, *gall*, *leithech*, *ross*, *rot*, *ur*); cf. *ished cétmus asaccobor limm féin* (hoc primum est desiderium in me ipso) Wb. 23ᵇ. *cétóin* (primum ieiunium, i. e. dies Mercurii): *de cétain* (die Mercurii) SM. 26. *beltene indiu for cétáin* (calendae Maiae hodie die Mercurii) Ps. 39 a. *cetsoman .i. cetsámsin .i. cétlúd sine samraid* (cal. Maiae i. e. prima aestas haec i. e. principium, prima apparitio tempestatis aestivae) Corm.; cf. *cétam*, gen. *cétaman* (mensis Maius). Compositionem hodie quoque statuendam esse, etsi scriptione separatur *céad*, probat infectio consonae insequentis. Adverbii *cétu*, *ciatu*, *céta* (primum) exempla infra inter adverbia.

Extra compositionem invenitur derivatum CÉTNE (ord. pr. ser. I. b): *badhé afer incétne* (sit is vir eius, mulieris, primus) Wb. 9ᵈ. Dat. abl.: *arnídad ferrsi inchétnu* (gl. nondum poteratis, sed nec nunc quidem potestis; i. e. nam non estis meliores vos quam primum, *inchétnu* abl. neutr. ob antecedentem comparativum) Wb. 8ᵉ. Praecedit regulariter substantivo, si quod additur: *isinchétne tuiste* (in prima creatione), *ó aicniud nacétne tuisten* (natura primae creationis) Wb. 1ᶜ. 21ᵇ. *cétna netargna*, *cétna netargnæ* (gl. prima cognitio) Sg. 197ᵃ. 198ᵃ. *cetna persan*, *inchetna persan* (prima persona) 199ᵃ. 157ᵃ. *farcétnu diull* (secundum primam declinationem) 90ᵇ. *huan cetnu dedol indlaithi* (gl. a primo ergo crepusculo) Ml. 42 r. *inna cétni sillabæ* (primae syllabae) Sg. 212ᵃ. *donaib cétnaib forcitlaib* (gl. primis institutionibus) Ml. 14ª. Idem postpositum substantivo transit in significationem latini idem, quae sola est hod. *céadna*: *ised ungné cetne* (gl. eadem ratio) Cr. 33ᵇ. *iss. afol. cétna beos tofóirndet* (gl. idem possunt significare) Sg. 72ᵃ. *iss. afolad cétnae sluindidae* (haec est notio eadem significata), *sluindid afolad cétnae* (significat eandem notionem) 9ᵃ. *incoissig afolad cétnae. ni inchoisig inson afolad cétne* (qui significat, non significat vox notionem eandem) 9ᵃ. *infogur cétna* (idem sonus) 203ᵇ. *indobre. chétna* (idem adverbium) 71ᵇ. *na litre cétni* (eaedem litterae) 10ª. *bithé na precepta cétni* (sunt haec eadem praecepta, quae praedicabo iis) Wb. 17ᵃ. *isgnath hisalmaib aitherrech forsnasunu cétn[u]* (est usitatus in psalmis reditus ad easdem voces) Ml. 52 r. Ante subst. pronomine praemisso: *ishé céetne fer* (is est idem vir) Wb. 7ᵇ.

Eiusdem significationis est PRÍM (transumpta vox latina): *allaithe ndedenach diud noich. 7 phrím archiunn rl.* (gl. morata in coitu solis biduo non comparet in caelo, luna. Beda de nat. rer. c. 13; i. e. diem extremum in fine undetricenalis et primum ad principium) Cr. 18ᵈ. *inna phrím* (gl. primo post occasum) Cr. 33ᶜ. In compositis significat lat. primarius, principalis: *donfrímgáid*

(vento cardinali, primario) Cr. 19[c]. *loc imbitis primsacairt ocirnigdi* (gl. sacrarium; i. e. locus in quo erant summi sacerdotes in precando) Wb. 10[d]. Cf. cambr. *priflys* (aula, sedes capitalis) Mab.

OENMAD, si secuntur numeri maiores: *in aenmad rann fichit* (unetvicesima pars) SM. 232.

II. TÁNISE (cf. *imthanu*, vicissitudo, Ml. 21[a]. *innimthánad*, gl. talionem, Sg. 181[a]. *trisanimthanadsa*, per hanc alternationem, Wb. 13[a]; forma ignota hodiernae linguae): *intan aspersan tanaise atrebthar and* (cum persona secunda continetur in eo) Sg. 198[b]. *indeach tanaise* (pes metricus secundus) Corm. *déach*. *in sét tanaise* (res pretii secundi) id. *clithar sét*. *ó anmanaib diil tanisi* (a nominibus declinationis secundae). *sainreth dobre. cob. tánise* (proprium verbi coni. secundae) Sg. 50[b]. 59[a]. *hi persin tánaisi* (in persona secunda) 215[a]. *arnafóirinse doguilsi isintecht tanisi* (gl. ne iterum in tristitiam venirem ad vos, statui) Wb. 14[d]. *isinsill. tánaisi* (gl. in secundam syllabam, transit) Sg. 21[b]. *inbindius tánaise* (gl. secundam euphoniam, habent semivocales post vocales) 5[a]. Ablativus adverbialis: *intanisiu* (gl. secundum) Sg. 213[a].

Idem significat *indaile* (gl. secunda) Cr. 31[a]. cf. *aile* (secunda dies, biduum) SM. 78. Item ante numeros maiores: *aile dec* (duodecima dies) SM. 78. (pars) 234. Gen. neutr.: *VII mad rann cethorchat aili deac* (septima et quadragesima pars duodecimae partis) Cr. 18[c]. Usitatius tamen, ubi accedunt numeri maiores, ALA, INDALA: *alarann deac brotto* (duodecima pars momenti) Cr. 18[c]. *indala nainmm déc* (duodecimum nomen) Corm. *hia*. *indala desciput lxx.at* (i. e. *sechtmogat*; alter et septuagesimus discipulus) SM. 20. cf. *indalafiacail airthir* (alter a priore dens) Inc. Sg. Unde prodisse videtur hod. *an dara*; cf. *indara neach* ('hic secundus') St. gl. 589.

III. TRIS: *tris fer friu* (gl. te tertium ex utroque compositum; i. e. tertius vir ad eos, Homer. et Vergil.) Sg. 2[a]. *tris litir im hi tos. syl. biid .l. no .r.* (gl. litera tertia l vel r; i. e. tertia littera tamen in initio syllabae est, esse potest, l vel r) Sg. 20[b]. *in tris diltud dosom* (tertia abnegatio ei) Tr. 103. Gen.: *foxlidi tres diil inso sis* (ablativi tertiae declinationis hi infra) Sg. 104[b]. Abl. *triuss*: *inchatlach inna fer asrubart et intóentu inna æcoalsa dédc insin et hésom triuss* (gl. salutat vos Timotheus ... et Sosipater cognati mei. saluto vos ego Tertius ... et ecclesia universa. Rom. 16, 21; i. e. universitas virorum quos dixit et unitas ecclesiae, duo haec et ipse tertius) Wb. 7[c]. Ad compositionem sine dubio referenda est forma recentior *tres*: *in tress deach* (pes tertius) Corm. *déach*. *in tress sét* (res tertii pretii) id. *clithar sét*. *an tres neach* ('hic tertius') St. gl. 590; hod. *treas* aspirans consonam insequentem. Derivatum *treise* (triduum), *treise déc, treise decmaide* (tredecim dies) SM. 82.

IV. CETHRAMAD: *incethramad déach* (quartus pes) Corm. *déach*. *is in cetramad bliadain* (quarto anno) SM. 4; hodie quoque hib. *ceatramad*. Unde derivatum est *cethramda* fem. (quarta pars): *teora cethramdin* (gl. dodrans; i. e. ʒ) Cr. 25[a] in hac notatione: *teora cethramdin huare aequinocht indid mailliu atuile arcachóen laithiu* (gl. Philippus in expositione beati Job aestum maris oceani quotidie bis venire describens adiunxit hunc unius aequinoctialis horae dodrante transmisso tardius venire. Beda de rat. unciar., ed. Basil. 1, 183; i. e. dodrans horae aeq., eo serior aestus maris indies).

Transumpta latina *tert* (*tt* cum lineola supra ducta), *quart* interdum inveniuntur in Sg.: *hi sechmadach. tt. choibedna 7 quart. cob.* (in praeterito tertiae coniugationis et quartae coni.) 11ᵃ. *huare ata tt. persin immechomarcatar treo isairi ní techtat togar.* (gl. quis, qualis, quantus, et similibus vocativum esse prohibet quia vocativus ad aliquam finitam fit et praesentem personam; i. e. quia tertiae personae interrogantur per ea, ideo non habent vocativum) 138ᵃ. *reperio for quart cob.* (reperio secundum quartam coniugationem) 158ᵃ. *is quart diil* (est quartae decl.) 187ᵇ.

V. COICED: *inchoiced fichet* (gl. vicesima quinta, luna) Cr. 33ᵇ. *hi coicid huathid* (gl. quinta luna; i. e. in quinta singulari) ibid. *incoiced deach* (pes quintus) Corm. *déach.* *in cuiced lebar* (liber quintus) SM. 48. Subst. *cóiced* neutr. (pars quinta, provincia Hiberniae): *cúiced*, pl. *cuiceda* SM. 80. *in cuiged neach* ('hic quinctus') St. gl. 592. Hod. hib. *cúigead.* Derivatum *cuicthe* (spatium quinque dierum) SM. 78.

VI. SESSED: *in sesed deach* (pes sextus) Corm. *déach.* *in sessed cenél namáile* (sextum genus calvitii) id. *rangc.* *seised* (sexta pars) SM. 204. *in seised neach* ('hic sextus') St. gl. 593. Hod. hib. *seisead.*

VII. SECHTMAD: *sechtmad deach* (pes septimus) Corm. *déach.* *in sechtmad pinginn* (septimus denarius) SM. 246. *VII mad rann cethorchat* (pars quadragesima septima) Cr. 18ᶜ.

VIII. OCHTMAD: *intochtmad deach* (pes octavus) Corm. l. c. cf. *a dithim for ochtmad* (dilatio eius in octo dies) SM. 144.

IX. NÓMAD: *indnomad* (nona, luna) Cr. 32ᶜ. *isinnomad lo* (decimo die) SM. 146. *is in nomad bliadain* (nono anno) SM. 4. Subst. fem. *cocend nómaide* (ad finem nonae? novem momentorum?) Corm. *himbas forosnai.* Hod. hib. *naomhad.*

X. DECHMAD (hod. *deicmad*) colligendum e subst. fem. *dechmad* (spatium decem dierum) SM. 78. Gen.: *anad decmaide* (mora decem dierum) SM. 80. *athgabail dechmaide* (districtio decem dierum) 192. 200. Dat. vel acc.: *a beith for treisi ocus cuicti ocus dechmaid* (eam esse per triduum et quinque dies et decem dies) SM. 150—152. Plur.: *dechmada* (decimae) SM. 50.

De 11. *óinmad déc*, 12. *ala déc*, 13. *tris déc* etc. dubitari nequit; at quae secuntur, exemplis destituti restituere non audemus secundum hodiernas formas hibernicas: 20. *fichead*, 30. *triochadad* etc., 100. *céadad*, 1000. *milead*, quoniam ab hodierno *caogadad* (quinquagesimus) discrepat: *acóicetmad laa o chaisc* (gl. quinquagesimus dies a pascha) Corm. *cingciges*, vel *in cóicatmad la o cáisc* Gl. 11. *cingis.*

3. **Substantiva numeralia.** Sunt duplices formae, prior fere personas significans, altera res, derivata utraque, nisi forte *-ar*, gen. *-ir*, orta putatur e subst. *fer*, gen. *fir*; sed cf. *ilar* (multitudo): *ilar cor* (multi chori) Carm. Goid. VII. 42. *hilar* (pluralis) Sg. 39ᵇ. 198ᵃ. Gen. *áram hilair* (numerus pluralis) 71ᵃ. Dat.: *isinhilur* (in plurali), *innahilur* (in plurali suo) 66ᵃ. Acc.: *treilar nandane inilur na persan* (per multitudinem donorum in multitudine personarum) Wb. 22ᵃ. Formae personales etsi ut substantiva abstracta (cf. lat. unitas, duitas etc.) per omnes casus flecti possunt, frequentius tamen in ablativo singularis praefixo pronomine possessivo usurpantur, sive nomen vel pronomen antecedit sive verbum solum (in plurali). Forma realis, quae plerumque nihil est nisi

neutrum adiectivi in *-de* derivati e numero cardinali, comitem habet articulum generis neutri.

Formam personalem, etsi plerumque de personis adhibetur, interdum tamen sicut *ilar* etiam res significare, docent exempla quaedam (cf. sub *óinar* extr. et sub *triar*).

I. ÓINAR, forma personalis, semper in abl. cum pron. poss.: *asmé móinur* (quod ego unus, solus sum) Sg. 202ª. *meisse móinur* (gl. ego solus), *tussu thóenur* (tu solus) Wb. 5ª. *duitso thóinur* (tibi soli) Sg. 208ᵇ. *ishé á oenur bes ní* (gl. deus omnia in omnibus; i. e. est ipse solus, qui sit aliquid) Wb. 13ª. *nibad aóenur dó* (ne esset solus ille) 14ª. *fuirib fornóinur* (vobis solis) 14ᵈ. *anóinor* (gl. per se, non adiunguntur) Sg. 139ᵇ. *intan nhbite anóinur* (gl. relativa per se; i. e. cum sunt sola). *ni leo anóinur* (gl. non est nominativorum proprium; i. e. non est in eis solis). *isdoib anoinur adcomaltar* (gl. substantivis et vocativis solis adiunguntur) Sg. 158ᵇ. 207ª. 208ª. Idem significat *óthath*, *uathath* (paucitas, singularitas, in Sg. singularis) in hoc exemplo: *cid anuathath nisiu arnaroib occo* (gl. ego relictus sum solus, et quaerunt animam meam; i. e. etiam hic unus ne sit in ea; praecedit: *occtadradso*, in adoratione tua) Wb. 5ª.

Forma realis propria *óinde* non magis extat quam subst. *ilde*. Solum adi. *óende*, *óinde* invenitur: *itili im̄ dona gratiae ciasu óende inspirut* (gl. divisiones vero gratiarum sunt, idem autem spiritus). *doadbadar sunt atá nili dána inspirto et isnóindæ inspirut* (gl. unus atque idem spiritus dividens singulis prout vult) Wb. 12ª; ut adi. *ilde*: *frisna briathra huathati 7 hilddai* (ad verba singularia et pluralia) Sg. 71ᵇ. *hua thuis. ildaib* (a casibus pluralibus) 198ᵇ.

II. DIAS (fem., gen. *desse*) ad significandas personas. Nom.: *indiassin* (gl. quorum uterque, animorum Homeri et Vergilii; i. e. haec duitas, hi duo) Sg. 2ᵃ. *issí dias insin oingther leusom* (sunt duo hi qui unguntur apud eos) Tr. 4. *hore isdias rodfóidi* (quia duo eum miserunt) Wb. 7ᵈ. *días dó fortuaith* (duo ei, i. e. secundus ipse, super plebem, poëta septimi gradus) Corm. *fochlocon*. Gen.: *isdochruth comirsire na desse* (est indecora conlocutio duitatis, i. e. utriusque, loqui una duos) Wb. 13ª. *tigerna deisi* ('duumvir') St. gl. 398. Dat. abl.: *do diis asbersón* (gl. uterque, ἑκάτερος, collectivam vim habet; i. e. de duobus dicit hoc) Sg. 75ᵇ. *is fer addiis* (gl. uter, πότερος, dividuam vim habet, ad unum virum pertinet, sed — pergitur hibernice — est vir, est unus e duobus) Sg. 75ᵇ. *lia diis* (plus duobus) Wb. 13ª. Acc.: *ni ar oén fer na diis rocess* (gl. pro nobis omnibus; i. e. non pro uno viro aut duobus passus est Christus) Wb. 4ᵇ. Saepius abl. cum pronomine possessivo: *attaam arndiis i cuimriug archrist* (gl. salutat te Epaphras concaptivus in Christo; i. e. sumus nos duo in captivitate propter Chr.) Wb. 32ª. Item de rebus: *ní sonortnaigedar nechtar de manibet andiis do imfolung foirbthetad* (gl. neutrum ad perfectionem valet sine altero; i. e. nisi sunt ambo ad efficiendam perfectionem) Ml. 14ᶜ. *ishinunn analtus 7 analitus isondí asalo ataat andiis* (gl. altus vel alitus altilis, Pr. 4, 5, 25; i. e. est idem altus et alitus, ab alo est utrumque) Sg. 56ᵇ. *in óin syll. ataat andiis* (gl. quod Pompei et Vultei et Gai et similia i finalem et ante eam vocalem pro una habent, usus quoque confirmat, Pr. 7, 5, 22) 120ᵇ. *écrichdai andiis* (infinita, tempora) 151ᵇ.

DÉDE de rebus. Nom.: *combed andedesin imlabradsa* (gl. quae cogito se-

cundum carnem cogito, ut sit apud me est non; i. e. ut sint duo haec, sit utrumque hoc in sermone meo) Wb. 14ᵃ. *ished andédesin dim bias in die iudicii* (hoc utrumque ergo erit in die iud., praemium iustis, poena peccatoribus) 25ᵈ. *isbec nand sinunn andéde nisiu* (gl. abusive dicitur casus nominativus, quod ex ipso nascuntur omnes alii, vel quod cadens a sua terminatione in alias facit casus obliquos; i. e. est paulum, paulum abest quin sit idem utrumque hoc) Sg. 76ᵃ. *berair fri cachnae andédese* (gl. generalis, specialis: i. e. refertur ad quodvis utrumque hoc), *ar inni andédeso* (gl. albus, niger; i. e. ad colorem utrumque), *ar méit andedeso* (gl. magnus, brevis; i. e. ad magnitudinem utrumque) Sg. 28ᵇ. Gen.: *ní recar less dim ainmneda la .svi. ocslund indedisin* (gl. passiva quoque ab actu aliquo fiunt.... huiuscemodi vero structura nominativum habere quantum ad transitionem non potest, Pr. 13, 5, 25; i. e. non opus est ergo nominativo pro sui, pronomine, cum significatione utriusque, activi et passivi) Sg. 209ᵇ. Dat.: *nochisinduine adras dondédiusin* (gl. deus hunc et hanc destruet, ventrem et escam; i. e. attamen homo servit utrique) Wb. 9ᶜ. Acc.: *huare conecat andéde* (gl. ab adverbiis seu praepositionibus, comparativi fiunt, ut extra exterior, intra interior etc.; i. e. quia valent utrumque) Sg. 39ᵇ. *creitem hi cridiu imfolngi induine firian. indfoisitiu ingiun imfolngi induine slán. istrissandedesin biid duine slán et firian combi bidslán et bidfirian* (gl. corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem; i. e. fides in corde efficit hominem iustum, confessio in ore efficit hominem salvum; per hoc utrumque fit homo salvus et iustus, donec sit semper salvus et semper iustus) Wb. 4ᶜ.

III. TRIAR, forma personalis. Nom.: *triar óenfer* (tres personae una persona; i. e. trinus et unus) Br. h. 18. *in triar sin* (hi tres), *in triar cétna* (idem tres) SM. 216. 292. Gen.: *isdochruth comirsire na desse l. intriir* (est indecora locutio duorum vel trium simul) Wb. 13ᵃ. *friré trir* (per tempus trium virorum) SM. 66. *tigerne trír* ('triumvir') St. gl. 399. Dat. abl.: *ni tabarta urlabra act do triur i n-Erinn* (non dabatur contionatio nisi ternis hominibus in Hibernia), *se pinginne dib do triur lain* (sex denarii ex his pertinent ad tres viros pleni debiti) SM. 18. 246. *ma beith nech and t' labrathar ilbélre nabad lia diis no thriur dam* (gl. si lingua quis loquitur, secundum duos aut multum tres, loquatur; i. e. ne sint plures quam duo vel tres) Wb. 13ᵃ. Acc.: *la triar* (penes tres viros), *se scripaill for in triar lain* (sex scripuli super tres homines pleni delicti) SM. 66. 246. Frequentior abl. cum pronomine praefixo: *biit atriur do anmaim indeiiin* (gl. et vultur et vulturis et vulturius dicitur; i. e. sunt omnes tres, voces, pro nomine avis) Sg. 93ᵃ. *conoscaigter atriur .i. iscumscugud lesom cid utormag.* (gl. praeteritum perfectum tres habet motus, in principio et in medio et in fine: caedo cecidi, cado cecidi. Pr. 9, 1, 3; i. e. mutantur omnia tria, quippe est secundum eum motus etiam auctio) 162ᵇ. *comtis ainmnidi atriur* (gl. maius peius eius) 7ᵇ. Hodiernae formae: hib. *triúr*, gael. *triuir*.

TREDE de rebus. Nom.: *issi thol déc didiu anisiu .i. átredeso .i. bona et placens et perfecta et isinunn et atréde remiérbart* (gl. probetis quae sit voluntas dei: bona placens et perfecta; i. e. haec est ergo voluntas dei, hoc i. e. tria haec i. e. b., pl., perf., et idem est ac tria, quae antedixit; antecedit in textu: exhibeatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, deo placentem) Wb. 5ᶜ. *inglainesin et indnóibe et infírinne... dúibsi atrédesin* (puri-

tas haec et sanctitas et iustitia, .. sint vobis haec tria) 9ᵃ. *atréde túas* (tria supra, dicta, spes, fides, caritas) 12ᵃ. *trede imbí nuall* (tria in quibus est clamor) Tr. 9. Dat.: *itrédiu* (in tribus: praedicavit, implevit, donavit) Wb. 21ᵇ. *óntrédiu asrubart riam* (gl. quidam aberrantes; i. e. a tribus, quae dixit antea, caritate, conscientia bona, fide) 27ᵃ. *dindtrediu remepertlu* (gl. ex omni parte; i. e. ex tribus ante dictis, altitudine, latitudine, longitudine) Sg. 3ᵇ. Acc.: *coneeat atredesin* (gl. quaedam possessiva eadem et propria et gentilia) Sg. 33ᵃ.

IV. Forma personalis CETHRAR (*ceathrar* in utraque hodierna lingua, hibernica et gaelica): *inmain cethrur coir* (cari quattuor viri iusti) Fél. Oct. 26. *in cetrur oétna* (idem quattuor) SM. 292. *cethrar dodhoss fortuaith* (quartus doss super plebem, poëta quinti gradus) Corm. *doss*. Gen.: *taisech cetráir* ('quadrumvir') St. gl. 400. Plur. gen.: *ailme athair tri cethrur* (imploramus patrem ter quaternorum virorum) Colm. h. 9. Dat.: *dunaib chethrairib* (gl. quaternionibus) L. Ardm. 178 b. 2.

CETHARDE de rebus: *irrúnaib acethardeso* (gl. in caritate radicati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum; i. e. in mysteriis haec quattuor, additur: divinitatis) Wb. 21ᵃ. *arindi as cetharda, ar ind hí as cethardae* (quia sunt quattuor res) SM. 256. 258. Gen.: *ési incethardaiseo* (.. horum quattuor) Ml. 36ᵃ. Acc.: *aracethardese* (gl. Cretenses semper mendaces, malae bestiae, ventres, pigri, quam ob causam increpa illos; i. e. ob haec quattuor) Wb. 31ᵇ. *radeimnigestar dia tressacetharde* (gl. contestante deo signis et portentis, prodigiis et variis virtutibus) 32ᵃ.

Sequentium numerorum solae fere formae personales extant.

V. CÓICER (hod. hib. *cúigear*): *cach cóicer* (quini viri) Corm. *ringcne*. Gen.: *ocrím cach V. ir* (in numeratione quinorum virorum) ibid. *oin cuicir* (delictum quinque hominum), *i cinaid in cuicir ucrad* (in scelere quinque indigenarum) SM. 238. 68. 70. *ben cuicir* (gl. *bé carna*; i. e. mulier quinque hominum) Gl. 1.

VI. SESER (hod. hib. *seisear*): *seser las torchair Eochu* (sex viri per quos periit Ech.), *co ndeócatar in seiser* (quod venerunt illi sex) SM. 68. Unde compositum

VII. *mórśeser, mórfeser* (p. 58): *fácab morfeser lais* (reliquit septem viros cum eo) Tir. 11 = *morśeissir* V. Trip. *morfeisir* Fél. Aug. 7. *moirseser ar dib fichtib* (47) Oing. (Beitr. I. 455.)

Huius numeri et proximi poterunt conici formae personales: 7. *sechter*, 8. *ochtar* (an *sechtnar*, *ochtnar*? propter n originariam et gaelica 7. *seachdnar*, 8. *ochdnar*, 9. *naoinar*, 10. *deichnar*, ex quibus *n* transgressa etiam in 5. *cuignear*, 6. *sèanar*; at hib. hod. 7. *seaċtar*, 8. *oċtar*).

IX. NONBAR (?hod. hib. *nonḃar*): *nonbur dibercach* (novem homines proscripti) Br. h. 65. *nonbur tra do erglas* (novem viri ergo advocati sunt) SM. 16. *nonbar œsa cerda* (novem artifices) Corm. *bóge*. Gen.: *fis nonbu[i]r* (scientia novem virorum) Corm. *noes* = *fis nonbuir* (gl. *nós*) Gl. 24. Plur. dat.: *dia trib nonbaruib* (suis ter novenis viris) Corm. B. *orc tréith*. Acc.: *do tri nónbharu* ibid. A.

X. DECHENBAR (?hod. hib. *deiċneaḃar*): *decnebar ar seċt fichit* (decem

viri ad septies vicenos; 150), *decnemar ar fichit* (decem viri ad viginti) SM. 18. Gen.: *deichenboir* Inscr. ap. St. 72.

Formae realis unum exemplum invenimus: 7. *isna sectuib* (in Heptadibus) SM. 252. Ceteras, si fuerit earum progressus ultra dictos numeros, conicere licet 5. *cóicthe*, 6. *seste*, 8. *ochte* etc.

II. Numeralia britannica.

1. Numeri cardinales. Non est formarum pro generibus diversitas nisi in numeris II—IV. Frequenter, ut adiectiva, ineunt compositionem cum nominibus, quamquam saepe separata est scriptio, genus et numerus distinguitur.

Substantivorum sequentium post num. II forma dualis, quae britannice vix unquam differt a singulari, supra exposita est (p. 280); item propria constructio numerorum iam inde a III cum substantivis facta, qua ab aliarum linguarum consuetudine discrepat lingua britannica, praesertim cambrica (p. 283). In qua flexio interna adhibetur, si ei locus est; sin minus, forma substantivorum eadem invenitur, quae est numeri singularis, atque ut post numerum II singulativa, ut iam in gloss. Ox. et cod. Lichf.: *trimuceint hestaur* (triginta sextarii), *douceint torth* (quadraginta panes), *douceint manudenn* (quadraginta disci butyri), et in exemplis sub III. IV. V: *teir ynys* (tres insulae; pl. *ynysed*), *pedwar marchawc* (quattuor equites; pl. *marchogion*), *pedeir meillonen* (quattuor trifolia: forma singulativa). Eiusdem formae exempla cornica: *try dyth*, *try deyth*, *try deth* (tres dies), *tyr gvethen* (tres arbores), *tyr guelen* (tres virgae); aremorica: *try guer* (tria verba), *teyr ytron* (tres dominae), *seiz poan* (septem poenae), *seiz pechet* (septem peccata). Post haec tamen substantiva addi possunt adiectiva cambrica formae pluralis. Atque ipsorum substantivorum forma pluralis interdum invenitur ut in his: *teir chwioryd* (tres sorores) Mab. 1, 275. *pedeir gwraged ar hugeint* (24 mulieres) 1, 36. *pump gwraged beichiawc* (quinque mulieres gravidae) 3, 301. cf. *ar gwraged hynny* (et mulieres hae) 1, 37.* Substantivorum frequentiorum *dyd* (dies), *blwydyn* (annus) memorandae sunt propriae post numeros formae *dieu*, *blyned*: *tridieu* (tres dies) Leg. 2, 11, 9. 23. *nau nieu*, *naw nieu* (novem dies) Leg. 2, 11, 7. Mab. 2, 241. *teir blyned* (tres anni) Mab. 1, 21. 25. *seith mlyned* (septem anni) 2, 198. 212. 376. 3, 29. 98. 272. *pedwar ugeint mlyned* (80 anni) 3, 98. 100. Cf. *biu* (vaccae) supra memoratum p. 294. Additur interdum per circumscriptionem post priorem formam vulgaris plena pluralis: *ydoeth tri chawr ogewri attam* (iverunt tres gigantes contra nos) Mab. 2, 57. *deunawweis o weisson culyon* (duodeviginti pueri macri) 1, 250. *deudec brenhin arhugeint owrenhined coronawc* (32 reges coronati) 3, 263. Tractari numeros ut substantiva singularia masculina cum intellectu collectivo, patet ex his exemplis: *ar trydyd chwech .. ar pedwyryd chwech* (agmen senarum puellarum tertium, quartum) Mab. 1, 4. *dou pimp*, *tri pimp*, *petguar pimp* (gl. duo V, III. V,

---

* Contra *gwreic* cum sensu collectivo: *yssyd o wreic ueichiawc* (quae sunt mulieres gravidae) Mab. 2, 202.

IIII. V) Ox. 22[b]. *douceint* (bis viceni), *triuceint* (ter viceni) cod. Lichf., *pedwar ugeint* (quater viceni) Mab.

I. **UN** (= hib. vet. *óen*, p. 103). Cambr.: *un o tri ederyn* (unus e tribus volucribus) Leg. 1, 10, 12. *ny dywawt nar gwr nac vn or morynyon vn geir wrthyf* (non dixit aut vir aut una e puellis ullum verbum mihi) Mab. 1, 5. *kymer dy uarch un* (sume unum ex equis tuis) 2, 53.

Composita: *pont vnpren* (pons una arbore factus) Leg. 2, 6, 42. *unbenn* (unicum caput, monarcha, dominus), *unbennes* (domina) Mab. fq. *unllofyawc* (una manu praeditus) Mab. 2, 214. *unllygeitawc* (monophthalmus) 1, 269. Servata consona proxima: *unmin* (uno margine praeditus) 2, 386. Lat. idem: *brawt unuam* (frater unius matris, ex eadem matre) Mab. 2, 240. *ef awelei deunawmeis o weisson culyon cochyon undwf ac vnpryt. ac unwisc. ac unoet* (videbat 18 pueros macros rubicundos una statura et uno aspectu et eadem veste et eadem aetate) 1, 250; et praecedente articulo: *wynt awelynt y wreic ar yr un march. ar vnwisc ymdanei yndyuot yr un fford* (illi videbant mulierem in eodem equo, et eandem vestem circa eam, venientem eadem via) 3, 18. *yny welynt y uarchoges yndyuot yr unfford. ac yn vn ansawd ac yn vngerdet* (donec viderent feminam equitantem venientem eadem via et eodem habitu et eodem progressu) 3, 19.

Corn. *un*, arem. *un*, *vng*, hod. *eun*, *eunn*, *eur*, cum substantivis in usum fere articuli infiniti abiit (p. 217. 219). In positione absoluta non constructum cum substantivo numerale auctam formam exhibet in utraque dialecto. Corn.: *a ȝyghow hag a gleth onon a bub tenewen* (a dextera et a sinistra, singuli ab utroque latere) P. 242, 3. *nep onon* (unus aliquis) R. 1403. *Crist ... a warnyas tre onan bos treason guris* (Chr. monuit per unum fieri proditionem) P. 42, 3. *an eȝewon onan* (ex Iudaeis unus) 81, 1. *onan ha try*, *try hag onan* (unus et tres, tres et unus) O. 3. 12. Rec. *onyn* Cr. 34. 343. 2182, *wonyn* 389. Arem.: *unan* (unus) Cath. *ez duy vnan an sent* (veniet unus e sanctis) Buh. 4, 6. *nedeu eguyt unan na dou* (non est propter unum aut duo) MJ. 69 a. *memeux unan* (habeo unum, talum), *quement a gray unan ha dou* (tantundem faciet unus ac duo) 145 b.

Composita cornica: *unliu* (unicolor) Voc. 8[b]. *vnsel*, *vnsol* (solus) O. 971. 1031. *vnver* (unanimus) P. 39, 3. Arem.: *ung calon* ('unicors'), *un courag* ('unanimus'), *ung furm* ('uniformis'), *un liu* ('unicolor'), *unnoet* ('coaetaneus'), *ung coffat* ('couterinus') Cath.

II. DOU, DEU (= *dau* = hib. *dá*, *dau*) masc., DUI (= *dê* = hib. *di*) fem.

Cambr. masc. scriptione vetustiore: *int dou pimp* (gl. duo V), *dou punt* (duo pondo), *dou eterinn* (duae volucres) gl. Ox. 22[b]. Item in L. Land.: *hyt dy dou luyn helic* (usque ad duos frutices salicis) 126. *iruch ir dou tir* (supra duos agros) 192. *in fin dou cledif* (in fine duorum gladiorum; duo gladii nomen fluvii Cambriae) 244. Recentiore: *edeu ereyll* (duo ceteri), *ran deugur* (partem duorum virorum) Leg. 1, 7, 18. *deu uab*, *uyndeu uab* (duo filii, d. f. mei) Mab. 1, 33. *athorri y deu baladyr aorugant. adispeilaw deu gledyf a wnaethant* (et frangere duas hastas, et ducere duos gladios, coeperunt duo pugnatores) 1, 13. Fem. scriptione vetusta: *dui frut* (duo fluvii) L. Land. 116. *ir dui foss* (duae fossae) 137. *dui scuid i coit* (duo umeri, duo latera silvae), *di dui scuid ir*

alt (ad duo latera clivi) 261. 216. Recentiore: *duyran* (duae partes) Leg. 1, 12, 5. *dwy fforch* (duae furcae) Mab. 2, 15. *dwy vorwyn* (duae puellae) 1, 248. *dwy iarllaeth* (duo comitatus) 1, 28. 290.

Comp.: *duybluyt*, *dwyulwyd* (biennis) Leg. 1, 12, 7. Mab. 3, 201.

Corn. masc. *dou*, fem. *diu*. Scribitur vero in P. plerumque *dew* et masc.: *ha dew a thuk dustuny* (et duo dederunt testimonium) 91, 1. *dew ʒen* (duo viri) 42, 1. *dew ladar* (duo latrones) 163, 1. — item *dev ladar* D. 2577. *devglyn*, *dewlyn* (duo genua) D. 247. O. 1196 — et fem.: *dewleff*, *dewle* (duae manus) 156, 2. 48, 4. 130, 4. 131, 1. *yma dew* (sunt duo, gladii; *cleʒe* fem. 72, 1) 51, 3. *y ʒefregh*, *y ʒeffregh* (duo eius brachia) 76, 1. 232, 1. At duas in una hac inesse formas tam sono quam origine diversas, cum analogia linguae aremoricae tum varietate scriptionis comprobatur, quae extat et in masc.: *dowlyn* (duo genua) 137, 1. 171, 3. 220, 2. *ʒen dowʒek* (ad duodecim, apostolos) 47, 1. 61, 1; et in fem.: *dyulef* (duae manus) D. 2375. *dule* D. 1216. 2163. 2516. *dywscoth* (duo umeri) D. 3068. *duscoth* D. 2583. *dyw fos* (duo valla) O. 1690. *dywvregh* (duo brachia) D. 3159, cui formae respondent *duiglun*, *duiuron* Voc. (cf. p. 281). Ac ne in novissima quidem fabula cornica totum periit discrimen inter m. *deaw vabe* (duo filii) Cr. 1056. 1234 et f. *dyw fridg*, *dew freyge* (duae nares) 1854. 1933.

Aremoricae formae *dou*, *daou* masc., *diu*, *deu* fem.: *unan ha dou* (unus et duo) MJ. 145 b. *daou men*, *dou men* (duo lapides) Buh. 42, 8. 46, 11. *entre dou lazr* (inter duo latrones) MJ. 42 b. *gant dou clezeff* (duobus gladiis) 72 b. *dan nou disquibl mat* (duobus discipulis bonis) 202 a. *car limon a dou march* ('biga') Cath. *diou coantis ha diou union* (duae formae et duae uniones) MJ. 27 a. *diou carantez* (duo amores) 28 b. *diou arall* (duo alii, amores) 29 a. *ma deu esquer*, *ma diu esquer* (duo femora mea) Buh. 168, 7. 194, 10.

III. TRI (= hib. *trí*) masc., TEIR (hib. *teoir*, *teora*) fem., aspirantia sequentes consonas aspirationis capaces.

Cambr. masc.: *ir tri .u.* (gl. in libra III. V). *hint tri pimp* (tria V) gl. Ox. 22ᵇ. *nant trineint* (vallis trium vallium) L. Land. 187. *tri dieu* (tres dies) Leg. 2, 11, 9; 23. *tripheth* (tres res), *tri chantref* (tres pagi) Mab. 3, 33. 36. Fem.: *teir petguared part* (tres partes, dodrans) gl. Ox. 23ᵃ. *teir eru* (tria iugera) L. Land. 237. *ynis*, *inis*, *carn teir eru* (insula, rupes trium iugerum) 149. 232. 249. *o teyr forth*, *teyr fordh* (tribus viis, modis) Leg. 1, 2, 2. 3, 1. *teir ynys pryde in ae their racynys* (tres insulae britannicae et earum tres insulae praeiacentes) Mab. 2, 240. *vn or teir gwyl arbennic* (unum e tribus festis principalibus) 2, 6.

Hactenus formas pronominum possessivorum proposuimus constructorum cum substantivis. Praeterea cambricis formis quibusdam et formulis designantur pronomina possessiva absoluta sine substantivo, ut graec. ὁ ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, germ. der meinige, deinige etc. E quibus MEU, TEU (1. 2. pers. sing.) — genetivi principio, ut videtur, pronominum personalium (p. 373), an ab origine possessiva? — vel per se posita satis sunt; contra voces EID (3. pers. sing. et plur.) et EIN (1. 2. pers. plur.; an nomina principio? cf. *-eid* adiectiva formans, ut *morwyneid*, puellaris, proprius puellae etc.) pronominibus ut post praepositiones suffixis carere non possunt. Omnibus his praecedere solet vel articulus vel pronomen possessivum, saepius adduntur notae augentes.

MEU, TEU: *kyuoeth hwnnw ar meu vy hun agymereis i attaf* (regionem illius ad meam ipsius sumpsi mihi) Mab. 2, 14. *mal pei teu uei* (acsi tuus esset, gladius) 2, 229. Cum articulo: *ac y mae y meu i y lle hwnn* (et est meus hic locus) Mab. 1, 25. *bei well gennyt uy march i nor teu dy hun* (videretur melior tibi meus equus quam tuus ipsius) 2, 16. *nyt amgeled gennyf y teu* (non sollicitudo mihi tua) 2, 37. 39. 40. *tauawt llawnda yw y teu di* (lingua ampla est tua) 3, 192. *deu parth vy oet. adeu parth y teu ditheu* (duae partes meae aetatis et duae partes tuae) 2, 202. *pauedol yw y teu di* (quae meditatio est tua, est tibi?) 2, 13. Cum pron. poss.: *pa uedwl yw dy teu di* 2, 63.

EID: *os tydi asgynhely y llamhystaen yn eidi hi dyret ragot y ymwan amini* (si postulas nisum tanquam illius, puellae, procede pugnatum mecum) Mab. 2, 17. *y mae y breicheu hynn ar dwyuronn yn kolli clot a milwryaeth kymeint*

ac aoed eidunt (amittunt brachia haec et pectora gloriam et fortitudinem tantam, quanta erat eorum) 2, 35. Cum articulo: *pa ryw neges yw yr eidaw ef. heb y brenhin* (quale negotium est eius? inquit rex) 3, 83. *gorynassant idaw padarpar oed yr eidaw* (quaesiverunt ex eo, quae paratio esset ipsius, quid faciendum pararet) 3, 85. *nyt oed olwc degach nor eidi* (non erat aspectus pulchrior, quam ipsius, puellae) 2, 218. *mynet y edrych pauedwl yw yn eidunt* (ire ad videndum, quod consilium sit suum, eorum) 3, 82. Cum pron. poss.: *miui adodaf vygkorff yn erbyn y eidaw ynllawen* (ego dabo corpus meum in oppositionem corpori illius libenter) 3, 196. *gwedy goresgyn y wlat y gwledychu awnaeth yny oed yny eidaw ef* (postquam invasit regionem, dominari coepit donec esset ipsius) 3, 211.

EIN: *dwc uendith duw ar einym gennyt* (sume benedictionem dei et nostram tibi; *a'r*, artic. p. 218) Mab. 2, 236. *a wyrda padarpar yw yr einwch chwi yna* (o viri boni, quae paratio est vestra hic, quid hic paratis?) 2, 62.

II. Pronomina possessiva infixa.

Intercedunt inter substantiva et praepositiones vel particulas praecedentes terminatas vocalibus, interdum liquidis, ut praep. cambr. corn. *yn*, arem. *en*, quae fiunt *y*, *e*, cambr. *eir*. Separari solent etiam haec pronomina una cum particulis a substantivis suis, quemadmodum infixa personalia a verbis.

1. Pron. poss. infixum 1. pers. Sing. cambr. M (non inficiens, sicut *n* pron. plur. et personalia eadem infixa): *kan gwydwn ydout ti ym keissaw* (nam sciebam te venturum esse ad meam investigationem, me quaesitum; *y* = *di*, hib. *do*) Mab. 1, 25. *mab iarll ym erchi ynneu ym tat* (filius comitis petens me a meo patre (*y* = *di*, hib. *di*, *de*, ex) 1, 252. *ny byd vy eneit ymkorff, ymcorff* (non erit anima mea in corpore meo; *y* = *in*) 1, 21. 32. *ynteu aladho vy meibon ymgwyd* (occidet filios meos in conspectu meo, coram me: *gwyd*, hib. *fiad*) 1, 34. *deuet ym ol yr weirglod* (veniat post me ad pratum; *ol*, vestigium) 1, 240. *da yw gennyfi eu kymryt rac eu kaffel om gelynyon om hanuod* (placet mihi sumere, antequam sumantur ab hostibus meis invito me) 1, 29. *cwbyl om amherodraeth* (summa imperii mei) 3, 274. *ny welcis i eirmoet* (non vidi per aetatem meam, non vidi unquam; frequentius cum infixo pron. 3. pers. *eiryoet*, unquam) 1, 5. 14. *hwdedi uygkledyfi am harueu* (sume gladium meum et arma mea), *vymarch am arueu* (equum meum et arma mea) 1, 25. 267. *vyngweisson am direitwyr* (pueri mei et servi mei) 2, 219. *nywnaeth y gwr ymdanaf ovawred kymeint am karcharu* (non fecit vir circa me magnitudinis tantundem ac me incarcerare, non fecit me tanti ut me incarceraret) 1, 10.

Pron. ampliatum: *ym ol i* (post me) Mab. 1, 242. Magis ampliatum: *ym gwahawd inneu* (ad invitandam me) 1, 19. *ym erchi ynneu* (ad me petendam) 1, 252. *am adaw ynneu yno* (et me relinquere ibi) 1, 10.

Item cornice et aremorice. Corn.: *ȝom cara na ȝom sensy* (ad me accusandum, me tenendum) P. 75, 2. *ȝum comfortye* 55, 4. *why a theth ȝym yn arvow ... them kemeres ȝom syndye ȝom peynye* (vos venistis ad me in armis ad me capiendum, me pulsandum, me cruciandum; infinitivi constructi ut substantiva, contra 61, 4: *thov hemeres*, cum forma possessivi absoluta) 74, 1. 3. *thum fleghys* (liberis meis), *thum arluth* (domino meo) D 1945 1957. *ym colon* (in

corde meo) D. 1703. *am scvdel dybbry a vrra* (e lance mea edet) P. 43, 3. *ȝe worȝaff ve ham lays* (de me et lege mea) 80, 1. Post praepositiones terminatas consonis invenitur forma *am*: *an barth dyghow gans am car* (a parte dextra cum patre meo) 93, 3. *orth am vresyl* (ad iudicium meum) O. 1814.

Auctum: *am enef vy* (de anima mea) O. 1273. Magis auctum: *thom face vy* (ad meam faciem) O. 2337.

Arem.: *em calon don* (in meo animo intimo) Buh. 4, 11. 30, 4. *me ya da doen testeni dam priet* (eo ad faciendum testimonium marito meo) 126, 8. *dram fez* (per meam fidem; *dre*) 158, 9. *francq am anquen* (liber a meo dolore) 144, 2. *ma caffou ham souzan* (sollicitudines meae et cura mea) 52, 17. *em coudet* (in animo meo) MJ. 9a. *om youll franc* (e libera mea voluntate, mea sponte) 20b. *ha me ham re* (et ego et mei) 215b. *pidif roen tron dam pardonaf* (orare regem thronorum ut mihi ignoscat) Buh. 142, 20.

Auctum: *am enep me* (contra me) MJ. 23b. *dam gourtos me* (ad expectandum me) 36b.

Plur. cambr. N: *an bwyt a deuth in* (et cibus noster venit nobis) Mab. 1, 5.

Auctum: *y mynachesseu aweleist di yn porthi ni* (monachae quas vidisti in nutritione nostra, nutrientes nos) Mab. 1, 252.

Corn. rarissime N: *sylwans ȝen enevow* (salvatio animis nostris) P. 1, 4. Plerumque hic quoque AGAN, curtatum vel contractum cum praepositione quae praecedit: *dagen ehen* (generi nostro) O. 2066. *ygen lyfryow* (in libris nostris) R. 2411. *agan bewnans may fen sur* (de vita nostra ut simus securi) P. 191, 4. *ȝagan sawye* (ad nos salvandos) 153, 3.

Arem. N, plerumque ON: *deux gueneff beden don santel don quelen* (veni mecum ad virum sanctum ad nostram institutionem) Buh. 126, 24. *en metou* (inter nos, in nostro medio) 74, 5.

Auctum: *don guelchif ny* (ad nos lavandos) MJ. 53b.

2. Pron. poss. infixum 2. pers. Sing. cambr. TH (ut personale infixum): *yth wlat* (in regione tua) Mab. 1, 8. *yth gyfoeth* (in dominio tuo) 3, 302. *yth erbyn* (in occursum tuum, contra te) 1, 284. *llad llawer oth lu* (occidit multos ex exercitu tuo) 1, 265. *ti a ledeist vy arglwyd oth twyll ath vrat* (occidisti dominum meum astutia tua et proditione tua) 1, 284. *correit di dat ti ath uam oedynt* (erant pygmaei patris tui et matris tuae) 1, 248. *gwell dy afles noth les* (melius tuum incommodum quam commodum tuum) 1, 6.

Ampliatum sicut alia: *a hynny oll oth achaws di* (et haec omnia tua causa, propter te) Mac. 1, 283. *dadigawn yw gennyfi vy march ath arueu ditheu* (sufficit mihi equus meus et armatura tua) 2, 16.

Corn. TH (T, D, ut personale infixum): *me a veth ... yth servys* (ego ero in servitio tuo) P. 49, 1. *preder my theth whul* (cogita me te fecisse) O. 67. *theth corf* (corpori tuo) O. 86. *yth whys* (in sudore tuo) O. 273. *ath trok* (a malo tuo) R. 1730. *kymmer ... yth torn* (sume in manum tuam) O. 1455. *pv a woras yt colon* (quis intulit in animum tuum?) P. 81, 4. *pan dyffy ȝet pow* (cum venies in terram tuam) 193, 2. *yt allos* (in potentia tua) 22, 3. *had laȝe* (et te interficere) 123, 4.

Arem. Z (ut pers. infixum): *dal livfre guen ez querchen* (tene vestimentum album in circuitu tuo, circa te), *goulouen scler daz deren* (candelam lucidam ad

manum tuam) Buh. 104, 7. 8. *daz butin* (ad lucrum tuum) MJ. 15b. *daz guenou* (ori tuo) 61b. *den az diquiblyen* (homo e discipulis tuis) 57b.

Plur. cambr. solam formam absolutam YCH, AWCH in Mab. inveni: *ar awch dewis chwi* (in vestram optionem) 1, 21. *yn ych hol chwi* (post vos) 3, 194. Cf. hodiernum: *yn eich calonnau* (in cordibus vestris).

Corn. semper compositum AGAS, curtatum vel contractum cum praepositione: *thagas enef* (vestro animo) D. 227. *hagas myghtern ef synseugh* (et regem vestrum eum habete) O. 2348. *war gas flehes* (super liberos vestros) D. 2643. *y ges golok* (in vestrum conspectum) R. 1861. *a gys company* (ex sodalitate vestra) D. 868. In P. semper plena forma *agis*.

Arem. OZ, OUZ, interdum O (ut personale infixum): *aeur mat doz croeadur* (sors bona parvulo vestro) Buh. 112, 8. *hoant douz contentaf* (desiderium vos contentandi) MJ. 7b. *doz guelet, douz guelet* (ad vos videndos) 20a. 176a. *duet off diapell doz sellet* (veni e longinquo ad vos videndos) Buh. 38, 7. *deoch enor vezo ha dostat* (vobis sit honor et statui vestro) 112, 4. *mar quefit netra a ve do grat* (si invenitis quidquam quod sit ad placitum vestrum, quod placeat vobis) MJ. 9a. Item cum *heny*: *par doz heny* (par vestrae, aerumna) MJ. 39b. Alias forma absoluta: *en hoz esper* (in vestra spe), *en hoz mettou* (inter vos) Buh. 140, 10. 170, 2.

3. Pron. poss. infixum 3. pers. Sing. cambr. E in utroque genere, in masculino destituens, in fem. aspirans (*h* intromittens ante vocales), ut *y* pron. poss. absolutum.

Masc.: *tristau awnaei y gwr gwynllwyt aewreic aeuerch* (contristari coepit vir canus et uxor eius et filia eius) Mab. 2, 17. *nyt attebei yr vn mwy noe gilyd* (non magis respondebat unus quam socius eius, quam alter) 1, 258. *draegefyn* (in tergum suum, viri, retro) Mab. fq. Vetustior forma *i* nondum tangens sequentem consonam legitur in cod. Lichf.: *tutbulc hai cenetl* (T. et genus eius) L. Land. app. p. 271. In Leg. cod. A. *y*, non semper tangens consonam: *ay lad* (et eius interfectio), *oy gureyc* (mulieri eius) 1, 2, 2. *ay huynep* (ac facies eius) 1, 2, 3.

Fem.: *y rodes hanner y gyfoeth ehun . . . achwbyl oe heur ae haryant ae thlysseu aegwystlon ar hynny* (dedit, comes, dimidium dominii sui ipsius, et summam eius, comitissae, auri et eius argenti et eius gemmarum, et eius obsides praeterea) Mab. 1, 30. *edrych aoruc lunet draechefyn* (respicere coepit Luneta in tergum suum, retro) 1, 19. Praep. *y* cum pronomine fit aut *oe*: *yduc hitheu escyb oellys* (duxit ipsa episcopos ad aulam suam, comitissa) 1, 21. *no rodi vy merch idaw ombod oellygru aediuetha* (quam dare filiam meam ei mea sponte vitiandam et destruendam) 1, 34: aut *yw*: *ahitheu anodes ynys prydein yw that* (et ipsa postulabat insulam Britanniam patri suo) 3, 271. *ac ydywedassant wynteu wrth yr amherawdyr nat oed weithret y neb y gaffel y gaer. nac yw rodi idaw ynteu. namyn gwyr ynys prydein* (et dixerunt ipsi imperatori non esse opus cuiusquam expugnationem urbis, nec ut eam daret illi, nisi virorum Britanniae) 3, 274.

Ampliatum: *ae waet ynteu yn rydec* (et sanguis eius fluens) Mab. 1, 246. *a honno aelwir kaer yr enryuedodeu ac ny wdam ni dim oe henryuedodeu hi eithyr*

y galw velly (id castrum vocatur castrum miraculorum, nec scimus nos quidquam de eius miraculis, nisi quod ita vocatur; *kaer*, fem.) 1, 292.

Corn. Y masc. destituens, fem. aspirans: *ȝy gomfortye an neff y fe danvenys... eleth dy* (ad eius confirmationem de caelo missi sunt angeli ad eum) P. 18, 3. *pesy may halle ȝy ȝas* (orare ut posset ad patrem suum, Iesus) 53, 4. *ȝy gowsys* (ad mentem suam) 15, 4. *hay bowys yhonon* (et tunica ipsius) 161, 2. *yntre y thyns hay davas* (inter dentes et linguam eius) O. 826. *my onan ay vynynes* (ego una e mulieribus eius) R. 1667. *paris ens ȝy huhuȝas* (parati erant ad eam accusandam, feminam; cf. *cuhuthudioc*, gl. accusator, Voc. 10ᵃ. et *ȝe guhuȝa*, te accusare, P. 34, 2) P. 33, 2. *thy gour hy a ȝanvonas* (ad virum suum illa misit) 123, 1. *hay holon whek* (et cor eius dulce), *hay mab* (et filius eius, Mariae) 222, 3. 226, 4.

Auctum masc.: *thy lesky ef* (ad illum comburendum) R. 297.

Arem. E masc. neutr.: *disquennet de metou* (degressa, columba, in eum, in eius medium) Buh. 116, 17. *me ya de sellet... ha de diuisquaff... de enterraff de sebeliaf* (eo ad videndum eum et exuendum, humandum, sepeliendum) 10, 18 sqq. *gant queuz de tribut* (cum dolore de tributo suo) MJ. 5a. *de ty houz couviaf* (domum suam vos invitare) 22a. *de quer mam* (matri suae carae) 140a. *de ober* (ad id faciendum) 14b. *de re* (eius familiaribus) 78b. Fem.: *de yuynou* (in eius ungues, fem.) Buh. 170, 14. *duet de guelet* (venite ad eam videndam) 138, 16. *gant queuz de pechet* (cum dolore de peccatis suis) MJ. 4b.

Plur. cambr. E utriusque generis (non inficiens, p. 187): *goleu gan y tan oe harueu* (lux ob fulgorem ex armis eorum) Mab. 1, 24. *trannoeth y kymerth y pedeir gwraged ar hugeint ae meirch ae dillat* (post noctem sumpsit viginti quattuor mulieres et equos earum et vestes earum) 1, 37.

Cornice non invenitur nisi forma absoluta: *gans aga garm* (per clamorem eorum) P. 4, 2. *bys yn aga fryns* (usque ad principem eorum) 76, 4. *dre aga husyll ol* (per omnium eorum consilium) 133, 2. Contracta tamen cum coniunctione *ha* (et): *haga hymwyn* (et nomina eorum) O. 35.

Arem. O: *renoncaff dan drouc speredou ha do euffrou* (renuntio malis spiritibus et eorum operibus) Buh. 102, 22. 24. *dan bedis dour so do diuis fournisset* (mundi incolis est aqua ad eorum desiderium praebita) 192, 1. 2. *caffout hent do comprehendaff* (invenire viam ad ea comprehendenda, mysteria) MJ. 62a.

C. Pronomen relativum.

Britannice locum pronominis relativi in casibus **rectis** positi, sive substantivum antecedit sive pronomen qualecunque, in sententia **affirmativa** obtinere solet verbalis particula relativa A, de qua et de cuius omissione conferantur particulae verbales et ordo constructionis britannicae.

Exempla **cambrica**: *bet genou ir pant a cuid in liman* (usque ad os cavitatis, faucium quae cadunt in Lemanum) L. Land. 231. *dym auey yn erbyn er escrythur lan* (res quae esset contra scripturam sacram), *Heuel ar doythyon auuant ykyd ac ef* (H. et viri docti qui fuerunt uno cum eo) Leg. praef. *minneu avynnaf yr ymdidan da aedewit yminneu* (ego volo collocutionem quae concessa est mihi; nom.) Mab. 1, 2. *yr ymdidan goreu a wypom ninneu* (con-

fabulatio optima quam sciemus nos) 1, 2. *morwyn deckaf a weleist ti* (puella formosissima quam vidisti tu) 1, 4. *ef avennyc ford itti ual y keffych yr hynn ageissy* (ille monstrabit tibi viam ut invenias id quod quaeris; acc.) 1, 6. Item omissa demonstratione: *yn keissaw aorffei arnaf* (in quaerendo qui me superaret) 1, 5. *yr awelych nac yr aglywych nac ymchoeldi* (propter id quod videris aut propter id quod audieris, noli verti) 2, 36.

Cornica: *an peynys a wotheuys* (cruciatus quos passus est) P. 6, 1. *kymmys a theseryas* (quidquid desideravit) 9, 4. Omissa demonstratione: *an deppro yans cregyans da* (qui cum edet cum fide bona) 44, 4. *an geffo pows as gwyrȝyns* (qui habebit tunicam, vendito eam) 51, 2. *pandra yw a vynnough wy* (quid est quod vultis vos?) 67, 2.

Aremorica: *da ober en pez a query* (ad faciendam rem quae tibi placet) MJ. 57 a. *pa goufhemp piou ve... a gra don ann troyson man* (se sciremus quis esset, qui facit hanc proditionem) 58 b. Ibidem omissa demonstratione: *me... eu hennez... a clesquet huy* (ego sum is quem quaeritis vos) 71 a. *Iesus hep mar a Nazareth eu a clesquomp* (Iesus Nazarenus est sine dubio quem quaerimus).

Sententiam negativam, a qua abest particula relativa, cambrice inchoare solet *ny*: *naweleis i eirmoet bwyt na llynn nywelwn yno ygyffelyp* (me nunquam vidisse cibum nec potum quem non viderem ibi similiter) Mab. 1, 5. *nat oes deuwr yny byt ny chaffo eu llwyth yny ffonn* (non esse duos viros in mundo qui non inveniant onus suum in clava) 1, 6. Interdum *ar ni*: *ac adodassant eu hemendyth ar er egnat a kemero dyofryt braut... ar ny wypey teyr kolheuen kefreyth* (et imposuerunt maledictionem suam iudici qui sumat sententiam iudicii qui non sciret tres columnas legis) Leg. praef. *adel ymwaredawc iawn yw y gymryt. ac ar ni del yn ufud kymheller o nerth cledyveu* (qui venerit bonivolus, iustum est eum accipere, sed qui non venerit oboediens, compellatur vi gladiorum) Mab. 3, 13; aut *yr na*: *mackwy ual hwnn yr na allei dywedut* (puer sicut hic qui non posset loqui) 1, 267. Cornice et aremorice semper *na*:

Cornice: *grussons cusyll nago vas* (fecerunt consilium quod non erat bonum) P. 31, 3. *dal na boȝar ny ase nag omlanar* (caecum aut surdum non sivit qui non salvaretur) 25, 2. *ȝym na as troys na leyff na vo golhys, thymmocy na gas pen na troys na vo golhys* (ne sieris mihi pedem neu manum, caput neu pedem, qui non lavetur) 46, 4. D. 859 sq.

Aremorice: *evit vnan na duy, palamour sascun da vnan na duy* (propter aliquem qui non veniet) Buh. 4, 19 sq. 6, 10 sq. *an re nen care* (homines qui eum non amabant) MJ. 84 a.

Pro casibus obliquis pronominis relativi substituitur aut pronomen personale (pendens e praepositione) aut possessivum (genetivi loco), utrumque sequens in fine sententiae (quam inchoat aut particula verbalis absoluta cambrice praesertim aut negativa *na*).

Cambr. cum praepositionibus: *yny delych yr koet y daethost trwydaw* (donec veneris ad silvam, per quam venisti) Mab. 1, 6. *na daw marchawc ar y dir ef na mynno ef ymwelet ac ef* (ut non veniat eques in terram eius, quocum nolit ipse congredi) 2, 50; interdum insuper addito pronomine demonstrativo: *dyllat eurenynes er hun ypenytyo endau* (vestis reginae, in qua paenitentiam fecerit) Leg.

1, 24, 6. *estauell ebrenyn er hon ebo en kescu endy* (conclave regis, in quo dormit; *dillat* masc., *ystafell* fem.; ad verbum: vestis reginae ea, paenitentiam fecerit in ea; conclave regis id, fuerit dormiens in eo) 1, 11, 4. Genetivi loco e substantivo pendentis: *ar gwr y buost neithwyr yny ty* (cum viro, in cuius domo fuisti praeterita nocte; ad verbum: cum viro, fuisti in domo eius) Mab. 1, 247. *yr hynn ydwyt yny geissaw* (id in cuius quaestione es, id quod quaeris) 1, 5.

Corn.: *I ȝesa an venyn ganse paris ens ȝy huhuȝas* (erat mulier cum iis ad cuius accusationem parati erant) P. 33, 2.

Arem.: *an vanesonou hoz boa goulennet eguetou* (ferae quarum causa poposceratis) Buh. 84, 1. 2. *petra neuez so hoaruezet na galsesde quet eguetou sarmon* (quid novi accidit, quare non posses sermocinari?) 74, 1—3.

Interdum pronominis demonstrativi loco praemittitur infinitum NEP (aliquis, hib. *nech*), cambrice semper praecedente articulo, cornice et aremorice solum, sive affirmativa est sententia sive negativa.

Cambr.: *ar y nep eg Kemry alecrey heb eu kadu ekefreythyeu* (super eum in Cambris qui vitiasset sine earum servatione leges) Leg. praef. *ar neb auei drechaf ohonam* (et is qui fortissimus esset e nobis) Mab. 1, 277. *yr neb adylyei vynet yr neuad* (ei qui debebat ire ad aulam) 1, 1. *kanhadu yr neb y delei hwnnw attaw yny heluu. llad y benn ae rodi yr neb ymynhei* (permittere ei ad quem venisset ille, cervus, in eius venationem, ut abscideret eius caput et id daret cui vellet) 2, 7.

Corn.: *neb a gar du* (is qui amat deum) P. 24, 1. *neb a wheleugh why* (is quem quaeritis vos) 68, 2. (69, 2.) *neb na ylly gull peghes, guȝyll pegh neb na ylly* (qui peccatum facere non poterat) 3, 4. 20, 4. *neb na whytho grens fannye* (qui non flabit, facito ut ventilet) D. 1243. Etiam post substantiva: *ihũs neb agan pernas* (Iesum qui nos redemit) P. 5, 4. *bos mab du neb o leȝys* (esse filium dei qui occisus erat) 210, 4; vel pronomina: *dremas yw ef... neb re werȝys* (vir optimus est ille quem vendidi) 103, 4. *rys y laȝe mygtern neb a omwrello* (necesse est eum occidi, qui se ipse regem fecerit) 121, 4.

Arem.: *piou vezo nep ho traisso* (quis erit qui vos prodet?) MJ. 59 b. *nep e pep guys... na pris quet* (qui nequaquam curat) 12 a. *dan pobl milliguet... ha nep... no car quet* (populo maledicto et qui non amat vos) 22 b. *me suply doe nep am croueas* (supplico deo qui me creavit) Buh. 106, 17. *peheny nep* vid. infra.

Cornicae cum aremoricae communis est particula MA (*may*, *maz*) relationem obliquam significans, de qua infra agetur inter coniunctiones.

Aremorica sola in relativi usum convertit pronomen interrogativum simplex *pe*, de cuius constructione infra exponetur, praemisso vel substantivo vel pronomine: *dren marv pe gant ez marvas* (per mortem qua mortuus est) MJ. 64 a. b. *an marv... pe dre edit ez eu dit ret e gouzaff* (mors, cuius passio per edictum est tibi necessaria) 67 b. *heman pe da ez eu afet Iuzas* (is quem osculatus est Iudas; *afet* cum praep. *da*) 70 b. *nep pe da ez reif me... an bara gluibyet* (is cui dabo ego panem humectatum) 60 a. *da nep pe gant ez eu clevet mab den trayset* (ei per quem auditur filium hominis esse proditum) 58 a. Eidem haud raro additur *heny* (de quo cf. infra D): *da doe an tat pe heny a injuriat* (deo

patri qui iniuria affectus est) MJ. 36a. *en poan pe heny ... ameuz da gouzaff* (in supplicium quod mihi est patiendum) 57b. *an marv yen pe heny da gouzaf net a mennet huy* (mors frigida quam pati sincere vultis vos) 28a. *goa plen an den pe dre heny ez vizif devry traysset* (vae plene homini per quem indubie prodar!) 92b. *an nef seven pe en heny ez eu ordrenet* (caelum iucundum in quo est ordinatum) 37a. *pe hiny* 56a. Pleonastice: *Iesus peheny nep a clesquet huy* (I. quem quaeritis vos) 185a. Pluralem supplet *pe re*: *an scribet han prelladet bras pe re ... dan marv glas en leuzras* (scribae et sacerdotes summi qui ad mortem lividam eum miserunt) 207a. Item hodie: *pé hini*, plur. *pé ré*.

De relativo pronomine infinito *puipennac* trium dialectorum communi videas infra (sub E).

D. Pronomina demonstrativa.

Britannica pronomina demonstrativa etsi ad unam fere radicem redeunt, eandem quae patet ex hib. *se*, *so*, *sin* (*siu*, *sunt*), supplentur tamen sicut hibernica et augentur adverbiis quibusdam variae formae et originis; quare hibernicae formarum varietati non nimium cedit britannica.

Cambricum pronomen (*is*, *hic*, *ille*) masc. HUN, HWNN, fem. HON, HONN, plur. (et neutr.) HYN, HYNN (quam formam Demetae pro ceteris quoque substituunt), sive absolutum est sive subiunctum substantivo, tam simplex (respondens lat. *hic*) invenitur quam a fine auctum vocali (respondens fere lat. *ille*). Idem absolutum aut sine articulo aut cum articulo adhibetur, diversa tamen significatione.

Absolute positum sine articulo, respondet hibernico *side*. Masc. simplex (hic): *nac adeuawd dyn arnaw ehun chwedyl vethedigach no hwnn eiryoet* (quod nemo unquam dixit de sé ipse narrationem infaustiorem hac) Mab. 1, 10; auctum (ille): *ahunnu eu edyn ae kemer* (et ille est homo quid id recipit) Leg. 2, 1, 77. *a ieuhaf oed hwnnw* (et natu minimus erat ille, Ebracus) Mab. 1, 235. Fem. auctum: *ahonno ageluuyr moruyngreyc* (et illa vocatur virgo-mulier) Leg. 2, 1, 75. *ny chiglefi kerd kystal a honno eiryoet* (non audivi cantum aeque dulcem atque illum unquam) Mab. 1, 9. Plur. auctum: *ahene aelguyr goskorth e brenyn* (et illi vocantur comitatus regis) Leg. 1, 4, 1. Neutr. simplex: *a hyn adywedaf ytti gei* (et id dico tibi Cai) Mab. 1, 4; auctum: *ahynne heb eur* (et id sine auro) Leg. 1, 3, 1. *guedy henny, urth henny* (postea, propterea) 1, 6, 1. 1, 7, 1. *ar hynny, am hynny* (exinde, propterea) Mab. 1, 4. 5. 8.

Positum cum substantivo, cui praecedit articulus, ipsum quoque tam simplex quam vocali auctum, respondet hib. *se*, *so*, *sin*. Masc.: *y chwedyl hwnn, ar chwedyl hwn* (narratio haec, et n. haec) Mab. 1, 10. 11. 38. *gwyr y byt hwnn* (viri huius mundi) 1, 6. *yr gweidi hwnn* (huic clamori) 1, 16; *en yr amser glan hunnu* (sacro illo tempore) Leg. praef. *ar y koet hwnnw* (super silvam illam) Mab. 1, 6. *ydan y prenn hwnnw* (sub illa arbore) 1, 8. Fem.: *y votrwy honn* (hunc annulum) Mab. 1, 14. *yn yr ynys honn* (in hac insula) 1, 246. *yr dinas honn* (in hanc urbem) 1, 290; *ar y llynn hono* (in illa palude) 1, 244. *or vydin honno* (ab ille agmine) 2, 378. *y nos honno* (illa nocte) 1, 6. 270. 290. Plur.: *ar yr anniucileit hynn, ar yr anniueileit hynny* (super haec, illa animalia) Mab. 1, 7. *ar gwraged hynny* (et mulieres illae) 1, 37. *en etemoryeu henny* (illis tem-

poribus) Leg. 1, 9, 22. Item cum substantivo pronominali *rei* (cf. infra sub G): *gwyr yw y rei hynny ymtat i* (viri sunt illi patris mei) Mab. 1, 264. *pwy y vydin burwenn racco. gwyr llychlyn yw y rei hynny* (quod agmen est mere album illud? viri Nordmanni sunt illi) 2, 380. *deu wr kynwychet ar rei hynny* (duo viri aeque strenui atque illi) 1, 24.

Idem pronomen cum articulo construitur, respondens hib. *inti*, *indi*, *ani* (gall. hod. *celui*) praesertim sequente sententia relativa vel genetivo. Masc.: [*edlyg*] *eu er hun adele gleduchu guedy ebrenyn* (edelingus est is qui debet imperare post regem) Leg. 1, 5, 1. *dyllat eurenynes er hun* (vestis reginae ea) in exemplo supra dicto p. 392. Fem.: *aossodassant eu hemendyth ar hon Kemry holl* (protulerunt maledictionem suam et m. omnium Cambrorum) Leg. praef. *estauell ebrenyn er hon* (conclave regis id) vid. p. 393. *yr honn a vynnei drigyaw* (ea quae volebat remanere), *ar honn a vynnei vynet ymeith* (et ea quae volebat discedere) Mab. 1, 38. Neutr.: *ual y keffych yr hynn ageissy* (ut invenias id quod quaeris) Mab. 1, 6; idem addito adiectivo: *dechreu di... or hyn odidockaf awypych* (incipe tu ab eo quod scis maxime singulare) 1, 2. *or hynn goreu a guffer* (de optimo quod invenietur) 2, 45. Pluralis forma deest, pro qua substituitur substantivum pronominale *y rei* (cf. G).

Corn. et arem. tam simplex HEN inveniri videtur quam auctum et compositum varia ratione, nec vero usquam nisi absolutum.

Corn. masc. neutr. HEN, fem. HON, haud rarum absolute positum: *hen yv guyr* (istud est verum) R. 977. *hen yw dyth a bowesva* (is est dies quietis) O. 145. *hen yw re nebes* (istud est parum) O. 389. *hen yv agan crygyans ol* (haec est nostrum omnium fides) R. 954. *hen yw lour* (sufficit id) P. 51, 4. *hen o ȝoȝo mur a bayn* (id ei multum doloris erat) 137, 4. *heno ȝoȝo calys feyn* (is erat ei durus cruciatus) 196, 4. *pur wyr henno ay anvoth* (verissime id erat eo invito) 175, 1. *henno payn a vur byte* (is erat cruciatus magnopere miserandus) 134, 4. Fem.: *hon yv cusyl fyn*, *hon yv cusyl da* (istud est consilium bonum) O. 2041. 2267. Vehementer tamen dubitandum est, an haec sit forma curtata pronominis *hena*, *henna*, ut quae ante vocales solas inveniatur, praesertim cum eadem ratione ex *hema*, *hemma* curtatum sit *hem*.

Arem. HEN (respondens cambr. *hyn*) non invenitur nisi abstractum neutrum significans: *euel hen* (ita, itaque; i. e. ut hoc) Buh. 66, 10. *evelhenn* MJ. 33b. 56a. 78a. 82b. *evalhenn* (id.) 29a. *cret henn* (crede hoc) 74b. *credet henn* (credite hoc) 32b. Frequentius tamen hic quoque est SE, solius aremoricae dialecti proprium: *oarse* (igitur) MJ. = *voar se* Buh., *rac se* (ideo) MJ. Buh. fq. *eguyt se* (propterea), *dre se* (ergo), *evelse* (ita, itaque) MJ. fq. *evalse* (id.) 77a. 78a. *en se* (in hoc) 63b. 78a. *quent se* (ante hoc, potius) 10a. 31b etc. *gouzvezet se* (scite hoc) 36b. *cret se* (crede hoc) 60a. *credet se* (credite hoc) 31b etc. Buh. 188, 5.

Arem. HENI (a quo seiungi videtur corn. *huny* tam vocalis constantia quam significatione, quae est pronominis infiniti) forma proxime accedit ad cambr. *hwnnw* (praesertim demet. *hynny*), significatione tamen fere congruit cum cambr. *yr hwnn*. Construitur enim tam cum genetivo: *malloz doe... ha heny Iuzas* (maledictio dei et m. Iudae) MJ. 85b. vel pronomine possessivo, cuius exempla supra attulimus, quam cum sententia relativa, ipsum sibi prae-

ponens aut articulum: *ez eu ann heny hep muy quet a yoa deomp compset* (est is dumtaxat qui erat nobis dictus) MJ. 48 a. *traissaf ... an heny az glorifias* (prodere eum qui te glorificavit) 129 b. *joa ha peuch a pedaf deochhuy an heny so sanctifiet* (gaudium et pacem peto vobis ab eo qui est sanctificatus) Buh. 80, 6. *dan heny so injuriet* (ei qui iniuria affectus est) MJ. 91 b; inverso ordine: *ouz an goat real ez voe disleal ... Iuzas voen heny* (adversus sanguinem regalem qui fuit perfidus, Iudas fuit is) 16 a; aut pron. interrogativum *pe*, cuius exempla videas supra. Idem coniunctum cum pronominibus *nep*: *muyguet den az disquiblyen na nep heny* (magis quam homo e discipulis tuis aut quisquam) MJ. 57 b. *muyguet den certen nep heny* (magis certo quam homo quisquam) 93 a. *mar deux predistination nep heny* (si est praedestinatio quaepiam) 88 a. *huy a guel na cret den nep heny* (videtis non audere hominem quemquam) 22 a; et *pep* (qua iunctione sola congruere videtur cum corn. *huny*): *ha te ha pep heny* (et tu et quilibet) 93 b. *huy a ezneu plen pep heny* (novistis plene quemvis) 53 a. *a enep pep heny* (contra quemvis) 66 b. *dreis pep heny* (ultra quemvis) 87 a. *da pep heny* (cuivis) 10 a. *pardonaf plen da pep heny en dirihe contrition* (ignoscere plene cuicunque foret contritio) 90 b. Pluralis loco hic quoque substituitur substantivum pronominale *re* (cf. G).

Quemadmodum compositum cambr. hod. *hwna* (iste) opponitur supra dictis *hwn* (hic) et *hwnw* (ille), ita distinguntur cornica et aremorica pronomina absoluta, etsi variato compositionis modo: cornica *henma* (hic) et *henna* (iste, ille), aremorica aucta forma *heman* (hic) et *hennez* (i. e. *henne-se*, iste), ad quae accedit tanquam tertium *hen hont* (ille).

Corn. masc. neutr. HENMA, HEMMA (curtatum *hem*), fem. HOMMA. Masc.: *henma yw mygtern eʒewon* (hic est rex Iudaeorum) P. 187, 4. *henma yw mab du* (hic est filius dei) 208, 4. *ow horf a ve yw henma* (meum corpus est hoc) 44, 2. *hema yw goys* (leg. *ow*? hic meus sanguis) 45, 2. *hemma yv an keth ihesu. mar syv hemma an ihesu* (hic est idem Iesus, si hic est I.) D. 1693. 1699. *me a dyp bos hemma an keth map* (opinor esse hunc eundem filium) R. 2508. *hem yv marth* (hoc est miraculum) R. 654. Neutr.: *woge henma, woge hemma* (posthac) D. 1327. 1485. *ny amont travyth hemma* (nihil valet hoc) D. 439. *the hemma of dustyny* (huic rei sum testis) D. 1312. Fem.: *homma gans daggrow ... res holhas* (haec lacrimis eos lavit, pedes). *homma vyth ny sestyas* (haec nequaquam desiit) D. 519 sq. 523. *homma yv cusyl da* (hoc est consilium bonum) D. 1549.

Masc. neutr. HENA, HENNA, fem. HONNA. Masc.: *arluth du yv me hena* (num sum ego iste?) P. 43, 2. *pv a yl henna bonas* (quis potest iste esse?) 42, 4. *me yw henna* (ego sum iste) 67, 4. *an preson govyn onon ha bos henna delyffrys* (e carcere quaerere unum et illum liberari, mos erat Iudaeis) 124, 4. *henna veʒa an guella gwas* (is esset optimus puer) 112, 4. Neutr.: *pan drew henna ʒynny ny* (quid rei est istud nobis?) 105, 1. *yw henna ʒys scrifys* (istud tibi scriptum est) 22, 2. *henna Pedyr a sconyas* (id Petrus recusavit) 46, 1. *rag henna* (propterea) 5, 4. 7, 4. 26, 3 etc. *gans henna* (interea) 81, 1. 86, 1. 257, 1. *a henna* (inde) 111, 2. *war lyrgh henna* (postea) 91, 3. Fem.: *honna yw ol the vlamye* (illa est omnino vituperanda) O. 266. *gvyr vres yv honna* (verum iudicium est istud) D. 515. *honna a ryth tokyn da, my a vyr scon orth honna* (id

erit signum bonum. spectabo statim ad illud) O. 1247. 1251. *honna yw an forth wella* (illa est via, ratio optima) R. 582.

Pronominis subiuncti loco eodem modo post substantiva, quibus fere antecedit articulus, opponuntur sibi *ma* et *na*. MA: *an denma* (hic vir) P. 99, 2. 141, 4. 245, 3. *yn delma* (hoc modo) 80, 4. 253, 3. *an veyn ma* (hos lapides) 11, 3. *yn bysma* (in hoc mundo), *ȝen bysma* (in hunc mundum) 60, 2. 43, 4. *ȝen payn ma* (huic cruciatui) 55, 1; interdum geminato *m*: *yn dremme* (in hac urbe), *an dremma* (has urbes) O. 2284. 2771. *alemma* (ab hoc loco, hinc) O. 446. D. 649. R. 2397. NA: *an nosna* (illa nox) P. 237, 4. *an lauarow na* (illa verba) 147, 1. *yn gythna* (illo die) 259, 4. *yn vrna* (illa hora) 12, 3 etc. *a lena* (ab eo loco, inde) 229, 4; assimilatum: *a lene* (id.) 16, 1. 30, 4. Substantivis *re, tus* eodem modo iunctis significatur pluralis pronominis absoluti: *en rena, an rena, ȝen rema* (illi, his) 67, 3. 80, 3. 185, 3. *ol an dusma* (omnes hi) 129, 2.

Arem. pronomen absolutum masc. HEMAN, fem. HOMAN: *heman pe homman* ('hic, haec, hoc') Cath. Masc.: *heman a reno en bro man* (hic regnabit in hac regione) Buh. 190, 8. *heman aioa goar hegarat* (hic erat vir pius), *sanct voa heman* (sanctus fuit hic) 208, 14. 20. *heman so dan tut burzut pur* (hoc hominibus est miraculum merum) 46, 10. *pebez blasfem a gra heman* (quid blasphemationis facit hic?) MJ. 81a. *a tut hemun endan poan out* (sub poena hominum huius es) 77b. Fem.: *rac mazoa homan leanes* (quia erat haec sanctimonialis) Buh. 46, 1. *homan eú guis* (hic est modus) MJ. 13a. *dilchyt homan* (tenete hanc, scalam) 1.8a.

Masc. neutr. HENNEZ, fem HONNEZ. Masc.: *me oarse a crenn eu hennez* (ego igitur certo sum iste) MJ. 71a. *hennez heulyet* (illum sequimini) 47a. *dre hennez* (per illum) 60a. Neutr.: *hennez ne apparchant nep andret ouzompny* (istud nullo modo convenit nobis) 51a. *hennez bepret a uppetaff* (illud omni tempore appeto) Buh. 50, 14. Fem.: *honnez a ve iniquite re garv* (haec esset iniquitas nimis acerba) MJ. 114a.

HEN HONT. Masc.: *entre an re hont hen hont eu so scuiz las oz doen an croas ten* (inter illos ille est qui est defessus aeger portans crucem gravem) MJ. 130b. Fem.: *hon hont* (hod. *houn-hont* secundum Lgd.) caret exemplo.

Pronominum loco item aremorice substantivis, ante quae praecedere solet articulus, subiunguntur *man* (hic), *se* (istic), *hont* (illic = cambr. *hwnt*). MAN: *dan mab man, gant an mab man* (huic puero, cum hoc puero) Buh. 8, 8. 80, 8. *cret an guer man* (crede hoc verbum) 10, 7. *eux an bro man* (ex hac regione) 6, 5. *en bet man* (in hoc mundo) 4, 15. *en stat man* (in hoc statu) 2, 1. MJ. 46a. 55a. *an tam bara man* (hoc frustum panis) 60b. *an dra man* (haec res, hoc) 38b. 62b. 69b. *an tra man* (idem). *an tu man* (cis) Cath. SE: *antra se* (res ista) fq. *andra se* MJ. 10a. 91 b. *an plat a dref on clezef se* (lamina a tergo istius gladii) Buh. 154, 7. *en stat se* (in isto statu) 138, 7. MJ. 62b. *an tam bara se* (istud frustum panis) 60b. *duet a lech se* (venite ab isto loco) Buh. 138, 11. HONT: *mont voar tech an lech hont* (excedere illo loco) Buh. 2, 4. *an kaer hont* (illam urbem) MJ. 21b. *nac en bet hont nac en bet man* (nec in illo mundo nec in hoc m.) 90a. *an tu hont* (trans, ultra) Cath. Addito substantivo *re* significatur item pluralis pronominis absoluti: *a hui entent len a re man* (vosne bene

intellegitis hos? viros) Buh.' 160, 2. *me goar an re se* (novi istos) 150, 6. *rac an re hont ezoff spontet* (propter illos perterrita sum) 92, 12.

Simili ratione lingua cambrica — quae hodie pronomini *hwn* addit adverbia *yma* (hic), *yna* (istic), *acw* (illic; ortum ex formula *racko* a praep. *rac?*); e. c. *hwn acw*, *hon acw*, *hyn acw* (ille, illa, illud), plur. *y rhai hyn acw*, *y rhai acw* (illi, illae, illa) — substantivis pronominum loco subiungit adverbia *yma* (hic), *racko* et alia, ut *cynneu*, *gynneu* (mox, prope), *draw*, *hwnt* (illic, arem. *hont*) iam in Mab.: *deu ychen bannawc y lleill yssyd or parth hwnt yr mynyd bannawc. ar llall or parth yma* (duo boves cornuti, unus est ab illa parte montis cornuti, alter ab hac parte) 2, 222. *dwc y march racko ar dillat gennyt. adot ger llaw y gwr gynneu* (sume tibi equum illum et vestem, et pone iuxta virum illum) 1, 27. *kymer y cledyf racko atharaw* (sume gladium illum et percute) 1, 247. *pwy y vydin burwenn racco* (qui sunt agmen mere album istud?) 2, 380. *eisted yr bwrd aoruc y gwr gynneu* (sedit ad mensam vir ille, de quo ante dictum) 1, 5. *nyt egylion oed y rei gynneu* (non angeli erant viri illi) 1, 237. *pwy y marchawc gynneu* (quis eques ille?) 2, 379. *y tir newyd draw* (terra nova illa) 2, 223. *or tu draw yr bont, yr auon* (e parte illa, altera pontis, fluvii) 2, 49. 50. *att y uorwyn draw* (ad virginem illam) 2, 45. *athu hwnt yr mynyd y mae afon* (ex altera parte montis est aqua) 1, 288. *yr koveint hwnt* (monasterio illi) 1, 251.

Cornicae propria est formula demonstrans *an keth*, cum substantivo, cui additur aut sententia relativa aut particula demonstrativa *ma*, *na*, respondens lat. *idem*, *hic ipse*, *idem ille*: *gans an keth welen yn leyff ĉst a ve gorris* (eadem virga quae in manu Christi posita est) P. 138, 1. *raǫ an keth re ren crowse* (pro isdem qui eum crucifixerant) 185, 2. *an keth map eth alemma* (idem filius qui abiit hinc) R. 2509; quibuscum conferenda sunt *kettel* (ut, = *kethdel*), *kettoth* (simul), *kepar* (pariter). *ha pesy yn ketelma* (= *keth delma*; et orare hoc ipso modo), *an lader an barth dyghow a besys in ketelma* (latro a parte dextra oravit hoc ipso modo) P. 54, 4. 193, 1. *pylat orto govynnas yn keth vaner ma govyn* (Pilatus ex eo quaesivit, hoc ipso modo quaerendi) 100, 3. *In keth gyth na* (eodem illo die) 252, 1. *yn ketella* (illo modo ipso; i. e. *keth delna*) 170, 2. *an keth rena* (idem illi) 42, 2. Opponitur *ken*: *yn ken maner* (diverso, alio modo) 13, 2. *ken onan* (alius quis) 145, 2. *ken mygtern* (alius rex) 148, 4. *ken mam* (alia mater) 198, 4. *ȝe gen le* (ad alium locum, aliorsum) 255, 3. *pe dre gen re ves guarnys* (an per alios monitus es?) 101, 2. *ȝe gen re* (aliis) 23, 4. Idem absolute: *heb ken ys bara* (sine alia re quam pane, pane solo) 12, 1. *dar ken* (ultra cetera, extra modum) 135, 3; adverbii loco: *mar ny yl bos ken* (si non potest esse aliter) 57, 4. *ny won ken* (nescio aliter) 75, 4. *nynio ken* (non erat aliter) 167, 4.

Demonstrativum cambricum commune rei, personae, loci, temporis non infrequens est SEF, ortum ex *isem* (p. 371), *ysef*: *ac ysef yrodaf inneu* (et hoc est quod dabo ego) Mab. 1, 21. Formae *sef*, *ssef* exempla: *sef oed hwnnw syberw y llannerch* (hic erat dominus silvae) 1, 239. *sef tri marchawc oedynt* (hi erant tres equites) 1, 237. *ssef agafas yny chyghor. sef agawssant yn eu kyghor* (id, ita statuit, statuerunt in suo consilio) 1, 21. 236. *sef mal y kedwis* (sic defendit), *sef ydoed gei yn seuyll* (ibi erat Caius stans) 1, 21. 241. *ssef aoruc yr*

amherawdr glas owenu (tunc coepit imperator subridere), *ssef y gwelynt varchawc* (tunc videbant equitem) 2, 377. 378.

E. Pronomen interrogativum.

Differunt formae britannicae huius pronominis: absoluta vel de personis usitata: cambr. *pui*, corn. arem. *piu*; coniuncta vel de rebus: cambr. *pa*, *pi*, corn. arem. *pe*.

Cambricae formae et formulae. PUI de personis potissimum: *puy de keghaus di* (quis est defensor tuus?) Leg. 2, 11, 15. *puy eu gubideyt. pue eu testyon* (qui sint eorum probatores, qui eorum testes, inquirere) 2, 11, 23. 37. *pwy wyt ti. pwy wyt titheu* (quis es tu?) Mab. 1, 31. 253. *pwy yw hwnnw* (quis est hic?) 2, 229. *pwy a uu yma* (quis fuit ibi?) 1, 239. *ac yna y menegeis i yr gwr pwy oedwn* (et tunc indicavi viro quis essem) 1, 5. *gofyn aoruc owein pwy oed yrreic* (quaerere coepit O. quae esset mulier) 1, 17. Tamen etiam de rebus: *pui* (gl. quid?) Ox. 41ᵃ. *a gouyn ordeu pwy oed oreu gantaw* (et quaerere, de duobus quid optimum, utrum melius videretur ei) Mab. 2, 229.

PA, PI: *pa diu* (gl. quid? i. e. ad quid?) Ox. 41ᵃ. *padyu* Leg. 2, 4, 6. *pa triederin gwillt nidele neb eollat ardir arall* (quae sunt tres aves ferae quas non debet quisquam interficere in agro alieno?) 4, 4, 39. *pawed* (quomodo?) Mab. 3, 304. *pa drwc digoneis inheu ytti* (quid mali feci ego tibi?) 1, 9. *py drwc yw hynny* (quid mali hoc?) 1, 20. *py weidi yw hwn. py diaspadein yw hwnn weithon* (qui clamor est hic? q. cl. e. h. nunc?) 1, 16. *dywet vy chwaer heb y peredur pa diaspedein yssyd arnat* (dic soror mea, inquit P., qui clamor est in te? i. e. cur sic clamas?) 1, 248. *py uoes yssyd y osp aphellennic* (quae consuetudo est hospiti et peregrino?), *py ystyr nas agory di* (quae causa quod non aperis eam tu, portam?), *pa gerd yssyd gennyt ti* (quae ars est in te?) 2, 228. *ny wys pa du y mae*, *ny wys pa tu y mae* (ignotum est, qua sit) 2, 225. 226. *pa le pan deui di* (qui locus unde venis?) 1, 243. 255. *gofyn or marchawc y peredur py le pandoei* (quaesitum ab equite e P., unde veniret; cf. *ble*, ubi? Mab. 2, 199) 1, 249. Pertinet huc frequens interrogatio qualitatis *pa ryw*, *py ryw* (quod genus? cf. comp. *cyfryw*, eiusdem generis, talis): *py ryw ormes yw hwnnw* (cuius generis, quale monstrum est hoc?) Mab. 1, 293. *apha ryw chwedleu yssyd gennyt* (et quales sunt tecum nuntii?) 1, 253. *amofyn aoruc ami pa ryw wr oedwn* (quaerere coepit ex me qualis vir essem) 1, 5. *gofyn aoruc ef ymi pa le y mynnwn vynet. adywedut aorugum idaw py ryw wr oedwn aphy beth a geisswn* (et quaerere coepit e me in quem locum ire vellem, et dicere ego ei qualis vir essem et quam rem quaererem) 1, 7. Item interrogatio quantitatis *py meint*, *pa meint* (quantus? cf. *cymeint*, eiusdem magnitudinis, tantus). Pro *pa beth*, *py beth* (quae res? quid?) saepius solum substantivum *peth*, *beth*: *peth yw y rei racko* (quid sunt illi?) Mab. 1, 237. *peth achwerdy di* (quid rides?) 2, 377. *nawn beth yw marchawc* (nescio quid sit eques) 1, 237.

Loco substantivi interdum additur numerale *un*: *pa vn wyt titheu* (quis es tu?) Mab. 1, 254. *aphy un awney ditheu o hynny* (et quid tu incipies inde?) 1, 34. Praepositiones pronomini suffiguntur: *pahar emae macht* (ad quid est vas?) Leg. 2, 6, 8. *paham y bydwn ysgymun. i* (ob quid. cur maledictus essem ego?) Mab. 1, 248. Hibernico *can* (unde?) respondet cambr. *pan* (v. supra).

Adiecta voce *pynnac* interrogativum transit in relativum infinitum (quisquis, quicunque): *puipennac agustlo gustel* (quisquis oppigneraverit pignus) Leg. 2, 6, 17. *aphwy bynnac aallei y rydhau penn clot y byd a gaffei* (et quisquis posset eam liberare, summam gloriam mundi acciperet) Mab 1, 284. *pa uacht panaac a vrtegho, pa vac pennac ni vrhtegho* (quicunque vas contraiuraverit, non contraiuraverit) Leg. 2, 6, 4. 5. *pa dyn puyllavc benac aladho onuyt* (quicunque homo sanus occiderit hominem insanum) 4, 1, 3. *vy mam heb y peredur oerchis ymi pale bynnac y gwelwn vwyt a diawt y gymryt* (mater mea, inquit P., praecepit mihi ut quocunque loco vidissem cibum et potum, sumerem eum) Mab. 1, 239. *aphy ymadrawd bynnac adywettei yr vn onadynt wrth ygilyd* (et quodcunque colloquium dicebat unus ex iis ad alterum) 3, 300.

Concordant formae cornicae et aremoricae.

Corn. PIU: *pyv a ylta gy bones* (quis potes tu esse?) R. 2511. *pyw a whylevgh* (quem quaeritis?) D. 1109. *pyv myghtern a lowene* (quis est rex gaudii?) R. 106. *pyv henna* (quis iste?) R. 2487. *pv a yl henna bonas* (quis potest is esse?) P. 42, 4. *pu at woras yt colon* (quis intulit in animum tuum?) 81, 4. *an meyn ma ȝynny pu an ommelys* (lapis hic, nobis quis eum convertit?) 253, 4. *pv yw neb a whelugh wy* (quis est quem quaeritis vos?) 69, 2. *warnethy pren be tewlys oll an bows pyv an gyffe* (de ea alea iacta est, totam tunicam quis possideret) 190, 4. *bresell cref a ve sordijs en grows pu elle ȝy don* (magna altercatio orta est, quis iret crucem portatum) 160, 3.

PY, PE: *py gansse y fue gvyskys* (per quos est pulsatus? ad verbum: qui, per eos) D. 1373. *py vr* (qua hora?) D. 603. *py le y fythe keffys* (ubi invenietur is?) R. 702. *gallas ny woȝan pele* (abiit nescimus in quem locum) P. 245, 3. *ny won* (leg. *wor*) *py gymmys y mons y sur ow peghe* (nesciunt, quae sit quantitas qua, quantum certo sint peccantes) 185, 4. *pygymmys hys* (quanta longitudo?) O. 2104. De formula *py nyl* (uter? utrum?) cf. infra (F.). Alibi *py, pe* solum de loco usurpatum: *the cst y ben py sensy tyller vyth nyngo kefis* (Christo caput suum quo teneret locus nullus erat inventus) P. 206, 4. *pema ... neb a ryn ȝe guhuȝa* (ubi est qui vult te accusare?) 34, 2. *pe feste* (ubi eras?) O. 467. Pro *pe le, pe peth, pe ehan* inveniuntur *ple, pyth, pahan* vel *pan* (*pen*): *lauar ȝym ple ma ȝe dus* (dic mihi, ubi sunt homines tui?) P. 78, 1. *ple mece* (quo loco, statu est ille?) 147, 3. *able ota gy* (unde es tu?) 144, 1. *pyth a vyth guris* (quid fiet?) 126, 3. *pyth a vynnough why* (quid vultis vos?) 39, 1. *pyth yw en drok rewrussys* (quid est malum quod fecisti?) 101, 4. *pahan cheyson as bues why* (quod genus, qualem accusationem habetis vos?) D. 1970. *pahan pleyt yma pilat* (quali statu est P.?) R. 2058. *pan vernans* (qualis mors?) O. 2219. R. 2047. *pendra* (qualis res, quid rei?) O. 1311. D. 1306. R. 203. *pandra* O. 801. D. 568. R. 1642. P. 46, 2. 50, 3. 67, 2. 80, 1; magis contractum: *pandrew henna ȝynny ny* (quid rei est istud nobis?) 105, 1; interposita praepositione: *pan adra a ynnyoughwy* (quare instatis vos?) 99, 1. Item pro *perag*, cum praep. postposita, *prag* (ob quid? cur?) 7, 1. 78, 2. 82, 4. 116, 4. 121, 2. 128, 2. 187, 2. *pragh* 201, 3.

Relativum infinitum significatur voce *pynag* non modo ut cambrice adiecta: *pyu penagh a len grysso* (quisquis fideliter credet) R. 2466. *pyo penagh am gwellha vy* (quisquis me videt) R. 2383. *pe penag vo, py penag vo, pepenak vo*

(quidquid erit) O. 662. 1154. D. 1356. *py le penag yskyffyn* (ubicunque id invenero) D. 1551, interdum addito *ol*: *pepynag ol a wharfo* (quidquid accidet) O. 1736. *pepenagol a wylly* (quidquid videbis) O. 745. *pepenagol may thello* (quocunque ibit) D. 630; sed etiam sine pronomine: *pynak vo lettrys pylek* (quicunque est, litteratus an laicus) D. 681. *penag a wryllyf amme* (quemcunque osculabor) D. 1084. — recentius *pennagel* Cr. 179. *pennaglé* 1641. *pynagell* 811. 1376. — vel praemisso *pup*: *puppenak ma fo redys an awaylma* (ubicunque legetur hoc evangelium) D. 550. *puppenagol a vo ef* (quisquis est is) D. 23. *py nyl pynagol* (utercunque) vid. infra (F.).

Arem. PIU: *piu* ('quis') Cath. *ne gon piu eo den* (nescio quis sit homo) Buh. 56, 14. *ouzouchuy goulen a menaff... piu eo sider hoz querent* (e vobis quaerere volo, qui sint parentes vestri) 36, 20. *piou eu hennez a clesquez te* (quis est iste quem quaeris tu?) MJ. 194 b. *piou oude* (quis es?) 18 a. *piou a clesquez te* (quem quaeris tu?) 186 b. *piou a clesquet* (quem quaeritis?) 70 b.

PE: *pe leveront y* (quid dicunt ii?) MJ. 227 a. *pe rif* (quid faciam?) 191 a. *pe leueret huy* (quid dicitis vos?) Buh. 160, 1. *petra* (quid?) 6, 1. *petra neuez* (quid novi?) 56, 10. 74, 1. *petra a mat* (quid boni?) 18, 20. *sellet pebet anquen so dan den man na pebez tan a goez an bet* (videte quae afflictio sit huic viro et qui ignis coram mundo) 196, 15. 16. *pe du* ('quorsus'), *pe eur* ('quando') Cath. *peban* (unde) MJ. 18 a. *pe marchadouryen* (quales mercatores?) 76 b. Idem cum pronomine *heny*: *peheny eu* (quis est?) 130 b. *da gouzout certen pe heny he gounezo* (ad sciendum certo, quis eam acquirat) 145 a. *pe heny comset huy fier a clesquet* (quis, dicite vos audacter, quem quaeritis?) 72 a. De relativo usu horum *pe* et *pe heny* supra exposuimus (p. 393). Inprimis memoranda: *pequen calet, peguen calet* (quam dure?) MJ. 84 b. 126 a. *peguen guynvydic* (quam beatus?) 193 a. *peguement* ('quantum'), *peguen bras* ('quantus'), *peguen pell* ('quamdiu') Cath. Item per se sola interrogantia, *pez* (res) et *pet* (quot): *pez a grif* (quid faciam?) MJ. 21 a. 95 b. *pez a rahimp ni* (quid faciamus nos?) 27 b. *pez a gray* (quid faciet?) 34 a. *pez drouc avantur* (quid malae rei?) 82 b. *ne oun pez a leuerez te* (nescio quid dicas tu) 78 a. *peth* ('quotus et quot'), *peth guez* ('quotiens') Cath. *ne goux pet guez* (non est compertum quotiens) Buh. 84, 80. *pet dez* (quot dies?) MJ. 168 b.

Etiam aremoricum interrogativum, sive solum sive substantivo additum est, antecedit praepositioni: *perac* ('quare'), *perac abec* ('quapropter, quamobrem'), *perac tra* ('quamobrem'), *pe dre hent* (qua), *pe en lech* ('ubi'), *pe a lech* ('unde'), *pez a lech* ('quo') Cath. *perac na sarmonez* (propter quid non sermocinaris?) Buh. 56, 8. *me men gouzout pe alech voa na pelech ez ahy* (volo scire ex quo loco venerit et in quem locum vadat) 34, 20. 21. *pe da tra* (ad quid?) MJ. 70 a. *pe da heur* (ad quam horam?) 227 a.

Relativum infinitum sicut cambrice efficitur adiecto *pennac* — *en un lech pennac* (in loco qualicunque) MJ. 37 a. *un lichic pennac* (loculum quempiam) 154 a. — *piu pennac* ('quiscunque'), *petra pennac* ('quidquid'), *peguement pennac* ('quamlibet, quamvis') Cath.

F. Adiectiva pronominalia.

Omnium primum hic memorandum est *all* (alius) cum formis suis variatis, deinde *oll* (omnis), *paup* (quivis), *nep* (aliquis), concordantia cum hibernicis *uile*, *uile*, *cách*, *nech*.

ALL simplex non extat nisi in compositis, ut iam in nomine vetusto gallico *Allobroges* (p. 207), etiam in hodierna lingua cambrica. In Leg. *alldut*, *alldud* (alienigena, non Camber) 4, 1, 32. 2, 6. 27, et in aliis plurimis locis enumeratis in indice sub voce *alltud*, scripta minus bene ob servatam inchoantem *t* destituendam.

Cambrica forma duplicata sing. ARALL, plur. EREILL (cf. hib. vet. *araile*, *araill*, pro *alaile*, *alaill*, p. 359), aut cum substantivis adiectivi instar, aut per se sola: *or finnaun dir claud. claud nihit dir finnaun arall* (a fonte ad fossam, secundum fossam ad fontem alterum) L. Land. 149. *bet penn foss in hipant diuinid dir pant arall* (usque ad initium fossae in cavitate sursum ad cavitatem alteram) 150. *oderuit idin roy mach iarall* (si accidit homini ut daret vadem alteri) Leg. 2, 6, 1. *marchawc arall* (alius eques) Mab. 1, 240. *yn lle arall* (alio loco) 1, 15. 250. *arch y gennyf a arthur dyuot ae ef ae arall* (iube de me Arthurum venire aut ipsum aut alium) 1, 242. *am betheu ereill* (de aliis rebus) 1, 34. *gwladoed ereill* (aliae, ceterae regiones) 2, 201. *edeu ereyll* (duo ceteri) Leg. 1, 7, 18.

Cornice et aremorice item. Corn.: *vn marrek ȝy ben hag arall ȝy dreys* (unus miles ad caput eius et alius ad pedes eius) P. 242, 1. 2. *marrak arall o gowsas* (alius miles dixit) 246, 1. *gurek arall a leueris* (alia mulier dixit) 84, 3. *gul tol arall ny vynne* (aliud foramen facere nolebant) 180, 3. Cum articulo: *In meth an lader arall* (id dixit alter latro) 192, 1. *Then levff arall pan doȝyans* (ad alteram manum cum venissent) 180, 1. *an barth arall* (ab altera parte) 198, 2. *han pen arall* (et alterum caput) 223, 3. *an nyl torn y fyth re hyr tres aral re got yn guyr* (altera vice fit nimis longa, trabes, altera nimis brevis re vera) O. 2548 sq. Plur. post collectiva: *re erell* (alii, genua flexerunt) P. 195, 1. *gans ioseph ha tus erel* (per Ios. et alios homines) R. 3. *savye bewnens tus erel* (salvare vitam aliorum) D. 2876. Item post dualem: *en thyo grous erel* (duas cruces ceteras, erigite) D. 2820. Tamen etiam: *ple kefyr dyv grous aral* (ubi capientur duae cruces aliae?) D. 2576; ut post genetivum pluralis (p. 281): *lyes profus aral* (multi prophetae alii) R. 1485.

Arem.: *arall* ('alter, reliquus'), *en faeczon arall* ('aliter') Cath. *e bro arall* (in aliam regionem) Buh. 4, 23. *tremen tu arall* (transire in aliam partem) 90, 19. *vn guez arall* (altera vice, iterum) 74, 9. *vn arall choasomp* (alium eligamus) 182, 16. *guez aral* ('olim'), *tro arall* ('pridem'), *an re arall* ('ceteri') Cath.

Cambricum NEILL (= *un eill?* unus e duobus), rarius solum (alteruter): *or neildu* (ex altero latere) Leg. 2, 6, 30. *gwna y neillpeth* (fac alterutrum horum) Mab. 1, 270. *eisted aoruc peredvr ar neill law yr amherodres* (sedere P. ad alteram manum imperatricis) 1, 281; frequentius oppositum sequenti LALL (orto ex *alall?*) cum articulo, sing. *y llall* Mab., plur. *ir leill* gl. Ox. 39[a], recentius *y lleill*: *mwy nor llall* (maior quam alter) Mab. 1, 281. *y neill ohonunt yn was gwineu. ar llall yn was melyn* (unus ex eis puer fuscus et alter puer

flavus) 1, 263. *y lladawd y neill or gweisson. y lladawd y llall* (cecidit unum e pueris, cecidit alterum) 1, 36. *e neyll hanner ... ar llall* (unum dimidium, ... et alterum) Leg. 1, 43, 21. Plur: *e rey or teylu ar lleyll eny kylc y tety ef* (alii e curia et alii in vicinitate domicilii eius) Leg. 1, 7, 7. Pro *neill* interdum antecedit LEILL ipsum quoque cum articulo: *yny orffei y lleill ar y llall* (donec superabat unus alterum) Mab. 2, 27. *deu ychen ... y lleill ... ar llall* (duo boves, ... unus ... et alter) 2, 222; vel *vn* cum articulo: *ar vn y bydei borth ef idi. agollei y gware arllal adodei awr* (et illa, duarum partium, cui ipse auxilium ferebat, perdebat ludum, et altera tollebat clamorem) 1, 292. Pro *llall* accedente substantivo adhibetur *arall*: *ar neill hanner ar hanner arall* (et dimidium unum et dimidium alterum) Mab. 1, 274. *ar y neill law y owein ... ar y tu arall y owein* (ad unam manum Oweni, ad alterum latus O.) 1, 33. *yn y neill law ... ar y llaw arall* (in una manu, in altera) 1, 271. *or neill tu ... or tu arall* (ex uno latere, ex altero) 2, 20. *or neill parth ... or parth arall. or lleill parth ... or parth arall* (ex una, altera parte) 1, 274. 2, 39.

Cornice tam simplex *yll, eyll*, quam cum articulo *an nyl, a neyl* (cui respondent aut *arall*, aut substantiva pronominalia *y gyle, y bên*): *hay yll lef* (et altera eius manus), *hay yll troys* (et alter eius pes) P. 179, 2. 3. *gans y eyll leyff o gosys* (una sua manu quae erat sanguine conspersa) 219, 3. *me a teyl tol rag an nyl* (ego forabo foramen pro una, manu) D. 2743. *an nyl thotho a delle..* (alter ei debebat..) D. 504. *me a gylm an nyl* (ego vinciam unum) D. 2785. *an nyl tenewen, an neyl tenewen, an neyll tenewen* (ex uno latere) O. 214. P. 71, 1. 205, 3. *a neyl tu* (ad unum latus) 105, 3. *an neyll lef bys yn y ben* (ab una manu usque ad alteram) 178, 1. *mars ty a theg a neyl pen the dour cedron* (si tu feres alteram extremitatem, arboris, ad aquam C.) O. 2814 sq. Per combinationem inde profecta sunt *py nyl* (uter): *py nyl o mogha sengys* (uter maxime, magis tenebatur?) D. 510. *ny wothons yn teffry py nyl a wrons drok py da* (nesciunt certo, utrum faciant malum an bonum) D. 2774 sq. *pe nyle an dus avyth delyffris* (uter eorum liberetur) P. 125, 3. *py nyl pynagol may fo* (utercunque est) D. 1462; et *na nyl* (neuter): *nep nan geffo na nyl* (qui neutrum habebit) D. 921. *na nyl oges nag yn pel* (neutrum, nec prope nec procul; cf. germ. med. *newëder*, hod. *weder*, angl. *neither*) O. 1141. *na nyll drok na da* (nec malum nec bonum) P. 60, 3. *na nyl yn nor nag yn nef* (nec in terra nec in caelo) R. 1747. *na nyl yn nos nag yn geyth* (nec noctu nec interdiu) D. 1881. *the thev ... ny re nan nyl thyn bos na dewes* (tuus deus nec cibum nobis dat nec potum) O. 1809 sq.

Arem. *an eil* (alter, secundus, p. 322) sequente *egile* vel *eben* (p. 408): *servig ... an eil deguile a grehet* (servitium alter alteri facito) MJ. 54b. *an eil oar eguile lequet* (alterum super alterum ponite, pedem) 137b. Inde: *nanneil nequile* ('neuter') Cath.

OLL (omnis) cambrice non mutatur post substantiva, ut in plur.: *gwraged oll* (omnes mulieres) Mab. 1, 5; praemittitur *holl*: *yr hollgwn* (omnes canes) Mab. 2, 22. Compositum autem cum numeralibus est *ell, ill, yll*: *ellden, illdeu, yllden* (ambo) Mab. 2, 237. 247. 3, 12. 215. 266. *ellpedwar, yllpedwar* (cuncti 4) 2, 16. 247. 3, 145. 146. 148. *ellpump* (cuncti 5) 3, 102.

Corn. OL. OLL (omnis, totus), tam absolute positum vel ante substanti-

vum, a quo separari solet interposito articulo vel pronomine, quam post nomina vel pronomina: *ol ny a bys* (omnes petimus) P. 126, 2. *ol warbarth* (omnes simul, cuncti) 142, 1. 147, 4. 149, 3. *oll a dro*, *ol a dro* (omnes circum) 146, 1. 154, 2. *oll an bows* (tota tunica) 190, 4. *rag ol an wlas* (pro toto mundo) 56, 4. *war ol y gorf* (in toto corpore eius) 236, 3. *yn oll an bys* (in toto mundo) 225, 4. *dris ol an bys*, *dris an bys ol* (per totum mundum) 200, 2. 31, 2. *yn nos oll* (tota nocte) 241, 3. *en box oll* (pyxis tota) 36, 2. *whek ol*, *whegol* (totus dulcis, dulcissimus) O. 2132. P. 164, 1. Cf. supra et infra *pynagol*, *pup ol*, *byth ol*.

Arem. OLL absolute positum, HOLL, HOL ante substantiva: *edoll en maes* (ite omnes foras) Buh. 56, 17. *oll ny aiel* (nos omnes eamus) 140, 2. *oll ez guelhet* (omnes videbitis) MJ. 80 b. *oll da pep re so ret* (omne cuivis est necessarium) Buh. 62, 23. *an oll ez em collez* (totum te perdis) 72, 2. *ann oll oll* ("omnino, prorsus, penitus") Cath. MJ. 43 b. *ann oll dan oll* (totum toti) 42 b. *oll dle anholl bet* (quicquid debet totus mundus) 44 b. *ann holl bet* (totus mundus) 68 b. *dann holl tut* (toti populo, omnibus hominibus) 67 b. *he hol souzan* ... *he hol glachar* (omnem curam, omnem sollicitudinem eius, mundi relinquere) Buh. 136, 16. 17. *an hol loznet* (omnia animalia) 30, 18. *mir an hol gourchemenou* (serva omnia mandata) 62, 4. Cum *re*: *da an hol re* (omnibus) MJ. 10 a. Suffixum adverbio: *byscoaz oll* (unquam) 93 a.

Cambricum PAUP (quivis; = hib. *cách*, p. 66) absolutum: *gurt paup* (leg. *gurth p.*, contra quemvis) gl. Ox. 39ᵇ. *ar bawp* (supra quemvis) Mab. 1, 5. A quo differt POP (omnis) constructum aut cum numerali *un*: *am penn pob un ohonunt* (circum caput cuiusvis eorum), *am bop un onadunt* (circum quemvis ex eis) Mab. 1, 3; aut cum substantivo, cui praecedit: *pop rey* (omnis persona) Leg. 1, 5, 5.

Corn. PUP, POP, PEP (saepe destituta *p*, sed servans sequentem tenuem primitivam, etiam mediam in tenuem provehens) tam solum: *my ny won leuerel prak gans pup na vethaf lethys* (nescio dicere cur non occidar a quovis) O. 595 sq. *ha guetyeugh pup y worthye* (et curate omnes ut eum adoretis) O. 2555. *may hallo pup y redye*, *may hylly peb y redye* (ut possit, posset quivis id legere) D. 2809. P. 189, 2. *peb ȝe ves a omdennas* (quivis foras se vertit) 33, 4. *pep aydu* (suo quisque latere) 77, 1. *ha peb ȝoȝo ow cull geyll* (et quemvis ei facere contumeliam) 165, 2. *ȝe bob dyȝgthtya forth a rug* (cuivis iter paravit) 7. 4; quam sequente substantivo: *pop prys*, *pup prys* (omni tempore) O. 1213. 2125. *pub er*, *pub vr* (omni hora) P. 37, 3. 54, 3. *dris pub tra*, *drys pub tra* (supra omnem rem) 24, 1. 148, 1. *a bub tu* (a quovis latere) 163, 2. *glan a bub fylte* (purus ab omni vitio) 47, 2, vel vocibus *huny*, *onan*: *pup huny* (unusquisque) O. 969. 1688. 2017. D. 237. 1047. *pub onon* (id.) P. 137, 2. Plerisque his haud raro insuper additur *ol*: *pup ol* D. 2080. 2092. R. 1096. *pep ol* O. 948. *peb ol* D. 247. *pup den ol* (quivis homo) O. 1043. D. 1905. *pub tra ol* (quidvis) O. 748. 2130. *pup vr ol*, *pub eroll*, *pub erol* (unaquaque hora) D. 525. P. 23, 1. 87, 3. *pub teȝoll* (cotidie; *deth*) 228, 1. *a bub drok ol* (a quovis malo) 194, 2. *pub onan ol*. *pub onan oll* (singuli) 43, 2. 199, 1.

Arem. PEP item cum substantivis: *dirac pep den* (coram quovis homine) Buh. 64, 5. *e pep stat*, *e pep andret* (in quolibet statu, in qualibet re) 62, 22.

120, 6. *pep hent* (quavis via) MJ. 35a. *pep tra* ('quodlibet'), *a pep lech* ('undique'), *a pep tu* ('hinc inde'), *en pep lech* ('ubique') Cath. *peb un guer* (singula verba) MJ. 24b. Cum *unan*: *pep unan* ('quisque') Cath. MJ. 95a. *sascun ha pep onan* (omnes et singuli) Buh. 54, 23. *da pep vnan* (cuivis) 154, 24. MJ. 94a. *hervez pep unan* (secundum unumquemque) 101b. *gant pep unan ezouf hanvet* (ab unoquoque nominor) 89a. Cum *heny*: *duet mat ouch huy ... ha pep heny en ty man* (accepti vos et quivis hic) Buh. 186, 2—5. *da pep heny a supplioff* (cuivis supplico) 142, 18. *ez dle pep heny goelaff* (quivis debet plorare) MJ. 3a. *dreist pep heny* (supra quemvis) 111b; cum *re*: *oar pep re* (super omnes) 85a. *dreis pep re* 36b. 40b. 93a. *da pep re* (omnibus) 151a. Buh. 62, 23.

Commune cornicae et aremoricae a cambrica alienum est adiectivum eiusdem fere significationis corn. KETTEP, arem. GUITIB (ad unum omnes, universi, cuncti) cum singulari numero constructum:

Corn. *kettep* (*ketep*, *ketop*) cum substantivo: *the escarn ol ketep tam* (tua ossa omnia singula frusta) O. 2743. *kettep dyner* (ad unum omnes denarios) D. 1514. 1538. *ketep map bron*, *ketep map pron* (unusquisque filius mammae) D. 892. O. 1162. *kettep pen* (singula capita) O. 1655. D. 462. 2769. *ketep pol* (id.) O. 2298. *yn kettep pen* (in singula capita) D. 762. *yn kettep pol* (id.) D. 841. 3054. *yn ketep pol* O. 2418; cum *onan*: *deugh yn rag ketep onan* (provenite universi) O. 2683. *y fethons myttyn parys ketep onen* (erunt mane parati unusquisque) O. 2307 sq. *ketteb onan* D. 837. *kettep onan* D. 2821. 2814. 2856. *gothve3ough ketoponon* (scietis unusquisque) P. 141, 3. *y iunctis ketoponon oll warbarth* (artus eius singuli omnes coniunctim) 181, 4. *y vellow kettep onan* (membra eius universa) D. 2770.

Arem. *guitib*, *guiteb*, cui semper subiungitur *un* vel *unan*: *diouz fet an bet guytibuntam* (de rebus mundi universis) MJ. 38a. *deut em requet infernalet guytebuntam* (venite a me iussi infernales ad unum omnes) 97a. *a huy na guel guytebunan* (nonne videtis vos cuncti?) 80b. *quement den so en bet guytibunan* (quot homines sunt in mundo ad unum omnes) 10a. *deomp guitibunan*, *guitibunan deomp*, *deomny guitibunan* (veniamus, eamus nos universi) Buh. 58, 4. 94, 5. 200, 14. *guitibunan cleuit an cas* (cuncti audite casum) 130, 6. *dan hol comun guitibunan* (toti communitati ad unum omnibus) 50, 23. *an pobl commun guytybunan* (vulgum ad unum omnes) MJ. 101b.

NEP (= hib. *nech*) praecipuum in sententia negativa locum habet. Cambrice fere absolutum (quisquam): *na vyr nep* (quod nescit quisquam) Leg. 2, 1, 27. *nyt oes delehet y nep* (non est debitum cuiquam) 1, 5, 13. *nys atwaenat neb or llu ef* (non norat quisquam ex agmine eum) Mab. 1. 24. *ny chaffwn i neb* (non inveniebam quenquam) 1, 10. Tamen etiam cum subst.: *neb ryw*, paulo infra. Cum articulo ante sententiam relativam, vid. supra (p. 393).

Corn. *nep*, *neb* semper coniunctum aut cum subst.: *nebtra* (aliquid) Voc. 10ᵃ. *yn neb chan a seruys* (in qualicunque genere servitii) P. 15, 2. *dre neb forth a gowytis* (per quampiam viam cupidinis) 15, 4. *yn nep maner* (ulla ratione) R. 497. *yn nep pow*, *in neb gulas* (in ulla regione) O. 1116. 1120. *nep den* (quisquam) R. 2552; aut cum sententia relativa (p. 393). Pronominis absoluti vice fungitur ONAN (p. 315): *an e3ewon onan* (e Iudaeis unus) P. 81, 1. *adrohas ... scoverns onan ane3e* (decidit aurem unius ex iis) 71, 2. *dre onan* (per aliquem)

42, 3. *onan y welsons ena* (aliquem viderunt ibi) 154, 3. *ken onan ȝys nan rolla* (nisi alius quis tibi eam dedisset, potentiam) 145, 2.

Cornicae propria forma HUNY magis servat vim numeralis, cf. supra *pup huny* (unusquisque); tamen etiam *leas huny* (multi quidem) P. 62, 4.

Arem. NEP eiusdem usus cuius cornicum: *hep nep mez* (sine ullo pudore) MJ. 16 b. *na ne alhet . . . nep manyer comps* (nec posset ulla ratione dici) 13 b. *nep en deuez gant fez carantez net ne gra nep lech a nep bech a pechet* (is qui habet cum fide caritatem sinceram, non committit quo loco it (?) ullum onus peccatorum) Buh. 62, 13. 14. *nep den* ('nemo'), *nep lech* ('neutrobi'), *nep tra* ('nihil') Cath. *nep heny* (quisquam) MJ. 22 a. 36 a. *nep re* (id.) 31 b. 68 a. Pro eodem pronomine absolute posito substituitur UNAN: *onan an sent* (unus e sanctis; sing. *sant*) Buh. 4, 6. 154, 24. *duet eo vnan* (venit aliquis) 22, 5. *euit vnan* (propter aliquem) 4, 19. *vnan gardis am traysso ahanoch* (unus e vobis audacter me prodet) MJ. 57 b. *dre unan ahanoch* (per unum e vobis) 58 b.

G. Substantiva pronominalia.

Cum alia quaedam possint huc referri ut *gwr* et *dyn* (homo), *peth* et corn. arem. *tra* (res), corn. *kynimys*, arem. *quement* (eadem magnitudo), tum cambrica memoranda sunt *rei* (corn. arem. *re*), *ryw*, *dim*, *sawl* (corn. *suel*, arem. *seul*), e quibus quaedam concordant cum hibernicis quae supra enumeravimus (p. 364). Eadem vox atque hib. *céle* haud dubie est cambr. *cilid*, corn. arem. *cele* in formulis *y gele*, *egile*.

REI cambrice constructum cum pron. plur. invenitur in Mab.: *mwy athegach oed honno nor rei ereill oll* (maior et pulchrior erat haec, navis, quam ceterae omnes) Mab. 3, 264. *llong oed vwy noc vn or rei ereill* (navis erat maior quam ulla e ceteris) 3, 269. Eodem modo plur. subst. *rann* (pars): *y buant y gwyr . . . yngoreskyn y kastell. ar ranneu ereill onadunt yn cadw y gaer* (viri ceperunt castellum, et ceteri ex iis custodiebant urbem) 3, 274. Dubitamus tamen, an sit etiam statuenda forma singularis *rei*. Obtinet locum pronominis eodem fere modo quo subst. hib. *luct*, *lín*: *rey adeueyt bod en edlyg pop rey o rey henne* (sunt qui dicant esse edelingum quemvis ex his) Leg. 1, 5, 5. *gwraged oll eithyr y rei oed yn gwassanaethu* (mulieres omnes exceptis iis quae erant ministrantes) Mab. 1, 5. *cyfyeith ar rei or adar ar anniueilet* (eiusdem linguae atque aliquae ex avibus et animalibus) 2, 231. *gellwng, gadu rei onadunt* (dimittere, servare aliquos ex iis) 2, 372. 3, 301.

Cornici *re* eadem est constructio: *war aga dewlyn y ȝe . . . re erell* (in genua sua ciderunt alii) P. 195, 1; idemque usus: *re an eȝewon . . . a leverys* (quidam e Iudaeis dixerunt) 203, 1. *gans re . . . en loven a ve tennys* (a quibusdam funis intentus est) 181, 3. *an keth rena a spedyas* (idem illi festinaverunt) 42, 2. *y pesys rag an keth re ren crowse ow ȝas whek beȝens yeoys ȝen rema aga nyscyte* (oravit pro isdem, qui eum crucifixerant: mi pater dulcis, ignoscatur his ipsorum inscitia) 185, 2. 3. Rarius de rebus: *an rema yr oberys* (haec facta sunt) O. 15.

Arem. *re* subst. sing.: *un re* (aliquis) Buh. 56, 11. 16. 58, 16. 138, 3. MJ. 223 b. 224 a. *calet re* (res dura) 44 b. Plerumque tamen pluralem significans ac respondens singulari *heny* (ut hodie): *an re so afuyus* (ii qui sunt invidiosi)

MJ. 11 a. *an re nen care* (ii qui eum non amabant) 84 a. *entre re mat* (inter homines bonos) Buh. 104, 12. *an re dieug* (h. ignavi) MJ. 12 a. *da an hol re* (omnibus) 10 a. *dreist pep re* (supra omnes) Buh. 154, 9. Coniuncti huius substantivi cum pronominibus possessivis, demonstrativis, infinitis exempla supra proposita sunt.

Cambr. RIU (genus; cf. interrogationem qualitatis *py ryw*, *pa ryw*, p. 399): *ryw genedyl aelwit y coranneit* (genus nationis, natio quaedam, quae dicebatur Corantii) Mab. 3, 299. *ydywawt lleuelis wrth yvrawt yrodei ryw bryuet* (dixit L. fratri suo, se daturum ei genus insectorum, insecta quaedam) 3, 301. *y bu ef yn hir yn yr agherdet hwnnw. heb dywedut vngeir wrth neb ryw gristawn* (fuit diu in regione hac invia, ut non diceret ullum verbum ad quenquam Christianum) 1, 266. *vn ryw ymadrawd* (idem nuntius) 1, 244.

Cambr. DIM (res): *awdost di dim* (scisne tu aliquid?) Mab. 2, 232. 233. *gouyn idaw awydyat ef dim ywrth twrch trwyth* (quaerere ex eo sciretne aliquid de T. t.) 2, 243. *gwrdu mawr awely . . . ny bo llei odim no deuwr owyr y byt hwnn* (nigrum virum magnum videbis, qui nihilo minor sit quam duo e viris huius mundi) 1, 6. *rac gossod or lleygyon dym auey yn erbyn er escrythur lan* (ne quid statueretur a laicis, quod esset contra scripturam sacram) Leg. praef.

Cambr. SAWL (copia, multitudo) cum art.: *y sawl ae gwelei kyflawn vydei oe serch* (quicunque eam videbant replebantur amore eius, puellae) Mab. 2, 218. *yna y kychwynnwys kulhwch agoreu . . . ar sawl a buchei drwc y yspadaden* (tunc accesserunt C. et G. et quotquot erant malae voluntatis in Y.) 2, 248.

Corn. *suel* sine art.: *suel a vynno bos sylwys* (quisquis volet salvari) P. 2, 1. *suel a wressa both y das* (quisquis fecerat voluntatem patris sui) 213, 2. *suel a wresse* (quidquid fecisset) 119, 4. *suel a vynna y clewas* (quisquis volebat, audivit) 79, 2. *pu suel a vynnyth* (quidquid vis) D. 592. *sul a then nef* (qui it ad caelum) R. 136. Recentius *seyl* scriptum: *rag maga seyl a theyg bewnans* (ad alendum quisquis fert vitam) Cr. 98. 99.

Arem. *seul*: *seul ma en coufhaf ez graf joae* (quotienscunque eius memini, gandeo) MJ. 6 b. *seul a anquen hac a penet a gouzafvet* (quantum angoris et doloris patimini!) 125 a. *seul muy oarsu so a pechet seul muy poan racse so dleet* (quanto plus igitur est peccati, tanto maior poena propterea debetur) 68 b. *ha seul a glachar preparet so deoch dreist pep den ordrenet* (et tantum supplicii paratum est vobis supra quemvis ordinatum) 125 b.

Cambr. CILID (socius? cf. hib. *céle*) frequens cum praep. *di*, *y* (= hib. *do*): *dir earnou fin tref peren or carn di cilid diguairet bet imor hafren* (ad lapidum cumulos terminos vici P. a cumulo ad cumulum deorsum ad mare Sabrinae) L. Land. 226. *dyrnodeu calet tost arodei bawp onadunt y gilyd* (plagas duras firmas dabat quivis ex eis alteri) Mab. 2, 51. *o drwc y gilyd y kaffat y grib* (de malo ad malum, de periculo ad periculum sumptum est pecten; i. e. aegerrime sumptum est) 2, 246. *or pryt y gilyd* (ab uno tempore ad alterum; i. e. ab una hora ad eandem insequentis diei) 3, 193. Praeterea cum pron. poss. 3. pers. *y*, *e*: *pob un onadunt aaeth dwylaw mynwgyl ygilyd. ac o vrawdoryawl garyat pob vn aressawawd ygilyd onadynt* (uterque posuit manus circum collum alterius, et amore fraterno uterque salutavit alterum) 3, 300. *hyt na mynnei yr vn vot heb y gilyd* (ita ut nollet alter esse sine altero) 3, 145.

tagneuedwyt pawb onadunt ae gilyd (pacem composuit uterque eorum cum altero) 2, 66. *nyt attebei yr vn mwy noe gilyd* (non magis respondit unus quam alter) 1, 258.

Cornice et aremorice item. Corn.: *hay yll troys a ve gorris poran war ben y gele* (et unus eius pes positus est recte super alterum) P. 179, 3. *an nyl thotho a delle pymp cans dyner monyys ha hanter cans y gyle* (unus ei debebat quingentos denarios monetarum et quinquaginta alter) D. 504—6. *ha me a gylm y gyle* (et ego vinciam alterum; cf. *me a gylm an nÿl* 2785) D. 2788. *golhens pup ltreys y gyle* (lavato quisque pedes alterius) D. 877. BEN ad feminina relatum: *eys crist y a gemeras an neyll lef bys yn y ben* (longitudinem Christi ii sumpserunt ab una manu usque ad alteram) P. 178, 2. *my a dyl tol rak hybeen* (ego forabo foramen pro altera, manu) D. 2749; sed etiam ad masc.: *ha why dreheueugh ybeyn* (et vos erigite, suspendite alterum) D. 2826. *cachaf yben* (capiam alteram, extremitatem, *pen*) O. 2816.

Arem.: *servig cuf ufvel evel se an eil deguile a grehet* (servitium come humile item alter alteri facite) MJ. 54b. *a ty de guile* (a domo ad domum) 84a. *de guile* (ad alteram, manum; *dorn* m.) 136a. *an eil oar eguile* (alterum super alterum, pedem) 137b. *duet de guile* (venite ad alterum, clavum) 158b. *ann eil heguile* ('uterque'), *ann eil tu heguile* ('utrinque, utrobique'), *nanneil neguile* ('neuter') Cath. Hodierna: *ann eil égilé* (alter alterum), *ann eil hag égilé* (uterque), *ann eil hag ébén* (utraque).

H. Formulae pronominales.

Inprimis memorandum est cambricum *hun* (i. e. *un*, unus, solus) vel derivatum *hunan*, plur. *hunein*, cum pronominibus possessivis *vy*, *dy*, *e* etc., e sensu proprio transgrediens in significationem latini *ipse*.

HUN: *pwy aerchis itti eisted yna. myhun heb ynteu* (quis te iussit sedere ibi? ego ipse, inquit) Mab. 2, 65. *nyt oed o blant ym tat i namyn myvi vy hun* (nihil prolis erat patri meo nisi ego ipsa) Mab. 1, 252. *ohonaf vy hun* (a me ipso) 3, 34. *ar vympenn vy hun* (in meum ipsius caput) 1, 9. *hyt vy llys vy hun* (in aulam meam ipsius) 1, 10. *kymer dy hun ef* (sume tu ipse id) 1, 238. *kyhyrdu kewilyd amiui ac athyhun* (aequalis ignominia mea et tua ipsius) 2, 25. *am dy agkemhendawt dy hun* (propter tuam ipsius impudentiam) 2, 65. *ef ehun yny priawt person* (is ipse in sua propria persona) 3, 303. *arthur yn y lys ehun* (A. in sua ipsius aula) 1, 22. *iarlles ehun yn yr ystauell* (comitissa sola in cubiculo) 1, 18. *arnaw ehun*, *idaw ehun* (de se ipse, sibi ipse) 1, 10. 239.

HUNAN: *yth person dy hunan* (in tua ipsius persona) Mab. 3, 302. *y lladawd peredr. y iarll ehunan* (occidit P. comitem ipsum) 1, 291. *eithyr leassgeuyn ehunan* (praeter L. ipsum) 2, 243. Plur.: *drwc arnom ny hunein* (malum super nos ipsos) Mab. 3, 29. *dywedut yryngtunt ehunein* (dicere inter se ipsi) 2, 39. *datrithaw yneurith ehunein* (restituere in formam propriam ipsorum) 2, 235.

Hanc formam solam habent ceterae dialecti. Corn.: *me a vyn mos ow honan* (volo ire ipse) D. 87. *ow colon ow honan* (meum ipsius cor) R. 2042. *ty the honyn the balas* (tu ipse ad fodiendum), *sens the honan* (tene ipse), *gothaf the crus the honan* (patere tuum ipsius iudicium) O. 345. 1455. 2248. *te a woȝye ȝe honon* (tu sciebas ipse), *lavar ȝymmo ȝe honon* (dic mihi ipse) P. 101, 2. 4. *ny*

ve ragtho y honan (non fuit pro ipso) 6, 1. *crist y honon* (Christus ipse) 160, 4. *del leuerys y honon* (ut dixit ipse) 256, 4. *bones vn den y honan* (esse hominem solum) O. 94. *y honan yth ymwanas* (ipse se occidit), *emlathe y honan* (se interficere ipsum) R. 2065. 2073. *del vynsyn agan honan* (ut ipsi voluimus) O. 16. *guel yv thywhy why mones ages honan* (praestat ut vos eatis ipsi) R. 641 sq. *pan vynnogh agas honon*, *pan vynnough agis honon* (si vultis ipsi) D. 545. P. 37, 4. *olough rag agis fleghys ha ragough agis honon* (flete propter liberos vestros et propter vos ipsos) 169, 1. *warnough agas honan* (de vobis ipsis, flete) D. 2642.

Arem.: *ma hunan* (ego ipse, ipsa, ego solus, sola) Buh. 6, 8. 12, 20. 132, 7. *az tu da hunan* (e tua ipsius parte) MJ. 77 b. *e hunan* (ipse) 142 a. *hoz unan* (vos, tu sola) Buh. 36, 2. *huy hoz hunan* (tu solus) MJ. 44 b. *oar ho cas hoz unan* (de vestro ipsarum casu) 125 a. Item hodie: *enn oun va unan* (in me ipso), *anézhan hé unan* (ab eo ipso), *ac'hanoc'h hoc'h unan* (a vobis ipsis).

LIBER TERTIUS.

DE VERBO.

Verbum utriusque linguae, et hibernicae et britannicae, non solum flexionibus abundat, sed etiam particulis comitantibus eodem fere modo, quo articulus est substantivi comes. Quae particulae, temporum potissimum indices, multum adiuvant systema verbi celtici. Agetur ergo singulis capitibus de systemate verbi eiusque particulis, atque de flexione.

CAPUT PRIUS.

De systemate verbi et particulis verbalibus.

Monumenta vetustiora tam inter se quam cum recentioribus linguae formationibus comparata demonstrant unum idemque systema verbi celtici principio valens per omnes dialectos. Produnt in utroque genere, activo et passivo, e quibus hoc flexionum copiae iam est minoris, terna tempora: praesens, praeteritum, futurum. Sunt autem duplicia haec tempora, utpote primaria et secundaria, differentia terminationibus personarum et usu. Trium primariorum indicativi forma indicativi sensum prae se fert; de secundariis duo tam indicant, hac potissimum functione congruentia cum iis temporibus, quae a grammaticis latinis dicuntur imperfectum et plusquamperfectum, quam in coniunctione et condicione adhibentur, i. e. in eadem forma qua cum indicativi sensu posita coniunctivi et potentialis condicionalisque vice funguntur; tertium cum romanarum, quas dicunt, linguarum futuro imperfecto vel condicionali comparandum, ab indicativo fere exclusum coniunctive aut condicionaliter poni solet. Futuri exacti propria forma, aliena a dialectis britannicis, in vetusta lingua hibernica quamquam extat, tamen neque usu semper distinguitur a futuro primario, nec forma a coniunctivo (vel optativo) praeteriti.

Coniunctivi forma propria in dialectis britannicis ultra praesens tempus vix patens (cum in vet. hibernica reliquiae coni. praeteriti extent) in isdem

partim supplet defectum futuri. In imperativi formis servatis concordant linguae celticae cum aliis, discordant autem varietate terminationum infinitivi, qui principio est solius praesentis activi, et secundum formae varietatem et usum potius est dicendum substantivum verbale. Participia extant passivi praeteriti et necessitatis, sed nullum activi, ne praesentis quidem; sunt tamen hibernicae vetustae formae propriae relativae, praesentis et futuri (vix praeteriti) utriusque numeri, quae participiorum fere vice funguntur. De numero, personis, verbo activo transitivo et intransitivo vel neutro, quae omnia sunt ut in ceteris linguis, non est quod memoretur; tantum adnotandum est propriam formam reflexivam celticam non magis esse verbi quam pronominis, et actionem reflexivam vel reciprocam indicari aut pronominis communi forma eius personae, quae in se agit, aut particula *im-* praeposita. Denique sicut nomina, sunt etiam verba quaedam a communi flexionis regula recedentia, tam hibernica, quam britannica, inter quae verbum substantivum non solum formarum sed etiam radicum varietate praecellit.

Viget per tempora, quae memoravimus, flexio personalis, sua quamque personam terminatione significans, cui saepius nota pronominalis amplians (p. 324), rarius pronomen personale ipsum additur; quae flexio est communis affinium linguarum omnium. Sunt autem iam in vetustis monumentis initia propriae cuiusdam linguarum celticarum flexionis impersonalis, magis magisque invalescentis in dialectis recentioribus; per quam flexionem sola tertia cuiusque temporis persona singularis adhibetur, ceterae personae significantur additis pronominibus personalibus. Quae pronomina infigit vetusta lingua in passivo solo (hibernica etiam in verbi substantivi formis quibusdam); huius vero generis flexio primitiva personalis propria illa personarum significatione iam destrui coepta est tam in vetusta hibernica, quae iuxta tertiam singularis numeri tertiam pluralis sed non ceteras in communi usu servavit, quam in cambrica, quae solam fere tertiam singularis retinuit. Recentior lingua addens formas pronominum absolutas ad verbum tertiae personae, non solum in passivo sed etiam in activo, omnem flexionem personalem plus minusve perdidit.

E particulis verbum comitantibus communis utriusque linguae est una *ro* nota actionis perfectae, quamquam haec ipsa deficit aetate recentiore; in aliis temporibus diversae inveniuntur.

I. Particulae verbales hibernicae.

Sunt RU (*ro*) et NU (*no*) notae usitatae illa actionis perfectae, haec infectae (inficiens utraque), quarum prior haud dubie eiusdem originis cuius particula intensiva (cf. compositionem particularum insepar.) conferenda esse videtur cum lat. *pro-*, got. *fra-* (p. 67), posterior cognata graeco *νῦν*, lat. *nunc*, got. *nu*.

RU (plerumque *ro*, rariore nec satis certa forma *ra*) nota actionis perfectae, praeterito potissimum addita, praecedit ante verbum simplex, in verbo composito intromitti solet post praepositionem.

1. Praecedens ante verbum simplex in activo: *ished rorélus dúib* (est hoc quod manifestavi vobis) Wb. 13ᵃ. *rochrochsat cr.* (crucifixerunt Christum) 5ᶜ. *rochreitset do precept ihu.* (crediderunt doctrinae Iesu) 24ᵈ. In passivo: *isdiarfoirbthetuni roscribad* (ad nostram perfectionem scriptum est) Wb. 2ᵈ. *istrithairmthecht rechto rofoilsiged peccad* (per transgressionem legis manifestatum est peccatum) 13ᵈ. Facile intellegitur idem fieri in denominativis, etiamsi a praepositione inchoentur: *roadbartaigset* (obtulerunt; subst. *idbart*, oblatio) Ml. 26ᵇ. *roetarcnaigestar* (gl. confessione notavit) Ml. 32ᵇ. *roerbirigsem* (gl. causati sumus) Ml. 35ᵃ.

Excidit interdum particula praeteriti, praesertim post alias particulas, ut *ó*, *ní*: *ochretsit nintá airli armban* (ex quo crediderunt non est nobis oboedientia mulierum nostrarum) Wb. 31ᶜ; item in formis verbi substantivi *ni pu*, *ni po* (non fuit). Tamen etiam: *ní rorois* (gl. non haesitavit) Wb. 2ᵃ; ac cf. formas verbi substantivi *nirbo*, *ciarbo* etc.

Vix erit adnotandum, infixa pronomina personalia vel relativum intercedere inter particulam et verbum, ut *rotgádsa* (rogavi te) Wb. 27ᵈ. *robgadammarni* (rogavimus vos) 24ᵈ. *raclóisom* (subegit eum) Tr. 18. *ithé ronicc* (sunt hi quos salvavit) Wb. 28ᵇ. *rotoltanaigestar* (gl. placitum, Caesari; cf. p. 345) Sg. 7ᵇ. Item pleonastice additum *d*: *cerudbói iudas et cerudbatar iudei occathindnaculsom nimaricc fed manitindnised intathir nemde* (gl. pro nobis omnibus tradidit filium suum; i. e. quamquam fuit Iúdas et quamquam fuerunt Iudaei in eius traditione, non salvaret me nisi tradidisset pater caelestis) Wb. 4ᵇ. *ciarudchualatar ilbélre* (quamquam audierunt multas linguas) 12ᵈ. *marudscarsid fritola* (si secessistis a cupiditatibus) 27ᵃ. *marudchoiscset ammuintir* (si castigaverunt familiam suam) 28ᶜ. *marudbaitsius* (si baptizavi) 8ᵃ.

Particulae vocalis regularis non solum per infectionem vel assimilationem transit in alias, *ui*, *oi*, *i*, sed etiam saepe omnino absorbetur, solam *r* relinquens, ut si vocali aut inchoatur verbum vel pronomen infixum aut antecedens particula terminatur, sive alia coalescens cum forma insequenti, sive praepositio in verbis compositis; id quod patet ex formulis verbi substantivi *nirbsa*, *ciarpsa* (non fui, quamvis fui), *nirbo*, *ciarbo* (non fuit, quamvis fuerit) atque ex aliis exemplis mox sequentibus.

2. Particula praeteriti in verbis compositis intercedens fere: *a*) in verbo simpliciter composito inter praepositionem et verbum: *asruburt* (dixi), *asrubart* (dixit), *asrubartmar* (diximus) Wb. Sg. fq. *asrochoili* (destinavit) Wb. 10ᵇ. *atrothreb*, *adrothreb* (habitationem sumpsit) 26ᵈ. 27ᵃ. *aconrodelgg* (gl. conferens) Sg. 40ᵃ. In his combinationibus plerumque deficit vel alteratur vocalis aut verbi aut particulae: *dirogbad* (desumptum est; = *dirogabad*) Sg. 9ᵇ. *durolged*, *duroilged* (remissum est; = *do-ro-luged*) Wb. 2ᶜ. 3ᵇ. *asrobrad* (dictum est; *asbiur*, dico) Wb. fq. *foruigensat* (serviverunt), *foruigensid* (servivistis; *fogniu*, servio) Wb. 1ᵇ. 3ᵇ. *peccad diaforgénsam oose* (peccatum cui servivimus hucusque; = *fo-ro-gensam*) 3ᵃ. *dorignius* (feci), *dorigni*, *dorigeni* (fecit), *dorigensat* (fecerunt; *do-ro-g.* e praes. *dogniu*, facio) Wb. fq.

b) In verbis dupliciter vel multipliciter compositis inter praepositionem primam et secundam: *forrochongart* (praecepit; praes. *for-con-gur*) Wb. 20ᶜ. *imrimgabsat* (gl. declinaverunt; = *im-ro-img.* e praes. *imimgabim*) Cr. 39ᵃ. *im-*

meruidbed (circumcisus est; pro *imme-ru-di-bed*) Wb. 18ᵈ. *dorósat* (condidit, = *do-ro-fo-sat*) Sg. 31ᵇ. *foracab* (reliquit; *fo-ro-a-c.* e praes. *fo-acbim*, *fo-ad-gabim*) Inc. Sg. *durairricc* (gl. pertulerat) Ml. 33ᵇ. *conrairleic* (gl. permisit) Ml. 32ᶜ. *remiriérchóil* (gl. praedestinavit) Wb. 4ᵇ. *trimirothorndiussa* (gl. transfiguravi; = *trimi-ro-th-o-rnd.* cum praepositione triplici *tremi-do-fo-rend*) 8ᵈ. *durairngert* (promisit; = *do-ro-air-chong.*, cf. subst. *tairngire*, promissio) 30ᵇ.

Interdum tamen in dupliciter compositis nota praeteriti sequitur alteram praepositionem, praesertim accedentibus pronominibus infixis, ut in praeterito frequenti in Wb. *imforling*, *immeforling* (effecit), *immumforling*, *immidforling* (effecit me, id), *imforlinged* (effectum est; praes. *imfolngi*, *immefolngi*, compos. *im-fo-leng*). Item *doforsat* (constituit, construxit) Ml. 17ᵇ. Sg. 31ᵇ pro *do-fo-ro-sat*, cum in eodem loco Sg. sit *dorósat*.

Contra particula praeteriti verbo composito semper invenitur praemissa post particulas *in*, *ni*, *ná*, *nád*: *inroimdibed* (num circumcisus est?) Wb. 2ᶜ. *istiamthe immeruidbed et ni roimdibed tit* (Timotheus erat circumcisus et non circumcisus Titus) 18ᵈ. *isairi robóisom octatháir imdibi hóre ni roimdibed* (ideo vituperabat ipse circumcisionem quia non erat circumcisus) 23ᵈ. *ni rothuillisem buidi do neuch* (gl. non fuimus in sermone adulationis) 24ᵈ. *ni ruthógaitsam nech* (gl. neminem circumvenimus) 16ᵃ. *ni ruforaithmenairsom*, *ni ruforaithmenair dd.* (non meminit ille, David) Ml. 24ᵃ. 24ᶜ. *ní ruthochurestar* (non excivit; Ml. 16ᶜ: *dorochurestar*, gl. exciverat) Ml. 18ᵈ. *huaire nád riarfact*, *huaire nád riarfactatar* (quia non quaesivit, quaesiverunt) Wb. 2ᵃ. *ní nad rinduasldatar acht inrualdatar* (gl. periculo trepidationis incurrerent) Ml. 24ᵇ. Nec vero mirandum est in aliis exemplis eandem particulam prorsus excidisse (ut excidit in verbis simplicibus): *ní thucsatsom*, *ni tucsat* (non intellexerunt; pro *ni do-ro-ucsat*, cf. Wb. 26ᵇ: *ni uainn raucsat ní accatar linn*, gl. non secundum traditionem quam acceperunt a nobis, ambulant) Wb. 8ᶜ. 15ᶜ. *am. donairchet* (ut praedictum est) 13ᵃ.

Pronomina infigenda infigi solent inter praepositionem et particulam verbalem, sive simpliciter sive multipliciter verbum compositum est: *ní maith domrignis* (non bonum me fecisti; *do-m-ri-gn.*) Wb. 4ᶜ. *ciasidruburt* (quamvis id dixi; *as-id-ru-b.*) Sg. fq. *am. fondrodil incoimdiu dochách* (gl. unicuique sicut divisit deus; *fo-nd-ro-d.* e praes. *fodálim*) Wb. 10ᶜ. *immumruidbed* (circumcisus sum; *imm-um-ru-di-b.*) 23ᵈ. *fotrácbussa* (gl. reliqui te; *fo-t-ro-a-gabus*) 31ᵇ. *forrusuidigsetar* (gl. qui supposuerunt; *fo-n-ru-s.*) 7ᵇ. *hóre dorrigeni* (quia fecit; *do-n-ri-geni*) 15ᵈ. Mire igitur: *dorondonadni* (gl. consolati sumus) Wb. 16ᵇ.

Eadem particula addita et coniunctivus praesentis et praesens secundarium convertuntur ad significationem praeteriti. Ut coniunctivus: *act ranglana* (gl. siquis emundaverit se) Wb. 30ᵇ. *act rocretem oipred dæ* (modo crediderimus operationem dei) 27ᵃ. *act rocretea deacht et dóinecht cr.* (modo crediderit deitatem et humanitatem Christi) 27ᵇ. *mani rochosca som amuntir* (si non castigaverit ille familiam suam) 28ᵇ. *ma eterroscra* (si secesserit, mulier a viro) 9ᵈ. *acht asringba* (modo excesserit) Sg. 71ᵃ. 169ᵃ. 187ᵃ. *rofoirbthiger* (gl. cum consummavero) Wb. 7ᵃ. *act rachomalnathar* (modo id impleverit) 31ᵇ. *act arroilgither indepistilse dúibsi* (gl. cum lecta fuerit apud vos epistula) 27ᵈ. *act rocomalnither inso uile* (gl. tunc revelabitur; i. e. cum impletum fuerit hoc omne) 26ᵃ.

hobu rorbaither ingnim (gl. negotio iam parato; = *roforbaither*) Ml. 15ª. Praesens secundarium: *risiu robeimmis etir* (antequam fuissemus omnino; contra *nobemmis*, essemus) Wb. 29ᵈ. *combad notire rodscribad cosse* (ut sit notarius qui id scripserit hucusque) 27ᵈ. *combad uad roainmnigthe* (ut inde nominatum sit) Sg. 106ᵇ. *iscumme di roberrthe* (est idem ei, feminae, acsi esset decalvata; paulo ante: *am. doberrthe*, gl. acsi decalvetur) Wb. 11ᶜ. *cerudglanta tribathis nita cumacc do cháingnim* (ut purgatum sit per baptismum, corpus, non est potens benefaciendi) 4ª. *dinadrícthe* (de quo non sit salvatus) 28ᵇ. *dunarructhae* (cui non sit natus) Tir. 11.

Extra praeteritum eadem particula ad futurum tempus maxime conversa tam futuro ipsi additur quam coniunctivo, tam primariae formae quam secundariae.

Futuro praesertim verborum anomalorum, inprimis verbi substantivi 3. pers. BIA, BIAT in sententia affirmativa (cum particula negativa, sine *ro*: *nibia*, *nipia*, non erit). Primarii exempla non infrequentia: *robia indocbáal* (erit gloria) Wb. 4ᵇ. *robiat sidi* (erunt, esse possunt haec), *robiat archuit folid* (esse possunt quod ad significationem) Sg. 71ᵇ. 138ª. *huare rombi* (quia erit, esse potest) 29ᵇ, vel cum pronominibus infixis: *isgié limsa rombia buáid* (est persuasum mihi, fore mihi victoriam) 11ª. *rotbia lóg*, *rotbia adbar* (erit tibi merces. causa) 6ª. 20ª. *rambia dígal* (erit ei ultio) 27ᶜ. *ronbiani indocbál* (erit nobis gloria) 14ᶜ. 25ª. *robbia indocbál*, *ropia nem*, *ropia lóg*, *ropia anorpe nemde* (erit vobis gloria, merces, caelum, hereditas caelestis) 13ᵈ. 22ᵇ. 23ᶜ. 27ᶜ. *rosmbia lóg* (erit iis merces) 6ª. *cách rotchechladar ocprecept* (quicunque te audiet praecipientem, salvabis) 28ᵈ. *rofessursa indas nombiedsi* (sciam quo statu sitis) 9ª. *rofestar cachmbelre* (sciet quamvis linguam) 12ᵈ. Quin etiam cum negatione: *nirubi nechtar de* (neuter eorum erit) Wb. 11ᶜ. — Secundarii: *rondbiad failte libsi et robtis maithi formbesasi* (futuram ei esse laetitiam apud vos et fore bonos vestros mores) Wb. 16ᵇ. *rombad oirdnide achland* (fore ut esset ordinata eius proles) 2ª. *robad bethu dom dianchomalninn* (foret vita mihi, si id implerem) 3ᶜ. *roptis imdai piana* (forent multae poenae) Ml. 15ᶜ.

Coniunctivo qualiscunque verbi *ro* praemittitur praesertim cum particula CON, CO: *conrochra cách alaile* (gl. deus det vobis id ipsum sapere in alterutrum; i. e. ut amet quivis alterum) Wb. 6ᵈ. *conrogba cách desimrecht diit* (ut sumat quivis exemplum de te) 28ᵈ. *conrogbaid desemrecht di cr.* (gl. dominus dirigat corda vestra in patientia Christi; i. e. ut sumatis exemplum de Chr.) 26ᵇ. *conrogbat desimrecht diim* (gl. sustineo propter electos; i. e. ut sumant exemplum de me) 30ª. *conrobam i flathemnacht la cr.* (gl. transtulit nos in regnum filii dilectionis suae; i. e. ut simus in gloria apud Christum) 26ᶜ. *conrobat inhellug coirp cr innim* (gl. thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, praecipe divitibus; i. e. ut sint in unione corporis Christi in caelo) 29ᶜ. *corrochraitea sochuide triit* (gl. ut ecclesia aedificationem accipiat, fiat interpretatio) 12ᶜ. *corronertamni cách* (ut nos confirmemus quemvis) 14ᵈ. *cororélam rúna incholnigthea et geine cr.* (ut manifestemus mysteria incarnationis et naturae Christi) 27ᶜ. *condonroib indocbál* (ut sit nobis gloria) 15ᵇ. 20ᶜ. *ished torbe nammáa tra aratobarr labrad ilbelre conroadamrigther dia triit et combat irlamaidc indancreitmich dochretim* (gl. itaque linguae in signum sunt non fidelibus sed

infidelibus, 1. Cor. 14, 22; i. e. est haec igitur utilitas tantum ob quam datur locutio multarum linguarum, ut glorificetur deus ea, et ut sint promptiores infideles ad fidem) Wb. 12[d]. *conrictar huili genti* (ut salventur omnes gentes) 5[c]; cum ARAN: *araroib saingné* (esto proprius habitus) 5[a]. *arndomroibse fochricc* (ut mihi sit merces) 10[d]. Item in sententia negativa: *nachinrogba uáll* (ne nos capiat superbia) Wb. 15[d]. *arnarimfolngar* (ne efficiar) 10[c]. *arnachitrindarpither* (ne expellaris) 5[b]. *arnaroib* (ne sit) Sg. 2[a]. Wb. 5[a]. 29[a]. *fribarpecthu arnarobat lib* (gl. irascimini; i. e. peccatis vestris, ne sint in vobis) Wb. 22[b]. *nosnguidsom arnarobat leu inpecthise* (gl. rogamus vos, ut quieti sitis, 1. Thess. 4, 11; i. e. rogat eos, ne sint in iis peccata haec) 25[b]. *arna conroib dethiden forneuch* (ne sit cura cuiquam) 15[d]. *conaroib* (ne sit) 16[c]. 21[c]. *conarobat duulchi lat* (gl. sollicite cura te ipsum; i. e. ne sint vitia in te) 30[b]. Quamquam etiam sine particula extant *combat* (ut sint), *arnapat* (ne sint).

Post particulam interrogantem: *dús inrictar* (si forte salvetur) Wb. 10[a].

Ro sine altera particula praemissum coniunctivo cum significatione imperativi: *robe* (sit) Wb. 18[c]. *rop* (id.) Inc. Sg. *ni rochumscigther són beos* (ne summoveatur hoc etiamnunc) 30[b]. *roerthar dúib uili* (fiat vobis omnibus, = *roferthar*) 18[a]. *ronnain* (protegat nos) Colm. h. 30; vel imperativo ipso: *ronsoirni* (salva nos) Ml. 41 r.

Exempla formulae CONRO, CONARO cum terminationibus praesentis secundarii: *conróbad écoscc achenebil foir* (ut esset habitus in eo suae gentis) Wb. 6[d]. *conrobad* (ut esset) 16[c]. 17[a]. 28[c]. *conroibtis* (gl. volentes esse), *conromiccad* (ut salvaret me) 28[a]. *conrochretesi* (ut crederetis), *conrointsamlithe* (ut imitaremini), *connáruchretesi* (ne crederetis) 17[a]. Cf. exempla praes. secund. plur. 2. pers. cum sensu coniunctivo.

NU (plerumque *no*) nota actionis infectae, naturalis igitur comes praesentis (tam indicativi quam coniunctivi) et futuri, exclusa tamen a sententiis negativis atque interrogativis, neque unquam infixa, non praecedit fere nisi iis verbis, quae non sint composita. Post particulam *no* infigi pronomina ut post *ro*, patet ex exemplis mox sequentibus.

Temporibus primariis, praesenti et futuro, duplici potissimum condicione haec particula praefigitur.

Primum, si pronomen infigendum est verbis non compositis, necessario additur particula.

Ut in praesenti: *nommóidim* (glorior. laudo me) Wb. 14[c]. *nonmóidemni* (gl. gloriamur) 2[d]. *nobguidet .i. nobbendachat* (gl. salutant vos, omnes ecclesiae Christi) 7[b]. *nobéttigetar* (gl. aemulantur vobis, non bene, pseudapostoli) 19[d]. *nosnguidsom* (rogat eos) 25[b]. *intan asmbiursa meus engraicigidir insin mo ainm díles 7 nomréla et nometargnigedar* (si dico meus, locum tenet hoc nominis mei proprii et manifestat me et notificat me) Sg. 200[b]. *nomglantar* (gl. emungor) 178[b]. Coni.: *bad samlith nachomalnith* (sit ita ut ea impleatis, ita implete ea) Wb. 13[a]. Imper.: *nanglanad* (purget se) Wb. 11[d]. In futuro: *nonsamlafammar frinn fesine* (gl. non in immensum gloriabimur sed secundum mensuram; i. e. comparabimus nos nobiscum ipsi) Wb. 17[c]. *nobsóirfasi dia dinab fochidib* (servabit vos deus a tribulationibus) 11[b]. *nomlínfidersa* (gl. complebor) Ml. 33[b].

Tum in sententia relativa qualicunque, frequenti usu, etsi non necessario.

Ut sine pronomine relativo infixo: *ished inso nochairigur itossuch* (hoc est id quod vitupero primum) Wb. 11ᵈ. *ished noadamrugur* (hoc est quod admiror) 16ᶜ. *ished inso anaithescc noberid uaimm* (hoc est praeceptum quod fertis a me) 9ᵈ. *isfriss nasamlur* (cum eo comparo eum) 3ᵃ. *forsanobith* (super quem estis) 20ᵇ. Coni. *nobendachthar* (gl. benedici) Ml. 33ᵈ. Cum pronomine relativo infixo: *nonguidimse dia* (quod precor ego deum) Wb. 27ᵈ. *comalnid annupredchim* (implete id quod praedico) 8ᵈ. *nopredchimse* (q. praedico) 28ᵇ. 29ᵃ. *nocari* (q. amas) 6ᶜ. *nopredchob* (q. praedicabo) 17ᵇ. *nonsóirfea* (quod nos salvabit) 24ᶜ. *nondasoirfea* (quod eos salvabit) Ml. 27ᵃ. Itaque cum coniunctionibus: *lasse nondobsommigetar* (gl. locupletati: augebit, deus, incrementa frugum iustitiae vestrae, ut in omnibus locupletati abundetis; i. e. tum cum locupletabunt vos) Wb. 17ᵃ. *hore nocretim* (quia credo) 1ᵃ. *hore nocomalnid et nopredchid sos.* (quia impletis et praedicatis evangelium) 23ᶜ. *hóre nopredchimse* (quia praedico ego) 23ᵇ. *hore nondobmolorsa* (quia laudo vos) 14ᶜ. *hóre nosmóidet* (quia gloriantur) 17ᵃ. *intain nombiu* (cum sum) 20ᵃ. *intain nombeid* (cum estis) 27ᵃ. *intan nonnguirtherni* (gl. quando ignimur) Tr. 106. *am. nondubcairimse* (ut ego amo vos; cf. Wb. 25ᵃ: *am. rondobcarsamni*, ut nos amavimus vos) Wb. 23ᶜ. *annongeiss* (cum rogas) 30ᵇ. *annonderbid* (gl. probantes; i. e. cum probatis) 22ᵇ. Quin etiam cum praeterito primario verbi compositi: *annudacomart* (cum caederet) Ml. 36ᵈ.

Denique alias quoque coniunctiones haec particula verbalis sequi potest. Exempla: *honuntogaitarni* (ex quo fraudamur) Ml. 32ᵃ; saepius post *ce* et *ma*: *cenodfil chotarsnataith etarru* (gl. quamvis habeat aliquid contrarium) Sg. 29ᵇ. *cenodfil posit grecda do* (gl. licet a graeco: ocior quasi ab oco, quod in usu non est, licet a graeco est ὠκέως, Pr. 11, 5, 21; i. e. quamvis sit positivus graecus ei) 192ᵇ. *cenotad maicsi raith* (quamvis sitis filii vos gratiae) Wb. 33ᵃ. *cenonmolid cenonairid* (sive nos laudatis sive nos reprehenditis) 16ᵃ. *cenuslabratar* (etsi eas locuntur, linguas) 12ᵈ. *manumgaibi archarit* (gl. si ergo habes me socium, suscipe illum) 32ᵃ. *manudubfeil inellug coirp cr.* (gl. si autem vos xpi. estis) 19ᵃ. *manudfel inspirut nóib indiumsa* (si est spiritus sanctus in me) 11ᶜ. Coni.: *manuddlegar ní do* (si quid debet) 32ᶜ.

Saepissime vero haec particula praecedit temporibus secundariis cum triplici eorum usu, indicativi, coniunctivi, condicionalis vel potentialis.

Praesentis secundarii indicativus: *noscarinn* (separabam me, secedebam) Wb. 24ᵃ. *nosenned* (gl. citharam percutiebat) Ml. 2ᵇ. *nufasiged* (gl. exhaurire consuevit) Cr. 34ᵈ. *nogigned* (gl. nascebatur) Sg. 138ᵇ. *nobcarad* (gl. vos desiderabat) Wb. 23ᵈ. *nosuidigtis* (quod ponebant) Sg. 28ᵃ. *noerladaigtis* (gl. parebant) Ml. 16ᵇ: *nolíntae* (gl. solebat repleri) Ml. 32ᵇ.

Coniunctivus: *nongabthe* (gl. scitis quemadmodum oporteat etc.; i. e sumatis) Wb. 26ᵇ. *combad arthoil doine nopredchinn* (gl. aut quaero hominibus placere? i. e. ut secundum voluntatem hominum praedicem) 18ᶜ. *nosroiglide* (gl. flagellari, permisit) Ml. 32ᶜ. *nofoirbthichthe* (gl. eum consummari, decebat) Wb. 32ᵈ. *ní arindí nombetis* (non quod essent) Sg 39ᵃ.

Condicionalis: *am. bid fiadib nocrochthe* (acsi coram vobis crucifigeretur) Wb. 19ᵇ. *cenachomalnithe* (ut, si id impleretis) 13ᵃ. Cf. formas *nobed* (esset), *am. nombemmis* (acsi essemus) sub verbo substantivo.

Futuri secundarii exempla coniunctivi et condicionalis: *nolinfed* (gl. completura sit) Ml. 25ᵃ. *no indbadaigfitis* (gl. lucrificarent, si etc.) Ml. 15ᶜ *isdo inso*

noainfeda (ad hoc mansurus eras, maneres) Wb. 27ᵈ. *ropad far nóendeilb nobbiad* (secundum eandem formam futurum erat) Sg. 90ᵇ. *ropad an. peneuilt noacuitigfide* (foret antepaenultima quae acueretur) 120ᵃ.

Item formis praeteriti secundarii, quae respuunt particulam *ro*, praefixam *no* invenimus in his exemplis: *am. bid me féin notheised cucut* (gl. suscipe illum sicut me; i. e. acsi ego ipse venissem ad te) Wb. 32ᵃ. *comairle do abisolon notésed* (consilium Abs. ut contenderet) Ml. 23ᵇ. Contra cum negatione: *am. ni cuimsin* (quasi non possem) Wb. 17ᵇ.

Abest particula non solum a verbis compositis, sed etiam post particulam negativam vel interrogativam.

Exempla praesentis indicativi: *ingrenned* (gl. persequebatur) Ml. 36ᵈ. *atbeirmis frib* (gl. denuntiabamus vobis) Wb. 26ᵇ. *asbertis*, *asbeirtis* (dicebant) Wb. 4ᶜ. 25ᵇ. *dagnitis* (faciebant id), *remisuidigddis* (quod praeponebant) Sg. 28ᵃ. *dofuaircitis* (triturabant) Sg. 184ᵇ. Coniunctivi: *ronertais damsa condernain* (hortatus es me, ut facerem) Pr. Cr. 1ᵃ. *concpred iarum* (gl. ideo dictum est, nequis conetur etc.; i. e. ut dicat postea) Sg. 25ᵇ. *arnatomnitis nádcarad som iudeiu* (ne putent ipsum non amare Iudaeos, dicit id Paulus) Wb. 4ᵈ. *dús imbed* (si forte esset) 18ᵈ. Condicionalis: *am. ni cetis ... am. ni airbertis bith* (acsi non flerent, non fruerentur) Wb. 10ᵇ. Futuri: *donicfad* (quod venturus sit) Wb. 21ᵃ. *conicfimmis* (possemus) 17ᵃ. *forceinnfitis* (exirent) Sg. 6ᵃ.

Ex aliis particulis *co* (ut) potissimum praefigitur particulae *no*, efficiens formulam CONO, post quam servantur consonae proximae (ergo *n* relativum infixum statuendum videtur). Quae formula cum praesenti secundario constructa a *conro*, *coro*, quam supra diximus cum coniunctivi formis tempus futurum spectare, eo differre videtur, quod magis in praeteritum versa sit. Exempla: *conopredchinn aindocbáil* (gl. gratias ago ei qui me confortavit Christo Iesu; i. e. ut praedicarem eius gloriam) Wb. 28ᵃ. *conosberinn dochum hirisse* (gl. ut eos qui sub lege erant lucrificarem, factus sum Iudaeus; i. e. ut eos ferrem ad fidem) 10ᵈ. *nach firianugud forchomnucuir hi recht conocomalnithe indiunni* (gl. quod impossibile erat legi, .. damnavit, deus, peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, Rom. 8, 3; i. e. iustificatio aliqua facta est in lege, ut impleretur in nobis) 3ᵈ. *conocomalnide anduraiṅgred do abar.* (gl. Christus nos redemit, .. ut in gentibus benedictio Abrahae fieret; i. e. ut impleretur, quod promissum est A.) 19ᵇ. *conulintae* (gl. ut compleretur) Ml. 32ᵇ. Nec vero mirum, si interdum fit alternatio in his, ut *cono* inveniatur cum formis coniunctivi, *coro* cum praesenti secundario. Quare forsitan *con* servans *n* ante tenues et spirantes quae aspirantur (praesertim *ni con*, de qua cf. particulas negantes IV. 4. I. A.) ex hac *cono* profecta esse putanda sit. Ceterum inter litteras *n* et *r* magna est similitudo in codicibus.

Interdum harum particularum locum aliae obtinere videntur particulae ut DU (*do*) et MU (*mo*). E quibus illa pro *ro*, ut hodie constanti usu posita est, iam in his exemplis adhibetur: *intan durairngert dia du abracham amaithsin ducuitig tarais fadeissin* (gl. Abrachae promittens deus iuravit per semet ipsum) Wb. 33ᵈ. *dulluid patricc o themuir hi crich laigen* (versus est Patricius e T. in fines Lageniorum; cf. Ml. 16ᵈ: *7 luid ingrian foraculu*, et cessit sol retro, in loco supra memorato p. 305) Tir. 11. fortasse *do omalgg* (gl. mulxi) Sg. 23ᵇ.

Haec similiter pro *no* inveniri videtur: *fomentar morigtinse morriccubsa* (gl. haec tibi scribo sperans me venire ad te cito) Wb. 28^c. *isdreecht düb nadrochreit et muscreitfet cit hénidi* (gl. nolo vos ignorare mysterium hoc ut non sitis vobis ipsis sapientes, quia caecitas ex parte contigit Israel, Rom. 11, 25; i. e. est pars ex iis quae non credidit, et credent id ipsi quoque hi) 5^c. *asbert moniafed patraicc* (quod venturus esset; cf. ibid. 14: *dosnicfed arithisi*) F. h. 54. *muriisi farndochum* (leg. *-riisin?* gl. donec veniam) Ml. 34^a. Quaeritur tamen an haec particula potius cum *moch* (mane; lat. *mox*) sit conferenda: *maten moch* (primo mane) Corm. B. *gaire* (St. praef. XXXVIII).

II. Particulae verbales britannicae.

Est etiam in britannica vetustiore lingua *ro* nota actionis perfectae. In recentiore autem lingua, tam cambrica quam cornica et aremorica, rarescens locum cedit aliis particulis, quae in communem per omnia tempora usum transeunt: cambr. *yd* (*y*), corn. *yȝ*, arem. *ez*, et cambr. corn. arem. *a*.

RO. Cambrica vetustissima exempla inter gl. Lxb.: *roluncas* (gl. guturicau[it]), *rogulipias* (gl. olivavit; cambr. hod. *gwlyb*, madidus, hib. *fliuch*, cf. p. 53), *roricseti* (gl. sulcavissent).

Neque infrequens est RY (*re*) in Leg. et codice rubro, non solum comes praeteriti et primarii et secundarii, sed etiam ante coniunctivum atque infinitivum index temporis praeteriti. Quae particula, cum consummationem, perfectionem indicet, non raro est composita cum nomine (cf. in capite de compositione particulas inseparabiles).

Exempla praeteriti primarii. In Leg.: *er edlyg arey re deuedassam ny huchof* (edelingus et ii quos diximus supra) 1, 5, 12. *re devedassam ny ema* (mentionem fecimus hic) 2, 6, 31. *huchof re traydhassam ny*, *huchof re traythassam ny* (tractavimus supra) 1, 30, 8. 42, 4. *gueisret eneb re gunaeth cam ydau* (factum eius qui fecit iniuriam ei), *y gwrthtwng ry wneuthum i arnat ti* (iuramentum contrarium quod feci contra te) 2, 5, 1. 6, 2. In Mab.: *peth ryued ryweleis yghoet* (miri aliquid vidi in silva) 1, 236. *coet rywelsom ar yweilgi* (silvam vidimus in mari) 3, 93. *gwedy yggyniuer collet asarhaet rywnaethost* (post tantum damni et contumeliae quantum fecisti) 3, 304. *ny ry giglif i eirmoet dim* (nihil unquam ego audivi) 2, 213. *seith gantref ry edewit ymi* (septem pagi relicti sunt mihi) 3, 144.

Praet. secundarii: *oderuyt egur escar . . . abod en ediuar gan egur cantaf reescurossey ay greyc* (si separatus est vir, . . . et fuerit paenitentia primo viro, quod discessisset a muliere sua) Leg. 2, 1, 18. *er din rebriuasei* (homo qui vulneraverit) 2, 5, 5. *y vorwyn rywelsei trwy y hun* (puella quam viderat per somnum) Mab. 3, 267. *na rywelsei*, *ny rywelsei eiryoet* (quod non vidisset, non viderat unquam) 3, 32. 265. *adechreu amouyn agwyrda y wlat beth uuasei y argluydiaeth ef arnadunt hwy y vlwydyn honno. ywrth ryuuassei kynno hynny* (et coepit quaerere ex optimatibus regionis suae, quale fuisset suum imperium de ipsis illo anno, contra quam fuisset antea) 3, 15.

Coniunctivi: *kyt rywnelych di* (quamvis feceris tu) Mab. 3, 304. *nyt oes ar y helw namyn yr unty hwnn nys ry dycko iarll ieuanc yssyd gymodawc idi* (non superest, comitissae, nisi una domus haec, quam non abstulerit comes iuvenis vicinus ei) 1, 28.

Infinitivus tempora terminatione non significans praefixa hac particula ad tempus praeteritum refertur: *adnabot aoruc rygaffel dyrnawt* (cognoscere coepit se accepisse plagam) Mab. 1, 13. *tybygu rylad kei* (credere coeperunt, caesum esse Caium) 1, 258. *gwedy clybot ryuarw* (postquam audit mortuum esse) 3, 298. Quoniam infinitivus merum substantivum est, eadem loquendi formula invenitur post *gwedy* (post), *oderwyt* (postquam factum est; i. e. postquam): *gwedy ryuynet gwylltineb yndunt a rygolli eu kyrn* (postquam redisset feritas eis et amisissent cornua sua, capreae) Mab. 1, 236. *pa ryw chwedleu yssyd gennyt. Nyt oes namyn bot y iarll ae holl allu gwedy ry disgynnu wrth y porth* (quales nuntii sunt tecum? Non est nisi esse comitem eiusque totam potestatem degressos ad portam) 1, 253. *gwedy rygyscu ohonaw* (postquam dormitum est ab eo) 2, 392. *gwedy ryyssu or gwarthec eu bric* (postquam comesi sunt a pecore palmites) 2, 373. *oderuit ir amdifenur readau testion* (postquam facta est defensori promissio testium, postquam promisit testes) Leg. 2, 11, 25. Eadem ut praepositio praecedit pronomini possessivo: *atestu vthunt huy ere kafael hy en llegredic* (et testaretur iis suam inventionem, i. e. se invenisse eam vitiatam) ... *atheghet hy erreemreyn ar gala honno* (et iuret ipsa suam stuprationem, eum se stuprasse isto pene) Leg. 2, 1, 27. 36. *gurthteghet enteu arnau e reteghu anudon* (contraiuret ipse contra eum eius iurationem periurii, i. e. eum iurasse periurium) 2, 11, 38.

Particula *ry* in illis quidem libris semper adhaeret verbo ipsi, quare pronomen, si quod infigendum est, praecedit cum particulis aliis *y*, *a*, *ny*: *am vympriawt ym rylygrwys vymbrawt* (propter possessionem meam me oppressit frater meus) Mab. 2, 215. *llawer dyd yth rygereis* (multos dies te amavi) 2, 218. *yny wlat nys rywelsei eiryoet* (in terra quam nunquam viderat) 2, 214. Etiam sine pronomine praecedens extat *a*: *amaeth a ryuo amaeth seyth ulenet* (arator qui fuerit arator septem annos) Leg. 1, 2, 3. *pa amgen vedwl yssyd yndaw ef heno noc aryuu ysblwyddyn y heno* (quam alia mens est in illo hac nocte quam quae fuerat anno ante hanc noctem) Mab. 3, 14.

Servata ergo invenitur in libris, quos memoravimus, vetusta particula ut praeteriti index, in isdem tamen iam cedere solet communibus particulis verbalibus *yd*, *y* (*ed*, *e*) et *a*, quae tam in praeterito quam in ceteris temporibus usitatae sunt propriae dialectorum britannicarum, cum ex hibernicis ne *no* quidem sit omnium temporum. Neque tamen hae particulae usurpantur nisi in sententia affirmativa, atque ea differentia, ut *yd* (ante vocales, *y* ante consonas servandas in statu primitivo) praecedat ante verbum, ubi hoc, si non primum locum obtinet sententiae, at ante subiectum positum est, etiamsi sententiam inchoant adverbia et coniunctiones quaedam (ut *mal*, *noc*, *lle*, *megys* etc.), contra *a* (destituens consonas sequentes) ante verbum praecedat, ubi idem e principio sententiae recessit post subiectum vel obiectum. Particula *a* naturam relativam prae se fert, quamquam interdum *y*, *yd* quoque relativa videtur (cf. p. 392 et syntaxin de ordine constructionis). Dici ergo potest *y* particula ver-

balis positiva sententiae absolutae, *a* particula positiva sententiae relativae, sicut est *ny* negativa particula sententiae absolutae, *na* negativa sententiae subiunctae.

YD, Y (*ed*, *e* in Leg.) in temporibus primariis. Praes. et fut.: *tebic yw gennyf i hagen y dygafi y marchawc gyd ami* (vero simile est mihi tamen, ducam equitem mecum) Mab. 1, 259. *paham y gelwir wynt uelly* (cur dicuntur ita?) 1, 271. *val eclyuer* (ut auditur) Leg. 2, 1, 39. *ual y mae mynych* (ut fit saepe) Mab. 1, 235. Praet.: *y peris arthur... ac y parawd arthur* (et iussit A.) Mab. 1, 258. 266. *gwedy peidyaw y gawat y goleuhawys yr awyr* (postquam cessavit tempestas, luxit aer) 1, 23. *gwedy marw vyntat y dygwydwys y kyuoeth ym llaw ynheu* (postquam mortuus est pater meus, cecidit potestas in manus meas) 1, 252. *ac yna y menegeiŝ i yr gwr pwy oedwn* (et tunc demonstravi ego viro, quis essem) 1, 5. *yna y dygwydawd y uam yn varw lewic* (tunc cecidit eius mater in animi deliquium) 1, 237. *ac yno y gwelas ef pedeir gwraged ar hugeint* (et ibi vidit is viginti quattuor mulieres) 1, 36. *yn ymlad ar pryf hwnnw y kolleis i vy llygat* (pugnans cum serpente hoc amisi ego oculum meum) 1, 271.

In temporibus secundariis. Praes.: *y deuei y kythreul bieu y llys honn. ac y lladei an gwyr oll. ac ydygei an meirch ninneu ac an dillat* (veniebat daemon possidens hanc aulam et occidebat omnes nostros viros et sumebat equos nostros et vestes nostras) Mab. 1, 36. *nyt o gyuoetheu yn vwyaf yd ymborthei efrawc* (non de regimine maxime curabat E.) 1, 235. *meint ydymgerynt* (valde se amabant, Pered. et Gwalchm.) 1, 285. *gofyn aoruc ef ymi pale y mynnwn vynet* (quaerere coepit ex me, quo ire vellem) 1, 7. *pei gwyppei... ydeuei* (si sciret, .. veniret) 1, 32. Praet.: *yny lle ygwelsei gynon* (eo loco, quo viderat C.) Mab. 1, 12. *mal y managyssei y gwr... mwy noc ydywedassei y gwr* (ut dixerat vir, maior quam dixerat vir) 1, 8. 9. *hoffach... noc ydywedyssit* (magis ingens quam dictum erat) 1, 22.

In coniunctivo: *lle y gwelych eglwys* (ubi videris ecclesiam), *yn y lle y mynych* (quo loco volueris) 1, 238. 285.

A in temporibus primariis. Praes. et fut.: *e cefreyth a degueyt* (lex dicit; at Leg. 2, 1, 27: *ena e deueyt e kefreith*, hic dicit lex) Leg. 2, 1, 33. *mi aarchaf idaw* (ego iubebo eum) Mab. 1, 259. *minneu a vynnaf* (ego volo, cupio) 1, 2. *minneu agymeraf gyghor* (ego sumam consilium) 1, 20. *ni aymdidanwn a thi* (nos colloquemur tecum) 1, 5. *a hyn adywedaf ytti* (et hoc dico tibi) 1, 4. *pei dywedut ti ymi y peth a ovynnaf ytti. minneu a dywedwn y titheu yr hwnn aovynny ditheu* (si dicas tu mihi rem, quam quaero a te, ego dicam tibi eam, quam quaeres tu) 1, 237. *peth aroydy emy* (quid dabes mihi?) Leg. 2, 1, 26. *peth a vynnant hwy* (quid volunt ii?) Mab. 1, 290. Praet.: *ynteu peredur a gyrchwynnwys racdaw. peredur a gerdawd racdaw* (P. perrexit, profectus est porro) Mab. fq. *nyt y llys agyrchwys* (non curiam intravit), *pandoeth ef fford y lys y neuad agyrchwys* (cum venit in via curiae, aulam intravit) 1, 26. 36. *coffa dy gret arodeist ti ymi* (reminiscere fidei tuae, quam dedisti mihi) 1, 282. Praecedente *ac*: *ac vn ohonunt oed amdrom ac adelleis inheu ac yssyd yn vy manec. ac a grogaf inheu avory* (et una ex iis erat praegravis, et cepi ego, et est in manica mea, et suspendam ego cras) 3, 156. Locum obiecti frequentissime

occupat infinitivus: *achyscu aoruc yr amherawdyr. agofyn aoruc kynon* (et dormire coepit imperator, et interrogare C.), *achymryt awnaethant* (et sumere coeperunt) Mab. 1, 2. *kerdet y fford awneuthum* (pergere via coepi), *dynessau awneuthum attaw* (appropinquavi ei) 1, 3. *ac eisted aorugam yna* (et consedimus ibi), *ac ymolchi aorugam* (et lavimus nos) 1, 4. 5. Alia eiusmodi inter verba anomala.

In temporibus secundariis. Praes.: *ar gwr mwyhaf a garei bop un onadunt gyt ahi* (et vir, quem quaeque ex eis maxime amabat, una cum ea) Mab. 1, 36. *pei rodut ti... mi a rodwn* (si des tu,.. dem ego) 1, 273. Praet.: *gofyn aoruc kynon yr hynn aadawssei arthur udunt* (petere C. id quod concesserat A. eis), *ar uorwyn a gywirawd yr hynn aadawssei idaw* (et puella paravit id quod promiserat ei) 1, 2. 290. *ef a ladyssit mal y lladwyt y tat* (occisus esset ut occisus est pater eius, si fuisset adultus) 1, 235.

In coniunctivo: *duw a tolo itt* (deus solvat tibi!), *duw a diolcho itt* (deus reddat tibi!) Mab. 1, 268. 275. *y wneuthur a vynnont athi* (ad faciendum quod voluerint tibi, inimicis trademus te) 1, 252.

Utraque particula verbalis pronomina inter se et sequentia verba intromittit more communi, quare si sunt pronomina infigenda, ut possint infigi, ne coniunctionibus quidem primitivis cedit. Exempla part. Y: *peredur, gwalchmei ym gelwir i* (P., G. vocor) Mab. 1, 261. *ymgelwit y du trahawc* (vocabar niger oppressor) 1, 271. *ny bu hir yni ymbyrrywyt i* (non fuit longum donec deiectus sum) 1, 9. *kam ymbyrywyt i doe* (quamvis heri deiectus sum, permittas pugnare hodie) 1, 23. *ony wney dy hynny. yth adawn yth elynnyon* (si non facies hoc, trademus te inimicis tuis) 1, 252. *yr pan yth weleis gyntaf mi ath gereis* (ex quo vidi te primum, ego te amavi) 1, 273. Exempla part. A: *athydi am gwely i* (et tu videbis me) Mab. 1, 14. *bory wynt a dygyforant am dy penn ac ath ladant* (cras surgent in te et te interficient) 1, 264. *pei ath ledit ti yno. nyt oed itt ath wnelei yn vyw drachefyn* (si interficereris ibi, non esset tibi, qui te vivum redderet iterum) 1, 273. *pwy a gymerwn ynneu yn wr pei ath gymerwn* (quem sumerem ego virum, si te sumerem?) 1, 276. *mi ae lladeis* (ego occidi eum) 1, 244. *ti aallut dywedut auei hygarach pei as mynhut* (tu posses dicere quod esset laetius, si id velles) 1, 259.

Si praecedunt particulae negativae vel coniunctiones primitivae, cedit particula verbalis cambrica utraque positiva: *nyt af y wrthyt kyny wnelwyf dim oc adywedy. yny wypwyf aallwyf a nerth ywch* (non ibo a te quin faciam aliquid de eo quod dicis, donec sciam, possimne quod iuvat vos) Mab. 1, 253. *ny chelaf* (non celabo) 1, 276. *ny welais eiryoet* (non vidit unquam), *ny welsant dim* (non viderunt quidquam), *adiheu oed gan owein. na welsei eiryoet* (et persuasum erat O., se non vidisse unquam) 1, 15. *pony wydut ti* (annon sciebas?) 1, 9. *kan gwydwn y dout ti ym keissaw* (nam sciebam te venturum esse me quaesitum) 1, 25. *pei rodut ti... mi arrodwn* (si tu dares,.. darem ego) 1, 273. *pei kaffwn... y gwydwn* (si sumerem,.. scirem), *pei gwypwn... mi a ymdidanwn* (si scirem, narrarem) 1, 247. 260. *pan geissych di vyui keis parth ar india* (si quaeres tu me, quaerito ad Indiam versus) 1, 273. *aphan hambwyllont hwy y deuant yth gyrchu di* (et cum consuluerint illi, venient te quaesitum) 1, 14. *aphan welas ef. aphan edrychawd* (et cum vidit) 1, 11. 13. *ahi auu wreic tra*

uu vyw hi (et ipsa fuit uxor quamdiu fuit viva), *rwygaw y mur aoruc y llew yny gauas fford allan* (perrumpere murum leo, donec cepit viam foras, exitum) 1, 36.

Excidit utraque particula post negativas, etiamsi sunt pronomina infigenda: *nym rodi ynneu vynntat* (non me dare pater meus voluit) Mab. 1, 252. *gordercha hi. kyn nyth vynno* (ama eam, etiamsi te noluerit) 1, 238. *nyth gredaf* (non credo tibi) 1, 240. *pei nam goyanewch mi a yyskwn* (si me non turbetis, ego dormiam) 1, 2. Contra post coniunctiones *pan*, *pei* secuntur *yth*, *ath*, *as* in exemplis supra enumeratis.

Sed alias quoque interdum exciderunt particulae verbales. Ut A ante verbum substantivum et eius composita, perpetua consuetudine, si praecedit praedicatum: *lunet wyfi* (Luneta ego sum) Mab. 1, 31. *tebic oed* (vero simile esset) 1, 247. *yspeilwr uum i* (spoliator fui) 1, 37. *llawen uuant* (laeti fuerunt) 1, 262. *llawenach uuwyt y nos honno nor nos gynt* (laetiores fuerunt hac nocte quam nocte superiore) 1, 10. *gwr idaw vydaf* (vasallus ei ero) 1, 243; ancipiti usu, si subiectum antecedit, ut *mi yw y brenhin bychan* (ego sum rex parvus) Mab. 2, 61, sed in uno eodemque loco: *drws y pebyll aoed yn agoret. achadeir eureit oed yn agos yr drws* (porta tentorii erat aperta, et sella aurea erat prope portam) 1, 239.

Particula YD semper, ni fallimur, abest a sententiis concisis, praesertim quibus respondeant homines interrogati vel iussi: *aey di . . . af heb y uorwyn* (ibisne tu? Ibo, inquit puella) Mab. 1, 29. *a bery di . . . paraf yrofi a duw os gallaf ynllawen* (parabisne tu? Parabo per me et deum, si potero, libenter) 1, 264. *agafi gennyt ti gennat . . . keffy yn llawen heb ef* (impetrone ego a te veniam? Impetras libenter, inquit ille) 2, 45. *a chwitheu dowch yr llys. awn yn llawen heb y gereint* (et vos venite ad aulam. Ibimus libenter, inquit G.) 2, 62. *aphei mynnewch chwi vyui drostaw ef. miui uawn y chwi. mynnwn heb y gweisson* (atque si velitis vos me illius loco, ego eam contra vos. Volumus, inquiunt pueri) 1, 35. *gwnawn yrofi aduw yn llawen* (faciemus per me et deum libenter) 1, 265. *gwnawn ninneu yn llawen heb hi* (faciemus nos libenter, inquit illa) 2, 41.

Cornica et aremorica dialecti etsi isdem particulis utuntur, proprietate tamen particulae *ro* differunt tam inter se quam a cambrica.

Cornica RE duplici usu a cambrica differens, propius ad hibernicam accedit.

Est igitur primum RE index praeteriti. Primarii: *dremas yw ef . . . neb re wer3ys* (optimus vir est is quem vendidi) P. 103, 4. *pur wyr te releuerys* (verissime dixisti), *gwyr re gewsys* (verum dixi) 101, 1. 102, 4. *pyth yw en drok reurussys* (quid est malum quod fecisti?) 101, 4. *haneth me re welas* (hac nocte vidi) 123, 4. *yn creff me re beghas* (valde peccavi) 104, 2. *an rena a yl 3e 3ysky yn della y re 3yskas* (illi possunt te instituere, ita sunt instituti) 80, 3. Praeteriti secundarii: *eddrek mur an kemeras rag an ober re wresse* (paenitentia magna eum cepit ob opus quod fecerat) P. 220, 2. *pedyr sur a omdennas yn vrna del rebeghse* (Petrus certo se convertit simulac peccavit) 86, 3. *an tol re wrussens y a vy[n]ne 3e seruye* (foramen, quod fecerant, illi volebant ut serviret) 180, 4. *rag an marthus re welsens* (propter miraculum quod viderant) 254, 4. *praga dampnys rebee* (cur damnatus esset) 187, 2. *ef rebea den a brys* (is fuis-

set vir magni pretii, nisi caecus fuisset) 217, 2. Alia exempla videas infra sub verbo substantivo.

Eadem particula ad futurum tempus spectat, si cum optativi vel imperativi sensu coniunctivo vel praesenti secundario adiungitur: *gorthys re by, re by gorthys* (adoratus sis, adoreris) D. 35. 119. R. 2523. *bynyges re by, benegys re by* (benedictus sis) D. 817. O. 2023. *amen yn della re bo* (amen, ita fiat) O. 462. *re bo gueres theugh* (sit auxilium vobis), *the volnegeth re bo yures* (tua voluntas fiat) D. 224. 1072. *hay gras theughwhy re wronntyo* (et gratiam suam vobis largiatur) O. 1726. *y gras re thanvonno thyn* (gratiam suam mittat nobis) O. 1187. *re woffe gras* (sciat, habeat gratiam) O. 530.

Praeterea hac re differt cornica a cambrica, quod pronomen infigit post particulam: *pur apert y ret flamyas* (apertissime illi te reprehenderunt) P. 92, 2. *herodes reth tenyrghys* (H. te salutavit) 115, 2. *y pesys rag an keth re ren crowse* (oravit pro isdem qui eum crucifixerant) 185, 2. *resteffo mur vylyny* (sit iis magna contumelia) 216, 1. *benneth maghom reth fo* (benedictio Mahomedis tibi sit) D. 947. *res bo drok lam* (sit vobis malus processus) D. 1125. *reth ordene ty hath wrek* (te ordinet et uxorem tuam) D. 685. *rum gorre, rem gorre* (ponat me) O. 532. 858. Quare nunquam ante hanc particulam praecedit aut *y*ȝ aut *a*.

Particulae verbales positivae *yth* (*y*ȝ ante vocales, bis vel ter ante *h*, *y* ante consonas, de quarum infectione p. 201) et *a* cornice eadem ratione discernuntur qua cambrice. YTH, Y ante tempora primaria: *ahanas y thew scrifys* (de te est scriptum) P. 14, 2. *dre ȝe gows y ȝew prevys* (sermone tuo est probatum) 85, 2. *ȝen meneth olyff y ȝeth* (ad montem olivarum ivit), *ȝe worte vn lam beghan y ȝeth* (ab iis saltum parvum recessit) 52, 1. 53, 3. *hag y ȝeȝons ȝy besy* (et ierunt eum rogatum), *y ȝeȝons yn vn tonek bys yn galyle* (iverunt uno grege usque in Galilaeam) 154, 3. 257, 3. *yn pub gwythres ycoth thys gorȝye ȝe du* (in omni opere decet te colere deum tuum) 17, 2. *y ponyas crist y arluth rag gwerȝe* (festinavit vendere Christum dominum suum) 38, 4. *y wholhas y ȝewlagas* (lavit oculos suos) 219, 3. *y hawlsons* (clamaverunt) 126, 4. *y hwalsons oll* (quaesiverunt omnes) 154, 2. *avel du y fethyth gurys* (ut deus eris factus) 6, 4. *rag y hyller ervyre* (nam quitur observari) 20, 1. Ante tempora secundaria: *barabas ytho gylwys* (B. erat vocatus) P. 124, 1. *rag an grous y ȝo ordnys* (ad crucem erat destinatus) 152, 3. *yn clewsons ow leuerell pur wyr y fenne terry an tempel* (audierunt eum loquentem, verissime se velle frangere templum) 91, 1. 2. *y fense bos* (eum voluisse esse, regem) 188, 3. Eadem adiuncta praecedenti *ma*: *may ȝeth* (ut ierit) P. 54, 4. *may ȝelle* (ut iret) 131, 4. 150, 4; item cum coniunctivo: *may ȝello an kentrow* (ut eant clavi) 178, 3. *may fo ȝe thu ȝe worthyans* (ut deo sit honori) 1, 4.

A ante tempora primaria: *me a ra ȝeugh spedye* (ego vos adiuvabo) P. 39, 1. 2. *eleth ȝe rygthy a seff leas myll y both a syw hay mab as gorth* (angeli coram ea stant, multa milia eius voluntati obsecuntur, et filius eam colit, Mariam) 226, 3. 4. *ȝoȝo ef a worthebys* (illi ipse respondit) 11, 4. Ante tempora secundaria: *yn della an bows a wre* (sic tunica faciebat, crescebat) P. 161, 4. *mur a beyn a woȝevy* (magnum dolorem tolerabat) 54, 1. *Pylat a vynsse gwyȝe, ef a vynse gweȝe* (P. voluisset, volebat servare, Christum) 125, 1. 127, 2.

Utraque particula pronomina infigens: *rag pur gerense . . . ys goȝevy* (prop-

ter merum amorem eos patiebatur, dolores) P. 227, 4. *yscafas ol ow coske* (eos omnes invenit dormientes) 55, 3. *te am nagh* (tu me negabis), *me ad welas* (ego te vidi) 49, 3. 84, 3. *rag ȝe gerense ihũs c̃st as goȝevy* (propter amorem tui Iesus Christus eos tolerabat, dolores) 139, 3. *c̃st sur as gasas* (Chr. certo eos reliquit) 56, 1.

Utriusque vero locum occupant particulae negativae, quae ipsae quoque infigunt post se pronomina, vel coniunctiones primitivae: *me ny wraff* (ego non faciam) P. 155, 1. *me ny gafa* (ego non invenio), *ef ny gaffas* (non invenit) 117, 4. 116, 4. *me nyth dampnyaf* (ego non damnabo te), *nyth nahaff* (non negabo te) 34, 4. 49, 4. *pan gowsas* (cum locutus est) 68, 1. *mar mynnyth* (si vis), *mar pesy* (si orabat) 16, 4. 25, 3. Euphoniae causa abest *a* ante qualescunque formas verborum vocali inchoatorum: *me a* (eo), *ty a* (ibis) R. 888. 2197. *Iudas eth* (Iudas ivit) P. 62, 2. *ef eth* (is ivit) 119, 2. 200, 2. 234, 3. *y eth* (ii iverunt) 29, 2. 64, 4. 160, 2. 216, 2. 239, 1. 241, 4. *y ee* (ii ibant) 196, 1. *payn alla* (dolorem qui iret) 172, 4; itaque saepissime ante verbum substantivum, sive subiectum est praemissum sive praedicatum: *me yw* (ego sum) P. 93, 2. *eff o c̃st* (is erat Christus) 8, 4. *an gusyl o* (consilium erat) 32, 1. *benegas yw* (benedictus est) 24, 1. *glan off* (purus sum) 149, 2. *dall en*, *dall o* (caecus eram, erat) 220, 3. 217, 2. *mygtern oma* (rex sum) 102, 4. *mygtern*, *Iustis ote se* (rex, procurator es tu) 102, 3. 107, 2. *yrvys ens* (armati erant) 241, 4. Interdum sine certa lege utraque particula omittitur: *par del won lauaraff ȝys* (sicut scio, dicam tibo) 8, 1. *han pyth a screfys screfys* (et rem quam scripsi, scripsi) 188, 4. *mar a mynnyth govynny* (si vis, quaeras) 80, 2. *an ioull ȝe adam kewsys* (diabolus ad A. dixit) 6, 3.

Aremorica dialectus particulam verbalem RA (= *ro*; cf. arem. *ma*, *da* = hib. *mo*, *do*, cambr. *my*, *dy*, *y*; de *a* absorpta ante *e* vel *o* pronominum infixorum, quae ut cornice inter particulam et verbum intercedunt, cf. pp. 374. 376) etsi servavit, semper tamen habet indicem optativi. Ut cum coniunctivo: *an guir prellat ra pell pado* (verus praelatus diu vivat) Buh. 200, 19. *doe ra roy deoch* (deus det vobis) 16, 4. 6. *duet mat ra vizi Nonita. duet mat Davy ravizi net* (bene veneris N., salve D. sincere) 76, 17. 178, 5. *duet mat en ty huy ha huy rabihet* (salvete in domo vos et vos) 112, 9. *deut mat ... ra vihet* (bene veneritis) MJ. 48b. *doe ... ram pardono* (deus ignoscat mihi) Buh. 44, 4. *doe ... raz remedo* (deus tibi medeatur) 194, 2. *bennoez roen tron ren preseruo* (benedictio regis thronorum servet illum) 200, 16. *hoz peuch ... ron bez.* (vestra pax nobis sit) MJ. 50a. *doe roz miro pep bro roz bezo ioa* (deus vos servet, in omni terra sit vobis gaudium) Buh. 114, 14. Cum formis secundariis: *doe ra ve meulet*, *doe re ve meulet* (deus sit laudatus) Buh. 108, 9. 130, 13. *deut mat ... ra vech* (bene veneritis, salvete) MJ. 7a. 50a.

Ex praeterito eadem particula secessit omnino, cum in hoc ut in alia tempora ingressae sint particulae communes EZ, E et A, quae easdem fere secuntur leges quas in lingua cambrica vel cornica. Exempla quaedam e Buh., quocum concordat MJ.: *coff ha quein ez breiniz* (ventre et tergo putrefactus sum) 12, 18. *aman ma hunan ez manen* (hic ego solus manebam) 12, 20. *gant aoun hac anquen ez crenaff* (propter timorem et sollicitudinem trepido) 94, 7. *ez vez santel oz hon quelen* (erit sanctus vos instituens) 184, 17. *ez vezo contantet*

(erit contentus) 6, 18. *em dascorchas doe* (expergefecit me deus; *e-m*, *e* cum pron. infixo 1. pers.) 12, 25 *me a preder* (curo, cogito) 8, 9. 28, 7. *me a gourchemen* (praecipio) 26, 22. *me a laeso* (relinquam) 8, 7. *ny a pedo* (nos petemus) 16, 9. *huy a guelo* (videbitis) 100, 8. *doe a miro* (deus custodiet) 6, 25. *me az goano me az sroy* (ego te infirmabo, te percutiam) 10, 9. 10. Multo tamen saepius excidit A quam in ceteris dialectis, non solum ante verba et pronomina infixa vocalibus inchoata ac plurimas formas verbi substantivi, verum etiam praeterea haud raro nulla certa lege: *mez benig*, *mez suppli* (benedico, supplico tibi) Buh. 26, 18. 44, 9. *vn den nyn ezneo* (homo quem novimus) 184, 10. *me preder* (curo) 8, 4. *me guel* (video) 18, 16. *me compso* (dicam) 18, 24. *ny quemero* (sumemus) 34, 11.

CAPUT ALTERUM.

De verbi flexione.

Maiore formarum copia hic quoque excellit lingua hibernica, quamquam ne britannicum quidem verbum flexione pariter defecit ac substantivum, sed servavit quaedam propria, quibus fere caret hibernicum, in flexione temporum secundariorum.

I. Verbum hibernicum.

Primum omnium de flexione verbi hoc maxime proprium habendum est veteris linguae hibernicae, quod in primariis temporibus tam activi generis quam medii et passivi cum ceteras tum tertiam utriusque numeri personam designare consuevit formis binis, numeri potissimum ac sonoritatis discrimine separatis, ad quas in activi generis persona tertia accedunt propriae formae relativae. Ex illis igitur formis altera (amplior ipsa vel ampliorem significans ut in praesentis act. 3. pers. sg. *-id*. pl. *-it*, in pass. sg. *-ir*, *-thir*, pl. *-tir*) quasi absoluta dicenda est, exclusa illa quidem a verborum compositorum usu nec nisi ita a simplicibus derivata, ut non praecedant particulae aut verbales aut post quas locus non est particulae *no* (cf. p. 415), horum vero omnium communis ita, ut omnis fere tollatur ordinum vel serierum differentia; ex qua flexionis specie prodierunt hodiernae verbi terminationes paucis exceptis omnes; brevior forma altera (cuius paucae reliquiae usque ad hodiernum diem remanserunt in verbis quibusdam anomalis*) semper est subiuncta vel praepositionibus vel particulis quibusdam ut verbalibus *no*, *ro*, negativis *ni*, *ná*

* Cf. *ḃeir sé* (dat), *deir sé* (dicit), *ġeib sé* (invenit), *rig sé* (consequitur), *tig sé* (venit), *ċi sé* (videt), quin etiam rel. *a deir* (qui dicit), contra simplicia *beirid· sé* (fert), *gnid sé* (facit), *beireas* vel *beirios* (qui fert).

(*nád*, *nách*), interrogativae *in*. Quarum formarum discrimen cum totum positum sit in numero ac sonoritate, efficitur ut composita verba omnia non modo amplioribus illis terminationibus utique careant, sed etiam formis relativis. E. c. *berid* (fert), *berit* (ferunt), *berir* (fertur), *bertir* (feruntur), *beres* (qui fert), *berte* (qui ferunt), at *dober*, *dobeir* (affert, qui affert), *doberat* (afferunt, qui afferunt), *doberr* (affertur), *dobertar* (afferuntur).

Praeterea tempora secundaria auctis utique terminationibus differunt ut in activi 1. et 3. pers. pl. addito *-is* (postea *-ís* ut hodie, quae productio in nostris quidem codicibus nusquam notata est).

Vocales flexionum monosyllabarum eadem ratione qua in declinatione nominis aut externae remanserunt aut transgressae in syllabam antecedentem (sive haec radicis est ut in praesenti ac praeterito per T formato, sive derivationis ut in praeterito per S formato, quocum concordat sola 1. pers. sing. futuri per B formati) praebent speciem flexionis internae, per quam praesertim numeri singularis personas distingunt vocales primam U, secundam (et tertiam, etsi non eadem constantia) I. In flexionibus binarum vel plurium syllabarum vocales derivationis aut servantur aut eliduntur secundum praecepta supra tradita (p. 26 sqq.). Eadem inconstantia vocales radicis modo retinentur modo exciderunt; quam rem e numeri legibus maxime pendere docebunt haec exempla, quorum locos vid. infra: *rolasid* (iecistis), *cani ralsid* (nonne iecistis?); *fodaimet* (patiuntur), *ni fodmat* (non patiuntur); *conguibet* (comprehendunt), *foácbat* (= *fo-ad-gabet*, relincunt).

Post terminationes personarum frequentissime suffiguntur notae augentes non modo pronominum infixorum tam in activo quam in passivo, sed etiam in coniugatione personali activi nota augens pronominis eius personae quae inest in verbo, ratione non habita pronominis, si quod est infixum: *fodaimimse* (tolero), *dalugubsa* (ignoscam id), *cretmeni* (credimus), *labramarni* (loquimur), *sluindiso* (significas), *asberidsi* (dicitis), *doberidsi* (affertis), *am. rongabussa* (ut sum), *fotracbussa* (reliqui te), *hore nondobmolorsa* (quia laudo vos), *am. rondobcarsamni* (ut amavimus vos).

Activum.

In activo genere, cui subiungimus medium, comparandum verbo deponenti Latinorum, maiorem lingua vetusta hibernica praebet formarum copiam similem ei, quae est coniugationum latinarum. Flexione differre tempora primaria et secundaria supra dictum est. Ceterum etiam praeter tempora secundaria et imperativum, qui in quibuscunque linguis est servatus, proprias quasdam formas procreavit, breviorum terminationum speciem in singulari potissimum numero invenimus duplicem: alteram praesentis indicativi et praeteriti, alteram coniunctivi, quocum facit futurum. De optativi reliquiis infra dissseretur.

Formae relativae e tertia persona cuiusvis temporis primarii (etsi rarius praeteriti) et coniunctivi activi nascuntur adiecto S in numero singulari (ita quidem reguläriter, E in anomalis quibusdam), E in plurali. His vero formis, quae infra suo quaeque loco tradentur, statim hic adnotabimus non so-

lum subiectum, sed etiam obiectum verbi significari, interdum antecedente amplius pronomine relativo, denique relationem obliquam post nomina aut pronomina, quae sequente relativo coniunctionum usum supplent, ut *óre* (quia), *amal* (ut), *céin* (quamdiu), *intain* (cum, quando), *lasse* (cum) etc. Ceterarum personarum formae relativae non differunt a formis absolutis, cf. *apredchimme* (quod praedicamus), *asnéirsid et folnibthe* (quod resurgetis et regnabitis) Wb.

Formationis autem haec est lex, ut e praesentis primarii themate praeter imperativum et praesens secundarium (imperfectum) derivetur coniunctivus accedente vocali A, e futuro primario futurum secundarium, cum praeteriti tertia specie quodammodo concordet secundarium et futurum (exactum) ac mixta coniunctivi et optativi forma.

De formis praesentis.

Thema praesentis hibernice perinde atque in ceteris aricae stirpis linguis aut radicem ipsam reddit, cuius rei rarissima sunt exempla ut *am* (sum, = *asmi*), aut e radice derivatur variis modis, ut vocalis incremento: *ad-fiud-at* (proferunt), *for-thiag* (adiuvo); ut consona *n* addita vel a fine: *ben-im* (ferio; cf. *tóbe*, abscisio, *imdibthe*, circumcisus), *ara-chrin-im* (deficio; *erchre*, defectus), *cren-as* (qui emit; *crithid*, emax) vel interposita: *ind-lung* (findo; *indlach*, diaeresis), *fu-lang* (toleratio; *fulach*, id.), *cum-ang* (posse, potentia; *cumachte*, id.), de qua re conferatur lib. V. Per flexionem tamen omnia haec (nam de illis inter anomala agetur) ad tres potissimum species redeunt, quarum differentia — deleta cum in ceteris formis saepe per eam vocalium assimilationem, quam supra (pp. 8. 9. 13. 15) attigimus, tum semper in formis absolutis — servata maxime cernitur in subiuncta forma 3. pers. sing.: *-be(i)r* (fert), *-cara* (amat), *-creti* (credit). Quibus exemplis secundum ea, quae supra p. 173 disseruimus, haec themata praesentis primitiva declarantur: *bera*, *carâ*, (*cretî* vel) *cretiâ*. Quae quarta species constitui videtur forma *-gní* (facit), insignis servata vocali *í* producta (quam ad *ei* diphthongum redire p. 32 coniecimus), ceteris formis plerisque ut *-gníam* (facimus), *-gníat* (faciunt) meram varietatem se praebet seriei primae, comparandam varietati seriei primae in declinationis ordine priore. De verbis eiusdem seriei in seriem tertiam transeuntibus, conferendis latino *capio*, videas infra.

Indicativus.

		Formae activae.			Verbi deponentis.
	Absol.	Ser. I.	Ser. II.	Ser. III.	
Sg. ps. 1.	*berim*	*-biur*	*-caru*	*-cretiu*	*labrur*
2.	*beri*	*-bir*	*-cari*	*-creti*	*labrither*
3.	*berid*, *beres*	*-ber*, *-beir*	*-cara*	*-creti*	*labrithir*, *-labrathar*
Pl. ps. 1.	*berme*	*-beram*	*-caram*	*-cretem*	*labramar*
2.	*berthe*	*-berid*	*-carid*	*-cretid*	*labrid*
3.	*berit*, *berte*	*-berat*	*-carat*	*-cretet*	*labritir*, *-labratar*

Coniunctivus.

		Act.		Dep.
Sg. ps.	1.	*bera*	*-ber*	*labrar*
	2.	*bere (bera)*		*labrither*
	3.	*beraid, beras*	*-bera*	*labrithir, -labrathar*
Pl. ps.	1.	*berme*	*-beram*	*labrammar*
	2.	*berthe*	*-beraid*	*labraid*
	3.	*berait, berte*	*-berat*	*labritir, -labrathar.*

A. Praesens primarium (indicativi).

Formis subiunctis trium serierum *-biur* (fero), *-caru* (amo), *-cretiu* (credo) addidimus exemplum formae absolutae (una cum formis relativis), quam omnium serierum communem esse supra diximus, ac deponentis (duplici forma tertiae personae), in quo vix magis cernitur serierum differentia.

1) Formae activae.

Series I.

Flexionis internae in formis subiunctis numeri singularis, cuius prima persona distinguitur vocali *u*, secunda (ac plerumque tertia) vocali *i*. Huic seriei adnumeramus *-gníu* (facio), *-cíu* (video), quorum vocalis *í* per omnes personas manet, etsi in compositis quibusdam oppressa ut *déccu* (specto), *tuccat* (intellegunt). Alia eiusdem seriei verba formis quibusdam in seriem tertiam transgressa se produnt, cf. 1. pers. sg. *-guidiu*, *congairiu*, *dofuismiu*, 2. pers. *-gaibi*, *condaigi*.

Sing. 1. pers. *a*) formae subiunctae U interna: *dobiur* (gl. do) Sg. 163ª. *forbiur* (gl. redoleo) 173ª. *frisbiur* (gl. obnitor) 22ª. *issí indaimser ícrichtha arbiu fritt* (hoc est tempus infinitum quo utor ad te) Pr. Cr. 59ᵇ. *tabur* (do), *ní tabur*, *ni thabur* (non do) Sg. 19ᵇ. 204ᵇ. 215ª. *nistabur* (non pono eam) 4ᵇ. *doaidbiur* (offero) Wb. 14ᵉ, quibuscum ex eadem radice fluxisse videntur: *asbiur* (effero, dico) Wb. Sg. fq. *epiur* (dico), *ni epur* (non dico) Wb. 4ᵇ. 8ᵈ. 24ª. *ni epur* Sg. 78ᵇ. *remiepur* (gl. praedico) 222ª. — *lasse forcongur fírinni duib* (cum praecipio veritatem vobis) Wb. 19ᵈ. *adgaur* (gl. convenio) Pr. Cr. 57ª. *ished insin forchun dochách* (gl. in omnibus ecclesiis doceo) Wb. 10ᶜ. *forfiun* (gl. anclo) Sg. 143ª. *fogliunn* (gl. doceor; i. e. disco) Pr. Cr. 56ª. *assafiud* (gl. exero) Sg. 221ᵇ. *conriug* (gl. ligo) 181ᵇ. *atomriug* (adiungo me) Patr. h. *doforug*, *doforuch* (gl. abluo, gl. luo, gl. lavo) Sg. 22ª. 54ª. 146ᵇ. *dondiut* (sisto eum) 77ª. *dodiut* (gl. sisto) 152ᵇ. *asindiut* (gl. obsero, περιοπείρω) Pr. Cr. 57ᵇ. *fotimdiriut* (gl. suffio) Sg. 185ᵇ. *arneutsa*, *araneutsa* (expecto, quod exp.) Wb. 14ª. 23ᵇ. *arriuth* (gl. adorior) Pr. Cr. 57ª. *doaithbiuch* (gl. abrogo) Sg. 22ª. *indlung* (gl. findo) 15ª. *doimurc* (gl. ango) 181ᵇ. [*doimurg* (gl. arceo) Corm. B. *arco.*] *tessurc*, *dumesurcsa* (servo, servo me) Inc. Sg. *cethuc cuimbri mu libuir* (etiamsi pono brevitatem mei libri) Pr. Cr. 1ª. *contáig*, *otaeg* (gl. coēo) Sg. 144ª. Pr. Cr. 56ª. *fortiag* (gl. conniveo) Sg. 170ᵇ. *ateoch* (precor) Sanct. h. 1. Br. h. 95. *nochis non-*

dayes on (attamen rogo hoc) Ml. 21ᵇ. In vocalem exeunt *togu* (eligo) Pr. Cr. 1ᵃ. *ní déccu* (non specto) Wb. 24ᵃ, quorum radicalem *s* servarunt *tuicse* (electus), *déicsiu* (visio); praeterea *adbo* (prohibeo, recuso) O'Dav. *dagniusa sin* (facio ego hoc) Wb. 14ᵈ.

b) Forma absoluta rarius desinit in *-u* externam: *nibartorad precepte nach aili tiagussa. nibarsaithar nach aili tiagu* (gl. non gloriantes alienis laboribus) Wb. 17ᵇ; saepius in *-im̄*: *benim* (ferio) Inc. Sg. *melim* (gl. molo) Sg. 57ᵃ. *ithim* (gl. mando, -ere) 146ᵃ. *saigim* (gl. adeo) 217ᵃ. *braigim* (gl. pedo) 11ᵃ. *ligim* (gl. lingo) 176ᵃ. *sligim* (gl. lino) 183ᵃ. *dligim* (merui) Wb. 32ᵃ. Eadem forma subiunctae loco substituta: *neich roiccu aless, aní ricu aless* (eius, id quo egeo) Wb. 23ᵈ. 32ᵃ. *ni riccim forless* (non egeo vobis) 12ᵃ. *ruicim les mairchissechtae* (indigeo indulgentiae erga me) Ml. 22ᶜ. *inarbenim* (gl. iaceo) Pr. Cr. 57ᵃ. *inárbenim* (gl. appello, -ere) Sg. 146ᵇ. *dofuibnim̄* (gl. succido) 22ᵃ. *doimdibnim* (abscido) Wb. 17ᵈ. *ni forcital óisa foirbthi forchanim dúib* (non doctrinam hominum perfectorum doceo vos; supra *forchun*) 8ᶜ. *doaurchanaim* (gl. sagio) Sg. 60ᵇ. *foacanim* (gl. succino) 167ᵃ. *arachrinim* (gl. difficiscor) 145ᵇ. *dofuibrim̄* (gl. pitisso) 12ᵃ. *ished inso forchongrimm* (hoc est quod praecipio; supra *forcongur*) Wb. 9ᵈ. *arcelim* (gl. aufero) Sg. 9ᵃ. *dofuismim* (gl. cerno; rad. *sem*) 182ᵇ. *fodaimimse* (patior) Wb. 23ᵇ. *cunutgim* (gl. architector, gl. construo) Sg. 141ᵃ. *nád cuintgim lóg* (quod non peto mercedem) Wb. 14ᶜ. *conicim tanacul* (possum te salvare) L. Ardm. 18b. 1. *am. nángabimmse* (ut non accipio ego) Wb. 16ᵈ. *im̄imgabaim* (gl. vito) Sg. 50ᵇ. *taortaim* (gl. immineo) 15ᵃ. *foalgim* (gl. consternor) 146ᵇ. *fosligim* (gl. delino) 173ᵃ. *todúrgim, dodúrgim̄, totúrgim̄* (gl. irrito, gl. pellicio) 24ᵃ. 54ᶜ. 60ᵇ. *asfenimm* (gl. testificor) Wb. 22ᶜ. *frisaiccim* (gl. opperior) Pr. Cr. 57ᵃ. Quae forma hodie communis est omnium verborum.

In seriem tertiam transeunt *guidimm, guidim* (precor) Wb. 21ᵃ. 29ᵃ. 30ᵈ. *noguidimm, nonguidimse* (quod precor) 25ᶜ. 27ᵈ. *notguidiu* (oro te) Br. h. 17. *congairiu* (voco) Fél. prol. 249. *dofuismiu* L. Ardm. 177b.

2. pers. *a*) formae subiunctae I interna: *intain asbir, intan asm̄birso, intain im̄ asm̄birsiu* (si dicis) Sg. 66ᵇ. 208ᵇ. *for imbed inna precepte asbirsiu* (gl. quomodo dicet amen super tuam benedictionem? i. e. super abundantiam doctrinae quam dicis) Wb. 12ᵈ. *alín lathe dindapir* (numerus dierum, de quibus id dicis) Sg. 66ᵇ. *air intan nolabrither incetni persin l. intanaisi doadbit ainm hisuidiu* (nam cum loqueris primam personam vel secundam, demonstras nomen in hoc) Sg. 159ᵃ. *focheirt* (ponis, seminas) Wb. 13ᵃ. *dobir* (fers), *tabair* (das) Inc. Sg. *a rí conic aingliu* (o rex qui coërces angelos) Fél. prol. 7. *annongeiss cách immachomalnad* (gl. haec commone testificans coram domino; i. e. cum obsecras quemvis circa eius impletionem, ut id impleat) Wb. 30ᵇ. Vocali finita: *innaci* (gl. viden, videsne?) Sg. 15ᵇ. *conaci* (donec vides) Cr. 33ᵇ. *innadnaccai, cani accai* (gl. nonne vides?) Ml. 17ᵃ. 25ᵇ. *cinnísin frisnaiccaisiu* (gl. quem praestolare?) Pr. Cr. 54ᵇ. *attotáig doneoch dogni* (adigit te ad id quod facis, firmitas fidei tuae) Wb. 6ᵃ.

b) Formae absolutae I externa: *cani dupater* (canis tuum PN.) Inc. Sg. *ní latt ani ararethi* (non penes te est id propter quod curris) Wb. 6ᵇ. In seriem III. transgressa: *manumgaibi archarit* (gl. si ergo habes me socium) Wb. 32ᵃ. *inri chondaigi ... ní fogbai* (rex quem quaeris, non invenis, eum) Cod. Boern. (Beitr. III 50).

3. pers. *a*) I interna plerumque, sed non semper: *hóre nádmair peccad* (quia non viget peccatum) Wb. 3ᶜ. *notbeir* (fert te) 6ᵃ. *forbeir* (crescit) Sg. 32ᵃ. *am. formbeir* (ut crescit) Wb. 26ᶜ. *doopir* (privat) Sg. 221ᵇ. *ni tabir dia* (non dat deus) Wb. 14ᵇ. *ni tabair sem* (non dat ipse) Sg. 202ᵃ. *inthi dianaiper* (is de quo dicit) Ml. 14ᵈ. *ni epeir som* (non dicit ipse) Wb. 17ᵈ. *cani epir náte atbeir* (annon dicit, lex? non ita, dicit id) 10ᵈ. *adbeir* (dicit) 5ᵃ. *méit nánd nathbeir* (quantum non obsistit) Cr. 32ᶜ. *ol atairbir* (gl. quod redigat) Sg. 197ᵃ. *asbeir, asber, atbeir, assidbeir, arbeir, dobeir, dober* Wb. fq. *dofór* (efficit) Wb. 1ᵇ. *fritammiorsa* (gl. me adficiet, cogitatio) Ml. 32ᵈ. *dogair* (gl. appellat) 29ᵃ. *forchongair* (mandat) Wb. 15ᵃ. *forgair, forcongair, forchongair* (imperat) Sg. 161ᵇ. *focair* (monet) Wb. 16ᵈ. *frisgair* (contradicit) Sg. 193ᵇ. *fordingair* (significat) Corm. fq. *dommeil* (edit) Wb. 6ᶜ. *ni ceil som* (non celat ipse), *nicheil cid dd.* (gl. et David dicit) 4ᵈ. 5ᵇ. *atbail* (gl. evanescit) Sg. 4ᵇ. *atbail side* (perit is) Wb. 4ᵈ. *dineuch adbaill* (de aliquo quod perit) 16ᵇ. *ni epil* (non perit) 30ᵈ. Sg. 28ᵇ. 30ᵃ. *notail* (alit te) Wb. 5ᵇ. *ni torban, ni torban* (non prodest) 12ᵇ. *am. arinchrin* (ut interit) 32ᵃ. *afameinn* (gl. o adverbium optandi pro utinam) Sg. 207ᵇ. *abamin* (cum id optat) 161ᵇ. *ni goin* (non vulnerat) SM. 242. *ni airdben* (gl. nec interimit) Sg. 30ᵃ. *forchain* (praecipit) Wb. 8ᶜ. Ml. 41r. *daerchain* (gl. prophetat) Ml. 21ᵃ. *donaurchain, dinaurchein* (gl. portendere) Cr. 33ᵇ. 33ᶜ. *fomchain* (succinit mihi) Sg. 204. *dundí adgreinn* (gl. persequenti) Ml. 26r. *ishinonn persan gnís 7 fodaim* (est eadem persona quae agit et patitur) Sg. 143ᵃ. *intan fondaim* (cum patitur) 11ᵇ. *ni dam enecland anad, ni daim enecland anad* (non patitur honoris reparatio moram) SM. 120. 228. *ní dofuisim* (aliquid quod generat) Sg. 61ᵃ. *arafóim* (quod accipit) Wb. 13ᶜ. Ml. 29ᵃ. *ingabál lóge ar precepte am. nángabimmse dim nigaib lucas* (gl. ne quis nos vituperet in hac plenitudine, 2. Cor. 8, 20; i. e. vituperatio mercedis nostrae doctrinae, sicut ego non accipio eam ergo non accipit Lucas) Wb. 16ᵈ. *ni gaib airechas* (non capit principatum) 3ᵈ. *allinn ingaib* (rete in quo capit) 29ᵇ. *etergaib* (intercipit) Sg. 14ᵇ. *imaimgaib* (vitat) 59ᵃ. *arindí congaib* (quia continet) 35ᵃ. *niib finn combi mescc* (non bibit vinum donec fit ebrius) Wb. 28ᵇ. *ni neich inpeccad ni dlig dígail arniasse tuidecht fri toil dé* (gl. voluntati dei quis resistit? Rom. 9, 19; i. e. non cuiusquam est peccatum, non meruit ultionem, nam non potest veniri contra voluntatem dei) 4ᵃ. *atomaig, attotáig, atobaig, atobaich* (adigit me, te, vos) Wb. 10ᵈ. 6ᵃ. 19ᵈ. 9ᶜ. *condaig, condieig* (quaerit) 8ᵈ. 14ᶜ. *cid aridfuirig afoilsigud* (quid detinet eius manifestationem) 26ᵃ. *ni aufuirig* (non moratur) SM. 120. *nisnderigsi dam* (ne amittit quidem ea, peccata, ipsa, meretrix) Wb. 9ᶜ. *adreig achele* (erigit [?] alterum) 13ᵃ. *tormaig* (auget) Sg. 41ᵃ. *doindnaich* (gl. distribuit) 27ᵇ. *donindnigsom* (tribuit nobis ipse) Wb. 28ᵃ. *nonanich dia dicach imniud. nonanich dia calléic* (gl. ecce vivimus ut temptati et non mortificati; i. e. protegit nos deus ab omni tribulatione, protegit nos deus utique) 16ᵃ. *indonich nech uáib do epert inso* (gl. sed dicet aliquis; i. e. num quem e vobis iuvat dicere hoc?) 13ᶜ. *hore doseirh cach nolcc* (quia persequitur quemvis malum, potestas) 6ᵃ. *isindí dosich apeccad forcách* (in eo quod persequitur eius peccatum in quovis, spiritus) 15ᵃ. *inchosig* (significat) Ml. 21ᵈ. *inchoisig, inchoisaig, inchosig* Sg. 9ᵃ. 71ᵃ. 203ᵇ. (cf. App. I. A.). *nied iarmafoich som* (non id est quod quaerit ipse) 198ᵇ. *imetchomairc* (interrogat te) 197ᵇ. *asoirc* (caedit) 33ᵃ.

asóircc (verberat) Wb. 11ᵃ. *dofuairce* (qui triturat) 10ᵈ. *frisnorc* (quod inficit) Ml. 15ᵃ. *immandairc* (gl. rite competere, credit) 14ᵈ. *immindairc* (gl. incinatur) 47r. *afrimoirc* (gl. infensus) Ml. 28ᵃ. *nicumving, ni cumúing* (non valet) Wb. 9ᵈ. 11ᵃ. *arindi nád cumaing* (quia non potest) Sg. 50ᵃ. *ol donecmaing* (gl. quod accidit) 40ᵃ. *teomaing, tecmaing* (accidit) 9ᵃ. 29ᵃ. 30ᵃ. 156ᵃ. *oboing* (confringit) Wb. 4ᵈ. *ished atredesin foloing* (tria haec sustinent) 29ᵈ. *cia conicc* (quis potest?) 4ᵇ. *conicc bes, conic bes* (potest esse) Sg. 27ᵃ. 195ᵃ. *arcotdicc dia* (gl. potens est enim deus iterum inserere illos; i. e. nam potest id deus) Wb. 5ᵇ. *núdricc less* (quod non eget) 12ᵇ. *ni tuicsom.. ainm nabstil* (non ponit ipse nomen apostoli) 23ᵃ. *tuicsom inda nainmso* (ponit duo haec nomina) 21ᵈ. *ni tuic* Sg. 209ᵇ. *dandiat* (eum sistit) 8ᵃ. *inti dothuit foir. inti foratuit som* (is qui incidit in eum; is in quem incidit ille) Wb. 4ᵈ. *tinfetsom. hore doninfet* (inspirat ille; quia inspirat) 4ᵇ. *tadbat* (demonstrat) 10ᵇ. *donadbat* (quod demonstrat) Sg. 27ᵇ. Ml. 15ᵃ. *fácheirt* (deponit, abscondit se) Sg. 4ᵇ. *am. foceirt nech* (ut ponit quis) Wb. 32ᶜ. *ni contarat athis forachomnesam* (gl. opprobrium non accipit adversus proximum) Ml. 36ᶜ. *contetarrat* (comprehendit) Sg. 29ᵇ. *nosnguid som* (rogat eos) Wb. 25ᵇ. Fortasse, nisi potius futuri: *ceróich himeit 7 lagait anias oratio* (quid attingit in magnitudine et parvitate vox oratio) Sg. 26ᵃ. *ni roig di huáir deac* (non attingit duodecim horas) Cr. 33ᵇ.

Vocali finita: *fortacomaisom* (servat id ille, schema) Ml. 29ᵃ. *connói* (qui servat), *cotaóei* (servat id) Wb. 29ᵈ. *adchi, adchí* (cernit) Wb. 2ᵃ. Pr. Cr. 61ᵃ. *atchi* Wb. 24ᵃ. *atobci* (videt vos) 25ᵃ. *donnéicci súil sochuide* (gl. spectaculum facti sumus; i. e. videt nos oculus multorum) 9ᵃ. *immanaccai* (quas perspicit, in rebus) Ml. 17ᵇ. *davcci, dahucci, tuicci* (intellegit) Wb. 12ᵃ. 12ᵈ. 13ᵃ. *ni tucci, nithucci* (non int.) 12ᶜ. 12ᵈ. *dogni* (facit) Wb. 6ᵃ. 8ᶜ. 27ᵃ. 29ᵇ. *congni* (cooperatur) 26ᵈ. *am. fongni* (ut servit) 12ᵃ. *imfogni* (construitur) Ml. 27ᵃ.

b) Simplicium terminatio plenior ID: *berid cách brith forarele* (gl. suspitiones malae, sunt inter vos; i. e. fert quivis iudicium in alterum) Wb. 29ᵇ. *isdothabirt díglae berid inclaidebrin* (gl. non sine causa gladium portat, potestas) 6ᵃ. *maraith serce* (viget amor) Sg. 203. *tinaid* (gl. evanescit) 4ᵇ. *gelid* (gl. consumit, depascitur) 143ᵇ. *inti diib bes tresa orcaid alaile* (qui ex iis fortior est, occidit alterum) Ml. 19ᵈ. *canaid* (canit) Fél. Apr. 26. *ithid* (edit) Ml. 37r. *lenaid dingutai thóisig* (gl. mansit ex superiore pendens vocali) Sg. 9ᵇ. *aingid imdibe arbibdamnact rectto arba bibdu báis leusom inti nád imdibthe* (gl. circumcisio quidem prodest; i. e. protegit circumcisio a damnatione legis, nam erat damnatus mortis illis qui non circumcidebatur) Wb. 1ᵈ. *issamlid dam gniith demun* (ita etiam facit daemon) 21ᵇ. *argaibid side céil forbáas* (nam capit hic opinionem de morte) 9ᵃ. *guidid dia eruibsi dogress* (gl. Epaphras semper sollicitus pro vobis; i. e. orat deum pro vobis semper) 27ᵈ.

c) Forma relativa S (*-es, -as*): *hírect fognamo do pheccad .i. ishé gaibes airechas* (gl. in lege peccati quae est in membris meis) Wb. 3ᵈ. *tuicci angaibes insalm* (gl. cum convenitis unusquisque vestrum psalmum habet, gl. intellectum psalmi; i. e. intellegit quod continet psalmus) 12ᵈ. *céin gaibes* (gl. qui tenet nunc teneat, regnum populus Romanorum; i. e. quamdiu tenet) 26ᵃ. *ished ón saiges som* (gl. propter quod dicit: ascendens etc. Eph. 4, 8; i. e. hoc est quod dicit) 22ᵃ. *issed saiges sis* (est hoc quod dicit infra) Sg. 65ᵇ. *frimilid retheas*

(ad militem qui currit) Wb. 24ᵃ. *cach oen oirges duine* (quisquis occidit hominem) SM. 12. *nech orcas afini* (is qui occidit propinquos suos) Wb. 28ᵃ. *fobesad fir trebuir crenas tiir diachlainnd* (more viri prudentis qui emit agrum proli suae) 29ᵃ. *am. ńguidess athir amacc* (ut orat pater filium suum) 24ᵈ. *persan gnis* (persona quae agit) Sg. 143ᵃ.

Patet e terminatione primae personae huius temporis in vetustis codicibus *-am*, eadem ac vetusta hibernica *-im*, sed etiam ac recentiore *-af*, quae est terminatio futuri in recentiore lingua cambrica, mixtionem esse factam in usu praesentis et futuri, quorum temporum discrimen delebatur excussa nota futuri *b* sive *f*.

Sing. 1. pers. vetustam terminationem U servasse videntur haec exempla:

congrogu (congelo) gl. Lxb. *ni canu* (non cano?) carm. Cb. Praeterea semper AM in cambricis glossis vetustioribus, ut Oxoniensibus: *ladam* (caedo) 7ª. *anguoconam* (vigilo) 8ª. *rannam* (partior) 4ª. *lammam* (salio) 5ᵇ. *didioulam* (glisco) 2ᵇ. *credam* (vado) 6ª. *clutam* (struo) 5ᵇ. *temperam* (condio) 4ª. Derivata per *i*: *gruiam* (suo), *enmetiam* (innuo), *scruitiam* (screo) 3ᵇ. *diniam* (tinnio), *guirgiriam* (hinnio) 4ª. Derivata per *a*, *ha* denominativa: *etncoilhaam* (auspicio) 6ª. *lemhaam* (arguo) 3ᵇ. *datolaham* (lego) 5ᵇ. *mergidhaham* (evanesco) 2ᵇ. Eadem terminatione *doguorennam* (profundo) gl. Lxb., quare pro *treorgtim* (perforo) ib. haud scio an legendum sit *treorgam* vel *treorgtam*.

Recentior forma *-av*, varie scripta (p. 112) in codice nigro Caerm., in ceteris libris AF ut hodie, cum relicuis huius temporis formis etsi interdum servavit praesentis significationem, plerumque tamen significat futurum: *minneu ae guadaf* (ego id nego) Leg. 2, 6, 2. *mae mwyhaf gwreic agarafi yw hi* (maxime inter mulieres quam amo ipsa est) Mab. 1, 17 *mi ae talaf* (ego solvam id) Leg. 2, 5, 4. *minneu abaraf* (ego efficiam), *paraf yrofi a duw os gallaf yn llawen* (efficiam, per deum, si potero libenter) Mab. 1, 20. 264. *nawwytaaf* (quod non cenabo) 2, 59. Forma contracta: *mi aekannattaf* (ego eam mittam; inf. *kennattau*) 2, 218. E libro nigro Caerm. proponimus haec exempla: *athuendigaf de* (et benedicam te) carm. 10. *arduireaue, arduyreaue* (efferam ego) carm. 11. *molawe* (laudabo ego) carm. 12. *ami disgoganave, ami dysgoganafe, ami discoganwe* (et ego vaticinabor) carm. 17.

Cornice AF, AFF (interdum *-a*, abiecto *f*, p. 141) eiusdem usus: *pan welaff ow mab* (cum video filium meum, dolor me pervadit) P. 166, 4. *tan ow feth nyth nahaff* (per meam fidem, non negabo te) 49, 4. *ny strechyaff pell* (non tardabo diu) 158, 3. *par del won lauaraff ȝys* (ut scio, dicam tibi) 8, 1. *me nyth dampnyaf* (ego non damnabo te) 34, 4. *ny evaf bys deth fyn* (non bibam usque ad diem extremum) D. 724. *nyth tynahaf* (non denegabo te), *me nyn naghaf* (ego non negabo eum) D. 907. 910. *ny gafaf, ny gafaf vy, my ny gafaf* (non invenio, ego n. i.) D. 2157. 2167. 2214. *me ny gafa* (ego non invenio) P. 117, 4. *del gresa* (ut credo) D. 216. *thyvgh lauara* (dico vobis), *thyso gy y leuara, thyso lauara* (tibi dico) D. 1. 59. O. 1645. *byth ny falla* (nequaquam deero) D. 1933. *ny vynna* (nolo) O. 1330. *an pyth lemmyn a wela* (id quod nunc video) O. 1396. Cf. p. 369.

Aremorice AF, AFF (Man. *-ân*, Lgn. *-ann*, cf. p. 116), servata vi praesentis, cum futurum significetur formis coniunctivi, tam in Buh.: *ouzouchuy goulen a menaff* (vobis praecipere volo) 36, 17. *hac ez gourchemennaf affet* (et iubeo instanter) 210, 4. *mar gallaf glan* (si possum) 50, 24. *guelet ne gallaf quet* (videre non possum) 192, 7; quam in MJ.: *eguyt an boet nem em hetaf nac e nep guys ne rejouissaf nemet pan guelaf quentaf pae Jesu* (cenam non desidero nec ullo modo delector, nisi cum video primum pretium, Iesum) 6a. *nen nachaf quet* (non nego id) 6b. *a gallaff* (possum) 29a. Interdum cum contractione: *un chapelet ... a rof dit* (corollam tibi do; *ez roaf* MJ. 56a. 99b) MJ. 180b *a troff daz coffat* (vertor ad te reminiscendum; *pan droaf*, cum convertor, MJ 203b 204a) Buh. 198, 15.

2. pers. Cambrice I (ut hodie), E (p. 88) scriptione vetustiore, Y recentiore, inficiens *a* vocalem et radicis et derivationis: *nerthiti* (gl. hortabere)

Ox. 39b. *douolouse* (gl. depromis) Lxb. *athi ae gueli* (et tu id videbis) CN. carm. 82. *peth aroydy emy*, *pedh aroydy ymy* (quid das, dabis tu mihi?) Leg. 2, 1, 26. 2, 4, 7. *awely di y medyant yssyd ymi* (videsne tu potestatem quae est mihi?) Mab. 1, 7. *welydi yma yti bwyth yr ireit bendigedic* (ecce tibi merces unguenti benedicti) 1, 30. *ac yna ti aglywy dwryf mawr. athi a tebygy ergrynu y nef ar dayar gan y twryf* (atque tunc audies strepitum magnum et putabis concuti caelum et terram per strepitum) 1, 8. *agennhedy dy . . . kanhadaf* (tunc permittis? permitto) 2, 7. *oia uorwyn dec a bery di bot vymmarch i am arueu yn vnletty ami heno* (o formosa puella, tune facies ut sit meus equus et arma mea in uno hospitio mecum hac nocte?) 1, 264. *auenygy di y mi* (monstrabisne tu mihi?) 2, 15. *ny thewy di byth* (nequaquam tacebis tu), *nathewy di* (quod non taces tu) 2, 48. 39. *ny cheffy* (non habes) 2, 46.

Cornice YTH vel ETH (cuius *th* e radice pronominis *t* prodisse videtur, ut *th* infixum): *the vap ysac a geryth* (filius tuus I. quem amas) O. 1279. *dew then a gefyth ene* (duo homines invenies ibi) O. 333. *mar a mynnyth govynny ord en keth re ae clewas an rena a yll ʒe ʒysky* (si vis, quaere ea ex isdem qui ea audierunt, illi possunt te instituere) P. 80, 2. 3. *marth am bes kymmes drok wothevyth ha te . . . eraga fyn na gewsyth . . . betegyns te ny sconyth* (miror, quantum mali tu sustineas, quod nihil tu contra eos dicis, attamen tu non recusas) 120, 1. 2. 4. *me ad wra arluth bras ow honore mar mynnyth* (ego te faciam magnum dominum, me honorare si vis; leg. *-eth* propter consonantiam finalem) 16, 4. *prag omgwysketh* (cur me verberas?) 82, 4. *del leuereth* (sicut dicis) O. 2533. Propriae formae curtatae oriuntur, si additur *te* vel *ta*, coalescens cum *th* praecedente: *pan dra a wovents se* (quid quaeris tu?) P. 80, 1. *a na wylta* (nonne vides tu?) 120, 3. *a welte* (videsne tu?) D. 2925. *pendra leuerta* (quid rei dicis tu?), *pan leuerta* (quando dicis tu) D. 431. 2017. *pendra ny vents keusel* (cur non vis loqui?), *na venta* (quod non vis) D. 1775. 1293.

Aremorice EZ (= corn. *-yth*): *perac guirion na sarmonez nac ouzomp guer ne leuerez* (cur non sermocinaris libere nec ad nos verbum loqueris?) Buh. 56, 8. 9. *porz mez mar compsez gou* (habe dedecus si dicis false) 166, 12. *pez rez a prezeguez te* (quam legem praedicas tu?) MJ. 76 b. *evalse ez respontez te* (sic respondes tu?) 77 a. *gou dimez a leverez te* (mendacium impudens dicis tu) 78 a. *gui[r]yonez a compsez* (veritatem dicis) 14 a.

3. pers. plenior terminatio *-it* (respondens hib. *-ith*, *-id*) servata esse videtur in uno exemplo cambrico vetusto: *istlinnit* (gl. profatur) Cb. 4. Praeterea semper cambrice (ut cornice et aremorice) nuda radix vel thema verbi proponitur, interdum I inficiente admixta vocali radicis vel derivationis, quatenus infectioni patet: *ac o geyll henne* (et si potest hoc), *nyny adeuedun eckeyll egur ewar aky* (nos dicimus: potest vir separari ab ea), *ac o geil* (et si potest), *ac ony eill* (et si non potest; verb. *gallu*, posse) Leg. 2, 1, 27. 66. 70. *kafreyt asyrc* (lex mandat; rad. *arch*) 2, 1, 66. *paleueir*, *pan lefeir* (cum loquitur) CN. carm. 5. Tal. carm. 15. *allawenyd ageiff ef yman* (et laetitiam accipiet is hic, *caf*) Mab. 2, 43. *gwiffert petit y geilw y ffreinc. ar brenhin bychan y geilw y kymry ef* (G. p. vocant Franci, et regem parvum vocant Cambri eum; *galw*) 2, 51. *adyweit y gwyr* (quod dicunt viri; *dywedut*) 2, 39. *yny etteil ywort y cledyf* (donec moratur mensa gladium; *attal*) 2, 60. *yd edeu y modrwyeu oll* (relinquit omnes

suos annulos, virgo; *adaw*) 2, 217. *ac ef a vennyc fford itti* (ipse tibi monstrabit viam; *manac*) 1, 6. *ac ef a wyl pawb or a del y mywn. ac nys gwyl neb euo* (et ille videt quemvis qui intrat nec videt quisquam ipsum; *gwelaf*, video) 1, 273. *ydyt marchawc y llamhystaen gostec* (ponet eques nisi provocationem; *dodi*) 2, 16. *yny tyrr, yny dyrr* (donec frangit; *torri*) 2, 18. 49; 51. 65. *yny ryd ynteu vreuarat mawr* (donec dat ille, cervus, ruditum magnum; *rodi*) 1, 7. *yny hyllt y daryan* (donec findit scutum; *hollt*, fissura) 2, 37. 49. *yny ymegyr y holl welioed ynteu* (donec aperiuntur omnia vulnera illius; *agori*) 2, 57. *pa dyn a gwyn* (quis plorat? *kwynaw*) 2, 234. *mal y dyly* (ut debet; *dylyu*) 2, 28. *pan diegleir* (cum apparet) Tal. carm. 15. *asich heul agulich edar* (quod siccabit sol, irrigabit E.) CN. carm. 15.

In aliis integra vocali: *edyn ae kemer ac nys tal* (homo qui id recipit et non solvit) Leg. 2, 1, 77. *ar wreic vwyhaf agar pob un gyt ac ef* (et mulier quam quisque maxime amat cum eo) Mab. 1, 284. *sef ae gat ymi* (tum id concedet mihi) 2, 55. *onyt angheu (agheu) ebrwyd amdwc i* (nisi mors cita me absumet) 2, 17. 21; cf. inter glossas Lxb. *dodimenu* (gl. decreat; i. e. *dodimenw?*). Immo abiecto *i*: *euo ath gud ditheu* (ille abscondet te; hod. *cuddio*) Mab. 1, 14. Contra servata *a* (quam Davies dicit communem huius personae terminationem): *os kanhatta* (si dimittit eum; hod. *caniatâu*) 2, 31. *ac velly y teruyna*, *ac uelly y teruyna* (et sic terminatur) 3, 36. 161. *ef aamgena dy synnwyr* (tum mutabitur mens tua) 2, 51. *ny weda itti* (non convenit tibi) 2, 30. *or gorthrymha gouut arnat* (si qua aerumna opprimit te) 2, 33. *agerda* (proficiscitur), *yny gerda* (donec pr.), *ny cherda* (non pr.) 1, 243. 2, 36. 1, 14. 2, 7. *yny glwyua* (donec vulnerat) 2, 18.

Corn. vocali infecta: *gyll*, *a yll*, *a yl* (potest; e *gall*) fq. *eleth ȝe rygthy a seff* (angeli coram ea surgunt; impers.) P. 226, 3. *ol an dusma a leuer* (omnis hic populus dicit; *lavar*) 129, 2. *wy an kyff* (invenietis eum) 256, 3. *why a ergh* (iubebitis) 170, 1. *te a ȝek* (portabis) 174, 2. *my an te thys* (iuro id tibi) O. 2124. *my as henow vyrago* (nomino eam vir.) O. 114. *ty a verow* (morieris) O. 2737. *my re beghas hag a henna a elow mersy* (peccavi et propterea clamo, imploro misericordiam) O. 1864. Vocali non infecta: *neb a gar* (qui amat) P. 24, 1. *te am nagh* (negabis me) 49, 3. *y coth thys* (convenit tibi) 17, 2. *ny goth thys* (non convenit tibi) 15, 1. *a theber* (qui edit) D. 799; abiecto *i*: *hay mab as gorth* (et filius ipsius eam colit) P. 226, 4. *pyv ytho as hembronk thy* (quis vero eos ducet eo?) O. 1874. *nep a serf* (is qui servit) D. 799; servato *a*: *y whela* (quaerit) P. 21, 3. *hay naghe byth ny wyla* (nec quidquam prodest id negare) D. 1407.

Arem. vocali infecta: *alan so breman souzanet mar quell e lin* (Alanus nunc est sollicitus, si perdit linum suum; rad. *coll*) Buh. 172, 3. *moz quef* (vos invenio) 40, 2. *ne chem nigun* (non manet quisquam; *chom*) 10, 4. *maz guell* (ut possit) MJ. 138a. Sine infectione: *mar car touet* (si libet ei iurare) Buh. 170, 16. *a laz* (occidit) 144, 6. *ma lauar gaou a te prouffe* (si dicit mendacium, tunc probares?) 158, 10. *me pet* (rogo) 92, 16. 114, 5. 172, 16. *me guel* (video) 10, 17. 18, 16 etc. *oz discuez* (monstrat) MJ. 71b.

Plur. 1. pers. Cambr. UN, WN (pro *-um*, *-om*, praevalente radice pronominali *n* huius personae, ut *chw* sequentis): *eeinmicun* (reveremur) Cb. carm. 1. *ny adeuedun*, *nyny adeuedun*, *ninni adewedun* (nos dicimus) Leg. 2, 1, 69. 70.

11, 20. *ni ae dywedion* (nos id dicemus) Mab. 1, 2. *duw awyr nat ymchoelwn* (deus scit nos non reversuros) 2, 218. *nyny eyssyoes aadun guad* (nos tamen admittimus negationem) Leg. 2, 1, 36. *mynnwn heb y gweisson* (volumus, inquiunt pueri) Mab. 1, 35. *weithon ni aymdidanwn a thi* (nunc colloquemur tecum) 1, 5. *rodwn* (damus) 2, 218. *am hynny y llosgwn ninneu hi* (propterea nos comburemus eam) 1, 35. Absorpto *w*: *yth adawn* (trademus te; *adaw*) 1, 252.

Corn. YN: *del redyn, del redyn ny y[n] lyffrow* (ut legimus, ut l. nos in libris) P. 204, 3. 206, 2. *nyn gorȝyn* (non veneramur eum), *ken mygtern ny venyn... caffos* (alium regem nolumus accipere) 148, 3. 4. *mar a cresyn* (si credemus) 258, 4. *mar kefyn den* (si inveniemus virum) D. 647.

Arem. cum *m* primitiva OMP: *mar guellomp* (si possumus) Buh. 86, 4. *mar daleomp on em queffomp entromp trompet* (si tardamus, nos inveniemus inter nos deceptos) MJ. 17 a. *non em doutomp tam* (nequaquam dubitamus) 168 b.

2. pers. Cambr. UCH, WCH (abnormi item terminatione orta e radice *chw* pronominis *chwi*, vos, ut iam inter glossas Ox. in praet. *guodeimisauch*, passi estis; servata tamen infectione vocalis, quam postulabat propria terminatio *-it*): *ny ellwch chwi y dalu* (non potestis vos id solvere) Mab. 3, 197. *ny cheffwch un drwc* (non accipietis quidquam mali) 3, 29. *dowch yma auory chwi ageffwch atteb* (venite huc cras, vos responsum habebitis) 2, 219. *y gwr a ovynnwch chwi* (vir quem quaeritis vos) 2, 232. *or hynn ageisswch chwi* (de eo quod quaeritis vos) 2, 234. *namyn oroduch gret nawneloch gam idi. mi aekannattaf* (tantum si dabitis fidem vos non illaturos iniuriam ei, ego eam arcessam) 2, 218. *y cwm mawr awelwch* (vallis magna quam videtis) 2, 233. Sed etiam *-ych*: *tangneued agawssawch acherenyd ageffych* (pacem accepistis, et amicitiam accipietis) 3, 200; et *-och*: *athi a deuy gyt ami y vurw dyludet ti athwyr. ac enneint ageffoch* (et tu venies mecum ad ponendam lassitudinem tuam, tu et viri tui, et unguentum accipietis) 1, 25. *achynn ych mynet ymeith atteb a geffoch* (et antequam abitis, responsum habebitis) 2, 29.

Corn. OUGH (*-ogh*, *-eugh* etc., = cambr. *-uch*, inficiens): *mar nyn kefough* (si non invenietis eum) R. 620. *mar mynnough* (si vultis) P. 127, 3. *pandra vynnogh thym the ry* (quid vultis mihi dare?) D. 586. *pyth a vynnough why ȝe ry* (quid vultis vos dare?), *pandra yw a vynnough wy* (quid rei vultis vos?) P. 39, 1. 67, 2. *golyas ny yllough* (vigilare non potestis) 55, 4. *pan adra a ynnyough wy warnoȝo* (quare instatis vos ei?) 99, 1. *pragh yth hembrenkygh ov enevalles the ves* (cur abducitis animalia mea?) D. 204 sq. *ny wothogh pendra geweugh* (nescitis quid loquamini) D. 443. *neb a wheleugh why* (is quem quaeritis vos) P. 68, 2. *pyw, pyv a whyleugh* (quem quaeritis vos?) D. 1109. 1115. *thotho ny ylleugh gul drok* (ei non poteritis facere malum) R. 1914. *pyv a synsow why moghya* (utrum creditis vos maiorem?) D. 788.

Arem. ET, IT (inficiens praecedentes vocales, hib. vet. *-id* = *-ith*): *gourhemenet scler a queret* (iubete prompte quod desideratis) Buh. 124, 1. *pe leueret huy* (quid dicitis vos?) 160, 1. *petra a mennet* (quid vultis?) 168, 15. *lesel an bet a renquet* (relinquere mundum debetis) 26, 2. *hoz em quifit* (vos vos invenitis) 152, 2. *pan guillit net* (quoniam id potestis sincere) 194, 20. *mar quefit* (si invenitis) MJ. 9 a. *mar em queret* (si me amatis) 5 a. *pebez compsou ... a*

lyvirit (quid sermonum loquimini?) 206a. Cum contractione: *en lequet* (ponitis eum) MJ. 129a.

3. pers. Cambr. ANT: *amal itercludant* (gl. ut subigant, cernis) Cb. 32. *os kyn e seythuet vullydin edescarant. os ouaru e guahanant* (si ante annum septimum secedunt, si morte discedunt, separantur, mariti) Leg. 2, 1, 9. 11. *peth a vynnant hwy uelly* (quid ita volunt ipsi?) Mab. 1, 290. *ny chlyweist eiryoet yth wlat dy hun kerd kystal ac aganant* (non audivisti unquam in tua ipse regione cantum aeque dulcem, ac canent aves illae) 1, 8. *ac ayvant .. ac agyscant* (et bibent et dormient) 3, 302. Apud poëtas saepe abiecto *t* et hic et in aliis temporibus, ut: *ỳ kuỳnan* (deplorant), *ỳ dỳlanvan* (explebunt) CN. carm. 1.

Corn. ONS: *prag na geusons dyougel* (cur non locuntur aperte?) D. 1212. *ny vynnons crysy* (nolunt credere), *vyth nyn cresons ef neffre* (nunquam credent illud) O. 1435. 1440. *vyth ny yllons ymwerες* (nequaquam possunt se servare), *ny yllons bos nyfyrys* (non possunt numerari) O. 1420. 1544. *mar an kefons* (si eum invenient) D. 582.

Arem. ONT: *ne cessont quet ouz ma pidif* (non cessant me rogare) MJ. 29b. *ez rencont bout flour sicouret* (debent dulciter iuvari) 24a. *maz clescont prob ma disober* (ut conentur prorsus me delere) 23b. *pe leveront y* (quid dicunt illi?) 227a. *mar queront* (si placet iis) 18a. *goall nen queffont ez int spontet* (quia eum non inveniunt, perterrentur) 215b.

Futuri notam B olim extitisse in britannica quoque lingua, etsi patere videtur ex F (orta e *b*, p. 138) quae inest in formis aremoricis futuri secundarii (de quibus infra), certis tamen primarii reliquiis probari nequit. Quae enim formae huc pertinere videntur, aut recentiore cum radice *bu* compositione ortae sunt indubie ut cornicae, de quibus suo loco exponetur, aut aliquam movent suspitionem ut aremoricae, tam recentior *ra garfet* (ametis), quae forma non futuro, sed coniunctivo tribuitur a Dum., quam vetustiores *gouzauefez* in versiculo: *mechant dezaf mar gouzauefez* (miserum illi, tyranno, si tolerabis) Buh. 86, 11, et *royf* (dabit): *an merch man ha hy leanes a royf mab bihan voar en maes* (virgo haec et ea monialis edet puerum parvum) 78, 7. 8, quarum illam corrigendam esse (leg. *gouzavez*, *gouzafez*) docemur et syllabarum numero et lege consonantiae internae, hanc verbi anomali formam suspectam certe habemus, cum saepius *y* et *if* confundantur. Ac ne vetusta quidem cambrica terminatio BOI, quam inesse putaveris in *hacboi* (gl. excutiendus erit, pulvis; i. e. excuties?) Ox. 39ᵃ, de qua videas in App., et *piouboi* Cb. 1, ab omni parte munita est; hodiernam autem formam *carif* (amabit; Owen. gramm. p. 110) vel *ceriff*, quam acerrime impugnans Davies. (Gramm. p. 99. 100) sua iam memoria pervulgatam 'nunquam, inquit, sine indignatione audio', forsitan rectius explicaverit Williams. (Dosparth p. 103) tanquam conflatam ex regulari forma *car* cum pronomine *ef*.

Tametsi igitur cum eadem nota futuri facile in paradigmate restitui poterant formae primitivae, excussa tamen illa commixtum esse usum praesentis et futuri tam cambrice quam cornice apparet ex exemplis supra enumeratis, in quibus utrumque tempus eadem praesentis forma significatur. Sola aremorica dialectus, quae vim praesentis integram servavit, amissa vetere forma novam sibi

creavit, coniunctivum ad futuri usum convertens. Quare in recentis linguae grammaticis hae formae sistuntur: sg. 1. *kaninn* (canam), 2. *kani* (canes), 3. *kano* (canet), plur. 1. *kanimp* (canemus), 2. *kanot* (canetis), 3. *kanint* (canent), eaedem quae praemissa part. *ra* significant coniunctivum (cf. hib. coni. p. 414 sq.): sing. 1. *ra ganinn* (canam), 2. *ra gani* (canas), 3. *ra gano* (canat), plur. 1. *ra ganimp* (canamus), 2. *ra ganot* (canatis), 3. *ra ganint* (canant). Ita quidem apud Lgn. (pp. 109. 110), quocum concordat Manorius: *lennin* (legam) etc. Dumoulini (Pragae 1800, p. 106) exemplum coniunctivi — sing. 1. *ra garin* (amem), 2. *ra gari* (ames), 3. *ra garo* (amet), plur. 1. *ra garimp* (amemus), 2. *ra garfet* (ametis), 3. *ra garint* (ament) — discrepat forma *carfet*, haud scio an e futuro secundario deprompta. Concordant fere Buh. et MJ.

Sing. 1. pers. IF, IFF: *dan ylis guen em em teniff* (ad ecclesiam albam pergam) Buh. 34, 14. *aman ez chimiff ne griff quen* (hic manebo, non faciam aliter) 118, 5, unde corrigendum: *a drej ez chimy ne grif quen* (remanebo, n. f. a.) 54, 10. *ne ehaniff* (non tardabo) 34, 16. *ez rentif ma speret* (reddam spiritum meum) 96, 2. *ne guillif quet* (non potero) 90, 22. *gueneoch en dez man ez coanif* (vobiscum hodie cenabo), *enho tretif guelhaf maz guillif* (vos excipiam quam optime potero) MJ. 5a. *nez refusif quet a netra* (non recusabo tibi quidquam) 152b. *kivizyquen e louenhif her dre bevif* (dehinc laetabor, quamdiu vivam) 182a. *hac ennhaf pepret ez credif* (et in eum semper credam) 148b. *ez minif* (manebo), *pan clafvif* (si aegrotabo), *pan mirvif* (si moriar) 192b.

2. pers. I, Y: *en paradoes he quyfi* (in paradiso id invenies) Buh. 64, 1. *ganteuy esem quyfi sot* (propter illum te invenies stultum) 88, 20. *an pez a quiri* (rem quam desiderabis) 178, 8. MJ. 153a. *ma treit ne guelchy bizhuyquen* (pedes meos nunquam lavabis) 52a. *an tam bara se adevry a dibry hec* (istud frustum panis indubie edes turpe) 60b. *ez chomy* (manebis) 122a. *ez gouzafvy garv an marv yen* (patieris crudeliter mortem gelidam) 80a.

3. pers. O: *doe roen tir a miro* (deus rex terrae servabit) Buh. 6, 25. *eff a guelo* (ipse videbit) 192, 14. *ne gallo* (non poterit) 48, 9. Item in constructione impersonali: *me a laeso* (relinquam) 8, 7. *me compso* (dicam) 18, 24. *ny a pedo* (petemus) 16, 9. *ny a caffo* (capiemus) 32, 2. *huy a guelo* (videbitis) 100, 8. *niz sezlovo* (tibi auscultabimus) 74, 8. *me en dalcho* (tenebo eum) MJ. 158a. Sed etiam I, Y (p. 513): *neuse hep mar me a essay sarmon* (tunc sine dubio conabor sermonem) Buh. 58, 1. *ny alaquay* (ponemus) 114, 15. *me az scoy, me hoz scoy* (feriam te, vos) 10, 10. 144, 21. *men scoy* (infigam eum) MJ. 138a.

Plur. 1. pers. OMP: *on em queffomp* (nos inveniemus) MJ. 17a. IMP: *dalchimp* (tenebimus) Buh. 32, 17. *ez sezlouhimp* (audiemus) 52, 13. *oll ez collimp* (omnes peribimus) 86, 1. *hoguen ma cafhymp ny lyen* (tamen ubi inveniemus nos linteum?) MJ. 154b.

2. pers. IT: *cher mar a geffit* (hilarem vultum invenietis) MJ. 5b; frequentius ET: *oll ez guelhet asezet glan mab den ... a dehou doentad* (omnes videbitis sedentem pure filium hominis a dextra dei patris) 80b. *ez satisfihet voe* (satisfacietis deo) 14b. *boet a queffet darevet* (cibum invenietis paratum) 202b. *pebez anquenou poanyou glan a gouzafhet* (quantum angustiae dolorum mere patiemini!) 44b. *ne quolhet netra* (nihil perdetis) 210a.

3. pers. INT verborum anomalorum.

Coniunctivus (et optativus).

Coniunctivi reliquiae vocali O (= *au*, hib. *á*?) distinctae admodum mixtae sunt cum formis optativi conspicuis aut diphthongo OI, WY aut simplici vocali I; in utrisque formis plerumque, etsi non semper, *h* intromissa, tenues servatae, consonae geminatae inveniuntur sicut in comparationis gradibus (p. 298). Ceterum dialectos britannicas animadvertendum est magis cum lingua gallicana consentire quam cum latina usu coniunctivi huius, quem grammatici Cambri futuro tribuunt. Aremorice isdem formis futurum significari supra diximus.

Sing. 1. pers. cambr. UIV, WYF: *kyd karhwine morva. cassaue mor* (leg. *karhwiue*; quamvis amem ego litus, odi ego mare) CN. carm. 34. *athi amgwely i kany welwyfi dydi* (et tu videbis me, quamvis ego non videam te) Mab. 1, 14. *ny chatwyf vywyneb ot af* (ne servem faciem meam, si eo), *a dywet na devaf y lys vyth . . yny gaffwyf ar gwr hir* (et dic me nequaquam venturum ad aulam, donec invenerim virum longum) 1, 243. *nyt af y wrthyt . . . yny wypwyf aallwyf* (non ibo abs te, donec sciam an possim) 1, 253. *mi ath gaf di tra yth vynnwyf. agwedy nath uynnwyf mi ath dyrraf ymeith* (ego habebo te quamdiu te volam, et postquam noluero te, ego te dimittam foras) 2, 46. *dyrcheuwch y ffyrch y dan uyn dwy ael adygwydawd ar vyllygeit hyt pan welwyf defnyd vyndaw* (attollite furcas sub mea supercilia quae ceciderunt super oculos meos, donec videam materiem generi mei) 2, 219. *tra parhawyfi mi ath gynhalyaf athi ath gyuoeth tra allwyf kynnal ymeu vy hun* (quamdiu ego manebo, ego te servabo et te et tuum imperium, quamdiu potero servare meum ipsius) 3, 35.

Corn. YFF (inficiens): *may kyllyf clewas* (ut possim audire) D. 554. *me an herth guel ha gyllyf* (incutiam eam, hastam, quam optime potero) D. 3012. *may allyf vy y weles* (ut possim ego id videre) D. 83. *drewh e thymmo man guyllyf marow vyth pan yn kyffyf* (afferte eum ad me, ut videam eum; morietur, cum eum nactus ero) R. 1776 sq. *ma gas bo lowyne nef pan vyrwyf* (ut sit vobis laetitia caeli, cum moriar) D. 227. *worto pan wofynnyf* (eum cum interrogo) D. 1855. *kyn leuerryf guyr* (quamvis dicam verum) D. 1481. *na vlamyough vy kyn fyllyf* (ne vituperaritis me etsi aberrem) D. 3013. *er na kyndlyf y golon* (donec tangam eius cor) R. 1531.

Arem. IF, IFF (hod. *-in*, *-inn*): *maz compsiff* (ut dicam) Buh. 76, 2. *maz sacramantif* (ut accipiam sacramentum) 140, 18. *maz guillif* (ut possim) 44, 12. 19. *maz guylliff* (id.) 116, 9. *na laziff* (ut non occidam) 10, 6. *maz bewif* (ut vivam) 24, 15. *maz decedy* (leg. *-if*; ut decedam, moriar) 8, 21. *ma en bezhif* (ut eum sepeliam) MJ. 152b.

2. pers. WYT hodie cum *t* pronominis *ti* procul dubio.

In codice rubro YT in hoc exemplo: *kyn nys gellyt mi ath garaf yn vwyhaf gwr* (etsi non id potes, loqui, ego te amo maxime virorum) Mab. 1, 268; praeterea YCH, accedente *ch* aliena ab hac persona: *ae yma ae yn y lle y mynych* (aut hic aut quo loco voles) 1, 284 sq. *achymer y niver a vynnych gyt athi amwyhaf agerych om fydlonyon i* (et sume numerum quem vis tecum et quos maxime amas e fidelibus meis) 2, 30. *athra gudyych ti euo euo ath gud ditheu* (et quamdiu abscondes tu illum, ille abscondet te) 1, 14. *hyt pan dywettych di* (donec dicas tu) 2, 213. *kyt keffych hynny yssyd ny cheffych* (quamvis capias

illud, est quod non capias), *hawd yw gennyf kaffel hynny kyt tybyckych di na bo hawd* (facile est mihi capere illud, quamvis opineris tu non esse facile) 2, 222 etc. *pyderw ytti pryt nat atteppych y neb hediw* (quid accidit tibi, quare non respondeas cuiquam hodie?) 1, 18. *pa uedwl yw dy teu di unben pryt na bwyttehych* (quae cogitatio est tua, domine, cur non cenes?) 2, 63. *taw hyt y mynnych* (tace quamdiu voles) 3, 22. *paarch bynnac aerchych di ymi* (quamcunque petitionem petiveris tu a me) 3, 21.

Corn. Y: *me ath pys may leuery* (rogo te ut dicas) R. 2046. *may leuerry* (ut dicas) D. 1323. *te na yllyth omwoȝe vn pres yn geyth na peghy* (tu nequis cavere ullum tempus diei ne pecces) P. 20, 3. *beȝens kepar del vynny* (fiat ita ut voles) 57, 4. *del vynny* (si vis) O. 2201. *del ym kerry* (si me amas) O. 2218. R. 1859. 2045. *del ym kyrry, del om kyry* (id.) O. 587. D. 991. *ha me a wyth nan lyttry* (et ego cavebo, ne eum fureris) R. 58. *pan gyffy dalhen ynno* (cum habebis captionem in eo) D. 992.

Arem. I (-*v*): *mir nen heuliy mir men cometti quet* (cave ne id sequaris, cave ne id committas, peccatum) Buh. 66, 3. *diouz guin maz abstiny* (a vino ut abstineas) 70, 10. *mir na filli* (vide ne erres), *na na pariuri* (neve peieres) 166, 4. 5. *euit maz guili* (ut videas) 124, 13. *maz querzy* (ut ambules) 196, 1. *maz credy* (ut credas) MJ. 183 a. *ret eu ez mirvy* (necesse est moriaris) 65 a.

3. pers. cambr. O: *trayan akafo* (trientem eius quod acceperit) Leg. 1, 1, 5. *euluydyn kentaf emarchoco* (primo anno quo equitaverit) 1, 7, 12. *or pan archo* (ex quo mandaverit) 1, 18, 5. *ac ual y mae mynych yr neb aymkanlyno ac ymladeu aryueloed. efrawc alas aechwemeib* (et ut fit saepe ei qui versetur in pugnis et bellis, E. occisus est et sex filii eius) Mab. 1, 235. *gwnaet iawn mal y barno goreu gwyr y llys* (satisfaciat ut indicaverint optimi viri curiae) 2, 25. *na vwytaaf ymkyffes yduw heb hi yny vwyttao ygwr yssyd ar yr elor racco* (non cenabo per confessionem dei meam, inquit illa, donec cenet vir qui est in feretro illo) 2, 59. *keis ath lado* (quaere qui te caedat) 3, 13. *arglwyd heb hwy kymer gret y mackwy na dywetto or awelas yman* (domine, inquiunt ii, sume fidem pueri, eum non dicturum, ne dicat de eo quod vidit hic) 1, 264. *duw adalo itt* (deus penset tibi), *duw arodo da ytt* (deus det bonum tibi) fq. Cum particula actionis perfectae: *nyt oes ... namyn yr unty hwnn nys ry dycko* (non est nisi una domus haec quam non abstulerit) 1, 28.

Corn. O: *suel a vynno bos sylwys* (quisquis vult salvari) P. 2, 1. *neb a vynno y glewas* (qui vult id audire, verbum dei) 12, 4. *forth nynges may hallo bos deflam guris* (via non est qua possit purgari) 32, 4. *manno allo* (ne possit) 19, 4. *a woȝaffo* (qui patitur) 24, 2. *an deppro gans cregyans da* (qui eum edet, panem, cum fide bona) 44, 4. Post *o* vocalem Y in anomalo *roy* (det).

Arem. O (coni.): *na gallo* (ut non possit) MJ. 138 a. *doe roen tir a miro dit tra hedro na nouso quet* (deus rex mundi providebit, ne tibi quidquam nunc noceat) Buh. 6, 26. *pen diaoul ram foulo* (aut diabolus me conculcet) 88, 5. *ra pell pado* (diu vivat) 200, 19. *doe ... raz remedo* (deus medeatur tibi) 194, 2. *doe ... ram pardono* (deus ignoscat mihi) 44, 4. *doe roz saluo* (deus salvet vos) 112, 6. *maz desquo* (ut discat) 110, 2. *maz gallo* (ut possit) 58, 9. *maz sicouro doe* (ut iuvet te deus) 198, 2. Sed post vocales *a* et *o* potissimum I (opt.), cf. fut. et verba anomala.

Plur. 1. pers. cambr. OM: *ar meint mwyhaf aallom ni o drwc awnawn yno* (et quantumcunque poterimus nos mali faciemus ibi) Mab. 2, 242. *duw awyr nat ymchoelwn hyt pann welhom y uorwyn* (deus scit nos non reversuros donec viderimus puellam) 2, 217. *yr atteb goreu agaffom ninneu* (optimum responsum quod accipiemus nos) 3, 95. *hyt pan dywettych di nat ydiw y uorwyn honno yny byt. neu ninneu ae kaffom. nyt ymcarwn athi* (donec dixeris tu non esse puellam illam in mundo aut nos eam invenerimus, non discedemus a te) 2, 213.

Corn. YN sine dubio, etsi exempla fere sunt incerta: *ma yllyn mos the soper* (ut possimus ire cenatum) D. 708. *may hyllyn* (ut possimus) D. 625. 1250. 1625. 1771. *py le penag ys kyffyn* (ubicunque id inveniemus) D. 1551. *branchys olyf pan kyffyn* (ramos olivarum si inveniemus) D. 244. *guel hagh yllyn* (quam optime poterimus) D. 246.

Arem. IMP ut hodie (optativi forma): *maz veohimp* (ut vivamus) Buh. 52, 15. *petra vezo a aushymp ny* (quid erit quod parabimus nos?) MJ. 200b. Tamen etiam OMP (veri coniunctivi): *maz labourhomp ny gracius* (ut laboremus nos gratiose) MJ. 155b. *mar deu ret ... dren maro entromp ez recomp ny* (si necesse est morte inter nos separemur nos) 37b.

2. pers. cambr. OCH: *ac mal y crettoch doet un ohonawch* (et ut credatis, veniat unus e vobis) Mab. 2, 234. *ac yny agoroch y drws ... y gellwch uot yno ... ac or pann agoroch y drws hwnnw ny ellwch uot yno* (et donec aperueritis portam, poteritis esse ibi; et ex quo aperueritis portam illam, non poteritis esse ibi) 3, 98.

Corn. OUGH: *golyough ha pesough ow ȝas may hallough mos ȝy aseth* (vigilate et orate patrem meum, ut possitis ire ad sedem eius) P. 52, 3. *ha me a ra the crist amme may hallough y aswonvos* (et ego Christum osculabor, ut possitis eum cognoscere) 63, 4. *pan vynnough*, *pan vynnogh* (si vultis) 37, 4. D. 545. *pahan cheyson as bues why er byn ihesu nazare pan vynnough y thystrewy* (quam causam habetis vos adversus I. N. quare velitis eum destruere?) D. 1970—72. *pan yn guyllough* (si eum videbitis) R. 1912.

Arem. IT (opt. forma): *maz dereit* (ut manifestetis) Buh. 36, 19, praeterea ET (sed addito *h* differens a praes. primario): *pan querhet* (si vultis) MJ. 48a. *nep a querhet* (quemcunque vultis) 168a. *da ober seder a querhet* (ad faciendum certe quod voletis), *en manyer maz diliberhet* (qua ratione deliberabitis) 45a. *maz mirhet* (ut custodiatis) 168a. *guelhaf maz guelhet* (quam optime poteritis) 45b. *moz pet oar se ez autrehet* (oro vos propterea ut praebeatis) 35a. *maz sefhet* (ut surgatis) 176a. *maz goelhet* (ut lacrimetis) 125b. Hod. *-ot*, iam apud Man.

3. pers. cambr. OINT, ONT: *eny kafoent tyr. breynt etyr akafont* (donec acceperint terram; privilegium terrae quam acceperint) Leg. 1, 5, 12. *pan uenoent. pan ranoent* (si voluerint; si divident) |1, 9, 22. 14, 7. *aphan kambwyllont hwy or lleon y deuant wy yth gyrchudi ... agwedy na welont hwy dydi drwc vyd yantunt* (et cum consuluerint illi ex urbe, venient ii quaesitum te, ... et cum non viderint illi te, aegrum erit iis) Mab. 1, 14. *aphan dechreuont alw* (et cum incipient clamare) 2, 9. *y lle yth gaffont* (ubicunque te invenient) 3, 214. Vetustior forma videtur AUNT: *cuinhaunt* (gl. deflebit, genus hoc; i. e. defleant) Cb. 55.

Corn. ONS: *may caffons aga gwayn* (ut inveniant ipsi lucrum suum) P. 114, 4. *mar caffens goff* (si inveniant fabrum) 154, 2. *may hallons* (ut possint) O. 2833. D. 840. 2234. *na allons* (ne possint) O. 1825. 1835. *ma na allons* (id.) R. 34.

Arem. ONT (coni.): *ez dle sicour an peuryen hep douigaff gront oz an re creff no deceffont na no foulont* (debet, iudex, iuvare pauperes non timens omnino fortes, ne eos decipiant neve eos conculcent) Buh. 154, 2 sq. *non obstant diblas em casont* (quamvis acerbe me oderint) MJ. 139b. INT (opt.), quae communis hodierna terminatio iam a Manorio profertur, in Buh. et MJ. nondum invenitur nisi in verbis anomalis.

Imperativus.

Frequentiora sunt exempla secundae personae et 3. sg., rariora ceterarum.

2. pers. sing. cambrice vel radicem nudam profert, ut in verbis primitivis, vel thema verbi ut in denominativis et derivatis, servata vocali *a* terminali, abiecta *i* sicut in 3. pers. sing. indicativi. Item cornice et aremorice. Sequitur interdum pronomen amplians.

Exempla cambrica: *tal y ymdidan* (persolve, narra narrationem), *tal di* (persolve tu) Mab. 1, 2. *yf* (bibe) 2, 59. *kymer* (sume), *par* (fac) 2, 25 etc. *galw attat* (advoca tibi) 2, 44. *taw bellach* (tace porro) 2, 39. *taw heb y marchawc. dos drachefyn yr llys. ac arch y gennyf y arthur dyuot ae ef ae arall* (tace, inquit eques, redi in aulam et manda a me Arthuro ut veniat aut ipse aut alius) 1, 242. *gat y mi vynet* (permitte mihi ire) 1, 24. *na at neb y ystauell* (ne intromiseris quemquam ad cubiculum) 2, 25. *na chwsc* (noli dormire) 2, 41. *kwsc yma heno heb ef. achyuot yn uore y uynyd. achymer y fford ydwyt ar hyt y dyffrynn uchot* (dormi hic hanc noctem, inquit ille, et surge mane et sume viam tuam secundum vallem sursum) 1, 6. *dywet ti dy chwedleu* (dic tu nova tua) 2, 7. *na dywett ti* (ne dixeris) 2, 36. *manac attaf* (monstra mihi) 1, 255. *weldy* (vide tu) 2, 40.

Servatae A exemplum vetustius inter gl. Ox.: *helghati* (gl. venare; subst. *helg* venatio) 38ᵃ. Recentiora e Mab.: *plygca ditheu* (plica tu) 3, 302. *kymer y ffordd acherda yn erbyn yr allt uchot* (sume viam et proficiscere contra saltum sursum; subst. *kerd*, via) 1, 7. *or gwely wreic tec gordercha hi* (si vides mulierem formosam, ama eam) 1, 238. *gwassanaetha di euo* (servi illi; *gwassanaeth*, servitus) 1, 28. *rydhaa* (libera) 3, 160. *na naccaa* (ne recusaris) 3, 192. *na chabladi uiui* (noli tu vituperare me) 3, 15. *coffa* (memento) 2, 17. 18. *agwylha ditheu y meirch* (et custodi tu equos) 2, 41. *adala letty ymi* (et serva hospitium mihi) 2, 43.

Cornica exempla: *saw te ha me* (salva te et me) P. 191, 4. *tav, taw* (tace) D. 855. P. 46, 2. 84, 3. *kymer, te kemer* (sume) D. 306. P. 6, 3. *lauar, te lavar* (loquere) P. 129, 3. 93, 1. *gor* (pone) D. 1872. *gorre* (pone eum) D. 1156. *synge* (tene eum) D. 1883. *lathe, laȝe* (occide eum) O. 2132. D. 2356. P. 142, 2. *whyla, na whyla, te na whela* (quaere, noli quaerere) D. 3100. 2262. P. 198, 4.

Aremorica: *mir* (provide) fq. *les* (sine) Buh. 4, 2. *na barn* (ne iudicaris), *na hent* (noli sequi) 68, 4. 5. *dalch* (tene) 104, 10. *comps* (loquere) 6, 16. *cret* (crede) 10, 7. MJ. 60a etc. *quemer* (sume) 208a. Buh. 180, 9. *lauar* (dic) 74, 6.

86, 9. *preder* (cura, cogita) 72, 3. *na golch quet* (noli lavare) MJ. 52b. *na gourto muy* (ne tardaveris amplius) 183b. *gorre* (tolle, manum) Buh. 166, 10. *na esma, naz em esmae quet, na esmae quet, naz em esma* (noli timere) 146, 6. MJ. 75a 183a. 220a. *denessa* (appropinqua) 75a. *nam ancoufha quet* (noli mei oblivisci) 198a. *laca* (pone) 74a. *laqua* (id.) Buh. 172, 11. 14. *heul* (sequere) 166, 9. *na heul* (noli sequi) 70, 11.

3. pers. cambr. ET: *kollet er enat ytauaut* (amittat iudex linguam suam), *talet ydau* (solvat ei) Leg. 1, 11, 18. *ranet eclaf. deuysset er yac* (dividat aegrotus, eligat sanus) 2, 1, 12. *na wiscet dim ymdanei* (ne induat sibi quidquam, puella) Mab. 2, 20. *aet un ohonawch ... apharet dyuod* (eat una e vobis et iubeat venire) 2, 8. *kymeret* (sumat) 2, 238. *kymeret yr llawr* (deponat) 2, 55. Sed etiam AWT, AWD: *ac yssyd o wreic ueichiawc yny llys honn methawd eu beichogi. ac arnynt beichawc onadun' ymchoelawd eu kallonneb yn wrthrwm heint* (et quod est mulierum gravidarum in aula hac, pereat earum graviditas, et quae ex iis non sunt gravidae, vertatur earum laetitia in praegravem pestilentiam) Mab. 2, 202; cf. *bydhawt* e verbo anomalo *bu*.

Cornice YS, AS, ES: *an geffo pows as gwyrȝyns ha ȝoȝo pernas cleȝe* (leg. *gwyrȝys* propter consonantiam finalem; siquis habet tunicam, eam vendat et sibi emat gladium) P. 51, 2. *hy hanow da kemeres* (suum nomen bonum accipiat) O. 128. *pup ol gylwes* (quivis exclamet) O. 2774. *hath wereses amalek* (et A. iuvet te) O. 2781. Frequentius tamen irregulari formatione ENS, ANS, YNS: *suel a vynno bos sylwys golsowens ow lauarow* (quisquis vult salvari, auscultet verbis meis) P. 2, 2. *tommans onan dour* (calefaciat aliquis aquam) D. 833. *whythyns lemmyn pup yn freth* (flato nunc quivis vehementer) D. 1242. *onan ... guyskyns kenter* (aliquis incutiat clavum) D. 2766. *kevsyns den myns a vynno* (dicat homo quidquid volet) R. 2448.

Arem. ET: *na chomet gour* (ne moretur quisquam) Buh. 28, 20. *na manet den* (ne maneat quisquam) MJ. 7b. *na fallet den* (ne deficiat quisquam) 70b. *pliget tiz gant ho deite* (placeat celeriter deitati vestrae), *pliget guenech* (placeat vobis) 26b. 194a.

Plur. 1. pers. cambr. WN: *lladwn ... ac irwn ... abyrwn ... athaerwn* (occidamus, et unguamus, et ponamus, et asseramus) Mab. 3, 28.

Corn. YN: *gorȝyn neffra ihũs* (veneremur semper Jesum) P. 5, 4. *na whelyn gwevye an pow* (ne conemur relinquere regionem) 247, 1. *na leueryn vn ger gow* (ne dicamus ullum verbum falsum) 247, 3. *leueryn yn puple* (dicamus omni loco) R. 806. *sevyn yn ban* (surgamus) D. 1099. *fystynyn* (festinemus) D. 645. 1134.

Arem. OMP, EOMP: *douguomp goasoniez* (feramus servitium) Buh. 54, 26. *hastomp na tardomp quet* (festinemus, ne tardemus) 32, 12. 146, 17. 210, 8. *delchomp* (teneamus, servemus) 156, 20. *gorreomp hon drem saludomp* (tollamus vultum nostrum, salutemus) 54, 22. *laqueomp* (ponamus, sinamus) 64, 15. 86, 3. *coaniomp* (cenemus) MJ. 6b. *na gorteomp den* (ne expectemus quemquam) 6a.

2. pers. cambr. UCH, WCH (cf. p. 509): *emdeveduch o keureith weithion* (dicite nunc alternatim de lege) Leg. 2, 11, 14. *moesswch attafi heb yr arthur awch cledyfeu* (date mihi, dixit A., gladios vestros) Mab. 1, 25. *kyfodwch weisson* (surgite, pueri!) 1, 245. *arhowch vi yma* (expectate me hic) 1, 277. *na deffrowch hi* (nolite expergefacere eam) 2, 8.

Corn. OUGH, EUGH: *evough why* (bibite) P. 45, 2. *koscough powesough* (dormite, quiescite) 61, 2. *coskeugh, poweseugh* D. 1093 sq. *leverough wy thethe* (dicite eis) P. 256, 1. *leuereugh, lyuyreugh* D. 1109. 1115. *deugh holyough ve* (venite, sequimini me) 53, 1. *golyough ha pesough* (vigilate et orate) 52, 3. 57, 2. *aspyough, aspyeugh* (speculamini) R. 1918. O. 2558. *dovt na bertheugh vhy, na bertheugh ovn* (nolite portare dubitationem, timorem) O. 729. 2508.

Arem. IT, ET: *lysit hy dien* (relinquite eam integram, tunicam) MJ. 145 a. *na lysid hy quet* (ne deserite eam) 45 b. *lisit hoz anquen* (ponite vestrum maerorem) Buh. 130, 3. *guiluit moruan* (vocate Mormanum) 168, 12. *ma sicourit* (adiuvate me) 194, 20. 206, 14. *ententit* (auscultate) 116, 5. *lyvyryt, lyvirit* (dicite) MJ. 47 a. 222 a. *chomyt aman* (manete hic) 46 a. *delchit, dilchyt* (tenete) 45 b. 158 a. b. *hastit* (festinate) 7 b. *douguit an mab bihan* (afferte puerum parvum) Buh. 98, 15. *rentit hoz test* (reddite testimonium vestrum) 116, 4. *porzit ma buhez* (sublevate vitam meam) 196, 17. *querchit Nonita* (quaerite Nonitam) 146, 1. *seruichit doe* (servite deo) 130, 4. *sentit ouziff* (obtemperate mihi) MJ. 5 b. *tyvit* (tacete) 26 a. *na leset* (ne siveritis) 5 a. *leset* (sinite) Buh. 38, 2. 142, 11. *gueluet herri* (vocate Herricum) 156, 26. *ma sicouret* (adiuvate me) 96, 4. *ententet* (auscultate) 130, 12. 140, 1. *leueret* (dicite) 22, 12. 140, 12. 168, 14. *chemet en maes* (manete foris), *chemet ... gueneompny* (manete nobiscum) 58, 2. 112, 16. *na chemmet* (ne tardaritis) MJ. 46 b. *quendelchet* (perseverate) 14 b. *hastet* (festinate) 202 a. *duet de guelet na tardet muy* (venite ad eam videndam, nolite iam tardare) Buh. 138, 16. *comset aman na ehanet descuezet herri hoz libell* (dicite hic, ne tardaritis, monstrate Herrice libellum vestrum) 158, 2. 3. *sevet* (surgite) MJ. 69 b. 72 b. *na espernet* (nolite parcere) 9 a. Contracta vocali vel excussa: *na lyquit sy, na lequet sy* (nolite ponere dubium) MJ. 208 b. 214 a. *ma list aman breman da ehanaff* (sinite me hic nunc morari) Buh. 56, 18. *an re man list y da dianc* (hos sinite abire) MJ. 73 a. *lyst hoz compsou* (omittite sermones vestros) 213 b. *nam lest en tempest* (ne me reliqueritis in tempestate) 38 a.

3. pers. cambr. ENT: *erbyn enodolyc deuent ar ebrenyn* (sub natalicia domini veniant ad regem) Leg. 1, 16, 11. *rannent deu hanner ... talent en deu haner* (dividant in duas partes, solvant in duabus partibus) 2, 1, 1. 8. vetusta *iolent* (gl. praecentur), *omcobloent* (gl. apocant) Lxb.

Corn. ENS, YNS: *thethe me a worhemmyn encressyens ha bewens pell* (iis impero: increscunto et vivunto diu) O. 47 sq. *han kelmyns treys ha dule han hembrynky[n]s bys thynny* (et ligent eum pedibus et manibus et ducant eum ad nos) D. 583 sq.

Arem. ENT hodie quoque; cf. anomala.

Praesens (et futurum) secundarium.

Triplicis usus sicut in lingua hibernica, indicativi, coniunctivi, condicionalis vel potentialis; ceterum duplicis formae, cum radicis consona terminalis aut singularis maneat aut eadem ratione augeatur, provehatur, geminetur qua in coniunctivo (p. 512).

Sing. 1. pers. cambr. UN, WN (= hib. *-inn*, corn. *-yn, -en, -an*, arem. *-enn*). Indicative et coniunctive: *oed maelgun a uelun inimnan* (leg. *inimuan*; erat M. quem videbam pugnantem) CN. carm. 1. *breuduid a uelun neithwir* (somnium

videbam nocte proxima) carm. 2. *ac nachaf y gwelwn deu was* (et ecce videbam duo pueros) Mab. 1, 3. *ac ny thybygwn yny byt* (nec putabam in mundo, esse quemquam) 1, 2. *gofyn aoruc ef ymi pale y mynnwn vynet. a dywedut aorugum idaw py ryw wr oedwn. aphy beth ageisswn* (quaerere ille ex me, quo ire vellem, et dicere ego, qui vir essem et quam rem quaererem) 1, 7. *walchmei nyt atwaenwn i didi* (W., non cognoscebam ego te) 1, 25. *cedymdeith ymi oed ef mwyaf a garwn or byt* (is erat mihi socius, quem maxime amabam in mundo) 1, 32.

Condicionaliter et potentialiter: *oed cam nas kymhwyllun* (esset iniustum, si non memorarem eos) An. p. 64. *pei asgwypwn mi aedywedwn* (si id scirem, ego dicerem id) Mab. 2, 233. *pei na thybyckwn ... mi auanagwn itt* (nisi putarem, ego tibi monstrarem) 1, 5. *pei dywedut ti ymi y peth a ovynnaf ytti. minneu a diwedwn y titheu yr hwnn aovynny ditheu* (si dicas tu mihi rem quam interrogabo te, ego dicam tibi id quod interrogabis me) 1, 237.

Corn. EN, YN, AN (incerta et vocali et infectione): *lemmyn an caffen* (nunc si eum caperem) R. 289. *may caffen wheth cryst* (ut inveniam etiamnunc Christum) R. 850. *yn naghen ef am guarnyas* (fore ut se negarem, ipse mihi praedixit) D. 1420. *as dysken* (si eam exuerem, vestem) R. 1941. *guyn veys a quellen* (candida sors, si viderem) O. 685. *ny gowsyn yn tewolgow* (non loquebar in tenebris) P. 79, 4. *ny welyn, ny wylyn* (non videbam) 220, 3. R. 434. *mar a quellan* (si viderem) D. 1944. *na allan seuel* (ut non possim surgere) O. 1348. *a callen* (si possem) O. 2117. *mar callen guthyl* (si possim facere) D. 3007. *ny yllyn syuel yn ban* (non poteram me erigere) R. 533. Condicionalis saepius significatur formis praeteriti secundarii.

Arem. EN, ENN: *ma hunan ez manen* (ego solus manebam) Buh. 12, 20. *ne gallen muy* (non poteram amplius) 42, 24. *quent maz ministren cusul* (antequam capiam consilium) 20, 17. *pan gouzafen* (si tolerarem) 40, 5. *no gouzaffen* (non tolerem ea) 94, 8. *na gouzafhenn* (ut non tolerem) MJ. 28b. *ma en requetenn* (si id desiderarem), *pa en pethenn* (si eum orarem) 74b. *pan dlehenn mervel* (si deberem mori) 18a. *na ne gallhenn quet* (nec possim ire, si me feriatis) 133a. *nen crethenn quet* (non crediderim id) 196a. *pan marvhenn crenn nen caffenn quet* (etiamsi morerer protinus, non caperem eum) 218a.

2. pers. cambr. UT (hod. *-ud*) vel *-it* (ex *i-t*). Ind. et coni.: *am uenegi ohonafi dy les. lle nys metrut dy hun* (ob monstratum a me commodum tuum, quod tu ipse non cogitabas) Mab. 1, 19. *paham ... ygadut ti ef* (cur dimittebas tu eum?) 2, 48. *pabeth yssyd arnaw ef heb yr arthur pryt na welut eiryoet y gyfryw* (quid rei est in illo, inquit A., quare non videris unquam eius similem?) 2, 7. *pwy oed y gwr mwyhaf agarut titheu. myn vygcret etlym gledyf coch oed y gwr mwyhaf a garwn i* (quis erat vir, quem maxime amabas? per fidem meam, E. gladii rubri erat vir, quem maxime amabam) 1, 276.

Cond. et pot.: *pei rodut ti dy gret vygaru i yn vwyhaf gwreic mi a rodwn itt uaen ual y gwelut euo pan elut y mywn. ac ny welei ef dydi* (si des mihi fidem tuam te me amaturum esse maxime e mulieribus, ego dem tibi lapidem, ut videas eum, serpentem, cum intres, et non videat ipse te) Mab. 1, 273. *goreu oed gennyfi ... pei gattut inni ymeith* (optimum esset mihi, si permitteres nobis abire) 2, 55. *athi awely y sawl uorynyon hygar yssyd yn y llys honn. ti*

a geffut orderchat ar yr un a vynnut onadunt (et tu videbis agmen puellarum amabilium in aula hac; et sumas, sumere poteris, ad amandum unam quam volueris ex iis) 1, 272. *beth a vynnit ti* (quid velles tu?) 1, 241.

Corn. YS, ES: *an la[h]ys a bregowthys* (leges quas praedicabas) P. 78, 3. *temple dev yn tystrewys hag arte hyn pen try dyth guel ys kyns yn dreheuys* (templum dei, te id destructurum et rursus ante finem tridui melius quam antea id erecturum) D. 2862—64. *beys vynytha y wharthes* (in perpetuum rideres, risurus eras) O. 153. *attebres* (si ederes) O. 175. *a tryckes yn tre* (si maneres, mansisses domi) R. 1381. *an keth profus a whylyes* (idem propheta quem quaerebas) R. 1680. *an guelesta a thyragos* (si tu videres eum coram te) R. 861.

Arem. ES: *me eu ann heny . . . a cares* (ego sum is quem amabas) MJ. 183b. *a doen . . . ne dlehes tam* (eum portare minime debebas) 149b. *bout en nep faozon pardonet ne galhes quet nepret* (ulla ratione ignosci tibi non possit unquam) 88b.

3. pers. cambr. EI. Ind.: *ny doethoedynt yno namyn ar gwr mwyhaf a garei bop un onadunt* (non venerant eo nisi cum viro quem quaeque earum maxime amabat) Mab. 1, 36. *ny chyuannhaei nar ystwffwl nar cledyf* (non concrescebat nec clavus nec gladius) 1, 247. *ny adei ef ymi* (non permittebat is mihi) 2, 55. *pan yuei o wual* (cum bibebat e cornu bubali) CN. carm. 31. Coni.: *eu hemendyth ar y nep egkemry alecrey* (maledictionem suam, dixerunt, in eum in Cambris, qui vitiasset, leges) Leg. praef. Cond.: *ot archei ereint idaw peidaw ar gware hwnnw ef abeidei vyth yallawen ac ef* (si iuberet Gerontius eum desistere ab illo ludo, ipse destitisset prorsus libenter ab eo) Mab. 2, 63. *pei asgattei lit idaw* (si id permisisset ira ei) 2, 41.

Corn. E, Y, A. Ind.: *morogeth a vynne* (equitare volebat) P. 28, 4. *ny ylly* (non poterat) 83, 3. 207, 2. *neb a vynna a ylly neuera oll y yscren* (qui volebat, poterat numerare omnia eius ossa) 183, 3. *ys goȝevy* (eos tolerabat) 227, 4. *ny wely banna* (non videbat guttam, quidquam) 217, 2. *ef a gara*, *ef ny gara* (amabat, non desiderabat) 109, 2. 110, 2. *oynment o a gymmys ras may weȝe corf heb pedry* (unguentum quod tantae virtutis erat, ut servaret corpus non putrescens) 235, 2. Impersonaliter: *me ny gaffe scyle vas may fo dampnys* (non inveniebam causam iustam, ut damnaretur) 142, 4. Coni.: *yȝeth pesy may halle* (ivit, ut orare posset) 53, 3. Cond. et pot.: *drey den yn peyn a calla* (ferre hominem in poenam si possit) 21, 4. *cafos y mab mar calle* (invenire filium suum si posset) 164, 3. *mar as ladtre theworto* (si eam, ovem, furetur ei) O. 2232.

Arem. E: *un ael . . . a prezegue hac a lavare* (angelus praedicabat et loquebatur) MJ. 218b. *ef on care her dre zoa beu* (ipse amabat nos quamdiu vivebat) 159b. *aman ma hunan ez manen den a nep pen nem goulene* (ibi ego solus manebam, homo nullo modo me quaerebat) Buh. 12, 20. 21. *doe maz care dre e aeur am grahe saluet* (deo si placeat, per potentiam suam me faciat salvum) 106, 23. 24. *ne galle den chom* (non posset quisquam manere) 94, 2. *mar galhe* (si possit) MJ. 24b. *na alhe* (ut non possit), *na ne alhe quet* (nec posset) 188a. Item per constructionem impersonalem: *me a crethe* (crediderim) MJ. 216a. 223b. *me crethe* (id.) 183b. 211a. *me crethe rigoal ez falhe* (crederem Rigoalum falli) Buh. 164, 12. *eno me carhe* (ibi mihi placeret) 158, 15. *a te prouffe*, *a*

te proffe (tune probares?) 158, 10. 164, 6. *me en touhe* (id iuraverim, id iurarem) 94, 11. 172, 8. *a te touhe* (tune iurares?) 164, 15. *a huy a toehe* (vosne iuraretis?) 160, 6. Cum *-y* pro *-e*: *pan diguery an scriptur* (cum aperiebat scripturam) MJ. 209b.

Plur. 1. pers. cambr. EM (servata *m*): *gwelem* ... *mynyd mawr* (videbamus montem magnum) Mab. 3, 93. *bei ymladem ni ac wyntwy clot drwc avydei arnam* (si pugnaremus nos cum illis, fama mala esset in nos) 3, 148. *ha unbenn. ni aymdidanem a thi. ony bei lesteir ar dy vwyt* (o princeps, nos collocuti essemus tecum, si non esset impedimentum in prandio tuo) 1, 5. *peida gennyt ti. ni agerdem un dyd ettwa* (si placeat tibi, nos proficiscamur unum diem amplius) 2, 61.

Corn. EN, AN: *bys venytha na sorren* (in perpetuum non irasceremur) O. 220. *mara peȝa degis gans y dus nan caffan ny* (si fuerit is ablatus a suis hominibus, ut non inveniamus eum nos) P. 240, 3. *yn vrna martesen theth lauarow y kresen* (tunc fortasse verbis tuis crederemus) D. 2870 sq.

Arem. EMP: *non em cafemp quet* (non inveniebamus nos) MJ. 219b. *ez dlehemp scler sider he quemeret* (debeamus sine dubio eam recipere) Buh. 22, 15. *pe dre fet ve ez galhemp e cafout* (qua ratione fiat ut possimus eum invenire) MJ. 223b. *nen crethemp quet* (non crederemus id) 220b.

2. pers. cambr. EWCH: *pei nam goganewch mi a gyskwn* (si non irrideatis me, ego dormiam) Mab. 1, 2. *pei mynnewch chwi vyui drostaw ef. miui aawn y chwi* (si vos velitis me pro eo, ego eam contra vos) 1, 35.

Praeteritum primarium hic ut in aliis quibusdam verbis anomalis secedit a communi huius temporis formatione per *s* facta, excepta 2. pers. sing. cambrica, quae in *-ost* desinit; 1. pers. sing. cambrice *-m* (*-um*), cornice et aremorice *-f* terminatur.

Cambr. sing. 1. pers.: *ac yno y bum y nos honno* (et ibi fui hanc noctem) Mab. 1, 10. *yny coet y buum neithwyr* (in silva fui praeterita nocte) 2, 42. *yspeilwr uum i yma* (latro fui ego hic) 1, 37. 2. pers.: *y gwr y buost neithwyr yny ty* (vir, in cuius domo fuisti nocte praeterita) 1, 247. 3. pers.: *achyt bu mawr eu niuer* (et quamvis esset magnus eorum numerus) 1, 22. *a hir uu genyfi y nos honno* (et longa fuit, visa est mihi nox haec) 1, 6. Plur. 1. pers.: *yr vn niuer y buam doe* (eadem multitudo quae fuimus heri) Mab. 3, 17. 2. pers.: *digawn y buawch ymhoen* (affatim fuistis in poena) 3, 199. 3. pers.: *Hevel ar doythyon auuant y kyd ac ef* (H. et docti qui fuerunt cum eo) Leg. praef. *ebuant en hir en amresson* (fuerunt diu disceptantes) Leg. 2, 2, 1. *a llawen uuant wynteu* (et laeti fuerunt ipsi) Mab. 1, 262.

Corn. sing. 1. pers.: *py vr fuf vy y wythes* (quando fui ego eius custos?) O. 576. *ny fuf den thotho bythqueth* (nunquam fui homo illi), *yn henna y fuf genys* (in eo natus sum) D. 1238. 2021. *then plasma y fuf rafsys* (ad hunc locum abductus sum), *dre henna y fuf dampnys* (per illud damnatus sum), *pan fuf gylwys* (cum vocatus sum) R. 198. 213. 2150. *del fuef badt y fuf tollys* (ut fui stupidus, sum deceptus) R. 1886. *doro the luef yn woly guynys may fuef*

(pone manum tuam in vulnere quo perforatus sum), *a thev ysse fuef goky* (o deus, quam fui stultus) R. 1540. 1565. *pan vef chacys* (cum expellerer), *aban vef genys* (ex quo sum natus), *govy vyth pan vef genys* (vae mihi quod unquam natus sum!), *ogh govy pan vef genys* (heu! vae mihi quod sum nata) O. 706. 1731. 1753. 2193. *marow na vef* (quod mortua non sum) D. 3171. *bythqueth arluth na vef ȝys* (me nunquam dominum fuisse tibi) P. 49, 3. 2. pers.: *kepar del fus acusyys* (sicut accusatus es) D. 1999. *rak na fus kyns lymmyn fur* (quia non fuisti adhuc sapiens) D. 1194. *fattel thuthtegy then cres na fues gynen yn yfarn* (quomodo venis tu ad pacem, ut non fueris nobiscum in inferno?) R. 261. *pe feste* (ubi fuisti tu?) O. 467. *te a woȝys ȝe honon pe dre gen re ves guarnys* (tune sciebas ipse, an per alios es monitus?), *drok ȝen os kepar del ves* (malus homo es pariter ac fuisti) P. 101, 2. 192, 1. 3. pers.: *ny fue ragtho y honan* (non fuit propter eum ipsum) D. 3226. *y fue gynen* (fuit nobiscum) R. 1229. 1347. 1397. 1443. *geneugh ny fue* (vobiscum non fuit) R. 1399. *my re bue boghes coynt* (fui parum callidus) D. 3031. *mar pue drok* (si fuit malum) O. 291. *kepar del ve* (sicut fuit) D. 1154. P. 247, 2. *kepar del ve thym yrghys, kepar del fue thyn yrhys* (sicut mihi, nobis imperatum est) O. 872. 2375. *fatel fe, fatel fue, fattel fue* (quomodo fuit?) R. 468. 494. 597. *ȝe voth del ve* (ut fuit tua voluntas) P. 55, 2. *moy marȝus . . . ys an rena ve yn weth* (plura miracula quam illa facta sunt simul) 200, 4. *kymmys payn ny ve ay oys* (tantum cruciatus non fuit unquam) 135, 4. *yn vrna kescoweȝa y a ve* (tum sodales facti sunt) 110, 4. *ny rebe laddron dres* (fuimus latrones audaces) 192, 4. *asen a ve kerghys warneȝy rag eseȝe dyllas pan a ve gorrys* (asina quaesita est, super eam ad sedendum vestis pannorum strata est) 28, 2. 3. *bys pan ve marow* (donec mortuus est) 2, 4. *kepar del fuve dremmas* (sicut ille fuit optimus) O. 864. *fetel feve lethys* (quomodo ille interfectus est?) O. 2220. *gwef vyth pan veva genys* (vae ei, quod unquam ille natus est) P. 43, 4. Plur. 1. pers.: *yn le may fuen* (quo loco fuimus), *y fuen ny ow kerghas* (fuimus nos quaerentes) R. 169. 1823. *helhys warbarth a fuen ny* (expulsi simul sumus nos) O. 709. *frut may fen kellys* (fructus quo sumus perditi) P. 153, 4. *govy vyth pan veyn genys* (vae mihi quod unquam sumus nati), *gans vn huyn re ben tullys* (per unum somnum sumus decepti) 246, 1. 2. 2. pers.: *ple fugh why* (ubi fuistis vos?) R. 2243. *yn yfarn na feugh gynen* (qui in inferno non fuistis nobiscum) R. 192. 3. pers.: *gans y blew y fons syhys* (capillo eius, mulieris, siccati sunt, pedes) D. 521. *han ȝewna bys pan vons squyth war cr̃st y fons ov cronkye* (et duo illi, donec fuerunt defessi, Christum fuerunt flagellantes) P. 132, 1. *hedre vons y ov plentye* (dum illi fuerunt accusantes) 33, 3. *yfons vnver yntreȝe* (fuerunt unanimes inter se) 39, 3.

Arem. congruens fere cum Manorii paradigmate: *vioûn* (s. *viis*), *viout*, *oue*, *viomp*, *vioc'h*, *viont* (a quo differt Lgn.: *oenn*, *oéz*, *oé*, *oemp*, *oec'h*, *oent*). Sing. 1. pers.: *ne oun piou eu quet na ne viof e re nepret* (nescio quis sit, nec fui eius hominum unquam) MJ. 81 b. *gou me allas pan viof dan cas assant* (vae mihi, eheu, quod fui odio consentiens) 233 a. *pan viof presantet* (cum praesentatus sum) 39 a. *pan viouf quemeret en an toull a hyrvout boutet viouf* (cum captus essem, in foramen lamentationis trusus sum) 230 b. *ann heur maz viouf den* (hora qua factus sum homo) 177 b. *an lien maz viouf dastumet* (linteum

quo collectus sum), *ez viouf net savet scaf* (surrexi plane faciliter) 231 b. 3. pers.: *ez voe disleal ... Juzas voen heny* (qui fuit infidelis, Iudas fuit ille) MJ. 16 a. *un tra nevez voe da den* (res nova fuit homini) 20 a. *na ne voe quen* (nec fuit aliter) 174 b. *pan voe pret* (cum tempus esset) 140 a. *maz voe ioaeus bras* (ut esset laetus admodum) 181 b. *raç maz voe e bry* (quia fuit eius consilium) 185 b. *mat voe difme* (bonum fuit mihi) Buh. 106, 4. *vn den aman ... a voe sebeliet* (aliquis hic sepultus est) 10, 25. *pan voe hep youl violet* (cum invita violata est) 46, 13. *maz voe diouganet* (ut promissum est) 78, 22. *bezcoaz outraig enep taichen ne voue voar ma pen* (nunquam contumelia ullo loco fuit super caput meum) 94, 11. *doe ha den a voue scuiz stanc gant cals anquen* (deus et homo qui fuit tantum fessus multo cruciatu) 102, 14. Plur. 1. pers: *quent divergont ez viomp spontet* (tam inverecunde perterriti sumus) MJ. 219 a. *goa ny lo man pan viomp ganet* (vae nobis nunc quod nati sumus) 223 a. 2. pers.: *maz vioch lamet* (quod dempti, liberati estis) 117 a.

Praeteritum secundarium varie formatur per dialectos.

Cambrice a praeterito primario differt *s* (*ss*) adiecto. Exempla ind.: *yr gaer y buasswn y nos gynt* (ad castellum, ubi fueram nocte superiore) Mab. 1, 10. *hyt y gaer y buassei gynon yndi* (usque ad castellum, in quo fuerat C.), *yny lle y buassei y vorwyn ygkarchar* (in locum ubi fuerat puella in carcere) 1, 22. 35. *govyn awnaeth pwy a uuassei oreu oe deulu* (interrogavit, quis fuisset optimus ex eius familia) 1, 290. *rac hyt y buassynt yny goresgyn* (ob longitudinem, qua fuerant in expeditione) 3, 274. *yny oedynt gystal ac y buassynt oreu eiryoet* (donec erant aeque ac fuerant optime unquam) 2, 61.

Cornice hic ut in aliis quibusdam verbis anomalis hoc tempus vocali *y* (*e*) inserta distinguitur a forma praesentis secundarii: *mar cothfo an casadow dystough y fyen lethys* (si sciret vir abominandus, statim occiderer) O. 2120. *a* *dysken dyragough noth y fyen* (si eam exuerem, vestem, coram vobis nudus essem), *ny vyen lowen ... a cothfen* (non fuissem laetus, si scissem) R. 1942. 2541. *neffre ny vean fethys* (nunquam essem superatus) P. 73, 1. *guyv vyes the gafus crok* (dignus esses qui acciperes suspendium) D. 2683. *thym yffye meth* (mihi foret dedecus) D. 846. *woteweth lader vye* (tandem latro fuerat) 38, 3. *ef a doys ... gans c̃st na vye tregis* (iuravit, cum Christo se non moratum esse) 85, 4. *gwel vya* (melius esset, vendere unguentum) 36, 3. *mestry vyth te ny vea* (nequaquam tibi esset potestas) 145, 1. *yfyeugh yn surredy yn vrna avel dewow* (essetis certo tum ut di, si ederetis pomum) O. 177. Idem praemissa particula praeteriti: *an dyȝgthtyas ... maga tek del rebye* (eam, aurem, restituit tam bene, quam fuerat) P. 71, 4. *yn mernans crist a gewsys byt[h]queth dremas re bee* (in morte Christi dixit: semper probus vir fuerat) 214, 2. *ef rebea den a brys* (is fuisset homo magni pretii) 217, 2. *Pylat a vynnas scrife ... prag a dampnys rebee* (P. voluit scribere, cur damnatus esset, Iesus) 187, 2.

Aremorica exempla non invenimus praeter unum locum: *ez vise ganet ... ha dreist pep re ez vize sant* (eum natum fore, vidi, et praeter omnes fore sanctum) Buh. 90, 1. 2. Pertinent tamen huc formae recentiores, quas optativo imperfecti tribuit Man.: *visen*, *visés*, *vise*, *visec'h*, *visent*, vel quas condicionali dat Lgn.: *bizenn*, *bizez*, *bizé*, *bizemp*, *bizec'h*, *bizeñt*, vel *bijenn* etc. (*z* vel *j* = *s*, pp. 143. 171).

Formae passivae.

Cambricae: *llawenach uuwyt wrthyf y nos honno* (laetiores erga me fuerunt hac nocte; germ. man war), *llawen vuwyt*, *uuwyt wrthunt* (laeti fuerunt erga eos) Mab. 1, 10; 276. 2, 61. 62. *ar wled y buwyt deir blyned yny darparu* (et cena, quae tres annos est praeparata; p. 544) 1, 26. *athrauuwyt yny vedeginyaethu ef* (et quamdiu curatus est) 2, 61. Apud Davies. adduntur: fut. *byddir*, coni. *bydder*, praet. sec. *buasid*.

Aremoricum exemplum: *pan vezer aman ganet* (cum quis hic nascitur) Buh. 16, 17. Secundum Lgn. praes. *boar*, *voar*, praet. *boad*, *voad*, fut. *boer*, *voer*, *vior*, sec. *bijed*, *vijed*, *véed*, *vied*. Participium praeteriti duplici forma: a. *bed*, *bet* (hodie quoque): *dre mazeo bed vaillant* (quia fuit constans) Buh. 148, 18. *pan hon eux bed spes hon esper* (quoniam nobis fuit abunde spes nostra) 200, 15. — b. *quement unan so ganet so bezet forget... a un pry* (quicunque nati sunt, fabrefacti sunt ex eadem argilla) MJ. 95 a. *quement den so... ganet na so bezet* (quicunque homines nati sunt vel fuerunt) 10 a. *ezomp bezet* (fuimus) 27 b. 199 a. *na nedomp quet bezet* (nec fuimus) 235 a. *nag oann bezet* (me non fuisse) 197 a. *ez ve affet dit bezet* (fuisset tibi revera) 113 a. *goude bout bezet lazet* (postquam interfectus est) 209 a.

Infinitivus.

Cambr. *bot: eressu yn uawr aoruc y mab bot y dwy hynny* (mirari multum puer, esse illas duas) Mab. 1, 236. *dy uot titheu yn drws* (esse te sub porta), *vy mot yma* (esse me hic) 1, 250.

Corn. *bos* (esse) fq.: *mar ny yl bos ken* (si non potest esse aliter) P. 57, 4. *Ihũs ẽst a leueris y vos scryfys yn lyffrow* (I. Chr. dixit id esse scriptum in libris) 17, 1; notata productione: *boys* P. 49, 2. 110, 2. *boes*, *boos*, *bose* Cr. 2300. 2363; 1127. 1154. 2355. 2383; 2385; pron. suff. *ow bosa*, *ow bose vy* (me esse) D. 1120. R. 2447. *ow bosaf* (id.) Cr. 79. 116. 123. 133. 225. *ow bosof* Cr. 128. Sed etiam *bones* fq. in Dr., *bonas* R. 2419. 2614. P. fq.: *pv a yl henna bonas* (quis potest iste esse?) 42, 4. *me ny won bonas kyfys yn denma byth acheson may rys y vonas leȝys* (ego nescio inveniri in hoc viro ullam causam, quare sit necesse eum occidi) 141, 2. 3.

Arem.: a. *bout* (esse) Buh. MJ. fq. ut hodie quoque apud Venetos et Cornugallorum partem. Sed etiam b. *bezout*, *bezaf*, quae formae interdum significant futurum: *bezout* (esse) MJ. 8 a. 150 b. *bezout baelec a allegaff* (fieri clericus cupio) Buh. 176, 5. *dez maz gouzuezher bezout vn mab bihan ganet* (dies quo scietur puerum parvum nasci) 84, 13. *da bezaf* (ut sit) 186, 11. *hep bezaf*, *hep bezaf* (ut non sit) 36, 18. 66, 15. *soingaf e bezaf sant* (puto eum fore sanctum) 86, 5. *bezaff auster a prederaff* (austera esse cogito) 50, 15. *mar guell bezaf* (si potest fieri), *petra ez guell bezaf* (qui potest esse?) MJ. 193 b. 216 b. *ez galhe... beza* (posset esse) 9 b. *pan deuont ... da bezaf anafvon* (si eo perveniunt ut fiant animae) 13 a. *bezaf... consideret* (considerari) 235 a. *beza crouguet* (suspendi) 119 a. *bezaf aet* (ivisse) 197 a. *ho bezaf duet* (vos venisse) 24 a. *bezaff* ('esse') *bezaff presant* ('adesse'), *bezaff tost* ('assistere'), *bezaff oartro* ('circumstare'), *bezaff groaet* ('fieri'), *blam pe bezaff blamet* ('criminari'), *herberchyaff pe bezaf*

herberchyet ('hospitari') Cath. *beza* Man. Dum.; hodie pro dialecti varietate (pp. 116 sq. 144) *béza*, *béā*, *béa* secundum Lgn.

II. Propriae formulae cornicae et aremoricae oriuntur, si ad significandam vim *habendi* (mihi est = habeo) per impersonalem constructionem cum formis quibusdam verbi substantivi radicum 2. et 1. in praesenti, radicis *bu* per cetera tempora adhibitae, coniunguntur pronomina personalia infixa. Primum enim pronominibus infixis 3. personae additur syllaba *tev-*, *dev-* (corn. *ǵev-* pp. 154. 171), ut hae infigantur formulae: corn. *nǵev-* masc., *stev-* fem. et pl., arem. *endev-* masc., *hedev-* fem. sing., *hodev-* plur.; deinde cornice (vix aremorice) *b* intromittitur etiam ante formas verbales radicum 1. et 2. praesertim post notas *m* 1. pers. sing. et *s* (*agas*) 2. pers. plur.; denique eaedem formulae saepe augentur pronominibus absolutis non solum a fine additis, sed etiam praemissis. Praeterea inveniuntur exempla, etsi pauca, harum formarum irregulariter in flexionem personalem transgressarum.

Exempla cornica.

Praes. prim. sing. 1. pers.: *marth am bes kymmes drok a wothevyth* (mirum habeo, miror quantum mali patiaris) P. 120, 1. *mur varth ambus* (magnum miraculum habeo) O. 371. *trest am bus* (confidentiam habeo) R. 1737. *ovn am bus vy* (timorem habeo ego) O. 1452. *gallos am bues theth crousye* (potestatem habeo te crucifigendi) D. 2184. *marth am bues* (miror) D. 2392. R. 960. *nymbus gvest* (non habeo vestem), *nymbus grath* (non habeo gratiam) O. 356. 1413. *nymbus ath lavarow whans aga clewas* (e verbis tuis non habeo desiderium ea audiendi) R. 1517. *nym bus bywe na fella*, *nymbes bewa na fella*, *nym beas bewa na fella* (non habeo vitam amplius) R. 2210. Cr. 1571. 1966. *ay frut dybry nym bes whans* (de fructu eius edere non desidero) O. 171. *nymbues ovn vyth annotho* (nullum timorem habeo eius), *my nym bues dout* (ego non dubito) R. 385. 1435. *worthys me nembes negys* (tecum ego non habeo negotium) Cr. 551. *nymbes yddrag vythe*, *nymbes yddrack vᵗ* (nullam paenitentiam habeo) Cr. 1141. 1506. *nymbes ioy* (non habeo gaudium) Cr. 1260. *my a wor ynta lemyn nam bes bewe na fella* (scio probe nunc me non habere vitam amplius) O. 1884. *nam bues gulas ynno deffry* (quod non habeo regnum in eo indubie) D. 2014. 2. pers.: *anotho mar thes preder* (de eo si habes curam) O. 608. *mar thues ovn bones knoukys* (si times ne vapules) D. 2245. *marth yv gynef na thues meth ow keusel gow* (miror quod te non pudet dicere falsum) R. 1391. 3. pers.: *mara ieves wl dybbry* (si habet desiderium edendi) D. 47. *dout an ieues an losel* (timorem habet nebulo) D. 1776. *marth an gefes* (miratur) O. 1484. *neb a vo y gorf golhys nyn jeves ethom golhy* (is cuius corpus lavatur, opus non habet lavari) D. 862. *nyn gefes cowyth yn wlas* (non habet sodalem in regione) R. 1855. *map den hep ken ys bara byth nyn ieves ol bewnes*, *mab den hep ken ys bara nyn gevas oll y vewnas* (homo sine alia re nisi pane non habet omnem vitam, suam) D. 66. P. 12, 1. *an corf nan gefes vyth par* (corpus cui nullum par est), *an arluth nan gefes par* (dominus qui non habet parem) R. 788. 912. *yn bysma nan geves par* (qui in hoc mundo non habeat parem) D. 1578. Plur. 2. pers.: *pahan cheyson as bues why* (qualem causam habetis vos?) D. 1970. *leuerough thynny an*

ken agas bus the wul genen (dicite nobis causam cur sit vobis faciendum nobiscum) R. 2154.

Praes. sec. sing. 1. pers.: *han maystri bras ol am bo* (et potentia maxima quam habebam) D. 148. 3. pers. masc.: *yn vn lowarth an gevo* (in horto quem habebat) P. 140, 1. *pan nan gefo tyller thy pen* (cum non habebat locum capiti suo) R. 269. Plur. 1. pers.: *lowene ny gen bo yn le may fuen* (laetitiam non habebamus quo loco fuimus), *ny gen bo whans guariow* (non habebamus desiderium ludorum) R. 168. 1330.

Fut. prim. sing. 1. pers.: *pan vernans am byth* (qualem mortem habebo?) R. 2028. *govyn orto mar am byth oyl a vercy* (quaere ex eo, habiturusne sim oleum eucharistiae) O. 693. *an gueel gueres mar am veth* (e virgis auxilium si habebo) O. 2015. *alemma rag nym byth creys* (dehinc non habebo pacem), *nym byth gueres* (non habebo auxilium) R. 1960. 2221. *vytheth powes my nym byth* (nunquam quietem habebo) O. 1011. *genough me nvm byth trege* (vobiscum non habebo versari), *gevyons me nvmbyth neffre* (remissionem nunquam habebo) P. 37, 2. 104, 3. *genough aban nam byth cres* (per vos quia non habebo pacem) R. 1133. *me am byth payne ha galarow* (ego habebo cruciatum et dolores) Cr. 658; irregulariter *my an byth* (habebo id, pallium) D. 1187. 2. pers.: *cummyas scon a fyth* (potestatem statim habebis), *gallos a fyth warnethe* (imperium eorum habebis), *onor a fyth vynytha* (honorem habebis usque) O. 379. 1214. D. 1904. *ov cres a fet venary* (pacem meam usque habebis) O. 1020. *ol an bysma ty a fyth* (hunc mundum omnem tu habebis), *ol an rema ty a fyth* (omnia haec tu habebis), *ty a fyth mens a vynny* (tu habebis quantum voles) D. 128. 134. 590; similiter O. 457. 491. 2742. D. 600. 1367. 2044. 2530. 2720. 2913. R. 648. 1132. 1159. 1676. *kymmys yn bys vs vas... te a feth* (quantum in mundo est boni, tu habebis) P. 16, 3. *mur a onour te afyth* (multum honoris tu habebis) 136, 3. *ty a fet* (habebis) O. 996. [idem neglegentius scriptum *ty a vyth* O. 2126. D. 1269. R. 2024. Cr. 848. 1736. *te a vith, te a v'* Cr. 735. 1204. 1281.] *paynes yfyth ragtho* (tormenta habebis propterea) Cr. 162. *an frut ny fyth kymmyas* (fructus eius non habebis potestatem), *ny fyth ken ys da* (non habebis nisi bonum), *neffre ny vyth scham na meth* (nunquam habebis pudorem nec dedecus) O. 79. 718. D. 1902. *annethe ty ny fyth prow* (ex iis tu non capies fructum) D. 2658. 3. pers. masc.: *na wrello y voth goef yn gefyth mur a trystyys* (qui non faciet eius voluntatem, vae illi! multum tristitiae habebit) O. 2094. *py le yn geuyth ef chy* (ubi habebit ipse domum?) D. 670. *na nyl yn nos nag yn geyth nyn geuyth cres* (nec noctu nec interdiu habebit pacem) D. 1882. *byth nyn gevyth fout a ioy* (nunquam habebit defectum gaudii) R. 1561. *lyes map den yn bysma rak y gorf an geuyth ovn* (multi filii hominum in hoc mundo propter eius corpus capient timorem) R. 2080. *owne ahanas rag neffra dean an gevyth* (timorem ex te in perpetuum homo capiet) Cr. 911. *ef an gevyth seyth kemmys, eve an gevyth vij kemmys* (ipse habebit septuplum) O. 599. Cr. 1180. *gober tek ef an geuyth* (mercedem pulchram ille habebit) P. 44, 4. *ef an geuyth* (is habebit) D. 1181. *ef an gevyth* D. 963. R. 2345. *ef an gefyth* O. 516. R. 1985. Fem.: *na heb mur lavur defry benytha nys tevyth flogh, na heb mear lavyer defry benytha nystevyth floghe* (nec certo sine magno labore unquam habebit puerum) O. 300. Cr. 900. Plur. 1. pers.: *neffre trystyns ny gen byth* (nunquam tristitiam habe-

bimus) D. 731. *ny agan byth y drege* (non habebimus id sustinere) D. 3002. *nagan byth gobyr vyth* (quod nullam mercedem habebimus) O. 2821. *tyy py ny agan beth meth* (tege id aut nos habebimus dedecus) O. 1078. *ny am* (rectius *an*) *byth cres the vewe* (nos habebimus pacem vivendi) O. 1714. *ny an bythe agen trygva* (habebimus sedem nostram) Cr. 662. 2. pers.: *ys byth sylwans* (habebitis salutem) R. 1574. *es byth deyth brues* (habebitis diem iudicii) D. 2940. *y ges byth ioy na thyfyk* (habebitis laetitiam non deficientem) R. 1310. *magys byth luen edrege* (ut habeatis plenam paenitentiam) O. 348. *powes nygys byth nep preys* (quietem nunquam habebitis) O. 1222. *why as byth drog vommennow, why asbyth ... agas gobyr* (vos habebitis mala verbera, mercedem vestram) O. 2324. 2586. *why as byth ages ancow, why as byth gobar bras* (vos habebitis mortem vestram, mercedem magnam) R. 612. 672. *ken the ole why as byth* (causam flendi vos habebitis) *py ken why as byth drok lam* (sin aliter, habebitis malum progressum) D. 2644. 3075. *rag as lafur why as beth behethlan ha bosaneth* (propter laborem vestrum habebitis B. et B.) O. 2766. *why asbythe* Cr. 2144. *gobar da why agas byth, vyngeans hageugh why agas byth* (mercedem bonam, vindictam vestram h.) R. 376. 1763; tandem irregulari flexione: *an tekter asbetheugh why* (pulchritudinem quam habebitis vos) D. 33. 3. pers.: *mar tue moy nystevyth man* (si plures venerint, non habebunt quidquam), *y seruonnth yn nep plas nystefyth fout a gyffyans* (eius famuli nullo loco habebunt defectum remissionis), *dewes mar nystevyth* (potionem si non habebunt) O. 399. 1808. 1816. *y as tevyt anfugy* (illi habebunt miseriam) O. 2328. Mira confusio formarum inest in his exemplis e Cr.: *me an gevyth oll an blame tha worthis ge lemyn* (ego habebo omnem vituperationem a te nunc) 809. *ny an gevyth sure droke lam* (nos habebimus certo malum progressum) 806. *ef astevyth vij plague moy* (is habebit septuplo plus) 1378.

Coni. (et opt.) sing. 1. pers.: *nynsyw marth outh ken ym bo* (non est mirum, quod dolorem habeam) O. 2819. *agan guryans nam bo meth* (e nostro opere ne capiam dedecus) R. 1878. *crog rom bo er an thewen neffre marseth ahanan* (suspendium capiam e maxillis si unquam abis hinc) O. 2651. *mag bome vu* (ut habeam conspectum) R. 842. *dyworto mam boma gras* (ab eo si habeam ego gratiam) O. 2077. *kyn namboma lowena* (quamvis non habeam laetitiam) Cr. 1526. *ow thorment a the soon genogh nam byve trygs* (meus cruciatus veniet celeriter ut vobiscum non habeam versari) D. 542. *nam byma peyn yn gorfen* (ne habeam poenam ad finem) O. 2254. 2. pers.: *myns vs yn beys ryth fo* (quidquid est in mundo, habeas) O. 459. *rethfo* (habeas) O. 2265. 2822. D. 947. 1267. 2097. 2132. 2247. 2727. R. 79. 167. *an hacore mernans ... ty a vetho iuggys yo thys* (atrocissimam mortem ut habeas, iudicatum est tibi) R. 2034. 3. pers.: *an geffo graas* (si habeat gratiam) O. 422. *an geffo pows as gwyrȝyns* (si quis habeat tunicam, eam vendito) P. 51, 2. *lemman lorgh nep an yeffo gorrens y scryp dyworto ha nep nan geffo na nyl guerthens y hugk* (iam baculum qui habebit, ponito peram suam de se, et qui neutrum habebit, vendito vestem suam) D. 919—921. *nan geffo* (ut non habeat) O. 551. R. 384. 2020. *man geffo tregva yn nef* (ut habeat sedem in caelo) P. 213, 2. *man geffo* (ut habeat) D. 2092. R. 1621. 2049. *par man geffo* (id.) R. 2012. *an hagkre mernans whyleugh man ieffo ef* (atrocissimam mortem quaerite quam habeat ille) R. 1973. *manan*

geffo ef sor bras ʒe worth ol an goweʒe (ut non capiat ipse iram magnam ab omnibus sodalibus) P. 150, 2. *kettyl yn geffo an bay* (simulatque habebit osculum) D. 986. *vyngens ren geffo* (ultionem accipiat) R. 2085. Plur. 1. pers.: *thyworthe magan bo gras* (ex iis, virgis, ut habeamus gratiam) O. 1749; flexione irregulari: *nan beyn mar hager thyweth* (ne habeamus tam atrocem exitum) D. 2895. 2. pers.: *res bo drok lam, res bo spit* (habeatis malum progressum, calamitatem) D. 1125. 2322. *banneth an tas re ges bo, banneth an tas ragas bo, ow benneth ol ragas bo, ham benneth ragas bo* (benedictionem patris, b. meam omnem, et b. m. habeatis) O. 2585. 1723. D. 265. 706. *ragas bo mewl, ragas bo cres ha mur ioy* (habeatis dedecus, habeatis pacem et magnam laetitiam) D. 2048. R. 1285. *ma gas bo lowyne nef* (ut habeatis laetitiam caeli) D. 226. 3. pers.: *resteffo mur vylyny* (habeant ii magnam ignominiam, Iudaei) P. 216, 1. *mays teffo cas* (ut habeant invidiam) R. 160. *yn ow gulascor may[s] teffo bewnans* (in meo regnum ut habeant vitam) R. 1585; pro singulari: *nep astefo gallos* (qui habet, quicunque habent potentiam) D. 788.

Temp. sec. sing. 1. pers.: *try hes ov fal mar am be* (tres longitudines palae meae si habeam) O. 396; irregulari flexione: *an kynse benfys am been* (e primo beneficio quod haberem) O. 2613. *nam vethen drethe sylwans* (ut haberem per eas salutem) O. 1958. 3. pers.: *den an geffe cans dauas* (homo qui habeat centum oves) O. 2230. *oll an bows pyo an gyffe* (totam tunicam quis habiturus esset) P. 190, 4. Plur. 1. pers.: *nag yn veny vylyny* (nec habeamus ignominiam) O. 1609; irregulari flexione: *may ben nepith asconfas* (ut habeamus aliquid cognoscere) R. 769; alibi vulgari ratione: *pup tra pup vr parys thyn vethe* (omnis res omni hora parata nobis erat) D. 918.

Praet. prim. sing. 1. pers.: *me am be wondrys fancye* (habui miram visionem), *dewthack warnugans a virhas . . . my ambe* (triginta filias habui) Cr. 761. 1986. Irregulariter: *nam buef the wruthyl genes* (quod non habui faciendum tecum) O. 658. *flehys am bef* (filios habui) Cr. 1979. *kemmys gyrryow teake am beff* (tantum verborum pulchrorum accepi) Cr. 1018. *me a levar thys . . . yn pan vanar yn bema* (dicam tibi, quomodo id habuerim) Cr. 756. 2. pers.: *ty re fue fest lafur bras* (habuisti laborem maximum) R. 2628; irregulariter: *the pascyon a fue tyn* (passionem tuam quam habuisti acrem) R. 506. 3. pers. masc.: *Cryst kymmys payn yn geve* (Chr. tantum cruciatus habuit) P. 59, 1. *nyn geve par* (non habuit parem) 40, 1. *a wul drok nyngefe meth* (facere malum non puduit eum) R. 1783. *man geve marth* (ut miraretur) P. 111, 2. *manna[n] geve goth na leyth* (ut non haberet venam nec membrum) 132, 2. *rak an torment an gefe* (propter cruciatum quem habuit) R. 694. *oll myns peynys an geve, an paynys bras an geve* (omnem magnitudinem tormentorum, tormenta magna, quae habuit) P. 59, 4. 139, 2. *own boys c̃st mab du an neff an tebel el an geve* (timorem ne esset Chr. filius dei e caelo, malus angelus cepit) 122, 1. *eff an geue awell boys* (cepit desiderium cibi) 10, 4. *ef an geve strocosow* (accepit verbera) 174, 3. *ef an geve drok wyras* (habuit malum potum) D. 2975. *pan vernans an geve ef* (qualem mortem habuit ille?) O. 2219. *ef an geva yddrage tyn* (ipse habuit paenitentiam acrem) Cr. 2043. Fem.: *nys teve tus vyth hep mar roow mar tha* (non habuit gens ulla sine dubio dona tam bona) O. 2597. *ʒe wherʒyn nysteva whans* (ridendi non habuit cupidinem) P. 222, 1. Plur. 1. pers.: *na fout byth-*

queth ny gen bue (nec unquam inopiam habuimus) D. 916. *pan dra eȝom ayan* (leg. *agan?*) *be* (cuius rei penuriam habuimus?) P. 50, 3. 3. pers.: *ys gavas thethe keffrys rak nys teve man thy pe* (condonavit id iis simul, quia non habuerunt quidquam ad solvendum ei) D. 508. *an torrow nas teve vythqueth flehes* (uteri qui nunquam habuerunt liberos) D. 2647.

Praet. sec. sing. 2. pers.: *mestry vyth te ny vea ... ken onan ȝys nan rolla* (potestatem nullam haberes, nisi alius quis tibi eam dedisset) P. 145, 1; irregulari flexione: *gallos warnaf ny fyes* (potentiam mei non haberes) D. 2187. 3. pers.: *nyn gyfye den gallos then mernens y worre ef* (non habuisset quisquam potentiam ad mortem ponendi illum) R. 966. Plur. 1. pers. irregulariter: *neffre nygen byen ny ioy hep thyweth* (nunquam haberemus nos gaudium sine fine) R. 1029. 2. pers.: *nys vye worshyp* (non haberetis venerationem) R. 1943.

Infinitivi vicem supplet *cafos*, *caffos* (capere), quod verbum solum adhibet cambrica.

Aremorica.

Praes. prim. sing. 1. pers.: *emeus* ('habeo') Cath. *em concianzc emeux vn doetancc don* (in consciencia mea habeo dubitationem profundam) Buh. 30, 8. *hac emeux poan* (et habeo cruciatum) 106, 15. *emeux truez* (habeo misericordiam) 204, 21. *hac emeux pep heur queuz meurbet* (et habeo quavis hora dolorem magnopere) MJ. 91 a. *hac emeux pemp* (et habeo quinque) 146 b. *hac emeux deseu nac eu muy* (et habeo cogitationem, eum non esse amplius) 188 b. *a pep tu emeux treffu bras* (ab omni parte habeo aerumnam magnam) 191 a. *goude mil rech em eux yechet* (post mille dolores habeo salutem) 199 a. *ioa ameux glan, ioae ameux hel* (gaudium habeo merum, gaudium mihi est largum) Buh. 26, 14. 184, 20. *me yel ... hac ameux hoant de tourmantaf* (ibo .., et habeo desiderium eius cruciandi) 90, 5. *dren carantez han feiz mat am eux dreiz pep tra ouz ma tat* (caritate et fide bona quam habeo super omnem rem erga patrem meum) MJ. 30 a. *en poan pe heny ... ameux da gouzaff* (in supplicio quod mihi est patiendum) 57 b. *pez ameux prob da ober* (quid probe mihi faciendum est?) 191 b. *quement ameux* (quidquid habeo) 99 a. *aoun cref ameux* (timorem fortem habeo) 123 b. *me ray an guet hac ameux avis ha discret em speret* (faciam excubias, et habeo praesagium et secretum in spiritu meo) 193 a. *nemeux na ioa na cuff na car* (non habeo nec gaudium nec amicum nec propinquum) Buh. 8, 23. *nemeux nerz da querzet* (non habeo vim ambulandi) 194, 11. *terzien na nep reux nemeux muy* (febrim aut ullam miseriam iam non habeo) 200, 4. *nemeux esper quet* (non habeo spem) MJ. 54 b. *dren queux flam ameux nemeux quet da guelet aelez ... hoant* (per dolorem ardentem quem habeo, non habeo cupidinem videndi angelos) 187 a. *nemeux quemet try* (non habeo nisi tria) 146 a. *me ameux dren bet vn edit* (ego habeo unum mandatum per mundum) Buh. 204, 4. *me ameux hoant* (ego habeo cupidinem) MJ. 7 b. *me ameux un bez nevez graet* (habeo sepulcrum recens factum) 154 b. *ma emeux un bech am nech cals* (habeo onus cuius me taedet admodum) 123 b. *ma emeux quement strif e divout* (habeo tantum contentionis eius causa) 188 a. *me meux anaf dioutaff* (habeo incommodum ex eo) Buh. 58, 19. *memeux estlam* (habeo turbationem) 174, 7. 194, 9. *me meux mez bras* (habeo dedecus magnum) 196, 8. *me meux dirac pep mil rebeig* (habeo coram omnibus mille opprobria) 40, 18. *me meux lifrini*

raliet (habeo vertragos doctos) 32, 6. *me meux un braouhet* (habeo liquorem) MJ. 143 a. *memeux unan* (habeo unum, talum) 145 b. *memeux hyrder intollerabl* (habeo desiderium intolerabile) 191 a. *me meux dre raeson da monet* (mihi per rationem eundum est) 208 a. 2. pers.: *discuez ez eux nerz* (monstra te habere vim) MJ. 142 b. *pa ez eux spacc voar an placen* (quoniam habes spatium in hoc loco) Buh. 164, 2. *nez eux mecher* (non est tibi opus) MJ. 106 b. *naz eux nep remet competant* (ut non habeas ullum remedium sufficiens) 92 b. *ha te den dall azeux gallout* (et tu, homo caece, habes potestatem, potes) Buh. 102, 10. *te az eux quemeret* (sumpsisti) MJ. 67 a. 68 b. *te zeux graet* (fecisti) 84 b. 3. pers. masc.: *e dorn hec en deveux lequaet en plaet guenef me ... nep en deveux graet an fet se* (manum suam turpem posuit in patina mecum, qui fecit istud facinus) MJ. 59 a. *aoun cref ameux nen deveux nech* (graviter timeo ne habeat taedium, ne eum pigeat) 123 b. *nep en deueux cas so tasset* (qui habet causam, est vocatus) Buh. 150, 18. *ef en deveux sclaer anterin gallout divin* (ille habet indubie prorsus potentiam divinam) MJ. 92 a. Fem.: *deuotion he deueux* (devotionem habet ea). Buh. 22, 10. Plur. 1. pers.: *gant an estlam hon eux aman* (ob turbationem quam habemus hic) Buh. 94, 3. *mecher noneux quet a roedou* (opus non est nobis retibus) 32, 14. *nonneux roe en bet credet henn nemet Cesar* (non habemus regem in mundo, credite id, nisi Caesarem) MJ. 113 b. *testeny honneux ny* (testimonium habemus nos) 23 a. *pebez mecher en matery onneux ny a quen testeny* (quid opus est nobis in hac causa alterum testimonium?) 80 b. *a ny onneux oll hon mecherou* (habemusne nos omnia quae nobis opus sunt?), *oll onneux ny hon binhuyou* (omnia habemus nostra instrumenta) 135 b. 2. pers.: *benoez hoz mam hoz eux* (benedictionem matris vestrae habetis) Buh. 112, 17. *mar oz eux hoant* (si habetis desiderium) 120, 1. *pa noz eux danuez* (quia non habetis bona) 204, 20. *noh euz car* (non habetis amicum) MJ. 21 b. *nouz eux mecher a ober goap* (non est vobis opus facere ludibrium) 165 a. *a noz eux quet lech ... da quempret nech* (nonne vobis est locus paenitendi?) 221 b. 3. pers.: *no deveux quet dellezet quen* (non meruerunt aliud) MJ. 99 a.

Praes. sec. sing. 1. pers.: *pell ayoa aban emoa hoant daz guelet* (dudum desiderium habebam te videndi) MJ. 103 b. *ma holl joa ne moa muy* (omne meum gaudium, non habebam maius) 130 a. *gouden queuz ha estlam amoae* (post dolorem et turbationem quam habebam) 180 b. *goude quement estlam am oa* (post omnem turbationem quam habebam) 195 b. *quement amoa a amloary* (quidquid habebam curarum) 226 b. *hoant amoa vuel doz guelet* (desiderium habebam humile vos videndi) Buh. 76, 15. *hoant amoa ... douz guelet* (desiderabam vos videre), *hoant meur douz guelet me amoa* (desiderium magnum vos videndi habebam) MJ. 228 b. *ma emoa sur displigiadur re* (habebam certe taedium nimium) 230 b. *memoa drouc avis* (habebam malum consilium) 233 a. 3. pers.: *nonobstant da tourmant nen devoa hoant quet* (quamquam te cruciandi non habebat desiderium) MJ. 92 b. *en devoe joa bras* (habebat gaudium magnum) 102 b. *en devoe tourmant* (habebat cruciatum) 105 a. *en devoe sechet* (sitiebat) 139 b. Plur. 1. pers.: *hac hon oa ioa bras dan dra se* (et habebamus gaudium magnum propterea) MJ. 207 a. *quent divergont ez viomp spontet non oa quet a nerz da querzet* (tam immaniter perterriti sumus, ut non valeremus ad eundum) 219 a. 2. pers.: *huy oz oa goulennet* (quaesiveratis) Buh. 78, 4. *goude*

ann angoes han esmae ha queuz ... ouz oae dif (post angorem et timorem et dolorem quem habebatis de me) MJ. 181 b. 3. pers.: *no devoe nepret contredy* (ut nunquam haberent contradictionem) MJ. 28 a. *an dle ho devoae quemeret* (debitum quod ii contraxerant) 175 a.

E radice *bu* formantur cetera tempora atque ipsum praesens primarium, etsi rarius.

Praes. prim. sing. 1. pers.: *a pep lignez hep finvez em bez couf* (omnis progeniei infinitam habeo memoriam) MJ. 177 b. *pa em bez couf* (cum memini) 203 b. *bizhuyquen tristez nem bez muy* (nunquam iam habeo tristitiam) 226 b. *me men bout crouguet ... ma nem bez e pris* (suspendi volo si non habeo eius pretium) 16 a. 3. pers.: *nep en deuez gant fez carantez* (qui habet cum fide amorem) Buh. 62, 13. Plur. 2. pers.: *mar ho bez spaco* (si habetis spatium) MJ. 194 b.

Fut. et coni. sing. 1. pers.: *hac autronez gant guir fez am bezo* (et dominos cum vera fide habebo) Buh. 34, 8. *nem bezo quen dam soutenancc* (nihil aliud mihi erit adiumento) 132, 4. *da ober nem boe quet en bet man na nem bezo muy bisuiquen* (faciendum mihi non fuit in hoc mundo, nec mihi erit iam unquam) 50, 9. *na nem bezo certen quen cur* (nec habebo certo aliam curam) 24, 16. *ma em bezo cren hoz bennoez, ma em bezo hael ma guelet* (ut habeam plane vestram benedictionem, large meum visum) 180, 8. 192, 22. *petra am bezo me breman* (quid habebo ego nunc?) MJ. 18 a. *mem bezo ... meur soucy* (ego habebo magnam sollicitudinem) 61 a. *moz quemenno eno me[m] bezo coff* (ut vos poscam, ibi habebo memoriam) Buh. 60, 8. 2. pers.: *ez vezo dan drot un chotat* (habebis statim colaphum) MJ. 77 b. *tregont digner ... az vezo antier* (triginta denarios habebis integros) 18 b. *na rann cuyt nez vezo quet* (nec partem liberam habebis) 52 b. *na oar nep tro nez vezo mez* (nec unquam habebis dedecus) 184 a. *neuse nep tro nez vezo car* (tum nunquam habebis amicum) Buh. 86, 16. *euez pep tro te[z] vezo poan* (etiam semper habebis cruciatum) 6, 23. 3. pers.: *gant ma scourgez en devezo* (flagello meo habebit) MJ. 107 b. *nen deuezo den dieznes* (ne habeat quisquam cruciatum) Buh. 134, 22. Plur. 1. pers.: *hoaz on bezo ouz tremen henoaz entromp* (porro habebimus pernoctantes hodie inter nos, viatores) MJ. 200 b. *non bezo hon priso muy* (non habebimus qui nos curet amplius) 17 b. *ef oar nep tro non bezo quet* (illum nunquam habebimus) 118 a. *non bezo certen den en bet* (non habebimus certo quemquam in mundo) Buh. 188, 13. *hoz peuch pep tro ron bezo* (vestram pacem semper habeamus) MJ. 50 a. 2. pers.: *oz bezo oar ho crochenn* (habebitis in cutem vestram) MJ. 73 b. *oz bezo ef* (habebitis eum) 159 a. *na nos bezo choas* (nec habebitis electionem) 132 a. *bizhuyquen finvez nouz bezo* (nunquam finem habebitis) 236 b. *huy oz bezo oar houz clopenn* (vos habebitis in calvam vestram) 74 a. *joa roz bezo* (gaudium habeatis) 48 b. *pep tro* (ed. *bro*) *roz bezo joa* (semper habeatis gaudium) Buh. 114, 14. *peoch roz bezo* (pacem habeatis) MJ. 199 a. *peoch doe ro bezo huy* (pacem dei habeatis vos) 161 b.

Imper. sing. 1. pers.: *rac se a pret ham bezet hy* (propterea in tempore facite ut habeam eam, crucem) MJ. 132 b. 2. pers.: *an quaez man couf ha trugarez haz vezet* (miseri huius memoriam et commiserationem habe) MJ. 141 b. *buaneguez ez buhez naz bezet* (iram in vita tua ne habeto) Buh. 70, 1. *naz vezet*

dou(e)t (noli dubitare) 102, 11. Sed etiam irregulariter: *Crist hazuez trugares ouzimp* ('cristelleyson') Cath., ut hodie secundum Lgn. *az péz* s. *ez péz* (apud Lhuydium e Man. profertur: *da pe*, e Quiqueri colloquiis: *te da vezet*). 3. pers. desunt exempla; Quiq. (ap. Lhuyd.) *ên endevezet*, Lgn. *en défet*. Plur. 1. pers.: *racse me ho[z] pet hon bezet hy* (propterea, rogo vos, habeamus eam, mappam) MJ. 49 b. 2. pers.: *ozif truez . . . hoz bezet*, *ouzif truhez hoz bezet*, *oziff truhez hoz bezet* (erga me misericordiam habete) Buh. 120, 2. 194, 19. 196, 19. *noz bezet dout* (nolite dubitare) 36, 7. *nep aoun nouz bezet*, *nep aoun nos bezet*, *nos bezet aoun quet* (nolite timere) MJ. 73 a. 155 a. (202 a.) 185 b. 3. pers. desunt exempla; apud Lgn. irregulariter: *hô défeñt.*

Praes. et fut. sec. sing. 1. pers.: *am be hoant* (cupidinem habeam, velim) Buh. 76, 12. *am be me nep rouez* (habeam aliquod donum) 118, 21. *rac nam be blam* (ne habeam vituperationem) 98, 8. *me carhe gouzout quet goude pe me be ma tra pe nambe* (velim scire postea utram habiturus sim rem meam an non habiturus sim) 170, 19. *moz pethe pa em be moean* (rogaverim vos, si habeam remedium) MJ. 42 b. *mem be hoant de tourmantaf* (cupiam eum cruciare) 216 a. 2. pers.: *gallout en se oarnoufme nez ve quet* (potentiam in illo mei non haberes) MJ. 113 a. 3. pers.: *me a crethe en deffe hoant* (crediderim eum habere desiderium) MJ. 216 a. *ez compse ef deompny pardonaf plen da pep heny en divihe contrition* (ipse dicebat nobis se ignoscere plene cuicunque esset contritio) 90 b. Plur. 2. pers.: *dy ne dahech dez quen nouz be entroch brassoch fez* (eo non eatis die ante quam habeatis inter vos maiorem fidem) MJ. 62 b.

Praet. prim. sing. 1. pers.: *da ober nem boe quet en bet man* (faciendum non fuit mihi in hoc mundo) Buh. 50, 8. *nem boe quet* (non habui) 158, 9. *bezcoat nem boe* (nunquam habui) 160, 19. *nem boe netra* (nihil habui) 166, 17. 170, 3. *nem boe* 170, 6. 172, 7. 9. 19. 20. *nen doann quet quen ferm dan termen nam boe divergont un spont yen* (non eram tam firmus illo tempore, ut non haberem immaniter terrorem gelidum) MJ. 231 a. 3. pers.: *dren guerches dinam en deffoe da mam* (per virginem intemeratam quam ipse habuit matrem) MJ. 4 a. Plur. 2. pers.: *a huy a toehe noz boe y* (vosne iuretis vos non habuisse eos, nummos) Buh. 160, 6. *hoz boa* (leg. *boe?*) *goulennet eguetou* (petivistis ea) 34, 2.

De praet. sec. invenimus formam 3. pers. sing.: *hac en divise messias* MJ. 207 a; discordare tamen ibi videtur sententia, quam expectares (et ipsum futurum Messiam).

Formarum compositarum cum participio haec habemus exempla: *pan hon eux bed spes hon esper* (quoniam abundanter habuimus desiderium nostrum) Buh. 200, 15. *han meur truez ouz eux bezet* (et magnam misericordiam quam habuistis) MJ. 175 a.

Conferantur quaedam formae hodiernae secundum Legonidecum: fut. sing. 1. *em* (s. *am*) *bézô*, 2. *éz* (s. *az*) *pézô*, 3. *en dévézô*; plur. 1. *hor bézô*, 2. *hô pézô*, 3. *hô dévézô*. Praes. sec. sing. 1. *em bôa*, 2. *éz pôa*, 3. *en dôa*; plur. 1. *hor bôa*, 2. *hô pôa*, 3: *hô dôa*. Eodem modo e 3. pers. temporum sec. *bé*, *bizé* (*bijé*), *béfé* formulae condicionalis et coniunctivi: 1. *em bé*, *em bizé*, *em béfé* (haberem), *ram béfé* (ut haberem), 2. *éz pé*, *éz pizé*, *éz péfé* (haberes), *raz péfé* (ut haberes), 3. *en divizé*, *en défé*, *ren défé* etc.

Infinitivi vicem supplet *cafout*, *caffout* (sicut cornice).

III. Coalescit verbum substantivum cambricum radicum 1. et 6. non solum eadem compositione qua hibernicum (pp. 488. 501) cum praepositionibus simplicibus vel duplicibus, ut *ar*, *go*, *gor*, *can*, *dar*, *dy (do)*, *cyfar*, *argan* etc., sed etiam, ratione singulari, in temporibus et modis quibusdam cum radicibus et thematis verbalibus aliis, ut *han*, *hen* (oriri?), *pieu* (possidere), *aeth* (ivisse), *daeth*, *doeth* (venisse), *gwyd* (scire), *clyw* (audire), *ad(g)na* (al. *adwaen*, cognoscere).

Exempla compositorum radicis 1. Praes. prim. sing. 1. pers.: *brenhin coronawc wyfi yny wlat yd henwyf ohonei* (rex coronatus sum in regione, ex qua sum) Mab. 3, 9. *ny hannwyf well o nawd* (non valebo melius gratia, tua) 2, 19. *ny hanwyf well ohonaw* (non valebo melius inde) 2, 224. 2. pers.: *apha wlat yd henwyt titheu ohonei* (et quae regio, ex qua tu es oriundus?) 3, 9. *yr wlat yd hanwyt ohonei* (ad terram, ex qua progressus es) 3, 275. 3. pers.: *paderyw ytti*, *paderyw itti* (quid accidit tibi?) 2, 58. 3, 190. *pa derw itti*, *pa derw ytti* (id.) 2, 57. 3, 209. *un o deu aderw idaw* (alterutrum accidit ei) 1, 242. *aderyv am keduyv an chaduan* (num actum est de K. et C.?) CN. carm. 1. Plur. 3. pers.: *pwy biewynt hwy* (cuius sunt illi?) Mab. 3, 191.

Praes. sec.: *daroed y arthur lad y benn* (perfecta erat A. abscisio capitis eius, cervi) Mab. 2, 22. *ac ny darocd idaw namyn dyvot yr ty* (nec perfectum erat ei nisi venire domum, nec nisi domum pervenerat) 2, 47. *daroed y twrneimeint* (finitum erat torneamentum) 1, 279. *llaesgevyn gwr ny hanoed well neb ohonaw* (L. vir, a quo nemo valebat melius, boni quid accipiebat) 2, 243. *o wrthtir uffern pan hanoed y gwyr hynny* (e terra contra infernum, ex qua venerunt viri hi) 2, 205. *y marchawc bieuoed y pebyll* (eques qui possidebat tentorium) 1, 239. *ar gwr melyn bieuoed y gaer* (et virum flavum qui possidebat castrum) 1, 12. *effrawc iarll bioed iarllaeth* (E. comes possidebat comitatum) 1, 235. *gouyn idaw ae ef gyntaf bioed y llys* (quaerere ex eo, an primum possideret aulam) 2, 14.*

De composito *yttwyf* supra (p. 551) egimus; de compositis *ethwyf*, *dodwyf* etc. significantibus praeteritum infra agetur sub IV. in praet.

Composita radicis 6., cuius consona radicalis tam servata *b* quam mollita *v* (*u*, *f*) in coniunctivo et praesenti secundario formae simplicis (*a*) provectione transit in *p* et *ff* (cf. p. 146 cum addendis).

Praes. prim. significans futurum. b. Sing. 1. pers.: *mi a adnabydaf* (ego cognoscam) Mab. 3, 200. *ony wybydaf i* (si non sciam ego; *gwyd-bydaf*) 3, 30. 2. pers.: *nysgwybydy di yr awrhonn* (non scies eam, rem, nunc) 2, 36. *yd adnabydy voes y llys* (cognosces consuetudinem aulae) 3, 10. *henbydy kyuoethogach* (te habebis ditiorem, eris ditior) 2, 47. 3. pers.: *os ehemreyn aderuyt* (si eius impraegnatio facta erit), *os egouessiau aderuit* (si eius palpatio facta erit) Leg. 2, 1, 20. 21. *oderuyt*, *oderuit* (si acciderit) ib. fq. *ochyueruyd caledi a thi* (si accidet tibi duritia) Mab. 2, 52. *ef agyferuyd gwahanfford athi* (tum occurret tibi trivium) 1, 6. *ny henbyd gwell ef* (non valebit melius ille) 2, 17. *hyt tra ymgatter yn vyw hanbyd gwaeth drem vy llygeit* (quamdiu vivam, peius se habebit lux oculorum meorum) 2, 221. *ef aegwybyd* (ipse id sciet) 3, 190. *nis guibit ar nuygelho* (non sciet id, somnium, qui non occultet id) CN. carm. 2.

* Videtur rectius *bieuoed* e 3. pers. *pieu*, *bieu*: *y gwr dabieu y gaer*. *ygwr bieu y llys honn* (vir qui possidet castrum, curiam hanc) Mab. 1, 16. 269. *a minneu bieu* (et ego possideo) 1, 291.

Coni. sing. 1. pers.: *yny wypwyf* (donec scio) Mab. 1, 253. 2, 54. *kymeint ac a wypwyfi* (tantum quantum ego scio; i. e. *wyd-pwyf*, *wyd-bwyf*) 1, 288. 2. pers.: *yny lle goreu a wypych* (in loco optimo quem scies) 2, 43. *henpych gwell* (valeas melius; formula salutandi) 2, 6. 55. 219. 3, 92. 3. pers.: *pob anifeil or agyfarffo ac ef* (quodvis animal quocum convenerit) 1, 293. *gwedy darffo udunt* (postquam perfectum erit iis, p. perfecerint) 3, 302. *ac ny byd un dalen ar y prenn ny darffo yr gawat eu dwyn* (neque erit unum folium in arbore, ut non perfecerit tempestas eorum ablationem) 1, 8. *ny wnn i neb ae gwypo* (nescio quemquam qui id sciat) 2, 234. *aoes ohonawch chwi aadnapo y uarchoges racco* (estne e vobis qui norit illam mulierem equitantem) 3, 16. *ac ny thebygaf or niuer hwn oll neb nyt adnappo vot y mab yn uab pwyll* (nec opinor ex omni hac multitudine quemquam non cogniturum, puerum esse filium P.) 3, 24. *or brenyn byeufo ellys* (a rege qui possideat curiam) Leg. 1, 14, 5. *ene pyeufo* (donec p.) 1, 17, 6. Plur. 1. pers.: *yr ymdidan goreu a wypom ninneu ni ae dywedwn itti* (narrationem optimam, quam sciemus nos, dicemus eam tibi) Mab. 1, 2. 3. pers.: *egladoet ackaruarfoent ac aruon* (regiones quae contingunt Arboniam) Leg. 2, 2, 1.

Praes. sec. sing. 1. pers.: *pei gwypwn ... mi a ymdidanwn* (si scirem ego narrarem; = *gwyd-pwn*, *-bwn*) Mab. 1, 260. *pei asgwypwn mi aedywedwn* (si id scirem, ego id dicerem) 2, 233. 2. pers.: *pei gwyput nyt eistedut* (si scires, non sederes) 1, 286. 3. pers.: a. *or kyuarffei y gwynt* (si conveniebat ventus) 3, 299. *yny darffei y vwytta* (donec finita esset cena) 3, 273. *pei gwyppei y marchawc hwnnw hynny ydeuei yth amdiffyn* (si sciret iste eques istud, veniret ad te liberandam) 1, 32. *a wypei dim* (an sciat aliquid) 1, 10. *nyt oed dyn aadnapei y gerd honno* (non erat homo qui cognovisset cantum hunc) 2, 391. *pei hanffei well* (si melius se haberet) 2, 240. *yhuybod puy byeufey eblaen* (ad sciendum quis possideret ipsorum ductionem) Leg. 2, 2, 1. b. *pei mi a wascut uelly ny oruydei ar arall vyth rodi y serch arnaf* (si me pressisses ita, non superfuisset alii cuiquam vertere amorem suum in me) Mab. 2, 217. *ac ny wybydei neb ungeir* (nec sciebat quisquam ullum verbum) 3, 30. Plur. 3. pers.: *kymeint oed eu gwybot ac nat oed ymadrawd ... nys gwypynt* (tanta erat eorum scientia, ut non esset colloquium, ... quod nescirent) 3, 299.

Praet. prim. sing. 1. pers.: *pan gyuaruum gysseuin dmam y uorwyn honno* (cum primum conveni matrem puellae illius) Mab. 2, 222. *kyscu awneuthum i ual nawybuum pan aeth ef* (dormivi ego, ut nescierim, cum abiit ille) 2, 9. *mi ath adnabuum pann yth weleis gyntaf gynneu* (ego cognovi te, cum primum te vidi antea) 2, 9. 2. pers.: *goruuost di* (superasti) 1, 259. 3. pers.: *pan dyuu* (cum appropinquavit) 2, 197. *ac ny orfu* (et non perfecit) 1, 24. *athi a oruu* (et tu vicisti; impers.) 1, 25. *y kyuaruu ac wynt* (obviam iis factus est) 2, 42. *aphan arganvu* (et cum animadvertit) 1, 241. *yd arganuu arthur wynt* (animadvertit A. eos) 1, 25. *aphan daruu vwyta* (et postquam perfecta fuit cena) 1, 62. *aphan wybu yn hyspys*, *aphan wybu ef hynny* (et cum sciret certo, et cum id sciret ipse) 2, 12. 34. *ac yd adnabu* (et cognovit) 3, 271. 273. *a mi bieiuu y dinas ar castell* (et ego possedi oppidum et castrum) 2, 14. Plur. 3. pers.: *ac a oruuant* (et superaverunt) 1, 35. *ac yna ny wybuant* (et tum nescierunt) 3, 214.

Praeteriti secundarii exemplum 3. pers. plur.: *wynteu hagen ni wybuyssynt y eisseu ef* (illi tamen non sciverant ipsius absentiam) Mab. 3, 14.

Formae passivae praes. prim.: *nywybydir pa fford yda* (nescitur qua via eat) Mab. 3, 212. Coni.: *yny wyper auobwy* (donec sciatur vivusne sit) 2, 25. Praes. sec.: *ual nat adnepit* (ita ut non cognosceretur) 3, 202. Praet. prim.: *yny arganuuwyt y llythyr* (donec animadversae sunt litterae) 3, 91. *ac yna gwybuwyt pan yw peredur oed ef* (et tunc scitum est, eum esse P.) 1, 268. *ny wybuwyt vyth o hynny allan pale y daeth* (non cognitum omnino inde porro, quo venerit) 2, 246. Non differt forma *-pwyt*, addita verbis sequentis seriei, ut *dywetpwyt, ducpwyt, aethpwyt, gorucpwyt, deuthpwyt, gwnaethpwyt*.

Infinitivus: *dyuot* (appropinquare, venire) fq. *yggouot y vlwydyn* (durante anno) Mab. 1, 241. *gwedy goruot arnafi* (postquam superavit me) 1, 25. *gwedy daruot bwytta* (absoluto prandio) 1, 11. *arganfot aoruc ymarch* (animadvertere equus coepit) 1, 28. *llyma uarchawc yn kyuaruot ac ef* (ecce eques occurrens ei) 1, 243. *mi awn dy hanuot om gwaet* (scio te esse oriundum e sanguine meo) 2, 204. *mi aaf ywybot pwy y marchawc* (ego ibo scitum, quis sit eques) 2, 11. *adnabot, clybot* (cognoscere, audire) fq. cf. *amgnaubot* gl. Ox. 38[a].

Nec desunt cornica verba eodem modo composita, pauca cum radice 1. Cambrico *pieu* respondet corn. *pyw, pew*, cuius haec exempla invenimus, praes. prim.: *pyv an pren abew hep mar pous ihesu* (quis est talus qui possidet sine dubio tunicam Iesu), *henna aspew yn certan* (ille eam possidet certo), *re synt iouyn me aspew* (per sanctum Iovem ego eam possideo) D. 2853. 2855. 2858. *ty a vew ov grath nefre* (tu possides gratiam meam semper) O. 974. Coni.: *may beu vy cres* (ut habeam ego pacem) R. 2224. Praes. sec.: *war tu hay vam an pewo* (ad matrem suam versus, quae eum possidebat) P. 207, 3; sed etiam: *yn the see . . . a bewe the tas daveth* (in sede tua quam possidebat pater tuus Davides) O. 2393. Cum cambricis *ethwyf* etc., quae eandem radicem praeteriti themati subiungunt, conferendum est: *galsof* (ivi; cum adiectivis: factus sum), *galsof ysel* (humilis factus sum), *galsof coyth* (senex f. s.) O. 373. 855. *rak hyreth galsof purclaf* (propter desiderium facta sum aegerrima) R. 775; 2. pers. *galsos pur worth* (factus es mere contrarius), *galsos lemmyn pur woky* (f. es modo stultissimus), *galsos mur yn dyscrygyans* (incidisti admodum in infidelitatem) R. 1470. 1513. 1516; ceterum regulariter flexum.* Denique duplici compositione utriusque radicis formatum videtur *nabow* (= *nabu-ew*? cf. cambr. *adnabot*): *me an nabow dyougel* (ego novi eum probe) R. 2120.

Aliquanto plures extant formae compositae cum radice 6., quarum genera sunt duo: prius (a) respondens fere cambricis ad omnia tempora pertinet nec vero patet ultra certa quaedam verba, alterum (b) cornicae dialecti proprium, quod a nullo verbo regulari exclusum videtur, ad futuri potissimum temporis defectum supplendum adhibetur.

2. Verbum cambricum radicis *clu* (inf. *clybot* = *clyw-bot*, p. 575; corn. et arem. magis regulariter *clewes, cleuet*) plurima tempora communi modo format e themate *clyw*: *wrth aglywafi* (secundum quod audio) Mab. 2, 25. *pa odwrd aglywafi y gennwch chwi* (quod colloquium audio a vobis!) 2, 30. *or clywy diaspat* (si audies clamorem) 1, 238. *ny aglywn y kyrn* (audiemus cornua) 2, 9. *eithyr na allaf kelu ragot y geireu engiryawl chwerw aglywyf yth gyueir* (nisi quod non possum te celare verba fortia acerba quae audio de te) 2, 39 sq. *yr awelych nac yr aglywych* (propter quidquid videbis aut quidquid audies) 2, 36. *pan glywhont llef dy gorn* (cum audierint sonum cornus tui) 3, 23. *bei clywut ti* (si tu audires) 2, 40. *ef a glywei diaspat* (audiebat tumultum) 1, 248. *y clywynt* (audiebant) 1, 16. *y twrwf mwyhaf aglywssei neb* (tumultus maximus quem audiverat aliquis) 2, 47. *ny chlywyssynt eiryoet twryf achawat kyffelyb y rei hynny* (non audiverant unquam tumultum et tempestatem horum similem) 1, 23. *diheu oed gantunt na chlywyssynt eiryoet kerd kystal ar adar yn kanu* (persuasum erat iis se nunquam audisse cantum tam dulcem quam avium canentium) 1, 23. *ny chlywir arnaf* (non audietur de me) 2, 54. *nyt om henw ym clywir* (non nomine meo audior, nominor) 2, 375. *pei clywit arnat* (si audiretur de te) 2, 381.

Propriae tamen formae reduplicatae sunt 1. et 3. pers. sing. praeteriti primarii: *bei clywut ti ymdidan y marchogyon racko mal y kiglef i* (si tu audivisses sermonem equitum illorum, ut audivi ego) Mab. 2, 40. *mi a giglef gan vn or gweisson* (audivi ab uno e pueris) 2, 53. *dial duw arnaf o chigleu i dim yurth y gwr a ovynnwch chwi* (vindicta dei super me, si quid audivi ego de viro, quem vos quaeritis) 2, 232. *ny ry giglif i eirmoet dim y wrth y uorwyn* (nihil audivi unquam ego de puella) 2, 213. *ac y gyt ac y kicleu arthur a gwenhwyuar yr amrysson* (et simulatque A. et G. audierunt contentionem) 2, 22. *aphan gigleu gei eubot yn dyuot* (et cum audivit C. eos venire) 1, 261. *ar ymdidan hwnnw a gigleu enit* (et colloquium illud audivit Enita) 2, 37. Cetera hic quoque secundum regulam communem: *ac ny chlyweist eiryoet ... kerd kystal* (nec audisti unquam cantum talem) 2, 8. *ymysc hynny wynt aglywsont chwedyldyaeth* (interea ipsi audierunt nuntium) 3, 32.

Cornice et aremorice regulariter flectitur e *cleu*. Corn.: *ny glewaf* (non sentio) D. 1223. *ny clev* (non audit) D. 2321. *me a glew* (audio) R. 2296. *Pedyr a holyas ... may clewo leff ihũs* (Petrus secutus est, ut audiret vocem Iesu)

P. 77, 4. *clew* (audi) R. 774. *yn clewys* (audivi eum) D. 1314. 1724. *neb a glewsys* (quem audisti) O. 224. *ef a clewas en oolyek... ow cane* (audivit gallum canentem) P. 86, 1. *pan clevseugh* (quoniam audivistis) D. 1338. *dew a thvk dustuny yn clewsons ow leuerell* (duo dederunt testimonium, se audivisse eum loquentem) P. 91, 1. *lauar crist pan vo clewys* (sermo Christi cum audiretur) 109, 4. *neb a vynno y glewas* (quicunque vult id audire, verbum dei), *mar callo clewas* (si posset audire) 12, 4. 109, 3. *ow cleves* (audiens) D. 1028. *clewas* (audire) D. 554. R. 2128. 2244. Differunt ab hoc verbo et forma et significatione: *cole, cola* (auscultare) O. 222. 323. 626; 293. 419. *mar a colyth* (si auscultas) R. 1388; imper. *coole, kooll* Cr. 595. 650. *aban golste worty hy* (quoniam aurem praebuisti illi) O. 269; et *gosleuw*, *goslow* (ausculta) D. 496. O. 1365. *gosloweugh* (auscultate) D. 3217. *na woslewys* (ne auscultet) D. 454, vel *golsow, golsowowh, golsowogh* Cr. 636. 115. 1432. *golsowens ow lauarow* (auscultet verbis meis) P. 2, 1. *whans ȝe wolsowas* (desiderium auscultandi) 1, 2.

Arem.: *ne clevaf* (non audio) MJ. 189a. *entroch a cleu* (auditis) 222a. *pan clevo* (cum audiet) 124a. *me a clevo* (audiam) 225b. *maz cleuimp* (ut audiamus) Buh. 24, 10. *ez clevhet* (ut audiatis) MJ. 26b. 176a. *em clevhet* (ut me audiatis) 194a. *cleu* (audi) 15a. Buh. 170, 21. *cleo* (id.) 4, 1. 6, 19. *guitibunan cleuit, cleuet christenien* (omnes audite, audite Christiani) 130, 6. 132, 17. *clevyt* (audite) MJ. 46a. *nem clevhe* (non audiebat me), *nep ho clevhe* (qui vos audiret) 189b. 232a. *à guylis hac a clevis me* (quod vidi et audivi ego) 222b. *pan clevas* (cum audisset) 79b. *ez vezo cleuet ma peden* (audietur precatio mea) Buh. 16, 21. *da clefuet, da cleuet* (ad audiendum) 52, 6. 54, 2. *eguyt clevet* (id.) MJ. 7a. *ouz ho clevet* (audiens vos) 222a. *cleauuet* ('audire') Cath. Cornico *goslow, golsow* respondet arem. *sezlou* ('auscultare, silere') Cath. Buh. 56, 4. *da sezlou* (ad auscultandum) MJ. 190a. *sezlou* (ausculta) Buh. 172, 13. *niz sezlouo* (auscultabimus tibi) 74, 8. Hod. *sélaou, sélao.*

3. Cum negatione sola invenitur verbum impersonale cambr. *nymdawr* (non refert mea, non nolo): *nymtawr i vynet* (equidem ibo) Mab. 2, 53; praes. sec. *nym dorei y kynny bewn* (nihil referret mea, si non essem) 1, 289. Apud Davies. (p. 142): *ni'm dawr i* (mea non refert), *ni'th ddawr di* (tua non refert); contra imperfectum coniugatione personali: *ni ddorwn*, *ni ddorit.* Respondent formulae cornicae praes.: *pynak vo lettrys pylek a weles an chy nym der* (quisquis est, litteratus aut laicus, eum videre domum non refert mea, non ei invideo) D. 682. *ahanas tra uyth nym dur* (te nihil curo) R. 1059. *kyn yn carra vyth mar veur awos y lathe nym duer* (quantumvis eum amet, occidere eum non dubito) R. 1898; semel affirmative: *clev mar ath dur* (audi, si tua interest, si placet) R. 845; substantivum idem videtur: *ese dour ha ponvos bras* (erat cura et sollicitudo magna) R. 1327. Eodem etsi significatione in contrarium versa pertinent aremoricae formulae negativae — concordantes plane cum formulis negativis *nem eux* (non habeo), *noz eux* (non habetis) — *nemdeur* ('nolo') Cath. Buh. 28, 8. MJ. 95b. *nem deur quet* 74b. 187a. *noz deur, noz deur quet* (non vultis) 42b. Buh. 40, 9; ac pronomine praemisso: *me nem deur quet* (ego nolo) 221b. Formarum compositarum *deurfe*, *deuruout* exempla supra attulimus (p. 578).

Contra verbum aremoricum *fallout* (desiderare, velle) item impersonale post-

ponit pronomina cum praepositione *da*: *mar fell dit* (si vis) Buh. 62, 24. *mar fell deoch* (si vultis) 62, 2. *petra (a) fell dihuy* (quid vultis?) 162, 15. *ne fell deomp* (non desideramus) MJ. 209a.

4. Cambrica defectiva: *heb* (inquit) frequentissimum in Mab., plur. *heb wynt* (inquiunt illi) 2, 38. 3, 25; rec. *eb* (Mab. 3, 323. 325. 327. 328). Eiusdem significationis *med*: *edyrn uab nud yw med ef* (E. filius N. est, inquit ipse) Mab. 2, 23; imperf.: *blawt medei y gwydyl* (farina, aiebat Hibernus) 3, 96. *broch medynt wynteu* (meles, aiebant illi) 3, 25; item apud Davies. (pp. 139. 140) duo tantum tempora afferuntur: *meddaf* (aio), *meddi*, *medd* etc.; *meddwn* (aiebam), *meddit*, *meddai* etc. Imperativus defectivus *hwde* (ecce, accipe!) e Mab.: *hwde di y votrwy honn* (ecce tibi hic annulus), *hwde vodrwy yn arwyd* (sume annulum tanquam signum) 1, 14. 285.

Cornici verbi *meth* 3. pers. sing. et plur. praecedente *yn* (particula verbali *y* cum pron. inf. *n*, id) saepius invenitur: *ow horf a ve yw henma yn meth c̃st* (hoc est corpus meum, inquit Christus) P. 44, 2. *yn meth ihũs*, *In meth ihũs*, *In meth pylat* (inquit Iesus. Pil.) 69, 4. 82, 1. 120, 1 etc. *yn meȝe* (inquit ille) 103, 4. 220, 2. (restituendum 198, 3.) *pema yn meth c̃st ȝyȝy neb a vyn ȝe guhuȝa denvyth nynges yn meȝy* (ubi est, inquit Chr. ei, mulieri, qui vult te accusare? non est quisquam, inquit illa) 34, 2. 3. *ym* (leg. *yn*) *meȝens y forth nynges may hallo bos deflam guris* (via non est, inquiunt illi, qua possit excusari) 32, 4. *yn meȝens y ny a* (leg. *ny*) *wra dampnye den* (dixerunt illi: nos non damnabimus virum) 99, 4; singula sunt exempla 1. pers. sing.: *methaf* (inquam) Cr. 1352, et infinitivi: *ny allaf methes* (non possum loqui) O. 159. Interiectionis instar (en, ecce) usurpatur: *a wette*, *a wetta*, *a watta* (videsne tu?) R. 1612. D. 2050. P. 147, 3, vel *ov otte*, *ov ote* O. 882. 1981; 2212, plerumque contractum vel curtatum: *otte* O. 117. D. 218 etc. fq. *ote, ota*, *otta* O. 1984; 1053. 1081; D. 2980. *awot* O. 1719. *ot* D. 730. R. 2183; saepe adiunctis pronominibus (p. 369 sqq.) vel adverbio *omma* (hic): *otte omma*, *ow ottoma*, *ot omma*, *ot omme* D. 679. R. 2177. D. 125. R. 1803, recentius *attomma*, *attoma* Cr. 1845; 918. 977. 1923.

Aremoricum *ez mez* (*emez*) coniciendum est ex formis hodiernis: *émé-vé*, *émé-dé*, *éméz-hañ*, *émé-nî*, *émé-c'houi*, *éméz-hô* (inquam etc.) Lgn. Exempla imperativi defectivi *sede*, *chede* (vide tu), *setu*, *chetu* (videte vos) vid. supra p. 370 sq.

LIBER QUARTUS.

DE PARTICULIS.

Nomine particularum comprehenduntur tam voculae flexionis expertes, sive primitivae sunt vel originis obscurae, sive ex aliis orationis partibus praesertim nomine derivantur, quam formulae idem agentes, ut aliis vocibus additae varias relationes, quae illis earumque flexionibus significari non possunt, accuratiore modo indicent et suppleant. Hae igitur particulae vel formulae earum vice fungentes, praestantiorum praesertim partium orationis, nominis et verbi, comites, cum varia agant, aut accuratius describant ceteras voces, aut definiant, aut iungant vel disparent, aut affirment, negent etc., singulis capitibus describendae sunt secundum codicum nostrorum et monumentorum vetustiorum auctoritatem.

CAPUT PRIMUM.

De adverbiis.

Adverbia, quae adduntur verbis ut adiectiva substantivis, praeter quaedam primitiva ex adiectivis plerumque sunt derivata in propriam pro hoc munere formam. Adiciuntur tamen itidem ad verbum (rarius ad adiectivum vel adverbium alterum) formulae quaedam, in quibus continentur substantiva, pronomina, praepositiones. Hae igitur formae formulaeque in hoc capite sunt enumerandae.

I. Adverbia hibernica.

1. **Adiectivorum forma adverbialis** est dativi vel ablativi, generis neutri, nisi malis subintellegere subst. *cruth* (modus),* cum formis articuli huius casus nudis, non comite praepositione ulla. Id quod patet ex his exemplis: *inbiuco* (paulum) Sg. 39a. *inbiucc* (gl. paulatim) Sg. 12b. *inbiuc iarum* (gl. paulo post; adi. *becc*, *bec*, parvus, paulus) Ml. 19b. *indechenéul* (bigenere, communiter) Sg. 203a. *innephdilius* (gl. improprie; adi. *díles*, proprius) Ml. 28c. *intanisiv* (gl. secundum, adv.; adi. *tánise*, secundus, p. 309) Sg. 213a. *indimdu* (gl. passim; adi. *imde*, abundans, p. 63) Ml. 35b. *inchotarsnu* (gl. e contrario) Sg. 17b. Alia, in quibus casus adiectivi terminatione non distinguatur, sed forma articuli IND ante vocales, liquidas: *is indil asferr iudeus* (gl. quid amplius Iudaeo est? multum per omnem modum; i. e. est multo melior Iudaeus, *ind-il*, *il* multus) Wb. 2a. *inderdairc* (gl. vulgo) Ml. 54r. *indoa* (gl. minus; cf. *oa* p. 277) Cr. 33b. *indoll* (gl. ultra, nihil faciens; cf. praep. *ol*) Sg. 220a. *indadbol* (gl. per ecastor scitus, per pro valde, Pr. 14, 3, 26) Sg. 217b. *indemilt* (gl. moleste; leg. *indéemilt?*) Ml. 36d. *indandgid* (gl. nequiter; cf. 31a: *andgaid*, *angaid*, nequam) Ml. 28a. *indinricc* (gl. digne; mox *inricc*, dignus) Wb. 7b. *indutmall* (gl. inordinate; adi. *utmall*, instabilis, Sg. 4b) Wb. 26b. *indinidleán* (gl. clanculum; mox adi. *inidil*, gl. clandestinus) Sg. 222a. *indichtarchu* (gl. inferius; *ichtar*, inferior pars, unde adi. *ichtarach*) Ml. 24d. *indlaigiu* (gl. minus) 35c. *indluindiu* (gl. commotius) 32d. *indremdédenach* (gl. praepostere) Sg. 212a. IN: *inmár*, *inmór* (gl. admodum, supra modum) Wb. Sg. fq. *inmár*, *inmar* (gl. adeo) Sg. 8a. 39a. *immou* (gl. magis) Ml. 22c. *inmaam* (gl. primum; i. e. maxime) Wb. 1c. *inmenicc* (frequenter), *inmeincán* (gl. saepiuscule) Sg. 21b. 46a. *inmedón*, *immedón* (intra) Wb. Sg. *intaecmaingthech* (gl. fortuitu) Sg. 29a. *indoich* (probabili modo, fortasse) Wb. 18c. *cid indemin* (gl. iam quidem omnino) 9c. *inchian riam* (gl. longe ante; adi. *cían* p. 17) Ml. 33c. *ni buncian riam* (gl. non multo ante) 32b. *inchomocus* (gl. fere, gl. iuxta) Sg. 188a. 197a. *infrecndirc* (praesens; rectius *indfrecndirc*) Wb. 17b. INT ante *s*: *nintsain* (gl. non aliter; adi. *sáin*, diversus) Sg. 9a. *intsoer* (gl. libere; adi. *sóir*, *sóer*) Ml. 31b. *intserbu* (gl. amarius) 24c.

Interdum invenitur singularis ablativi forma (p. 231) terminata *-ith*, *-id*, praesertim adiectivorum in *-de*, *-te* exeuntium: *intropdaid* (gl. τροπικῶς) Ml. 16r. *inmetafordid* (gl. μεταφορικῶς) 44r. *inbastaid* (gl. letaliter) 46r. *inchenadid* (gl. absque) Sg. 213b. *indóindid*, *indóendaid* (gl. semel, gl. singulatim; *óinde*, singularis) Ml. 29a. 34a. Sg. 71b. *cidso indhuatad* (quamvis raro) Sg. 137a. *inchorpdid* (corporaliter) Wb. 27a. *inbéstaid* (gl. forte) Sg. 12a. *ni intuasailcthid* (gl. non absolute) Ml. 32d. *inchechtartid* (gl. utrobique) Cr. 36c. *indtechtardid* (gl. extra) Sg. 213b. *indoracdid* (gl. dorice) 204b. *inchuartaigthith* (gl. circum)

---

* Pronominis *aile* dativus cum subst. *cruth* sine articulo invenitur in Sg. 58b: *nach cruth aile* (aliter; ad verbum: aliquo alio modo; cf. p. 361). Cum articulo dativi formula *inchruth*: *inchruthsin*, *inchrudsin* (hoc modo; cf. p. 354) Wb. fq. *isinchruthsin bimmi nóibni* (hoc modo erimus sancti nos) Wb. 3d. *inchruth hi thall* (illo modo) 26b. *indinricc nóibaib .i. inchruth ascoir et asinricc scis* (gl. eam suscipiatis digne sanctis) 7b.

218ᵃ. *induicnetid* (gl. naturaliter; *aicneta*, naturalis, e subst. *aicned*, natura) 211ᵇ. *incomparitit* (gl. comparative) 44ᵃ.

Formula adverbialis adiectivi, quae hodie praecipue adhibetur, cum praep. *con* (hib. hod. *go*, gael. *gu*) rarior est: *hore predchas commaith et comalnas insosc.* (gl. salutate Ampliatum dilectum mihi in domino; i. e. quia praedicat bene et implet evangelium) Wb. 7ᵇ. *doberam armenmain colleir* (applicamus mentem nostram industrie; cf. adi. *léir* p. 275, et praep. *con* p. 640) Ml. 21ᵃ.

2. Substantivorum formae et formulae adverbiales eaedem esse solent quae adiectivorum. Ut subst. *dia* (dies) in formula usitata *indiu* (hodie) Wb. Sg. Tr. 110. *tegdais adchondarc indiu* (domum vidi hodie) Ml. carm. 2. *dam fil hindiu* (extat hodie quoque) Sg. 178ᵃ; item *innoct*, *innocht* (hac nocte): *adcondarc alaill innocht* (vidi aliud hac nocte) Ml. carm. 1. *isacher ingáith innocht* (est acer ventus hac nocte) in versiculo cod. Sg. 112 marg. (cf. lib. VI. cap. 2, de constructione poëtica). *satharn casc innocht* (sabbatum paschatis hac nocte), *feil brenain innoct fridardain* (festum Brenani hac nocte die Iovis)* inter notationes marginales Mariani Scoti abbatis nocte scribentis in codice Paulino Vindobonensi ap. Denis., Codd. ms. biblioth. Vindob. vol. 1. pars 1, col. 130; non differunt ab his nisi addito pronomine *inchruthso* (hoc modo). *indectso*, *indectsa* (hac vice, nunc; iuxta quam *infectso* in forma accusativi, p. 212) fq. *indusin* (gl. eo) Ml. 52r. — Ablativi forma diversa a dativo *indórsa* (hac hora, nunc): *dobéer desemmrecht dúib indorsa* (dabo exemplum vobis nunc) Wb. 12ᵃ. Addo alia: *indhé* (heri: *cid indhé*, gl. heri saltem; cf. *déthenachde*, gl. hesternus, Sg. 38ᵃ) Sg. 148ᵃ. *intremdid* (gl. postridie) 66ᵃ. *indeolid* (gl. gratis; subst. *deolid*, gratia, Wb. 2ᵃ) Wb. 26ᵇ. *indemm* (gl. quippe; ortum, ut videtur, ex *indanmim*, germ. nämlich) Sg. 9ᵃ. *indáirmith* (gl. summatim) 27ᵃ. *inchobaid* (gl. concinnenter) Ml. 14ᵈ. Forma curtata (ord. post., ser. IV., pp. 265. 267) forsitan supponenda sit in his: *inmade*, *inmadae* (gl. sine causa) Wb. 19ᵇ. 19ᵈ. *indimmdae* (gl. examussim) Sg. 26ᵃ.

Possit hib. *in* comes adverbii comparata cum particula cambr. *in*, *yn*, indice ipsa quoque adverbii, haberi praepositio propria postulans dativum. Mihi quidem hib. *in* nihil est nisi articulus; vix enim poterat deesse praepositio, facile omitti articulus, id quod saepius fit in forma adverbiali tam adiectivorum quam substantivorum, ut dativum nudum nec praep. *do*, quae dativo addi solet, aut alia ulla comitetur nec articulus. Exempla: *todochai. gair biuc iartain* (gl. paulopostfuturum; i. e. futurum propinquum paulo post; supra *inbiuc*) Sg. 147ᵃ. *fortachtan dé tanaic talmaidiu doib* (auxilii dei quod venit subito iis) Ml. 35ᵈ. *isdiriug dúib cretem do am. sodain* (gl. recte pateremini) Wb. 17ᵇ. *isdiriuch andechor deg cinte persana* (gl. rectissime finit personas, pron.) Sg. 197ᵃ. *adbol baithigim* (gl. effutio, i. e. valde f.; supra *indadbol*) 56ᵇ. *nondaberthar aithirriuch indoiri* (ferri eos denuo in servitutem; *aitherrech*, variatio, Ml. 52r) Ml. 49r. *nomferat dom aithirriuch* (dare rursus, reddere me mihi) 22ᵈ. *dia adchumtuch aithirriuch* (ad id, templum, restituendum denuo) Tr. 80. *dubbert segene oitherroch aidacht duáid* (Seg. dedit rursus testamentum Aedo) Tir. 15. *adbeir fornairchinnech féisne tossuch* (gl. primus Moyses dicit; i. e. dux vester ipse pri-

* cf. *isi dardóen riafél petair* (est haec dies Iovis ante festum Petri) in adnotatione scriptoris codicis Mariani Scoti chronographi ap. Pertz. 7, 841, hib. hod. *dia-dardaoin*, gael. *diardaoin*, *dirdaoine*.

mus) Wb. 5[a]. *isandedenach .i. artha oiúnn són* (gl. in posterum; i. e. in postremum, id est, superest postremo hoc) Ml. 59r. Conferendus etiam nudus dativus *siu* (hoc loco, hic; e pron. *se*, p. 347) et fortasse *cetu, ciatu* (primum; de quo infra sub n. 6). Propria ablativi forma supra memorata: *act ba samlid dúib* (sed ita vobis sit) Wb. 19[d]. *isamlid* (est ita) 2[a]. *níbad ṡamlaid son* (non esset ita hoc; *samal*) Sg. 4[b]. Addo quaedam, in quibus dativi forma non sit manifesta: *dú inaisñdét* (loco quo exponit), *airm̄ inaisndethat* (loco quo exponunt) Sg. 70[b]. 103[a]. *airm ifuirsitis, port hifuirsitis* (quo loco invenissent) Tir. 13. *made* (gl. sine causa; supra *inmade*) Ml. 19[c]. *moch* (gl. mane) 21[c].

Invenitur etiam numeri pluralis dativus substantivorum nudus adverbii loco: *níbiat rems. friu huaraib. biit rems. huaraib cen briath. leo* (gl. saepe verbis desunt praepositiones . . . et praepositionibus verba, Pr. 14, 2, 13; i. e. non sunt praepositiones apud ea, verba, interdum, sunt praepositiones interdum sine verbis cum eis; dat. pl. *huaraib*, horis, i. e. interdum, a sing. *úar*, p. 22, ut germ. vetust. *stundum*) Sg. 215[a]. Eodem modo se habet formula *diblínaib* (in duabus partibus, utrobique; cuius plura exempla transeuntis in usum pronominalem videas sub pronomine, p. 367 sq.): *ní dene comrud frissinulcc arnabad hulcc. diblínaib* (ne feceris certamen adversus eum in malo, ne sit malum ab utraque parte, utrinque) Wb. 5[d].

Aliorum casuum praeter ablativum, quo proprie significatur adverbium, exempla sunt paucissima. Iuxta *indectso* scriptio *infectso* ad accusativum pertinet temporis, ut videtur, qui in aliis quoque invenitur, ut fortasse in *intain, intan* (cum, i. e. tempore quo); certiora exempla: *octabirt coibsen allaesin* (in dandis confessionibus illo die) Wb. 15[c]. *cach la céin — incein naili* (nunc — nunc) Sg. Ml. *cach lasel — insel aile* (modo — modo) Wb. 15[d]. Genetivi adverbialis exemplum videtur *calleice* (gl. necessarium existimavi, Epaphroditum mittere ad vos; i. e. utique) Wb. 23[d];* certiora: *ni meite bid machdad forg[are] forru huare ṁbis forgare fordeib* (gl. si ad deos . . imperativo utimur modo, cur non etiam ad socios? Pr. 8, 18, 103; i. e. non adeo mirus esset imperativus ad eos, quia est imperativus ad deos) Sg. 161[b]. *ba méite limm* (magni esset mihi) Wb. 29[d]. *dia domnich* (die dominica) 14[a].

Formulae adverbiales substantivorum praesertim, interdum et adiectivorum, cum praepositionibus sunt plures. Exempla quaedam: *arécin* (per necessitatem, difficulter) Wb. 10[a]. *arecin nosbered* (necessario coactus eam portabat, crucem) Tr. 134. *arthuus* (ad initium, primum) Ml. 19[b]. 29[a]. *archinn, archenn*

---

* Eiusdem significationis *calléic*: *nírbu cogno. challéic* (non fuit cogn. omnino) Sg. 31[b]. *briathra aildi la cechtar de frialaile 7 menmae togaise calleic la cechtar de* (gl. imponere verbis; i. e. verba venusta apud utrumque ad alterum et mens fraudis omnino apud utrumque) Ml. 31[a]. *noch ni œrbara són calléic* (noli tamen adhibere hoc utique) Ml. 31[b]. *ɔdelgthar calléic* (comparatur semper) Sg. 42[a]. *nibi digbail fol. and calléic* (non est deminutio sensus ibi semper) 45[b]. *ni accidit tibi* [an: *sibi*?] *calléic* 71[b]. *isferr limm rafesid cid calléic* (gl. de spiritualibus nolo vos ignorare fratres; i. e. est melius mihi, ut ea quoque sciatis utique) Wb. 12[a]. *am. ninfessed cách et rongtir calléic* (gl. sicut qui ignoti et cogniti, ignoti ab hominibus et cogniti apud deum), *nonanich dia calléic* (gl. tentati et non mortificati; i. e. adiuvat deus nos utique) 16[a]. *ni derscaigi dindhuiliu cheneul isdihilib im̄ acheniuil feissin diroscai calléic* (gl. marg. de comparativo ad textum: fortissimi fuerunt Graecorum Aiax, Diomedes etc., omnibus tamen his fortior fuit Achilles, Pr. 3, 1, 5) Sg. 40[a]. *taressi eiusdem 7 nibi sem són im̄ calléic* (gl. tantidem pro eiusdem, Pr. 12, 6, 30) 203[a]. *noch im ní rolsat som cumachtae ṅde diib calleic tri bas doinachtae crist* (gl. sic agebant omnia quasi qui nolint sub dei legibus vivere; i. e. non tamen omnino deiecerunt potestatem dei de se ob mortem humanitatis Christi) Ml. 16[d]. Vox haec contracta videtur e pron. *cach* et subst. obsoleto (*léic* = arem. *lech*, locus?).

(gl. adhuc) Wb. 2ᶜ. 25ᵃ. *archiunn* (gl. ante) Cr. 31ᵇ. *bariagolda anainm̄sin arachúl marubed* (gl. quasi ab Aeneus Aenides; i. e. esset regulare hoc nomen postea, si esset) Sg. 31ᵇ. *asdeg* (e familia, e domo, principio, primum: *innaní asdeg rochreitset hicr.*, gl. electorum dei; hib. hod. gael. *asteach*, domum, intro, hib. hod. *astigh*, domi, intus) Wb. 31ᵃ. *fib asdeg ropriched* (sic!) 23ᵃ. *im fochróib bá chian* (gl. eget vel modo vel pridem adverbiis) Sg. 151ᵇ. *foleith* (per se, separatim; proprie sub latere) Wb. 17ᵈ. Sg. 188ᵃ. 188ᵇ. *fodiud* (sub fine, postremo) Ml. 29ᵃ. *fochetoir* (statim, illico; i. e. sub prima hora) Wb. 11ᵃ. *focetoir* Ml. 24ᵇ. *forcrith* (gl. perperam) Wb. 12ᶜ. *dogrés, dogress* (continuo, semper; cf. *gresach*, gl. continuus, *ingresgugud*, gl. continuatio, Ml. 28ᵃ. 28ᵇ. 32ᵃ, et *gres*, memoria, monumentum, in inscriptionibus hibernicis vetustis) Wb. Sg. fq. *di éis* (gl. retro) Cr. 31ᵇ. *dichéin* (dudum) Wb. 6ᵈ. *iarcéin* (aliquando, multo post) 29ᶜ. *fride* (gl. interdiu) Cr. 33ᶜ. *fridei* (id.) Wb. 9ᶜ. *inaidchi. fridei* (gl. nocte et die) 26ᵇ. *onnurid* (gl. ab anno priore) 16ᶜ. *immaccus* (mox) 18ᵈ. *iartain* (post tempus, postea) Wb. Sg. fq. Tr. 85.

3. Adverbia nominalia ut *fodí* (bis), *fothrí* (ter), et adverbia pronominalia, tam nuda quam cum praepositionibus coniuncta, ut *siu*, *sund* (hic), *and* (ibi), *cose* (adhuc), *isuidiu* (tunc), *cene* (iam, germ. ohnedies), inter numeralia vel pronomina vel praepositiones enumerantur. Addo haec exempla: *mabeith accuis dechuir isinuilt biid aiccend indib hisuidiu* (si est causa differentiae, in ultima est accentus tunc) Sg. 212ᵃ. *armad hí coms. iscon bis and innalucsom hisuidiu* (nam si esset in compositione, cum, con est ibi eius loco tunc) 222ᵃ. *ní écen tanicc side cene. ní ecen athodiusgud asreracht cene* (gl. quis ascendet ad caelum, id est Christum deducere, aut quis descendet in abyssum, hoc est Christum a mortuis revocare? i. e. non necessarium, venit hic iam, non necessaria eius resuscitatio, resurrexit iam) Wb. 4ᵈ. *air* (? ideo) Sg. 203ᵃ. *iarnaid* (postea) Tir. 2.

4. Adverbia loci peculiaris formae. In pluribus AN praemittitur, principio sine dubio (sicut lat. *a*) motionem a loco factam significans, ut hodie quoque sibi opponuntur *anuas*, deorsum, et *suas*, sursum, *aníos*, ab inferiore parte, et *síos*, in inferiorem partem (O'Don. p. 264 sqq.), in multis tamen imminuta illa significatione: *inna huilisa asrubartmar ánall* (omnia haec quae diximus illinc, i. e. hactenus) Wb. 8ᵈ. *lase foruillecta beóil inchalich dimil cosse anall* (postquam illita sunt labia calicis melle hactenus illinc, supra) 7ᵈ. *altarach .i. frie anall* (gl. nihil ultra), *frie anall. frie desiu* (gl. ultra citraque) Sg. 71ᵇ. *briathra na salm anall* (verba psalmorum superiorum; cf. praep. *ol*, et adverb. *indoll*, gl. ultra, supra allatum) Ml. 26ᵃ. *gnim onach ailiu foirsom anall . . . cesad intesi abalia nodgní anall* (actus ab alioquo in illum illinc, passio in illam ab alia quae id facit illinc) Sg. 209ᵇ. *anúas* (a superiore parte, i. e. supra, ut dixi, scripsi; cf. praep. *ós*, *úas*) Wb. Sg. fq. ut: *ished dosaig anúas óthá quod si ministratio rl.*, *ished dosaig anúas* (hoc dicit a superiore parte a verbis q. s. m., hoc dicit supra) Wb. 15ᵃ. 23ᵃ. *am. tegdais foratochar deglí. anechtair 7 is fás ainchrud ammedon* (gl. sicut domus uacans; i. e. sicut domus super quam ponitur bonus color extrinsecus, et est vanus eius apparatus intrinsecus) Tr. 1ᵃ. Item in adverbiis designantibus regiones mundi: *frigrecia aniar et frietáil anáir* (gl. Illyricum regio inter Italiam et Graeciam; i. e. contra

Graeciam ab occidente et contra Italiam ab oriente, germ. westlich, östlich) Wb. 6[d]. *is friabinn aníar atá tesérge* (contra flumen ab occidente est resurrectio tua) Tir. 13. *indalanái antúaid alaile andess* (gl. duae arcti sunt; i. e. una a septentrione, altera a meridie, germ. nördlich, südlich) Sg. 67[b]. *conidfarggaib layerman andes* (donec remansit apud Germanum in meridie) F. h. 10. *friu antúaid* (gl. in India Patalis celeberrimo portu sol dexter oritur, Beda de temp. rat. c. 29; i. e. eis a septentrione) Cr. 35[a]. *antúaid cachńdíruch* (gl. septentrio, qui et aparctias, flat rectus ab axe, faciens frigora; i. e. rectissime a septentrione, germ. gerade nördlich), *forlaim deis aníartúaid donfrímgáid biid circius. forlaim chlí annirtúaid biid aquilo* (gl. hinc dexter circius, a sinistris aquilo, Beda de nat. rer. c. 27; i. e. ad manum dextram inter septentrionem et occidentem a vento principali est circius, ad manum sinistram inter septentrionem et orientem est aquilo, germ. nordwestlich, nordöstlich vom hauptwinde) Cr. 19[c]. Regiones mundi a Celtis denominari e partibus corporis versi ad orientem, e parte antica aut postica, et dextra aut sinistra, iam supra memoratum est (p. 57, not.). Opponitur illi particulae FA = *fo* (sub) tam de manu dextra, parte sinistra etc. usurpatum: *fa dess no fa thuaith* (gl. nihil faciens in aliam partem declinando; i. e. ad dextram vel sinistram) Wb. 29[a];* quam de regione mundi: *fades* (ad meridiem versus) Tir. 8. F. h. 47.

Adverbiis loci praemissae porro inveniuntur litterae T et S, illa quietem in loco, haec motum in locum significans.

T praemissae exempla: *síu ná tall. síu et tall* (hic non illic, hic et illic) Wb. 3[d]. 28[d]. *inti thall* (gl. ille; i. e. is qui illic) Sg. 197[a]; idem post substantiva pp. 348. 352. *inna ranna aili asrubart tuas* (aliae partes, quas supra dixit) Sg. 22[a]. *ciasidruburt frit tuas. ciasidruburt túas* (quamquam dixi tibi supra, quamquam dixi supra) Sg. 75[b]. 99[a]. *túas inochtur* (gl. ex titulo frontis: i. e. supra in fronte, in inscriptione paginae) Cr. 32[a]. *tuas ocus tís* (supra et infra; cf. praep. *ís*, infra, unde et conicienda formula vetusta *anís*) Corm. v. *cómla*; subiunctum subst. *toil inrig tuas* (voluntatem regis superi) Goid. 42. Designationes regionum mundi *táir, tíar* etc. non inveni, sed aut *airther* (p. 274), aut *anáir*, *aníar*, ut supra.

S praemissa: *soos* (gl. sursum) Wb. 20[c]. *sech satuirn suas* (ultra Saturnum, planetam, sursum, non pertingunt) Cr. 18[a]. *conscuchad suas ar omun inna sin* (gl. lunam quasi futurae metu tempestatis aliquando altius cornu attollere numquid credibile est? Beda de temp. rat. c. 22) Cr. 33[a]. Formulam *sall*, quae conici poterat secundum analogiam, non legi; *sís* (deorsum) extat in Wb.: *sís fuoertar cech ingor suas fuscerdamni* (gl. spem sicut ancoram habeamus animae tutam; i. e. deorsum reponitur omnis ancora, sursum reponamus eam, spem) 34[c]; saepius significans *hinc infra*, *porro* ut: *asbeir sís* (gl. fidelis sermo, i. e. quem

* De forma *airther*, *airthir* (πρωτέρα, in oriente) supra disputatum est (p. 274). Composita substantiva procul dubio sunt *tuaiscert* (regio septentrionalis), *descert* (regio meridionalis): *co feraib tuaisceirt er.* (cum viris septentrionalis Hibernicae) Ann. Ulton. ap. O'Con. 4, 238. *ren uib neill in tuaiscert* (ab O'Neillis septentrionalibus), *ri Dalaraide in tuaiscert* (rex D. sept) Ann. Ulton. ap. O'Con. 4, 23. 205. 208. *giallu descirt herend* (obsides australis Hiberniae) Ann. Inisfal. ap. O'Con. 2, 37. *indeisciurt Letha* (in australi parte Latii) F. h. 10. Iam in Cr. inveniuntur adiectiva derivata: *tuascerd.* (gl. ad boreales partes, ascendit sol) 33[c]. *iarthuaiscerddach* (gl. etesiarum, flatu; i. e. ventorum flantium inter occasum et septentrionem) 37[b], quocum congruit *erthuaiscertach* (gl. euroaquilo) L. Ardm. 188 b. 2.

dicit infra) 28[d]. *ithé gnimi epscuip asmbeir sis* (haec sunt opera episcopi quae dicit porro) 28[b]; alia exempla supra p. 349. E denominationibus regionum mundi inveni in recentiore libro *siar* (ad occidentem versus): *muir siar* (mare occidentale) Annal. Inisf. ap. O'Con. 2, 37.

Ante consonam SA inficiens [nisi legendum est *fa*, cf. supra] extat in Cr. 33[c]: *sathuaid* (gl. ad septentrionem). Quaeritur, pro *t* in eadem positione utrum sit *ta* an *do*?

Ceterum satis obscura sunt illa praefixa. Nam etiamsi credas *t* ortam e praep. *do* secundum analogiam vocabulorum cum eadem compositorum, difficile tamen erit explicare cetera, *s*, *sa*, et *an*, in quo, cum esse non possit articulus ob liquidam *n* servatam ante tenuem (p. 213), statuimus obsoletam inesse praepositionem (= *ana*?).

5. Adverbia temporis peculiaris formae duo tantum frequenter inveniuntur: *iarum* (postea), *riam* (antea), quae videntur ad superlativi formam derivata e praepp. *iarn*, *ren*. Alia loci vel temporis adverbia inter adverbia nominalia et pronominalia enumerata sunt.

6. Adverbia primitiva vel obscurioris originis: *amne*, *etir* (praep.) *illei*, *immalle* et *immanétar* (composita *imm- an-*?), *nammá*, *beos*, *cetu*.

AMNE (ita, sic): *isamne asrului airi* (gl. et sic effugi manum eius) Wb. 17[d]. *isnad dixnigedar nach œcne hóre isamne dognither* (gl. sic non est inter vos sapiens quisquam qui poterit iudicare inter fratrem suum; i. e. non est sapiens quisquam, quia ita fit) 9[c]. *inmaith andubso amne* (bonumne hoc atramentum ita? cf. p. 213) Ml. 13[d].

Eiusdem vocis alia forma videtur *amin*: *am. bid cogno. do œneus 7 nirbu cogno. challeic acht dorigni amin sic. peleus rl.* (gl. quasi ab Aeneus Aenides, sicut a Peleus Pelides, posuit Virgilius, Pr. 2, 7, 36) Sg. 31[b]. *masued amin* (:*par* [*ticip*] *7 sic in reliquis masued amin*, gl. ad textum: sunt eadem et nomina et participia, ut armatus ὁ ὁπλισθεὶς καὶ ὁ ὁπλιστής, doctus etc., Pr. 11, 5, 22) 192[b]. Cf. formula coniunctionis loco adhibita: *olisamein* (quia est sic, itaque) infra. Idem addito *se*: *doinchosc rombói fial aminsee eteracride* (ad significandum fuisse velamen item inter eorum cor) Wb. 15[a].

ETIR, ITIR (omnino): *etir* (gl. omnino) Wb. 13[a]. *ni cumme etir són* (minime idem istud) 19[d]. *conibé eter inpec.* (gl. ut tollatur e medio vestrum; i. e. ut non sit omnino peccator) 9[b]. *ní contalla obbad fair itir* (gl. difficillima recusatio tuae iussionis; i. e. nequaquam admittit recusationem in se) Sg. 90[a]. *o nach mud etir* (gl. nullo omnino modo), *o nach múd etir són* (n. m. omnino istud) 25[b]. 203[b].

ILLEI (huc): *innunn hille* (gl. huc illucque) Ml. 15[c]. *dothuidecht lat illei* (gl. Marcum adsume et adduc tecum mihi) Wb. 30[d]. *dofoidid illei resiu rissa* (gl. deducite illum in pace, ut veniat ad me) 14[c]. Apud O'Don. p. 268 *ille*, *ale*.

IMMALLE (una, simul): scriptione frequentiore *immalle* Wb. 9[b]. 13[a]. 13[b]. Sg. 40[b]. 198[a]. Ml. 31[b]. *isimmalle fosdidmat* (una patientur ea) Ml. 15[c]. *im̃alle* Sg. 189[b]; alibi *immallei* Wb. 10[c]. *isimmallei rofóitea* (gl. cum Onesimo; i. e. una missi sunt) 27[c]. *immalei* 4[b]. *immelei* 10[c]. Curtatum *malle*: *nímalle act iscachæ foleith* (non una, sed per se quisque) Wb. 17[d]. *ismalle connubcabsat* (una ascenderunt) F. h. 66.

IMMANETAR (invicem, inter se: *immanetar .i. eturru* O'Dav.): *dechur eter corpu nemdi et corpu tal. et dechur eter corpu nemdi immanetar et dechur eter corpu tal. immanetar* (gl. alia corpora caelestia et corpora terrestria) Wb. 13ᶜ. *óentad etruib immanetar l. etruib et dia* (gl. quod est vinculum perfectionis; i. e. unitatis inter vos invicem vel inter vos et deum) 27ᵇ; scriptum *immenetor*: *dagnítis dam intśabindai anisin immenetor* (gl. nomina illorum suis praeponebant nominibus, Romani, et invicem Sabini Romanorum, Pr. 2, 5, 23) Sg. 28ᵃ. Idem abiecto *i* principali: *arnóis rechto manetar* (gl. invicem odientes, eramus, Tit. 3, 3) Wb. 31ᵈ.

NAMMÁ (tantum, solum; = *na-n-má*, ut non sit magis? sed cf. cambr. *namyn*): *nípathé indíi beta thuicsi diiudeib nammá* (gl. vocavit non solum ex Iudaeis) Wb. 4ᵃ. *issathorbe feisin són nammá* (gl. semet ipsum aedificat; i. e. est eius ipsius utilitas sola haec), *acht nammáa issamlid istorbe són* (gl. nisi forte etc.; i. e. sed tantum ita est commodum hoc) 12ᶜ. *isindib nammá atá asdliged* (gl. a capite solum composita; i. e. in eis solum est regula) Sg. 113ᵃ. Semel *nanmá*: *isfollus dim nanmá arbríg labrad ilbélre* (patet ergo, tantum ob splendorem loqui variis linguis) Wb. 12ᵈ.

BEOS (adhuc, etiamnunc, porro): *bied afortacht linn beos* (gl. adhuc eripiet nos; i. e. erit eius auxilium nobis adhuc) Wb. 14ᶜ. *isoca ataaid beos* (gl. ministrastis sanctis et ministratis) 33ᵈ. *dobtromma anaccobor collnide beos* (gravat vos cupiditas carnalis adhuc) 8ᶜ. *tecmallid diadomnich beos* (colligite die dominica adhuc) 14ᵃ. *bíth and beos* (esto in eo, statu, porro) 10ᶜ. *nirochumscigther són beos* (ne nunc quidem commutetur illud) 30ᵇ. *hi scríbiunt dá carachtar beos* (gl. antiquam scripturam servamus; i. e. scribentes duas litteras etiamnunc, pro aspiranda *t*, *th* ut veteres Graeci) Sg. 9ᵃ. *atá ocoscríbunt beos* (gl. in libro quem scribit) 213ᵇ. *iss. afol. cétna beos tofóirndet* (est haec notio eadem quam adhuc significant) 72ᵇ. In codd. Tr. et Ml. *beus*: *cech dason domberson beus* (binae voces quas ponit ille porro) Tr. 1ᵃ. *trisnaceimmen inandais beus* (per gradus in eorum cumulatione porro) Ml. 54r. Recent. *fos*.

CETU, CETA (primum): *ishé cetu rupredach dúib* (gl. sicut didicistis ab Epaphra; i. e. hic primus praedicavit vobis) Wb. 26ᶜ. *ishé cétne fer ceta ruchreti diáis assiae* (gl. primitius Asiae in Christo Iesu; i. e. est hic idem vir, qui primus credidit ex Asianis) 7ᵇ. *apstil ceta thuidchetar issacumtach et fáithi sissi iarum* (gl. superaedificati vos super fundamento apostolorum et prophetarum in ipso summo angulari lapide Christo Iesu) 21ᵃ. Idem *cita*: *horudeda indfeiúil forsnaib cnamaib cita biat iarum incnamai infochaid* (cum tabefacta est caro super ossibus primum, sunt postea ossa in passione) Ml. 22ᵈ. *conide epscop insin citaruoirtned lalaigniu* (ut episcopus ille primus ordinatus sit apud Lagenios) Tir. 11; et *ciatu*: *ithé ciatu ruchreitset diib* (gl. primitiae Achaicae) Wb. 14ᵃ. Sed conferendum est sine dubio *cét*, *cétne*, primus (pp. 307. 308).

II. Adverbia britannica.

1. Adiectivorum forma adverbialis efficitur cambrice praemissa particula IN, YN: *iniaun*, *hiniaun*, *yniaun* (recte, via recta; *iaun*, rectus) L. Land. fq. *ynniaun* ib. 117. *y gwelwn wr pengrych ... ae uaryf ynnewyd eillaw* (videbam virum crispum, barba nuper rasa; *newyd*, novus) Mab. 1, 3. *dywedaf yn llawen* (dicam libenter) 1, 237. Ceterum eadem constructio adiectivi invenitur et post verbum substantivum et post nomina substantiva, ubi germanice adhibetur forma praedicativa: *hyn adywedaf ytti vot yntebic gennyf bot yntegach yr hacraf* (hoc dico tibi, esse persuasum mihi, esse formosiorem maxime deformem, e puellis), *bot ymwell gennyf* (esse melius mihi; adi. *tebic*, *tec*, *gwell*) Mab. 1, 4, 5. *adrws y pebyll aoed yn agoret* (et ianua tentorii erat aperta), *dwy gostrel yn llawn owin* (duae lagenae plenae vini) 1, 239. *aphorth y gaer a welei yn agoret* (et portam castri videbat apertam) 3, 265.

Nec tamen non omittitur interdum particula adverbialis: *ar hit cynbran eithaf bet lychwr* (secundum C., rivum, longissime usque ad L.) L. Land. 133. *mynych y dywedut* (saepe dicebas), *y mae mynych yr neb* (saepe accidit alicui; adi. *mynych*, frequens, cf. hib. vet. *inmenicc* Sg.) Mab. 1, 11. 235. *kyscu ychydic aoruc hi* (dormire paulum ipsa; adi. *ychydic*, paulus, parvus) 2, 46.

Cornicis adiectivis *yn* praemissa ut cambricis: *ny welons yn fas* (non videbant bene) P. 64, 3. *dyspresijs yn harow* (contemptus crudeliter) 2, 3. *war agan flehys yn fras ha warnan beȝens* (super liberos nostros magnopere et super nos sit, ultio) 149, 4. *yn felen* (ignominiose) O. 2653. *yn pel* (procul) O. 1141. *ij an scorgyas yn tebel* (duo eum flagellarunt male) P. 130, 3. *mara kewsys yn ta* (si dixi bene; de consonarum sequentium infectione pp. 190. 200) 82, 3. Sine particula: *vghell* (alte) 16, 1. *ragon menough rebekis* (pro nobis saepe reprobratus) 2, 3. *menough ef a wruk bostye* (saepe ille iactavit) P. 2888. *yma moyses pel gyllys* (procul abiit M.) O. 1682. *oges*, *ogas* (prope) O. 184. 1141. P. 253, 1. *desympys* (subito) 177, 3; atque adiectivis vel adverbiis aliis postposita: *gallosek bras* (potens valde), *cales bras* (durus admodum) O. 1494. 1525. *gallosek fest* (potentissimus), *wolcum fest* (acceptissimus), *yeyn fest* (gelidissimus) D. 157. 1207. 1209. *meneugh fest* (saepissime) R. 338, rarius anteposita: *fest pel* (diutissime) O. 852. *fest yn creff* (validissime) P. 104, 2. *fest yn foll* (stultissime) 238, 2, praeter composita (p. 203) ut *pur-wyn* (mere candidus) 45, 1 et similia. Exempla praemissae praep. *a* (ex) vid. infra.

Aremorica adiectiva saepe sine particula adverbialiter construi patet e formulis frequentibus in Buh. et MJ.: *duet mat* (bene advectus, qui bene advenit, acceptus; salutandi formula), *credet glan*, *credet plen*, *credet sur* (credite mere, plene, secure); item frequentiora sunt adverbia: *lem* (acute), *pell*, *pel* (procul, diu), *oren* (rotunde, i. e. prorsus) Buh. = *crenn* MJ. (Cath.), *scaff* (agiliter, leviter, i. e. celeriter) Buh. (Cath.) = *scaf* MJ., *sider* (laete, tranquille) Buh. = *seder* MJ., ac peregrina *net* (sincere), *fier* (audacter), *spes* (spisse, crebro), *scler* (clare, diserte) Buh. = *sclaer* MJ. *hogos* ('prope') Cath. MJ. 50b. 161a. Invenitur tamen eadem particula ante adiectiva, cum in Buh.: *te goar en mat* (scis bene) 48, 20. *duet eo en mat* (bene processit, puer) 108, 25, tum in MJ.: *enn*

antier (integre, omnino) 221 a. *me goar en mat* (scio probe) 66 a, ac pleniore forma, non solum ante vocales sed etiam ante consonas: *ent abil*, *ent abiloch*, *ent pur abilaff* (habiliter, habilius, habilissime) Cath. *ent espres* (expresse) MJ. 66 a. 92 b. *ent yscuyt* (revera) 194 a. *ent certen* (certo) 98 b. *ent fier* (confidenter) 232 a. *ent seder* (serene) 39 b. 53 b. 54 b. 141 b. *ent dinoe* (indubitanter; *dinoe* 19 a) 33 b. *ent tenn* (instanter) 198 a. *enta* (igitur, ergo; = *ent da*, probe?) 36 b. Exempla praemissae praep. *a* (ex) vel *da* (ad, praesertim ante superlativum) vid. infra.

2. **Substantivorum formae et formulae adverbiales cambricae** interdum ipsae quoque efficiuntur praemissa particula *in*, significante idem quod lat. *ut*, gr. ὡς, ut iam in glossis Ox.: *hin map di iob* (ut Iovis filius) 39ᵇ, quae phrasis poterit haberi adverbii loco. Eadem loquendi formula post verbum substantivum: *ef adele bod en uab yr brenyn* (ipse debet esse filius regis) Leg. 1, 7, 1. *gwyr llychlyn yw y rei hynny. a march uab meirchawn yn tywyssawc arnadunt* (viri Scandinaviae sunt illi, et Marcus filius Marciani dux ois) Mab. 2, 380. Magis huc quam ad praep. *yn* pertinere videtur propter infectionem: *yn uore* (mane) 1, 6. De particula *yn* non inficiente cum verbalibus substantivis vel infinitivis passim adhibita ad significandum participium praesentis activi supra actum est (p. 538).

Frequentius tamen substantiva cambrica, ad significanda adverbia, loci et temporis praesertim, aut cum praepositionibus constructa inveniuntur, aut sine praepositione cum articulo vel omnino nuda.

Formulae cum praepositionibus: *diminid*, *dirminid*, *diuinid*, *iuinid* (sursum), *diguairet*, *dirguairet* (deorsum; i. e. ad montem, ad solum, *di* = *y*, hib. *do*) L. Land. fq. *ynguairet* ib. 119. *y uynyd*, *y waeret* Mab. 2, 211. 246. 376, cf. *kyuodi y uynyd* (surgere) 2, 216. *kyuot y uynyd* (surge) 1, 6. 3, 26. Eodem modo frequentiores sunt in Mab.: *y maes* (foras; e *mages*, i. e. in campum, cf. p. 4 not.), *ymywn* (in medium et in medio, intra, in), fortasse *y ma*, *yman* (hic, huc), de quo vid. infra; *in traus*, *ar traus* (porro, i. e. in directione) L. Land. fq. *yn amgen* (aliter, alio modo; opponitur *nyt amgen*, non aliter, i. e. scilicet, fq.) Mab. 3, 300. *yr meitin* (paulisper, paulo ante) 2, 42. 48. *ysgwers*, *ystalym* (dudum, iam dudum; i. e. inde a spatio temporis) 2, 229. 3, 14. *hyt nos*, *hyt dyd* (noctu, die) 2, 6; vel cum pron poss.: *yny vlaen ac yny ol* (ante et post; i. e. in eius fronte et in eius vestigio) 2, 378. Inprimis memoranda sunt propter singularem praepositionis formam: *avory*, *auory* (cras) Mab. 1, 20. 289. 2, 46. 219. 242. *trannoeth*, *drannoeth* (trans noctem, postridie) 1, 6. 10, 20: 11. 12. *drachefen*, *drachefn* (trans tergum, retro) 1, 10. 20 = *drachefyn* 1, 19. 24. 2, 36 etc.; tandem iunctum subst. *oet* (aetas) cum pronomine possessivo infixo post particulam *eir* (= praep. *er*, *yr*): *duw awyr na weleis i eirmoet was well no thidi* (deus scit me non vidisse unquam puerum meliorem te) Mab. 1, 14. *na chiglef eirmoet* (quod non audiverim unquam) 1, 10; ob frequentiorem tamen usum adverbialem forma *eiryoet* (cum pron. 3. pers. *y*) omnibus personis iuncta invenitur: *ny chiglefi kerd kystal a honno eiryoet* (non audivi cantum aeque dulcem atque hunc unquam) Mab. 1, 9. *morwyn deckaf a weleist ti eiryoet* (puella formosissima, quam vidisti tu unquam), *ny chlyweist eiryoet* (non audivisti unquam), *na welut eiryoet* (quod non videbas unquam) 1, 4. 8. 2, 7.

Addo hoc loco designationis cambricae regionum mundi exempla: *ar parth gullengin* (leg. *gulleugin* = *gulleuin*) *dir eccluis. in parth gulleuin dir mainti* (ab ecclesia, a domo lapidea in occidente; cf. *yr gorllewin*, *hyt yggorllewin* Mab. 2, 225. 238. *parth ar gorllewin*, *y tu ar gorllewin* 3, 268) L. Land. 231. 232. *wrth parth y dwyrein*, *yny dwyrein*. *parth ar dwyrein* (ad orientem versus) Mab. 2, 202. 225. 3, 268. *ar parth dehou* (ad manum dextram? in meridie? cf. *Deheubarth*, australis Wallia, apud Girald. Cambr.) L. Land. 216. *i parth guocled* (in septentrione; cf. *yr gogled*, *hyt y goglet* Mab. 2, 238), *i parth cled dir cruc* (a colle in septentrione; *cled*, sinister) L. Land. 253. 257; concordant ergo duae posteriores designationes cum hibernicis p. 57. 612, differunt duae priores.

Formulae substantivorum cum articulo vel nudae: *y chwinsaf* (vespere) Mab. 2, 44. 216. *y bore* (mane; supra *yn uore*) 1, 10. 2, 66. *ar bore* (et mane) 1, 6. 12. *ar borēu* (id.) 2, 242. *doe* (heri; hib. vet. *indhé* Sg.) Mab. 1, 17. 23. 33. *doe ac echdoe* (heri et nudius tertius) 3, 19. *neithwyr* (nocte praeterita) 1, 247. 2, 8. 42. *diwarnawt* (die quodam) 1, 1. 236. 267. *diguairet guers* (deorsum aliquantum) L. Land. 251. *ruthur y wrthynt* (paulum ab eis) Mab. 2, 384. *teir blyned y bu ef felly* (tres annos fuit is ita, eo statu, amatus ab omnibus), *os velly y byd* (si ita est; cf. hib. vet. *samlid* ex *samal*, cambr. *mal*, *fal*) 1, 21. 259. *gweith* (quondam) in compositis: *boregweith* (mane quondam) 2, 34. *treigylweith*, *treiglgweith* (quondam) 2, 5. 28. Formae pluralis: *gweitheu* (interdum; dupl. modo — modo) 2, 200.

Cornica exempla particulae *yn* praemissae certa non invenimus nisi addito *kettep* ante substantivum in formulis: *yn kettep guas* (universi) D. 1350. *yn kettep pen* D. 762. *yn kettep pol* D. 841. 3054. *yn ketep pol* O. 2418. Forsitan tamen huc referenda sint: *yn vaner* (ita) P. 232, 1. *yn ges* (ludibriose) 95, 4. 191, 2, similia.

Aremoricum exemplum part. *oz* cum subst.: *oz roen vellj raliet* (ut rex, ad instar regis, vos geratis; germ. königlich) Buh. 38, 5. Frequentissima autem est haec particula cum infinitivo significans participium (p. 538).

Formulae substantivorum cum praepositionibus non infrequentes in isdem dialectis.

In cornica: *ȝe ves*, *yn mes* (foras) P. 33, 4. 30, 4. *aves hag agy* (extra et intus) O. 953. *ȝen dor* (deorsum, in solum, cf. cambr. *di guairet*) P. 14, 4. *yn ban* (sursum, cf. cambr. *di minid*) 81, 1. 166, 1 etc. *a van* (desuper, supra) 53, 4. O. 38. 857. *yn deweth*, *woteweth* (in fine, tandem) P. 40, 4. 38. 3. *a heys*. *a hys* (e longitudine, longe) 233, 4. O. 1334; 653. 2759. *a les* (e latitudine, late) O. 1666. *adrus*, *adrues*, *adres* (e transverso, contra) O. 393. 964 R. 1792. P. 120, 2. *adro* (e circuitu, circa) O. 2101. P. 23, 1. 121, 3. 133, 3 146, 1. 154, 2. 250. 3. *a dre* (domo) O. 2185. R. 1661. *the dre* (domum) O. 2213. *avar* (mane; cambr. *yn fore*) O. 629. D. 3239. *pur avar* (primo mane) P. 252, 1. *auorou* Voc. 8ᵇ. *avorow* (cras, cambr. *auory*, hod. *y fory*) O. 2299. 2417. 2432. D. 722. 3240 *warbarth* (simul, una) O. 1044 D 307. 1179. P. 127, 4. 142, 1. 147, 4. 149, 3. 181, 4. *warberth* (id.) 95, 2. *war ȝellargh* (retro) 205, 4. *war nans* (deorsum) 205, 2. *yn nans* (id.) O. 165. *yn kergh: dun yn kergh* (abeamus), *ke yn kergh* (abi), *yvos . . . yn kergh gyllys* (eum abisse) D. 2289. R. 116. 809. *ke yn kerth* (proficiscere) O. 725. *dun yn kerth* (proficiscamur) D. 188. *ternos*, *ternoys* (postridie) P. 229, 2. 238, 1.

In aremorica: *en maes* (foris, extra) Cath. MJ. 12b. Buh. 58, 2. (foras) 56, 17. 60, 11. *voar a maes* (foras) 58, 4. *en hent: deomp en hent* (abeamus, pergamus) 58, 8. *aet eu en e rout* (perrexit, abiit) MJ. 210b. *dan knech* ('sursum'), *dan tnou* ('deorsum') Cath. *dan pret* (aliquando; i. e. ad tempus) Buh. 104, 11. *rac drem* (illico, statim; i. e. ante visum) 10, 8. 28, 9. *rac tal* (id.; i. e. ante frontem) MJ. 36b. *endez* (hodie; plenius *en dez man* MJ. 5b. 141b) Buh. 30, 11. 58, 14. *en beure* (mane) MJ. 214a. *en nos* (noctu) 42a. *en divez* (postremo) 65a. *apret* (mox; = *a pret mat* MJ. 94a) Buh. 8, 9. 32, 7. MJ. 5a. 17a, unde *abretdahez* ('sero') Cath. *abredahez* MJ. 161a. 202b. *alies* ('saepe') Cath. MJ. Buh. fq. = *alieux* MJ. 119b. *affo* ('cito') Cath. MJ. fq. *adreff* ('pone, retro'), *atreux* (e transverso): *coezaff atreux* ('decidere'), *adilarch* ('retro'), *acostez* ('seorsum'), *agoez*, *auoez* ('palam'), *abarz*, *ebarz* ('intro, intra'), *oartro* ('circa'), *treiff oartro* ('ambire'), *bezaff oartro* ('circumstare'), *querzet oar quis* ('retrogradi') Cath. Formae pluralis: *aguizyou* ('aliquando, interdum') Cath. *aguezou* MJ. 204a.

Substantiva nuda cornica: *doy* (heri) Voc. 8ᵃ. *metin* Voc. 8ᵇ = *myttyn* (mane) O. 1533. 1644. 2279. D. 2680. R. 1108. P. 243, 1. *dre* (domum; *the dre* supra) O. 607. *mes* (foras; supra *ʒe ves*, *yn mes*) O. 2185. R. 2232; saepius cum adiectivis: *touth da*, *tothda*, *tovthta*, *totta*, *toth men*, *toth bras* (cito; *gans touth bras* D. 660) D. 558. 643. O. 1001. 1036. D. 662. 1128, vel composita: *kyffris*, *kefrys* (simul, pariter) P. 8, 4. 22, 3. O. 119. 472, unde iterum comp. *kekyffris*, *kekyffrys* (id.) P. 29, 4. 169, 4. *kettoth* (tam cito, simul) O. 1908. R. 1970. *ketoth*, *kettuth* (id.) O. 2272. R. 1598. *fatell*, *fatel*, *fattel*, *fettel*, *fettyl* (quomodo?) P. 73, 2. R. 229. 2568. 1423. O. 228.

Aremorica substantiva nuda: *mitin* ('mane'), *dech* ('heri'), *dezquentdech* (nudius tertius) Cath. *tiz* (cito) MJ. 214b. *quenech* ('sursum') Cath. *knech tnou* (supra, infra) MJ. 53b; saepius composita sine articulo: *vetez* (hodie), *vet nos* (hac nocte) MJ. 17b. 61a. *meurbet* (magnopere; i. e. magnam rem) Buh. 16, 15. 54, 21. MJ. 11a. *tizmat* ('cito, subito') Cath. Buh. 32, 19. 160, 7. 164, 17. MJ. 4b. 47a. 59a. 64a. *hastiz* (id.) 60a. 115a. *quentiz* ('confestim, protinus') Cath. MJ. 83b. *queffret* (simul) Cath. MJ. 59b. 199a = *guevret* 58b. Substantiva cum adiectivis sine praepositione aut articulo: *pell amser* (diu; *pel a amser* Cath.) Buh. 28, 2. *guellaf pret* (alibi *gant guellaf pret*, quam primum) 114, 2. 176, 6. *quentaf pret* (primum) 10, 19. 32, 9.

3. Formulae adverbiales e pronominibus vel numeralibus et substantivis cambricae: *gweithon*, *weithonn* (nunc; = hib. *infechtso*, hac vice, e subst. *gweith*, *fecht*) Mab. fq. *yr awrhonn* (nunc) Mab. 2, 36. 55. *hediw* (hodie) Mab. fq. *heno* (hac nocte) Mab. 1, 6. 32. *heibaw* (hac via) 1, 237. 2, 242. *peunyd* (cotidie) 1, 236. 267. *peunoeth* (quavis nocte) 1, 293. *trennyd* (perendie) 1, 288. *eilwers* (alio spatio) in loquendi formula: *pob eilwers* (alternatim) Mab. 2, 17. 39. 3, 266.

Cornicae: *hepeu* (hodie) Voc. 8ᵇ, varie scriptum: *heʒow*, *hyʒew* P. 157, 4. 172, 2. *hetheu*, *hethev*, *hethew* D. 1113. 1588. R. 825. *hethyv*, *hethyw* O. 5. 49. *hytheu*, *hythev*, *hythew* D. 2994. R. 21. 1550. *haneth* (hac nocte) P. 44, 3. 123, 4. R. 849, per pleonasmum *yn nos haneth* D. 671. P. 49, 2. 239, 3, vel *haneth yn nos* 63, 2. *luman* (nunc l. modo) Voc. 8ᵇ, varie scriptum in Dr. et P.: *lemman*, *lemmen*, *lemmyn*, *lymmyn*, *lemen*, *lemyn* P. 245, 4. D. 82. 307; 1913; R. 893. 1749.

A: *arberr ciall cech mmid ainfinit* (gl. infinita pro omni accipiuntur modo; i. e. profertur intellectus cuiusvis modi ex infinitivo) Sg. 190ᵃ *indarpe aoentu* (eiectio ex unitate, fratrum) Wb. 26ᵇ. *rúna dothabairt á óensonaib* (gl. interpretatio sermonum) 12ᵃ. *ammedón indomuin ut iudei 7 assa immechtraib ut gentes* (gl. intus et foris) Tr. 72. *allatin* (e latino) Ml. 3ᵃ. *ag. anísiu, agc. anísiu* (e graeco hoc) Sg. 148ᵇ. *tintuúth abélru innalaill* (interpretatio e lingua in aliam), *abelru imbélre* (gl. interpretationem, habet) Wb. 12ᵇ. 13ᵃ. *comscugud abás imbás. abás imbethith* (immutatio e morte in mortem, e morte in vitam) 13ᵈ. *túath dé adóiri* (gl. resurrectio iam facta; i. e. populus dei e captivitate) 30ᵇ. *ruri anacht trimaccu asurnn tened* (dominus qui servavit tres filios e furno igneo), *in[n]aingel tarslaic petrum aslabreid* (angelum qui liberavit P. e catena) Colm. h. 29. 33. *a persin innaní asbeirtis* (e persona, parte, opinione eorum qui dicebant), *apersin indiudidi asbeirsom anísiu* (e p. Iudaei dicit hoc) Wb. 4ᵃ. 5ᵃ. *intan labratar indfilid apersin innandea* (gl. per poëtarum προςωποποιΐας, id est conformationes vel per responsa dei) Sg. 162ᵃ. *a cáin* (gl. a fratre, educitur Abel in agrum) Tr. 120. *atuaith ituáith* (e populo in populum, e regione in regionem) Wb. 15ᵈ. *atir tairngeri* (e terra promissionis) Tr. 130.

AS, ASS: *na ilchialla asindóinrainn* (gl. profundae multitudinis sunt capaces; i. e. variae significationes ex eadem parte) Sg. 197ᵃ. *isdo imthrenugud ón as ind fetarlaici* (est ad confirmandum id e vetere lege) Tr. 39. *arbertar as nóen tarmoirciunn* (gl. ex eadem forma) Sg. 33ᵃ. *hore am essaminse precepte asmochuimriug islia de creitfess* (gl. quae circa me sunt, vincula, magis ad profectum venerunt evangelii; i. e. quia sum constans praecipiendi e captivitate mea, eo plures credent), *hóre nopredchimse asmochuimrigib* (gl. confidentes vinculis meis) Wb. 23ᵇ. *tresinfuil storidi doreiset assathóib* (gl. redemptionem per sanguinem eius; i. e. per sanguinem historicum qui effusus est ex eius latere) 20ᵈ. *assa immechtraib* (ex eius extremis; v. supra) Tr. 72. *cenascur sáitha asachiunn act etardibe* (gl. poenas solvent in interitu in aeternum a facie domini) Wb. 25ᵈ. *manid tesarbi ní dimaith assagnímaib* (gl. si omne opus bonum subsecuta est, vidua; i. e. si non defuit quidquam boni ex operibus eius) 28ᵃ. Eodem pertinere videtur formula comparativum augens *messa assamessa, moo assamoo* etc. (cf. p. 277). *istacáir dúnn acháin fochell asarchorp* (gl. omnes nos manifestari ante tribunal Christi oportet, ut referat unusquisque propria corporis sui, 2. Cor. 5, 10) Wb. 15ᶜ. *ascaching donforslaice taithmet anma ignatí* (ex omni periculo liberet nos memoria nominis Ign.) Colm. h. 18. *clerich herenn dollotar dairi patraicc ascechsét* (clerici Hiberniae venerunt ad custodiendum P. ex omni via) F. h. 61.

Coniunctae praepositionis cum pronominibus suffixis exempla quaedam: *ni béram ass* (non feremus ex eo, mundo, quidquam; *bith*, mundus, masc.) Wb. 29ᵇ. *intan aramberar ciall breth. gníma ass. intan aramberar ciall chesta ass* (si profertur intellectus verbi activi, passionis, ex eo, vocabulo) Sg. 148ᵇ. *intan aramberar gnim eissi. intain aramberar cesad essi* (si enuntiatur activum, passivum, ex eo, participio; *ranngabál*, partic., fem.) 196ᵇ. *rúna dothabairt á óensonaib et precept essib iarum* (gl. interpretatio sermonum) Wb. 12ᵃ. *ni tucthar cenn*

essib (gl. genealogiae indeterminatae; i. e. non percipitur finis ex eis) 27ᵈ. *bertar drognimi essib* (feruntur malefacta ex iis, membris) 25ᶜ. *arbertar im atuisil esib etir huath. 7 hil.* (gl. in i duo sunt denominativa ut plerisque videtur indeclinabilia, frugi, nihili, a fruge, nihilo, Pr. 4, 2, 7) Sg. 51ᵇ. *arberr ciall innan ule mod eissib* (gl. participia potestate et vi significationis omnes continent modos) 190ᵃ. Ceterarum non legi exempla; licet conicere *asum* (e me), *asut* (e te), *asunn* (e nobis) etc.

ÍS (infra) et ÓS (super), oppositae significatione praepositiones, ut adi. *isil* (inferus), *uasal* (altus), subst. *ichtar* (inferior pars), *ochtar* (superior pars).

ÍS: *his bronnait* (gl. infra ventriculum) Sg. 46ᵃ.

ÓS, soluta UAS (*huas*): *oscech anmimm ainmnigther* (gl. nomen quod est super omne nomen quod nominatur) Wb. 21ᵃ. *isnaib rendaib fail húas gréin* (in signis quae sunt supra solem) Cr. 18ᵉ. *eter litre ni huas litrib* (gl. ut Latini in versu scribebant, notam aspirationis Graeci), *huas litir suidigthir leo* (gl. nunc autem dexteram eius partem supra literam ponentes, Pr. 1, 8, 47) Sg. 17ᵇ. *húasill.* (gl. supra syllabam) 68ᵇ.

Exempla cum pronominibus suffixis: *crist issum crist uasum* (Christus infra me, Chr. supra me) Patr. h. *drochet bethad bid issum bennacht de athar úasum* (pons vitae sit infra me, benedictio dei patris supra me) Sanct. h. 4. *isóib* (gl. super omnes; i. e. est super eos) Wb. 2ᵇ. Inde supponendae formulae *isut*, *uasut*, *isunn*, *uasunn* etc.

OC (interdum *uc* in L. Ardm., *ic* ap. Corm.), cui conferenda subst. adi. *ocus* (propinquitas, vicinus) et coni. *ocus, acus* (et), respondet lat. *iuxta*, *prope*, *apud*, praesertim cum infinitivo sive substantivo verbali supplens participium praesentis.

Exempla: *comchetbaid són ocdenum in pectho* (consensio haec in faciendo peccato) Tr. 102. *napa chondarcell ocfocru apecctha dochách* (gl. nemo contemnat te et mone illos; i. e. ne sis connivens in monitione sui cuique peccati) Wb. 31ᶜ. *ocuain et airlicud* (gl. benignas; i. e. in commodando et praebendo) ibid. *oc asgnam glo. et hono.* (in acquisitione gloriae et honoris) 1ᶜ. *óis foirbthe bite ocbaithius* (gl. puerorum custodes, gl. paedagogi, 1. Cor. 4, 15) 9ᵃ. *bitusa oc irbáig* (sum in gloriatione, glorians, glorior), *ató occombáig friss* (gl. in quo laboro certando; i. e. sum certans cum eo, certo cum eo) Wb. 16ᵈ. 26ᵈ. *ocnertad neich roprecad dúibsi* (gl. laboravit in vobis; i. e. confortans quod praedicatum est vobis), *occomalnad soscéli* (gl. laborant in domino; i. e. implentes evangelium) 7ᵇ. *ni fóisitis déicsin agnúsa iarmbid dó ocaccaldim dé oc tindnacul recto dó* (gl. fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus eius, 2. Cor. 3, 7; i. e. non sustinebant videre eius faciem, postquam fuit in collocutione dei in acceptione legis) 15ᵃ. *robói hirúnaib inna deacte octuiste dúile* (fuit in mysteriis deitatis in creatione mundi) 5ᵉ. *nipu imdu do inmann cid trén octecmallad* (gl. scriptum est: qui multum habuit non abundavit; i. e. non fuit abundantius ei manna quamvis sollerti in collectione), *nipu lugu achuitsidi ciabo lobor octecmallad* (gl. et qui modicum, habuit, non minoravit, 2. Cor. 8, 15; i. e. non fuit minor eius portio, quamvis esset vecors in c.) 16ᵉ. *octecht imbethil* (in eundo B.) Ml. 38r. *octabairt bendachtae foir* (in danda benedictione ei) Tr. 85. Rarius coniungitur cum nominibus locorum: *uccraith*

bilich (prope R. B.), *ucoci pátric* (prope S. P., rubum Patricii), *uccdomnuch már criathar* (ad D. M. Cr.) Tir. 8. 9. 11.

Cum articulo: *trisincredo son gaibther ocinbaithis* (per illud credo quod canitur in baptismo) Tr. 68. *iss. asber infer intan ṁbis ocindoipred .fotuo goithimm.* (gl. fotuo; i. e. futuo) Sg. 190ᵇ. *oc na fothaircthib palnacdib* (gl. iuxta balneas: ad urbem pro iuxta urbem, ad balneas pallacinas [sic cod., leg. palat.], hoc est, iuxta balneas, Pr. 14, 3, 24; cf. p. 216) 217ᵃ.

Ante pronomina possessiva praesertim a vocalibus inchoata plerumque invenitur geminata praepositionis consona (cf. *inn* ante pronomina, supra p. 627): *fáiltisi trerath inspirito occaairitin* (gl. excipientes verbum cum gaudio spiritus sancti) Wb. 24ᶜ. *istacair censœ occa forcitul* (gl. instruite in spiritu mansuetudinis; vocis *censœ* scriptio minus certa, vix tamen leg. *œncœ*, innocentia) 20ᶜ. *occachomalnad* (gl. in his esto) 28ᵈ. *conrobad cuit doibsom occatimthirecht* (gl. obsecrantes nos communicationem ministerii, 2. Cor. 8, 4) 16ᶜ. *imba immalei do occa[r]taithchricc et occarndáinsem* (gl. quis accusabit, quis est qui condemnet? simul autem Iesus Christus?) 4ᵇ. Item: *nifil nech and occtadradso acht meisse móinur* (gl. ego relictus sum solus; i. e. in adoratione tua) Wb. 5ᵃ. Contra: *oc farningrim* (in persecutione vestra) Wb. 5ᵈ. *ocbarless* (ad commodum vestrum) 25ᶜ. *ocmothoéitse* (in aditu meo) 26ᶜ. *ocduguidiusiu* (in supplicatione tua) Ml. 22ᵃ.

Post praepositionem hanc interdum vocalis sequens, ut articuli, particulae compositae, pronominis, in *o* mutatur assimilatione: *ocondalsuidiu* (gl. circa forum: circa pro iuxta accipitur ut circa forum) Sg. 218ᵇ. *enodcainti ocondsruthsin* (gl. coniurato descendens Dacus ab Histro, Verg. Georg. ap. Pr. 11, 7, 27; i. e. coniurati ad hunc fluvium) 194ᵃ. *fubíth doṅgníat cercol ocondocbáil* (gl. sunt sui cuique planetarum circuli, quos Graeci apsidas in stellis vocant, Beda de rer. nat. c. 14; i. e. quia faciunt circulum in splendore) Cr. 18ᵈ. *occoesercuin* (gl. ferro sonat fraxinus; i. e. in excisione sua) Sg. 67ᵃ. *atá ocoscríbunt beos* (gl. in libro quem scribit; i. e. est in eo scribendo, scribit eum adhuc) Sg. 213ᵇ.

Cum pronomine suffixo 3. pers. sing. masc. et neutr. exempla: *hóbói mochland et mochenéel isocfrecur céill dœ atáa isocca dam attósa* (gl. deo servio a genitoribus meis; i. e. ex quo fuit proles mea et genus meum, in ministerio dei est, in eo sum et ego) Wb. 29ᵃ. *isoca ataaid beos* (gl. ministrastis sanctis et ministratis; i. e. in eo, ministerio, estis adhuc) 33ᵈ. *act mad oéntu dúib occa* (nisi unitas, consensus vobis est in ea re) 9ᵈ. *biith dam farcuitsi occu, biid arcuitni occa* (sit etiam vestra pars in eo, sit nostra pars in eo) 11ᵇ. 24ᵃ. *ní torbe lasuidiu precept doib manidénatar ferte occa* (gl. Iudaei signa petunt; i. e. non prodest apud hos praecipere iis, nisi fiunt miracula in eo, inter praecipiendum) 8ᵃ. Interdum *occo* assimilata vocali: *cid anuathath nisiu arnaroib occo* (gl. relictus sum solus et quaerunt animam meam; i. e. etiam hic unus ne sit in ea, adoratione) 5ᵃ. *rosariged manda. occo, rosariged mandatum legis occa* (contemptum est mandatum legis in eo, in perpetrando peccato) 3ᵃ. *ishécen ainmne occo* (gl. si quod non videmus speramus, per patientiam expectamus; i. e. necessaria est patientia in eo) 4ᵃ. *óin menme lib occo et óin gním* (una mens vobis in eo et una actio) 6ᵈ. Rariora ceterarum, ut plur. 1. pers.: *inspirut noeb immund innunn ocus ocunn* (spiritus sanctus circa nos, in nobis et apud nos) Mael. h.

3. pers.: *ara ruichiuir moguth occaib* (propter quod redemit servitutem apud illos) Ml. 43r.

DI alternans cum DE, significans lat. *de*, *ex*, *ab*, interdum intellectum genetivi exhibens, ut *do* dativi.

Exempla: *ní dichárachtraib* (gl. non de literis dicimus) Sg. 3ᵇ. *dinaimtib* (gl. de osoribus, dicunt) Ml. 16ᵈ. *nidichorp atóosa* (gl. non sum de corpore), *ni nádmbed arse dichorp* (gl. non ideo non est de corpore) Wb. 12ᵃ. *óin diairchinchib* (unus e principibus) 7ᵃ. *nipathé indii beta thuicsi diiudeib nammá* (gl. vocavit nos non solum ex Iudaeis) 4ᵃ. *de iudeib ón* (gl. maxime qui de circumcisione sunt) 31ᵇ. *deiudéib dobarnaip digeintib dothit* (gl. cum Barnaba adsumpto et Tito, ascendi Hierosolymam) 18ᵈ. *dicach leith* (a quavis parte) 17ᵇ. *ni torban dom níi disin* (non prodest mihi quidquam de hoc) 12ᵃ. *disin doerrbling* (gl. unde desilit; i. e. inde desiluit) Tr. 59. *de siu* (de hoc, ab hac parte) in Sg.: *frie desiu* (gl. citra), *fri alpai ndesiu* (gl. cis Alpes) 71ᵇ. 217ᵇ. *diéis* (gl. retro) Cr. 31ᵇ. *ní derscigem nech dialailiu* (non differimus quisquam ab altero) Wb. 2ᵃ. *derscugud dineuch* (differentia ab aliquo), *do derscuguth diposit* (ad differentiam a positivo) Sg. 42ᵃ. 43ᵃ. *lán diuisciu* (plenus aquae) Inc. Sg. *lán alám ditherfochraic* (plena eius manus muneris) Ml. 36ᵇ. *islán dineuch thorther tresinnainmnigudsin* (gl. significat plenum esse aliquid eius quod significatur) Sg. 59ᵇ. *mór di maid, mór dimaith* (multum de bono, boni) Wb. 4ᵇ. 11ᵃ. *oadcuaid rúin icoe incheneli dóine et andorigeni dia airriu demaid asber iarum dam arandath disom dimaith* (gl. obsecro itaque vos ego vinctus in domino ut digne ambuletis, Eph. 4, 1; quod fecit eis boni, etiam sitis eiusdem, boni, de bono) 21ᵈ. *ar is dilus bis forsnaib cairrib dognither inchorcur buidc* (nam de herba, quae est in saxis, fit purpura badia) Tr. 115.

Cum articulo: *dindínit bed sástai* (gl. Cato de agna pascenda) Sg. 39ᵃ. *din mulluch* (gl. de vertice) Tr. 140. *isdinaib preceptoribsin asrobrad* (gl. scriptum est; i. e. de his praeceptoribus dictum) Wb. 5ᵃ. *faith cach fer dinaib feraib hisiu* (gl. vere deus in vobis; i. e. propheta quivis vir ex viris his) 12ᵈ. *asoerthar dinaib imnedaib* (se liberari a passionibus) Ml. 40r. Cum pronominibus possessivis: *cododonat arnapat toirsich dimchuimregaibse* (gl. viderunt faciem meam in carne ut consolentur corda ipsorum), *confessid dam fiss scél uáimse et arnabad toirsig dimchuimriugsa* (gl. quem misi ad vos ut cognoscatis quae circa nos sunt et consoletur corda vestra; ne sint, ne sitis tristes de vinculis meis) Wb. 26ᵈ. 27ᵈ. *nifetorsa dimmuintir act fiacc find* (nescio ego de familia mea nisi F. pulchrum) Tir. 11. *congaba cach desimrecht ditgnimaib* (gl. te ipsum praebe exemplum bonorum) Wb. 31ᶜ. *dimuintir drommo líac l. diamanchib* (de familia Dr. L. vel de monachis eius) Tir. 3. *facab nóib dia muintir and* (reliquit sanctum de familia sua ibi) Tir. 8.

Formulae praepositionis cum pronominibus personalibus suffixis. Sing. 1. pers.: *cid arandéntar pecthach díim* (gl. quid tanquam peccator iudicor?) Wb. 2ᵃ. *conrogbat desimrecht díim* (gl. omnia sustineo propter electos; i. e. ut sumant exemplum de me) 30ᶜ. 2. pers.: *conrogba cách desimrecht díit* (gl. exemplo esto fidelium) Wb. 28ᵈ. 3. pers. masc. neutr.: *ató occombáig fris... imgabáil desimrechte de* (gl. in quo laboro certando secundum operationem eius, Christi; i. e. certo cum eo sumens exemplum de eo) Wb. 26ᵃ. *ní ég thindnacul*

asmbeir som óre rotectsat ní de riam (gl. ut aliquid impertiam gratiae vobis spiritualis ad confirmandos vos, desidero vos videre; i. e. non integra contributio, quam dicit, quia receperunt aliquid de eo, spiritu, antea) 1ᵃ. *imforlinged mór namri de* (gl. fecit ut nos efficeremur iustitia, 2. Cor. 5, 21) 15ᵈ. Fem.: *condergensat rainn foleith di* (gl. an bene separaverint participium ab aliis partibus grammatici, quaesitum est; i. e. quod fecerunt partem per se ex eo, *ranngabál*, partic., fem.) Sg. 187ᵇ. Plur. 1. pers.: *focertam fíal diinn* (gl. nos omnes revelata facie; i. e. deponimus velum de nobis) Wb. 15ᵇ. *commimmis angraib dúibsi doyabaal desimrechtu díinn* (gl. ut nosmet ipsos formam daremus vobis ad imitandum nos) 26ᵇ. *ní dondaum storidiu act isdinni preceptorib arisdíin asrobrad andedeso* (gl. non alligabis os bovi trituranti ... propter nos scripta sunt; i. e. non bovi naturali – an neglegentius scriptum (v. infra) pro *dindaum*, de bove? — sed de nobis praeceptoribus, de nobis dictum utrumque) 10ᵈ. *inbértar epistli uáin dothabairt testassa dínn ... dober teist dínni cretem dúibsi* (gl. numquid egemus commendaticiis epistulis ad vos? epistula nostra vos estis; i. e. num ferentur a nobis epistulae ad dandum testimonium de nobis? fert testimonium de nobis fides vestra) 15ᵃ. *bacoir dúibsi ciadoberthe testas dinni* (gl. vobis, proficit) 15ᵈ. *conrogabthesi desimrecht dinni* (gl. nunc gaudeo in passionibus pro vobis) 26ᵈ. 2. pers.: *ní diib attáa briathar less* (non de vobis est sermo ei) Wb. 13ᵃ. *ished inso dogní colnidi diib* (gl. cum sint inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis?) 8ᶜ. *condid diib rogab cách deissemrecht* (gl. ita ut facti sitis forma omnibus credentibus) 24ᶜ. *ní áil dún tabart testassa dínn na diibsi* (gl. non nobis necesse quicquam loqui) 24ᶜ. *roerbad dúnni forcell dothabirt dibsi illáithiu brátho. guidmini airndip maith aforcell doberam diibsi* (gl. creditum testimonium super vos in die illo in quo etiam oramus semper pro vobis) 25ᵈ. *ismór indethiden file domsa diibsi* (gl. volo vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis) 26ᵈ. *ciarodbatar tirbithi aili fornn robo diliu linn dethiden díbsi* (gl. ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi vobis; i. e. quamquam fuerunt angustiae aliae nobis, fuit propior nobis cura de vobis) 14ᵈ. 3. pers.: *ma beith nech bes maith diib* (si quis sit qui sit bonus de iis) Tir. 3. *ni sochude diib ataat and* (gl. non multi sunt nobiles; i. e. non multi ex eis sunt) Wb. 8ᵃ. *dorigénsat... deu diib* (fecerunt deos de illis, f. eos deos) 7ᵈ. *dirogbad .a. diib* (gl. quaeritur cur in vah et ah post vocales ponitur aspiratio et dicimus quod apocopa facta est extremae vocalis cui praeponebatur aspiratio, Pr. 1, 5, 25; i. e. absumpta est a ab eis) Sg. 9ᵇ. *óendai oenlitre dodénum díb hiscribunt* (gl. singulas: Graecorum doctissimi singulas fecerunt eas literas, quippe pro th ϑ, pro ph φ, pro ch χ scribentes, Pr. 1, 5, 24; i. e. singulares, unicas litteras facere ex eis in scribendo) Sg. 9ᵃ.

Pro hac praepositione, sicut hodie (O'Don. p. 300), interdum iam in libris nostris neglegentius scriptum invenitur *do*, ut in his: *epert do techt* (dictum de adventu) Ml. 15ᵃ. *huare nad robáe ni do degnímaib leu* (gl. iter impiorum peribit; i. e. quia non fuit quidquam de benefactis in iis) 15ᵈ. *foselgatar abrathir u tunig som do fuil* (subleverunt eius fratres tunicam illius sanguine) Tr. 4ᵇ. Item cum articulo: *asbeirsom anaccobor donspirut hóre doninfet anaccobor donduini* (gl. qui scrutatur corda scit quid desideret spiritus; i. e. dicit ille desiderium spiritus, quia inspirat desiderium homini) Wb. 4ᵇ. *dondaum* (v. supra) 10ᵈ. *donaib cairciib* (gl. purpura, milites Christum induunt; i. e. de saxis) Tr.

115. *madudrignius ní donaib remeperthib* (siquid feci de antedictis) Ml. 23ᵇ. *dinaib eulasaib no donaib etarcnaib* (gl. de experimentis) 19ᵈ.

DO, rarius DU, quam formam L. Ardm. et Ml. potissimum praebent, ad litteras respondens slav. *do*, got. *du*, germ. *to*, *zu* (ad), praepositio frequentissima, substantivo praemissa ad significandum dativum, qui paucis loquendi formulis exceptis (cf. syntaxin nominis) si non cum alia praepositione, cum hac coniungitur, ut *du erchradaitid* (gl. uanitati) Ml. 64r. De his et aliis exemplis cum articulo: *dond*, *don*, *donaib*, frequentissima iunctione, conferatur declinatio nominis et articuli.

Ad quam significationem proxime accedunt: *teora greca inso dondí as legendi* (gl. τοῦ ἀναγνωστέον καὶ τοῦ ἀναγινώσκειν καὶ τοῦ ἀναγινώσκεσθαι; i. e. tria graeca haec pro eo quod est legendi) Sg. 148ᵇ. *cesu meinciu aranecar verbum do epert donaib huilib rannaib arecar dam cidso indhuatad no. de epert doib* (gl. licet pro omnibus dictionibus dicere verba, frequentique usu hoc approbatur, nec non etiam nomina, sed raro ut Virgilius in VI. Aeneidos: foliisque notas et nomina mandat, Pr. 8, 1, 1; i. e. etsi saepius invenitur verbum dictum pro omnibus partibus, invenitur etiam, quamvis raro hoc, nomen dictum pro iis) 137ᵇ. De usu huius praepositionis praesertim cum pronominibus pro nominativo vel genetivo vid. syntaxin.

Profert eadem, sicut praep. *ar*, intellectum aut loci et temporis, tam in statu quictis quam post verba motionis, aut causae.

Exempla praepositionis locum designantis in statu quietis: *itoimtiu nábad do hierúsalem* (in cogitatione se non esse Hierosolymis) Wb. 16ᵈ. *doluc innanamman inchoisc ceníuil* (gl. in aliis loco cognominum aliorum agnomina, accipiuntur, Pr. 2, 5, 24), *do luc infinitc* (gl. loco infinitivorum, ponuntur) Sg. 28ᵇ. 154ᵇ. *conid riagolda caro dondainmnid inchrutsin* (gl. eius quod est caro diminutivum caruncula: vetustissimi etiam nominativum haec carnis proferebant qui magis rationabilis est ad genetivum ... itaque eius, quod est caro, diminutivum caruncula est, ut virgo virguncula etc., Pr. 3, 3, 17; i. e. ut sit regulare caro in nominativo hoc modo) 93ᵇ. *doainmnid* (in nominativo) 64ᵃ. Post verba motionis: *luid duardd machae*, *luid conchad duart machae* (ivit Ardmacham, ivit C. A.) Tir. 15. *ni epur frib innalmsin berar do hierus.* (non dico vobis eleemosynam quae feratur Hierosolyma) Wb. 16ᵈ. *iarnatabairt ho filisnib do hierusam.* (gl. arca in Hierusalem revocata; i. e. a Philistaeis Hierosolyma) Ml. 2ᵇ. *nad tintaesiu allatin do gregaib* (noli id vertere e latino in graecum) 3ᵃ. *ho sleib do sleib* (e monte in montem) 29ᵈ. *cid do uáir* (gl. etsi ad horam) Wb. 16ᵇ. *ni duchoscrad intempuil storidi ralasom 7 dia adchumtuch aithirriuch* (non ad destructionem templi historici id coniecit, rettulit ipse et ad eius restitutionem denuo) Ml. 80r.

Exempla praepositionis causam indicantis: *luid sechnall iartain duchúursagad pátricc* (ivit S. postea ad obiurgandum P.) Tir. 14. *do dechor* (gl. differentiae causa) Sg. 28ᵃ. *do derscugud* (propter differentiam), *do thaidbsiu*, *do thaidbse* (ad comprobationem, dicitur hoc) Wb. Sg. fq. Saepe cum substantivis verbalibus respondet germ. *zu*, angl. *to* infinitivis praemisso: *biid din a confessio hisin dofóisitin pecthae biid dan domolad biid dan do atlugud buide dofóisitin din atasom sunt* (est ergo confessio haec confiteri peccata, est porro

laudare, est porro gratias agere; confiteri ergo hoc est hic) Tr. 2ᵇ. Alia exempla vid. supra pp. 483 sqq.

Mutatur praepositio *du* in DI ante pronomina inchoata vocali *a*. E frequentissimis eiusmodi exemplis ecce pauca: *dutét iarsin diachennadich aicme becc* (accessit postea ad familiam eius gens parva) Tir. 8. *tairngire flatho diachlaindsom* (promissio imperii proli ipsius) Ml. 38r. *dia adchumtuch* (v. supra) 80r. *inbrosnae dombert side dia ebairt fesin* (rogus quem attulit hic ad suam ipsius immolationem) Tr. 4ᵇ. *dothoorund aluic lais 7 diachoisecrad* (ad circumscribendum locum eius cum ipso et ad consecrandum eum) Tir. 13. *dosbertar dia athir iarum* (attulerunt eam, tunicam Iosephi, ad patrem eius postea) Tr. 4ᵇ. *ani asmaith ladia doguidi ished tinfetsom dianóibaib* (gl. spiritus secundum deum postulat pro sanctis, Rom. 8, 27; i. e. id quod est bonum secundum deum ad petendum, hoc inspirat ipse sanctis suis) Wb. 4ᵇ. *anastorbe do sochudi dianicc* (quod est utile multis ad salutem eorum), *apredchas diaclaind. diammuintir* (gl. mulier prophetans; i. e. quae praedicat proli, familiae suae) Wb. 11ᶜ. *artroidfeasiu inna drochdaini adœ diananduch* (prosternes malos homines, deus, ad malitiam ipsorum) Ml. 48r. *dullotar maicc cathbad diammennut iersin* (venerunt filii C. ad domicilium suum posthac) Tir. 9. *intain guidmeni inducbáil diarcorp et diarnanimm iarnesséirgiu* (cum petimus gloriam corpori nostro et animae nostrae post resurrectionem) Wb. 4ᵃ. *arni ráncatar som less ascríbint mainbed díarnertadni hifochidib* (gl. quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; i. e. ad confirmationem nostram in tribulationibus) 6ᶜ. *diarcoscni* (gl. ad correptionem nostram) 11ᵃ. *inti dianairchissi dia* (is cui parcit deus), *peccad diaforgénsam cose* (peccatum, cui servivimus hucusque; *do-an-*, *do-a-*) 3ᵃ. 4ᵃ. *cumacte diandid cóir infognam* (potestates, quibus est iustum servire) 6ᵃ. *dú diarbu etarcnad inmacc hisin .i. doathir* (gl. unde agnitus est) Tr. 22. *moge et timthirthidi indí diaruchretsidsi* (servi et ministri eius cui credidistis) Wb. 8ᵃ. *cib cenél tra diaroscribad indepistilso* (quaecunque igitur natio est ad quam scripta est haec epistula) 3ᵇ. *na fridoirced nech dialailiu et do dia* (ne quis offendat in alterum et in deum), *fognad cach dialailiu* (serviat quivis alteri) 14ᵃ. 20ᵃ. Tamen etiam *u* servato: *dummímdidnaad duaberrad tarmuchenn* (ad me consolandum, tondendum se pro me) Tir. 11.

Formulae praepositionis cum pronominibus suffixis personalibus. Sing. 1. pers.: *istoich dom farnguide* (gl. rogo ergo vos) Wb. 9ᵃ. *isdia som domsa* (est deus ipse mihi) 1ᵃ. *dlegair domsa precept docách* (gl. debitor sum, sapientibus et insipientibus) 1ᵇ. 2. pers.: *dothudidin domenman doaidgniu dobeir cach maid duit* (ducere mentem tuam ad cognitionem affert omne bonum tibi) Wb. 1ᵃ. *induit fein fadonach ailiu* (utrum tibi ipsi an cui alii?) Sg. 209ᵇ. *isairi ni thabur duit ón* (gl. nam a carui vel caritum vel cassum videtur posse dici, Pr. 9, 10, 56) 173ᵇ. *ni duitsiu ismug isdodia* (gl. alienus servus, domino stat aut cadit) Wb. 6ᵇ. *isduitsiu tucad ópátricc* (tibi datum est a P., carpentum) Tir. 14. *isaingnuis duitso thóinur hisvidiv indepert* (gl. egomet) Sg. 208ᵇ. Hic quoque saepius deficiente vocali *de* vel *di*: *ni lour deit* (non sufficit tibi) Wb. 10ᵃ. *bid icc deit féin* (gl. te ipsum salvum facies) 28ᵈ. *ba toich deit dam* (conveniebat tibi etiam) 29ᵈ. *indoich epert detsiu* (gl. dicis ergo? i. e. num convenit dicere tibi?) 5ᵇ. *arnaphé som conéit détso* (gl. noli cibo tuo illum perdere, fratrem,

Rom. 14, 15) 6c. *ismó afius deitsiu* (gl. melius tu nosti; i. e. maior est eius notitia tibi) 30a. *ba cosce carat limm dit a gentlidi* (gl. gratis et non secundum merita insertus es) 5b. *ní thabur dit ón* (gl. a reminiscor supinum in usu non inveni; sed supra: *ni thabur duit*) Sg. 179a. 3. pers. masc.: *contubart fland fe-bla acheill dóo* (ut daret F. F. cellam suam ei) Tir. 15. *nebchomaitect dó* (gl. noli propter escam destruere opus dei) Wb. 6c. *nibo comitesti dó* (gl. scimus quoniam iudicium dei etc., Rom. 2, 2) 1c. *nach nastad incretmech et na coméit-ged dó* (gl. quodsi infidelis discedit, discedat, non est enim servituti subiectus frater aut soror in eiusmodi, 1. Cor. 7, 15) 10a. Sed etiam: *dibliadin rembas dáu* (biennio ante mortem ei, i. e. eius) Tir. 3; scotice: *hisund dubeir sacorfaic dau* (hic da sacrificium ei) L. Dér. Fem.: *sechiled rii aless arintaibrid di* (gl. adsistatis ei in quocunque negotio, Phoebae sorori) Wb. 7b. *iscumme di* (est idem ei, mulieri) 11a. Plur. 1. pers.: *ni góo dún friarcubus* (gl. testimonium conscientiae nostrae) Wb. 14c. *isuisse a sercc dorat mór di maid duún* (convenit eum amare, praestitit multum boni nobis) 4b. *ammi corp do cr. et iscenn som duunni* (gl. unum corpus sumus in Christo; est caput ipse nobis) 5d. *isdúnni* (gl. nos quibus) 2d. *innahí ruptar ardda dunnai* (quae fuerunt alta nobis, sidera) Cr. 18b. 2. pers.: *ní dlegar ní dúib* (gl. nemini quicquam debeatis) Wb. 6a. *bed imthuge dúibsi cr.* (gl. induite vos dominum) 6b. *ní uainni duibsi* (gl. cognoscitis quia nos non sumus reprobi) 18a. 3. pers.: *iartabuirt baithis duaib* (postquam datum est baptisma iis), *pridchis duaib* (praedicavit iis) Tir. 1. 8. *isdoib asrirther lóg apecthe* (gl. mercedem quam oportuit in semet ipsis recipientes) Wb. 1c. *isfiadnisse doib áoúbus* (gl. testimonium reddit illis conscientia ipsorum) 1d. *cometect dóib* (gl. imbecillitates infirmorum sustinere debemus) 6c. *isaithiss doibsom cid anisiu* (gl. quidam dicunt etc., 1. Cor. 15, 12) 13b. *bithé doibsium am. andeuson* (sint hi ipsi sicut dei ipsorum) Ml. 34r.

CON (respondens lat. *cum*) servata ante vocales et medias *d*, *g*, variata alias ut praet. *in*, scripta CO (CU) ante *s*, *f*, *t*, *c*, *p*, assimilans *n* labiali *b* et liquidis (etsi harum geminatio saepius omittitur), cum *s* articuli servato transiens in COS, COSS.

Exempla: *arrufoitea epistli uaidib som conaidchomarcaib cucisom* (gl. de quibus scripsistis mihi, quaestionibus; i. e. nam missae sunt epistulae ab illis cum quaestionibus ad ipsum) Wb. 9d. *conamuntir dochoid less* (gl. expecto illum cum fratribus) 14a. *dofil cr. conasoscelu* (gl. prope est verbum; i. e. adest Christus cum evangelio suo) 4d. *labrad ilbelre conatintuuth* (loqui variis linguis cum earum interpretatione) 12d. *con intsliucht* (cum intellectu), *conalailiu fogoir* (gl. cum alio sono) Sg. 39a. *bad samlith sulbairichthe conetarceirt* (sit ita bene dictum cum interpretatione), *act ropo chon etarceirt innambélresin* (gl. aemulamini loqui linguis; i. e. modo fuerit cum interpretatione harum linguarum) Wb. 12d. 13a. *icc conindocbáil innatiarmoracht* (gl. salus quae est in Christo cum gloria caelesti) 30c. *mad condiuiti doindnasatar* (si cum simplicitate tribuuntur, dona) 17a. *maesu cutséitchi rocretis. manid coséitchi rocretis* (si cum uxore tua, si non cum uxore credidisti) 10a. *mad cofoirbthetu hirisse arfenithar et attlugud inbuide* (gl. nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur) 28c. *co fugur* (gl. cum sonitu) Ml. 26d. *act ropo chotorbu* (modo fuerit cum utilitate) Wb. 13a. *cocumachtu apstil* (gl. divitibus praecipe; i. e. cum potestate apostoli)

29ᶜ. *mad co moidim* (si cum laude) 17ᵈ. Cum articulo: *cosinbrosnu resaigthiu* (gl. cum gremio [leg. cremio] somniato) Tr. 127. *an guin cosind loscud .i. an guin cosindsaigit áin* (vulnus cum adustione id est vulnus sagitta ignea factum) Ml. 55r. *cosintaidbse il* (gl. cum multa ostensione) Ml. 30ᵇ. *cosindbrud .i. cosindepert usingaib méit* (gl. dicuntur autem ista cum emphasi; i. e. cum vi, cum dictione quae excedit magnitudinem) 23ᵃ. *ifoammamugud maicc cosnaib huilib dulib* (in submissione filii cum omnibus creaturis) 26ᵃ. *alaithe cosnaib gnimaib 7 cosnaib imnedaib* (dies cum actionibus et cum curis, desinit) 21ᵃ. *iob cosnafochaidib* (Iob cum passionibus) Colm. h. 13.

Praepositionis *con* (cum) iunctae cum pronominibus suffixis exempla in codicibus vetustis non inveni, sed eadem significatione praep. *le*, ut *liim* (mecum; cf. eam praep.).

REN (ante), secundum analogiam praepp. *in*, *con* servata ante vocales (ante pronomina etiam geminans *n*) et medias, mutata in RE, RI ante *s* et *f* ac tenues, RES cum *s* articuli. In compositione accipit formam REM, REMI (cf. *com-*, *coim-*, *comi-* e *con*), eandem in quam mutatur coniuncta cum pronomine suffixo.

Exempla: *renairite gráid iarmbaithius* (gl. unius uxoris virum, oportet esse episcopum), *renairite gráid són* (gl. diaconi sint unius uxoris viri) Wb. 28ᵇ. 28ᶜ. *adam réninmarmus* (A. ante peccatum) 9ᵇ. *rengrád et iarmbathis* (gl. unius uxoris vir; i. e. ante gradum et post baptisma) 31ᵇ. *dibliadin rembas dáu* (biennio ante mortem eius) Tir. 3. *resiu* (ante hoc, antehac, antea) Wb. Sg. fq. *acht rop ré forciunn robbé da* (gl. *da* ante finem corripitur) Sg. 169ᵃ. *arndip maith nairlethar amuntir ritecht gráid foir isirdorcu spirt iarum* (gl. oportet illum testimonium habere bonum, 1. Tim. 3, 7), *doberr teist diib ritecht gráid forib* (gl. hi probentur primum) Wb. 28ᵇ. 28ᶜ. *ishé candadas innandegnimaeso .n. gnite inchadchoimnidi retecht fobathis dofoirndither trisin mbrat find* (is est candor bonorum operum horum, quae faciunt catechumeni antequam subeant baptismum, qui significatur pallio albo) Tr. 55. *i retus bid airdixa* (*i* ante *tus* est producta) Sg. 187ᵃ. *athitol recach libur arnaroib cummasc foir* (gl. titulos universi operis per singulos supposui libros) 2ᵃ. *hitossuch recach thuisiul* (gl. loco aspirationis, quam habet ῖ tertia apud Graecos persona, s habet principalem per omnes casus, Pr. 13, 5, 27; i. e. in principio ante omnem casum, pron. se) 210ᵃ. *asséirge ished rorélus diib recach réit* (gl. tradidi vobis inprimis; i. e. ante omnem rem) Wb. 13ᵃ. *robói laabram recomallnad rechto* (gl. exinanita est fides, Rom. 4, 14) 2ᶜ. *treailli gaibther reproinn* (precatione quae canitur ante prandium) 28ᶜ. *buith relechdachaib* (gl. locus mutarum est duntaxat: nec ante l vel r in eadem syllaba poni posset, f, qui locus mutarum est duntaxat, Pr. 1, 4, 13; i. e. ante liquidas) Sg. 6ᵃ. *fusocart éndæ cennsalach fubithin creitme riacach* (proscripsit eos E. C., quia crediderant ante omnes) Tir. 8. Cum pronominibus possessivis: *remchuimriug* (ante captivitatem meam) Wb. 30ᶜ. *am. rombói fáilte diib renagalarsom* (gl. viso eo iterum gaudeatis; i. e. ut fuit gaudium vobis ante eius morbum) 23ᵈ. *isand istualáng anerta act rachomalnathar rennaprecept* (gl. potens exhortari doctrina; i. e. tunc est aptus ad confirmandum id, cum implevit id ante doctrinam eius) 31ᵇ.

Cum articulo: *resindalmain* (gl. semet ipsos dederunt primum domino, 2. Cor. 8, 5; i. e. ante eleemosynam) Wb. 16[c].

Formulae cum pronominibus suffixis: *cr. remam* (Christus ante me; A. *cr. rium*, Chr. ad me) Patr. h. B. *bidreid riam cach namreid* (erit planum coram eo omne asperum) Bern. 115[a]. *ní airecar .b. na .c. remi* (non invenitur b vel c ante eam, litteram m) Sg. 20[a]. *remisi* (gl. post vocalem antepositam) 7[a]. *ropreid remunn cechnamreid* (sit planum coram nobis omne asperum) Colm. h. 34. *remib són* (gl. extrinsecus: aspirata h extrinsecus ascribitur vocalibus, consonantibus intrinsecus; i. e. ante eas hoc) Sg. 9[a]. *remum*, *remut*, *remuind* (= *remuinn*) e libris vetustis apud O'Donov. p. 145.

IARN eandem quam praecedens sequitur analogiam, ideoque induit formas IAR, IARS. Significatione eadem est qua lat. *post*, de tempore potissimum, ex qua transit in intellectum lat. *secundum*, de loco rarius dicta est, ad hoc tamen conferas quae supra dicta sunt sub V hibernica (p. 57).

IARN: *acht isiarnarsidib robbátar in tis* (gl. in tis quoque inveniuntur, Laurentis; i. e. sed secundum vetustos) Sg. 57[b]. *isinbeothu itáa ihu. iarnesséirgu* (gl. gratia dei in vita aeterna in Christo Iesu), *inducbál iarnesséirgiu* (gloria post resurrectionem) Wb. 3[c]. 4[a]. *arisand isecne et isfissid cách iarnetarcnu cr.* (gl. in Christo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi) 26[d]. *iarnetargnu riam* (gl. cognitionem secundam significat, relatio) Sg. 197[b]. *bad iarndligud hírisse* (gl. secundum rationem fidei; in Sg. 178[a]: *iardligud arside*, secundum morem veterum, minus recte) Wb. 5[d]. *iarmbaithis, iarmbaithius* (post baptisma) 12[d]. 28[b]. Ante pronomina possessiva inchoata ab *a*: *ragníusa iarnairgairiu* (gl. peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me; i. e. feci id post eius interdictionem) Wb. 3[c]. *mad slaán inball iarnagalar* (si salvum membrum post morbum suum) 12[b]. *áilsi patricc iarnabaitzed* (rogavit eum P. postquam eum baptizavit) Tir. 8. *nitechtat sens iarnanetarscarad* (gl. sensus in his separatis non potest inveniri; i. e. non habent sensum post separationem suam, composita) Sg. 202[b]. *iarnatóbu* (gl. iterum inserere; i. e. post eorum abscisionem) Wb. 5[c]. *iarnarnetargnu dúib* (post cognitionem nostram, nobis cognitis a vobis) 15[a]. Exemplum significati lat. *post* de loco: *ní áirmi ambís iarnachúul dindséit act ambis arachiunn* (non curat quod est post tergum ipsius de via, sed quod est ante faciem ipsius, cursor) Wb. 24[a]. Forma contracta cum negatione: *niernetargnv riam* (non post cognitionem ante, factam; mox sine negatione: *iarnetargnu riam*) Sg. 197[b].

IAR: *iar fiach* (gl. secundum debitum, imputatur, non secundum gratiam) Wb. 2[b]. *iar fír* (secundum veritatem) 16[a]. *iar far toimtinsi* (gl. in lege iustificamini; i. e. secundum opinionem vestram) 20[c]. *itosuch iartabuirt ·baithis duaib* (initio, statim postquam datus est baptismus iis) Tir. 1. *iar timnu ihu.* (gl. secundum Iesum Christum; i. e. secundum mandatum I.) Wb. 6[d]. *iar tichte cr.* (post adventum Christi) 19[b]. 21[b]. *cumsanad dudia iar tuiste duile* (quies deo post creationem mundi) 33[b]. *ishé arnathir iar colinn* (gl. pater noster secundum carnem), *isiesse asbunad dossom im̄ iarcolinn* (gl. radix Iesse Christi secundum carnem) 2[c]. 6[d]. *iar cosmilius abdissom* (gl. in morte ipsius baptizati sumus) 3[c]. Interdum *ier*: *iersuidiu, iersin* (postea, posthac) Tir. 8. 9, apud eundem *iarsin* 8. 14. *iarsuidiu* 8. 12. 13.

IARS cum *s* articuli: *iardligud arside 7 iarsindligud dam fil hindiu* (gl. utrumque protulit Pacuvius; i. e. secundum regulam veterum et secundum morem qui etiam hodie est) Sg. 178ᵃ. *farcomnucuir rect iarsintairgiriu* (gl. facta est lex, Gal. 3, 17) Wb. 19ᵃ. *iarsinchàintoil* (gl. secundum bonum placitum) 20ᵈ. *iarsinchumung bess lib* (gl. secundum id quod habet voluntas; i. e. secundum potestatem quae est vobis) 16ᵃ. *iarsindindnidiu araneutsa* (gl. secundum expectationem et spem meam) 23ᵇ. *is du atlugud buide dodia iarsintsoiradsin rondsóer rogab dd. insalmso sis* (ad actionem gratiarum deo post hanc servationem qua servavit eum, cecinit Davides hunc psalmum infra, sequentem) Ml. Goid. 20.

Iunctae huius praepositionis cum pronominibus suffixis exempla non inveniuntur, sicut ne hodie quidem.

FIAD (coram) quoque huic seriei addendum videtur. Sunt enim dativi exempla: *fiadsluagaib* (coram copiis) Fél. Iun. 19. e L. Brecc ap. St. 41. *fia doinibh* (coram hominibus) ex eodem libro ap. O'Don. 306, quibuscum congruit formula *fiadib* (coram iis). Quare quod eadem praepositio cum accusativo coniuncta invenitur in Cormaci glossario: *fiad rigu 7 tuatha* (coram regibus et populis) v. *cana*, *fiad inécsine* (coram scholastico) v. *leithech*, id vix non est tribuendum vulgari corruptioni inferioris aetatis. Dativus igitur statuendus erit in nostris: *fiad cách* (gl. qui in manifesto) Wb. 2ᵃ. *follus fiad chách indectsa* (manifestum coram quovis nunc) 3ᵃ. *nifiad chách* (gl. seorsum) 18ᵈ. Cum pronominibus suffixis: *foróxrad dúib am. bid fiadib nocrochthe* (gl. ante quorum oculos proscriptus est in vobis crucifixus: i. e. descriptus est vobis acsi coram vobis crucifigeretur) Wb. 19ᵇ. *nahuli dorigniussa fiadibsi dosngniithsi* (gl. quae vidistis in me cogitate; i. e. omnia quae feci coram vobis, facite ea) 24ᵇ. *isfrithorcon leu athabairt forru l. adénum fiadib* (gl. videte ne haec licentia, manducandi idolothytum, offendiculum fiat infirmis; i. e. est offendiculum eis, id dare eis, vel id facere coram eis) 10ᶜ.

3. **Praepositiones poscentes accusativum** sequentis substantivi: *ol*, *la*, *co*, *fri*, *tri*, *sech*, *tar*, *imme*, *cen*, *etar*, *echtar*; *amal*.

OL (de, propter), rarioris usus: *ol ihu. són* (gl. ceciderunt super me; cf. *de ivdeib ón*, *remib són*, p. 636. 642) Wb. 6ᶜ. *oldia isbriathar insin tra* (de deo est hic sermo ergo) Ml. 31ᶜ. *cip cruth tra olse irmith* (gl. volo vestra verba sensu meo loqui; i. e. quomodocunque ergo de hoc iudicatis, volo ego etc.) Wb. 12ᵈ. Formularum pronominalium aliarum *olsuide*, *olsodin*, *olsodin* (propter hoc) exempla iam memorata sunt (p. 350). An conferenda sint etiam *al* (gl. ultra) Sg. 217ᵇ et *indoll* (gl. ultra, adverb., p. 608) Sg. 220ᵃ, quaeritur. De verbo defectivo *ol* videas supra (p. 504).

LA, rarius **LE**, cum *s* articuli **LAS**, quae forma etsi non primitiva ipsa, proxima tamen putanda est primitivae (*lath*, *leth*?), intactas relinquens consonas sequentes (p. 179), frequentissimi usus, praesertim cum pronominibus suffixis, quibuscum non coniungitur praep. *con* (p. 641), respondet fere lat. *apud*, *cum*, nisi quod ad interiorem magis sensum (*penes*, *secundum*) convertitur. Ad *s* assimilatam hic non minus quam post praepositionem *a* (p. 633) redit geminata *m*.

Exempla: *laatucu insin* (gl. paulopostfuturum quod et atticum dicunt; i. e.

apud Atticos hoc) Sg. 147ª. *isairi doroigu dia geinti hore nárbubœ laiudeu creitem* (ideo elegit deus gentes, quia non fuit apud Iudaeos fides) Wb. 5ᵇ. *suthain dam la laitnori anisin* (gl. Latini antiquitatem servaverunt) Sg. 5ᵇ. *indiateriecht nad rann insce la grecu* (interiectio quae non est pars orationis apud Graecos) 26ᵇ. *doarrchet dichéin nombiad adrad dæ lagenti* (gl. scriptum est: propter hoc confitebor tibi in gentibus) Wb. 6ᵈ. *dobersom ainm bendachtan dondalmsin hore islabendachtin doindnagar* (gl. praepararent repromissam benedictionem hanc paratam esse, 2. Cor. 9, 5; i. e. dat ipse nomen benedictionis eleemosynae, quia cum benedictione tribuitur; additur glossa latina: benedictio erit, si cum grato animo tribuitur) 16ᵈ. *la nech* (apud aliquem, in aliquo) Wb. fq. *lase, lasse* (apud hoc, in hoc, tum) Wb. Sg. fq. Eadem praepositionis forma ante varios sonos (ante consonas servatas duras, ac saepius duplicatam *m*, p. 41): *la aru censelich* (apud nepotes C., in tribu C.) Tir. 11. *la irnigdi airib féisne* (gl. orantes simul et pro nobis) Wb. 27ᶜ. *am. rhbis cometid lammaccu nacharochlat* (gl. lex paedagogus noster fuit) 19ᶜ. *lammarbu* (gl. simul rapiemur cum illis) 25ᶜ. *accobor lammenmuin maid doimradud* (gl. repugnans legi mentis meae lex in membris) 3ᵈ. *la nuelitridi* (gl. postea, i. e. apud recentes scriptores) Sg. 5ᵇ. *atarimet... la ranna insce* (adnumerant eam ad partes orationis, interiectionem) 26ᵇ. *conroibtis ocdenum rectche la riga* (gl. volentes esse legis doctores) Wb. 28ᶜ. *mad maid la dia* (gl. si dominus permiserit) 14ᵃ. *gabais caille lapatricc lasmar ingen anfolmithe* (cepit pallium apud P. L. filia A.) Tir. 2. *ni legend rollegusa la petor act iscúrsagad rondcúrsam dichomitecht et condarcilli fri iudeu* (gl. in faciem ei restiti, Petro, Gal. 2, 11) Wb. 19ᵃ. *isdílmain lacách arnorcunni* (gl. oves occisionis; i. e. licet cuivis occisio nostra) 4ᵇ. *anasmaith la oách* (gl. unusquisque in suo sensu), *istorise lacách* (persuasum cuivis) 6ᵇ. 16ᵈ. *intain bes ninun accobor lenn .i. la corp et anim et la spirut* (gl. spiritus adiuvat infirmitatem nostram; i. e. si est eadem voluntas nobis, apud corpus etc.) 4ᵃ. *cachlacéin* (gl. modo) Sg. fq. *cachladrécht* (aliquid?) Sg. 38ᵇ.

Transit praepositio in LI (ut *du* in *di*, p. 639) ante *a* sequentem pronominum: *ocaterebáil 7 liafuined* (in ortu et in occasu eorum, siderum) Cr. 18ᵃ. *iscoir dochách guide dée liachéle* (gl. obsecro vos ut adiuvetis me in orationibus pro me ad dominum; i. e. iustum cuivis orare deum cum altero) Wb. 7ᶜ. *bad uáisliu cách lialaile oldaas fessin* (gl. superiores sibi invicem arbitrantes; i. e. sit superior quivis apud alterum, alteri, quam ipse) 23ᶜ. *conaroib diupart neich lelele* (gl. illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum ut fiat aequalitas; i. e. ne sit privatio cuiusquam apud alterum; cf. p. 359) 16ᶜ.

Ante articulum: *nicumuing imfogbaidetith nalanamnas maniptol lasinfer. act mad melltach lassinfer* (gl. mulier sui corporis non habet potestatem, sed vir) Wb. 9ᵈ. *lasinfoilsigud* (gl. secum: ego et tu, in quibus demonstratio ipsa secum genus ostendit, Pr. 12, 4, 16) Sg. 200ᵃ. *hore isimmarmus hicr. anasolcc lasin brathir* (gl. si esca scandalizat fratrem, non manducabo carnem) Wb. 10ᵃ. *intain ropo mithich lasinnathir nemde* (gl. ubi venit plenitudo temporis) 19ᵈ. *fiadach lassanda[la]lín 7 tir frecur ceill lassin lin naile* (gl. ut venationibus studiosi capiendarum ferarum utrique ergo captivis diverso labore utuntur cibis; i. e. venatio apud unam partem et agricultura apud alteram partem) Ml. 37r. *lasna meithleorai* (gl. apud messores), *lasnagniadu* (gl. apud operarios) 44r. *iss.*

acognomen són lasna firu aili (gl. cognomen; i. e. secundum ceteros viros) Sg. 28ᵃ. *lasna filedasin* (gl. apud comicos; i. e. apud hos poëtas) 63ᵇ. *emith lasnahi* (gl. tam cum habentibus casus) 27ᵇ. Item ante pronomen relativum: *inti lasmbi ecne* (is penes quem est sapientia) Wb. 8ᵈ.

Satis exemplorum accusativi post praepositionem positi. Mirum igitur in codicibus nostris nonnunquam inveniri dativum, in formula *lasuidib* (apud hos), quamquam alternat haec cum meliore *la suidiu*. Scriptio correctior: *ní biedsi hicobodlus lasuidiu* (gl. ne commisceamini fornicariis) Wb. 9ᵃ; alternans cum altera in uno eodemque loco: *ní torbe lasuidiu precept doib mani dénatar ferte orca* (gl. Iudaei signa petunt), *ni torbe lasuidib manip sulbair* (gl. Graeci sapientiam quaerunt) 8ᵃ. Dativus in Wb.: *nibí sainláa lasuidib act is abstanit doib semper* (non est singularis dies apud hos, sed abstinentia eis semper) 6ᵇ. *atá brithem lasuidib cenuibsi* (gl. eos qui foris sunt deus iudicabit) 9ᶜ. *ní epeirsom arandiltad lasuidib* (non dicit hoc negationis causa apud hos) 17ᵈ. *ní imdibe dualche robói lasuidib act isimdibe colno* (non circumcisio vitiorum fuit apud hos, sed circumcisio carnis) 21ᵇ. In Sg.: *bés lasuidib* (mos apud hos) 4ᵃ. *isdiall nois. lasuidib* (gl. participia; i. e. declinatio nominis in his; scriptum tamen erat *hisuidib*, et deleta praep. *hi* supra scripta *la*) 27ᵃ. *it cétnidi lasuidib* (gl. primitiva sunt, si sequimur Graecorum auctoritatem) 212ᵇ. *dondforcomét file lasuidib* (gl. contraria observationi graecorum) 214ᵃ. Addo his exempla dativi post praepp. *cen*, *fri*, *imm* positi, quas item sequitur accusativus, in eadem formula: *cen suidib* (gl. sine quibus) Ml. 20ᵈ. *fri sudib* (ad illos) 31ᵃ. *isimsuidib* (gl. quos circa, vertices vel polos, volvuntur sidera) Cr. 18ᵇ. Commixtio orta aut incerto iam tum usu praepositionum quarundam (pp. 624. 630), aut simili pronuntiatione terminationum *-ib* et *-iu*. Item in chronicis hibernicis saepius *la Laighnibh*, quod rectius in vetusto codice Ardm.: *lalaigniu* (apud Lagenios) Tir. 11.

Formulae praepositionis iunctae cum pronominibus suffixis. Sing. 1. pers.: *ished asdilem lium rath precepte* (gl. orantes pro me ut detur mihi sermo; i. e. hoc est proximum secundum me, gratia docendi) Wb. 22ᵈ. *isfolium ciarafesid* (gl. non volumus ignorare vos; i. e. est bonum secundum me ut id sciatis) 14ᵇ. *iserb liumm* (gl. spero autem), *isfer liumm* (gl. volo ergo) 15ᵃ. 29ᵃ. *amre liumsa torbæ im̄ dúibsi* (gl. refecerunt et meum spiritum et vestrum, 1. Cor. 16, 18) 14ᵃ. *ansu liumsa indóis anechtir diafius* (gl. ne, cum venerint mecum Macedones et invenerint vos imparatos, erubescamus, 2. Cor. 9, 4) 16ᵈ. *ni liim forsuide* (gl. vir uxorem non dimittat, 1. Cor. 7, 11; i. e. non secundum me, non meum praeceptum, sed domini) 10ᵃ. *doadbadar hisvidiu asleim féin* (gl. mei servo; i. e. significatur in hoc quod est mei ipsius) Sg. 209ᵇ. *ba dochu lem són ished rombod doib* (gl. bene! propter incredulitatem fracti sunt, rami, Rom. 11, 20) Wb. 5ᵇ. *ní mebul lemm precept sos.* (gl. non erubesco evangelium), *ní mebul lemm ciafudam* (gl. etiam haec patior, sed non confundor) 1ᵇ. 29ᵈ. *attáa lemsa asainredsa* (gl. nunc vinctus) 32ᵃ. *isirdurcu epert lim són* (apertius mihi hoc dictum) 9ᵇ. *isbeic lim inbrigsin ... isbeicc limsa a brig* (gl. mihi pro minimo est) 8ᵈ. *ní aidrech limm* (non paenitet me), *isglé limm* (persuasum est mihi), *dilem limm inso* (gl. hoc oro) 23ᵃ. *ished aschomairlle limm athabart* (gl. consilium in hoc do), *ni diliu nech limm alailiu* (gl. pro omnibus vobis deprecationem facio) 16ᶜ.

23ᵃ. 2. pers.: *décce lat corintiu* (ecce tibi Corinthii) Wb. 10ᶜ. *nib machdad lat* (ne sit mirum tibi, noli mirari) Sg. 158ᵃ. *ni latt ani ararethi et ni lat incáich forsammitter* (gl. tu quid iudicas fratrem tuum? Rom. 14, 10) Wb. 6ᵇ. *isderb lium attá latsu* (gl. certus sum quod et in te, habitat fides non ficta) 29ᵈ. *acht ni ainfed liumsa mainbed maith latsu* (gl. sine consilio tuo nihil volui facere) 32ᵃ. *doadbadar im̄ trisincainaisn̄diis file rath dée latso act nitorbe donach ailiu* (gl. tu quidem bene gratias agis, sed alter non aedificatur, si bene dixeris, 1. Cor. 14, 17; i. e. probatur vero bono sermone, eloquentia, esse gratiam dei tecum, sed etc.) 12ᵈ: *doguilse dineuch adbaill et dineuch nádetar et dineuch bis lanech nadbí latso* (gl. quae secundum deum tristitia est, paenitentiam in salutem stabilem operatur, saeculi autem tristitia mortem operatur, 2. Cor. 7, 10) 16ᵇ. *islatso* (gl. te penes) Sg. 215ᵇ. 3. pers. masc.: *fácab morfeser lais* (reliquit septem viros cum eo), *contorchartar trifichit fer diamuintir lais* (donec perierunt 60 viri de familia eius apud eum) Tir. 11. 12. *óruan .iii. aithgi and lais* (postquam mansit tres noctes ibi apud eum), *imcharpat boie lais* (de carpento quod fuit ei, quod habuit) Tir. 14. *lais feisin cen acaldaim nachaili* (gl. secum aliquis loquitur) Sg. 153ᵇ. *iss. andiall ninmedonach laisem* (haec est declinatio interna ei) 158ᵇ. *ropo thróg laiss armbuith fomám pectho* (gl. deus misertus est nostri) Wb. 21ᵇ. *isimde laiss* (gl. secundum divitias suas, dei) 24ᵇ. *istrén ahiress isdiamuin leiss cachthiare* (gl. alius credit manducare omnia) 6ᵇ. *nipu accobor leiss* (gl. non fuit voluntas) 14ᵃ. *file athir leiss. file chóim̄dith leiss* (quod est pater, dominus ei) Sg. 29ᵇ. *iscum̄ae leissem bid .f.* (gl. ambo pro ἄμφω) 10ᵃ. *leissom atech didiu ishe conidrotig* (illius igitur haec domus, ipse eam aedificavit) Wb. 33ᵃ. *maith less ágnasi* (gl. consentit habitare cum illa, vir cum muliere) 10ᵃ. *durind alocc les* (definivit locum eius cum eo; paulo supra: *dothoorund aluic lais*, ad definiendum locum eius cum eo) Tir. 13. *ciabatar degtacrae les* (quamquam fuerunt ei bona argumenta) Tr. 81. *nirabae in spiurt nóib les intansin* (non fuit spiritus sanctus in eo tunc), *deg robói in spiurt noib les* (quia fuit sp. s. in eo) Tr. 98. 100. *nipo chóim less frinn* (gl. proprio filio non pepercit, Rom. 8, 32; i. e. non fuit carus ei prae nobis) Wb. 4ᵇ. *ní diib attáa briathar less* (non de iis, prophetis, est sermo ei) 13ᵃ. *ished aperficere lessom forbe indagimrata centatarcor drogimrato* (gl. perficere: voluntas benefaciendi adiacet mihi, perficere autem bonum non invenio) 3ᵈ. *ité són aptota lessem riam* (gl. his quidam addunt illa quae tam voce quam significatione unum casum habent, ut huiusmodi, istiusmodi, Pr. 5, 14, 76; i. e. sunt haec aptota secundum ipsum, auctorem, antea) Sg. 77ᵇ. Fem.: *isdíl laee maid dodénum dúibsi* (gl. salutat vos multum Priscilla) Wb. 14ᵃ. *accobur lá* (voluntas ei, nutrici) 24ᵈ. Plur. 1. pers.: *inun accobor lenn* (eadem voluntas nobis) Wb. 4ᵃ. *noch da leinn ba firinne* (videbatur tamen nobis esse iustitia) 31ᵈ. *isderb linn* (persuasum nobis), *diutte linn et firinne* (simplicitas in nobis et veritas, sit), *nifil linn inbésso* (gl. nos talem consuetudinem non habemus) 2ᵃ. 9ᵇ. 11ᵃ. *isoéntu forcitil linn hóre isóen rad fil linn* (est unitas doctrinae nobis, quia una gratia est nobis) 13ᵇ. *arnapsamlid beith ar creitemni condib sain persan maic de 7 maic duini linn .i. condib cretem ceteora persan linn* (ne ita sit fides nostra, ne ita credamus, ut sit alia persona filii dei et filii hominis nos secundum, id est ut sit fides quattuor personarum in nobis) Tr. 86. *niderb linn tra in senchas canone dunaithmenadar isin-*

Cum pronominibus infixis: *am. rombo foirbthe cr. condib foirbthe intí bess innaellug* (gl. exhibeamus omnem hominem perfectum in Iesu Christo) Wb. 26ᵈ. *fri no. 7 uerbum acht ba innanelluch atarímtis* (gl. ideo participium separatim non tradebant partem orationis, quod nulla alia pars orationis semper in derivatione est, Pr. 11, 1, 2; i. e. separatim a nomine et verbo, sed una cum eis, in eorum coniunctione, id tradebant) Sg. 188ᵃ.

DOCHUM (ad; ad verbum anomalum *doich, dochoid* etc. pertinens?) sine

praepositione: *isilldnamnas dorograd dochum ndée* (gl. in domino vocatus est servus; i. e. in matrimonio vocatus est ad deum) Wb. 10ᵃ. *docoid onessimus dochum poil* (fugit Onesimus ad Paulum) 31ᵈ. *contultatar dochum pátricc et cremthinn maic éndi* (ut venerint ad P. et Cr. filium E.) Tir. 9. *conosberinn dochum hirisse* (gl. ut eos lucrificarem, factus sum Iudaeus; i. e. ut eos ferrem ad fidem) Wb. 10ᵈ. *torbe athabarte dochum nirisse* (utilitas eum ferendi ad fidem) 11ᵇ. *tabart innan doine dochum nirse* (ferre homines ad fidem) Tr. 45. *airi manip hinunn etargnae dondtruidigthiu frisacétnide fedir am. ṡodin andtrui. dochum nacha rainne aile ut bene et male* (gl. in aliud: omnis pars orationis quocunque modo derivativa vel in eadem notione sive definitione primitivi sui accipitur, ... vel in aliud quod iam ante erat suppositum in propria naturali positione, Pr. 11, 1, 2; i. e. nam si non eadem notio derivato cum primitivo, refertur ita derivatum ad aliquam partem aliam, ut bene et male) Sg. 188ᵃ. *ní dechuid dochom forcinn* (non pervenit ad finem) 148ᵇ. *dobertis daboc leu dochum tempuil* (afferebant duo hircos secum ad templum) Tr. 4ᵇ.

Solvere *do chum* vetamur pronomine possessivo, quippe quod praemissum sit, non infixum: *inti téte adochumsi* (is qui it ad eam, meretricem) Wb. 9ᵈ. *muriissi farndochum* (gl. donec veniam, ad vos) Ml. 34ᵃ. *ciasberat doaidbdetar fisi doib et dotiagat angil andochum nichretidsi* (gl. nemo vos seducat volens in humilitate et religione angelorum, Col. 2, 18; i. e. quamvis dicant, demonstrari visiones sibi, et venire angelos ad se, nolite credere vos) Wb. 27ᵃ.

II. Praepositiones britannicae.

A. Praepositiones verae.

Ipsae quoque monosyllabae vel bisyllabae, ut hibernicae, atque plurimam partem eaedem, paucis exceptis, quae alienae sunt a lingua hibernica. Ob has atque ob penuriam flexionis britannicae, propter quam casus substantivorum post praepositiones britannicas dignosci non possunt, non congruum videtur, eundem ordinem servare quem in hibernicis. Enumerabuntur igitur monosyllabae primo loco terminatae vocalibus, deinde consonis, ratione habita sonorum a quibus inchoantur; postremo bisyllabae. Formae in titulis scribuntur cambricae, ut quae puriores plerumque servatae sint.

Communis est trium dialectorum proprietas, tam cambricae quam cornicae et aremoricae, qua praemittitur quibusdam praepositionibus praep. *di* (*y*) ipsa quoque cambrice iterum cum *o* composita: *odi*, *ody*. Quo facto significatio converti solet in contrariam; in quibusdam tamen nihil mutatur. Formulae hae sub singulis illis praepositionibus tradentur.

1. Praepositiones monosyllabae terminatae vocalibus: *guo, di* (*y*), *troi* (*trwy*); corn. *re*.

GUO (hib. *fo*, sub), quamvis frequens in compositione, per se tamen vix invenitur, cum eius locum occupaverit praep. *tan*. Exemplum cambricum vetustius praepositionis separatae L. Land. p. 149 in descriptione finium, quae

incipit: *or pant nessaf dilicat gurruni* etc. (a faucibus, vallicula, proxima fonti G., fluvii, ...), et finit: *guorruni nihit sursum hit pènn guocivueir ipant*, *ubi incepit finis* (secundum G. sursum usque in locum e regione valliculae). Pro *guocivueir* paulo ante est *icivueir* (e regione) et in aliis multis locis *penn arcivueir* (recte e regione).

Cornica huius praepositionis exempla non invenimus, nec aremorica, nisi vero huc pertinent formulae adverbiales supra (p. 619) prolatae: *vase*, *vahunt* (istic, illic).

DI (hib. *di*, de) in lingua vetustiore cambrica, ut hibernica praepositio, genetivum interdum indicans: *hin map di iob* (ut filius Iovis) gl. Ox. 39ᵇ. In recentioribus codicibus, ut in codice rubro, pro *dy*, excussa *d* (p. 199), iam est Y (de, ex, ab): *y vys ef y keueis y uodrwy honn* (de digito eius sumpsi annulum hunc) Mab. 2, 216. *blwydyn y heno ... mi abaraf bot gwled* (anno ab hac nocte ego parabo epulas) 3, 20. *blwydyn y hediw bydwch yma* (post annum ab hodierno die eritis hic) 3, 198. Frequentius praepositio haec coniungitur cum aliis quibusdam, quarum significationem imminuit vel tollit, ut iam in L. Land.: *di am* (de circa, de), in Mab.: *y ar* (de super, de), *y wrth* (de apud, a), *y gant* (de cum, a); recentius ut in Han. Tal. insuper praemissa *o*: *oddiwrth*, *oddiam*. Exempla videas infra sub illis praepositionibus.

Coniuncta cum pronominibus suffixis vix extat haec praepositio, tam ob congruentiam formae cum proxima praepositione, quam ob frequentiorem usum praepositionis *o* pro ea.

Cornice et aremorice eadem praepositio non invenitur nisi praemissa aliis, ut corn. cum praep. *rag*, *worth*: *ȝe rag*, *ȝe worth*; arem. in compositis *diouz* (cambr. *y wrth*), *digant* (cambr. *y gan*) etc., quarum exempla videas infra.

DI (hib. *do*, ad) cambrice, ut hibernice, praeter lat. *ad* dativum potissimum significans iam in vetustioribus glossis: *di litau* (gl. Latio, addat opes), *di aperthou* (gl. muneribus, sua addidit) Ox. 39ᵇ. 37ᵇ. Cum articulo: *dir arpetticion ceintiru* (gl. miseris patruelibus) Ox. 38ᵃ.

Frequentissima est haec praepositionis forma vetustior in finium descriptionibus libri Landavensis, significans *ad*, *usque ad*. E quibus unum hoc exemplum brevius profero, p. 200: *Finis illius est. aper catfrut in guy ar i hit diuinid bet penn ar civeir hadrech dindirn dir alt diuinid di drec dindirn. o drec dindirn diguairet di guy. maliduc guy ar i hit bet aper catfrut* (os Catfruti in G., secundum eum, fluvium, sursum usque ad regionem oppositam tergo Dindirn, ad rupem, sursum ad tergum D., a tergo D. deorsum ad G., ut ducit G. secundum eum usque ad os Catfruti). In codicis Lichfeldensis vetustioris duabus eiusmodi descriptionibus nominantur soli termini, ad quos ducuntur fines circumscribentes ambitum agri. Has quoque ob vetustatem et manum contemporaneam, quamvis ob eiusdem manus ruditatem vix possint legi, tamen hic profero, quatenus equidem legere possum secundum codicis imitationem, terminos singulos separans lineolis. Ecce prior (L. Land. App. p. 273, nr. 6): *Mormarch tudnred. † harodes eltguhebrie do. 7 soi. eliodo* (Mormarch, Tutnerth testes. et dedit Eltguobri deo et sancto Eliudo, possessionem usque ad hos terminos:) *di pul ir deruen* / *di cimer* / *di aper fenrus* / *di sermain ir carn* (leg. *bermain*, *birmain*, *hirm.?*) / *di bant buhine* / *di guveir hen lann* / *dir litir*

melin / *di maugles* (?) / *di rit bringui* / *di aper vsul* (?) / *di licat* / *di pul retin* : : : / *di aper*. Posterior (p. 274, nr. 7): *ostendit ista conrupsio* (i. e. conscriptio) *nobilitatem muinur med* (?) *diminih et mensuram eius. aper imer* / *di èguidmann* / *ditoldar* ⁊ *guoeliu uelan* (?) / *di rit cellfin* / *di lih omivr* / *di bir main* (leg. *hirmain*, ad longum lapidem?) *i bienidi*.

Constanti ergo in his iam usu *di* pro *do* vetustiore, quae non tenetur nisi in compositis glossarum vetustiorum, ut Oxoniensium: *doguomisur*[*am*] (mensuro, terram) 3ᵃ. *doguohintiliat* (gl. inceduus, i. e. ambulator) 5ᵇ, Luxemburgensium: *doguorennam* (gl. profundo), *douorinnom* (gl. austum, i. e. haustus), *douolouse* (gl. depromis). Atque in his ipsis habent *di* glossae Ox. *diguolouichetic* (proditus, i. e. ad lucem datus) 41ᵇ. *diguormechis* (testatus est) 22ᵇ.

Etiam aremoricam vetustiorem huius praepositionis formam DO in qualicunque positione comprobat descriptio finium agri cuiusdam vetusta chartularii Rhedonensis, data anno 821 aremorice, vocibus latinis paucis intermixtis (ap. Courson, pop. Brit. 1, n. 39): *ego Catuceten* ... *uendidi rem proprietatis meae id est de Ran riantcar* .., *finem habens a fine ran melan don roch do fosmatuuor cohito fos do imhoir ultra imhoir per lannam do fois fin rad dofhion dofinran haelmorin cohiton hi fosan dorudfos coihiton rudfos per lannam dofinran loudinoc pont imhoir. Haeldetuuid scripsit* (ad verbum: a fine partis, sortis, Melani ad rocam, ad fossam Matuori, secundum fossam ad ripam, i. e. rivum, ultra ripam per landam ad fossam finem partis Dofioni, ad finem partis Haelmorini, secundum eum ad fossulam, ad rubram fossam, secundum rubram fossam per landam ad finem partis Laudinoci ad pontem ripae; pro *rad dofhion* legendum sine dubio *ran d.*). Quae descriptio in alia charta, data a. 824, in paucis differens latine invenitur in eodem chartulario (ap. Cours. 1, n. 41): *pars Riantcar quae est a fine Ran Melan ad rocham, a rocha ad fossatam Matwor, a fossata ad ripam, ad ripa per landam ad finem Ran Dofion, secundum finem Ran Dohion et sortis Sulwoion usque finem Ran Haelmorin, per finem fossatellam usque ad rubram fossatam, per rubram fossatam usque ad pontem Loutinoc.*

Haec quoque praepositio *do*, *di* in recentiore lingua cambrica, excussa *d*, in formam Y transiit, in Leg. et Mab. frequentissimam, cum articulo YR, ut *y gei* (Caio), *yr neuad* (ad aulam), *yr gegin* (ad culinam). Sicut cum articulo eadem coalescit cum pronominibus infixis: *gwyr yw ymtat i oll* (sunt viri patri meo, patris mei, omnes) Mab. 1, 264. *ythdihennydyaw* (ad te interficiendum), *ynporthi ni* (ad nos nutriendos) 1, 14. 252. De redeunte *o* in coniunctione cum pronomine possessivo 3. pers. sing. supra (p. 390) dictum est. Eadem *y* post coniunctionem *a* (*ac*) in E transgressa invenitur: *y gildas uab kaw ae yscolheigyon y llys oll* (Gildae f. C. et viris doctis curiae omnibus) Mab. 2, 22.

E frequentissimis exemplis praepositionis cum pronominibus suffixis coalescentis quaedam. Sing. 1. pers.: *deu uab oed im* (duo filii erant mihi) Mab. 1, 33. *cam nys goruc ym* (malum non fecit mihi) 1, 240. *mawr y dywawt y gwr imi y vot ef* (magnum dixit vir mihi esse illum) 1, 7. *y kyuarchawd ef well ymi* (is salutavit me) 1, 4. *y medyant yssyd y mi* (potestas quae est mihi) 1, 7. 2. pers.: *bei nathybyckwn dyuot gormod o ovut itt. mi auanagwn itt* (si non putarem venturum nimium horrorem tibi, ego dicerem tibi) 1, 5. *diheu oed iti gei* (persuasum esset tibi, Cai) 1, 5. *ni ae dywedwn itti* (nos dicemus tibi eam,

narrationem) 1, 2. *hyn adywedaf ytti gei* (hoc dico tibi, Cai) 1, 4. 3. pers. masc.: *yr neb adylyei vynet yr neuad neu yr ystauell oe venegi idaw. yr neb adylyei letty oe venegi idaw* (si quis debebat ire ad aulam vel ad cubiculum, ad id monstrandum ei, si quis debebat ad conclave, ad id monstrandum ei, aderat portarius) 1, 1. Fem.: *yno ybu hi... yny oed amser idi* (ibi fuit ipsa, comitissa, donec erat tempus ei) 1, 20. Plur. 1. pers.: *dyuot tristit in agofal* (venire tristitia nobis et sollicitudo) 1, 33. *ae amser ynni vynet yr byrdeu* (estne tempus nobis ire ad mensas?) 1, 11. 2. pers.: *mi ae talaf ywch* (ego id solvam vobis) 1, 278. *aphei mynnewch chwi... miui aawn y chwi* (atque si velitis vos, ego eam ad vos, contra vos) 1, 35. 3. pers.: *y uenegi moes y llys ae deuawt udunt* (ad monstrandum morem aulae et eius ritum eis) 1, 1.

Cornice DHE (pro *de*, p. 199), aremorice DA (item hodie, venetice tamen *de*) profertur pro cambr. *di*, *y*, quibus formis omnibus subiacet primitiva *do*, *du*.

Corn.: *Ihũ c̃st mur gerense ȝe vab den a ȝyswеȝas* (I. Chr. magnum amorem filio hominis monstravit), *ȝe adam kewsys* (ad Adamum dixit) P. 5, 1. 6, 3.

Praepositionis iunctae articulo *ȝen* exempla supra prolata sunt (p. 219). Ante *m* pronomen possessivum 1. pers. infixum servari videtur *o* vel *u* praepositionis primitivum: *why a theth ȝym... thom kemeres ȝom syndye ȝom peynye* (vos venistis ad me ad me capiendum, violandum, torquendum) P. 74, 3. *gallus nyngese kemmen ȝom cara na ȝom sensy* (nulla erat potestas me accusandi vel tenendi; cf. mox: *ow ȝas rom growntyas ȝewy*, pater meus tradidit me vobis) 75, 2. *ȝum comfortye* (ad confirmandum me) 55, 1. Sed alibi subiungitur pronomen absolutum, ut 61, 4: *thov hemeres*; cf. p. 388.

Formulae cum pronominibus suffixis. Sing. 1. pers.: *ȝym na as troys na leyff na vo golhys* (mihi ne siveris pedem aut manum ut non lavetur) P. 46, 4. *why a theth ȝym* (venistis ad me) 74, 1. *te a ve ȝym danvenys lavar ȝymmo ȝe honon* (es ad me missus, dic mihi tu ipse) 101, 3. 4. *moy a mynnen ȝymmo pesy* (plus si vellem mihi petere) 72, 4. 2. pers.: *par del won lauaraff ȝys* (sicut scio, dicam tibi) 8, 1. *lowene ȝys a vester* (laetitia tibi, o magister) 65, 2. *'ha ȝeso y tanvonas* (et ad te misit) 116, 1. 3. pers. masc.: *y fe danvenys... eleth dy* (sunt missi angeli ad eum), *y fe danuenys el ȝoȝo* (est missus angelus ad eum) 18, 4. 58, 2. *in ny wreth dyffry doȝo a berveth yn crows cregy* (nonne iubebis indubitanter eum in cruce suspendi?) 146, 3. Fem.: *yn meth c̃st ȝyȝy* (dixit Chr. ad eam, mulierem) 34, 2. *comfort ȝyȝy y map a vynnas dygtye* (solacium ei, matri, filius eius voluit praebere) 199, 4. Plur. 1. pers.: *yma dew ȝyn parys* (duo sunt nobis parati, gladii) 51, 3. *ny reys ȝynny* (non necesse nobis) 94, 4. 2. pers.: *me a ra ȝeugh spedye ow cafos c̃st* (ego faciam vobis, ut prosperetis capientes Christum) 39, 2. *me re beghas ihũs ȝewy ov querȝe* (peccavi ego Iesum vobis vendens) 104, 2. *kentrow ȝewy why ny fyll* (clavi vobis non deerunt) 158, 1. 3. pers.: *del yrghys ihũs ȝeȝe* (ut mandavit I. eis) 28, 1. *wy a yll gull da ȝeȝe* (vos potestis facere bonum eis, pauperibus) 37, 4.

Arem.: *da heul... a grif sider da yuerdon* (te sequar laete ad Hiberniam) Buh. 14, 6. *monet da demetri* (ire ad Demetiam) 30, 1. *den da perchen nem gouleno* (nemo ad dominum, ut dominum me poscet) 6, 9. *petra eo da doe guir roen* (quae res est deo vero regi?) 6, 1.

Cum articulo: *deomp dan ker* (eamus ad urbem) Buh. 42, 1. *quae dan oferen* (i ad missam) 26, 21. *heman so dan tut burzut pur* (hoc est populo merum miraculum) 46, 10. *renonce dan bet* (renuntiare mundo) 20, 9. *an maru off dan traou man* (mors sum huic valli) 10, 3. Eadem iunctio est cum pronominibus possessivis infixis 1. et 2. pers. sing. *dam*, *daz*; absorbetur autem vocalis praepositionis in ceteris, 3. pers. sing. *de*, plur. 1. pers. *don*, 2. pers. *doz*, 3. pers. *do*, quorum exempla videas supra (pp. 389 sqq.).

Saepe coniuncta cum superlativis efficit adverbia, ut: *da bianhaff*, *da bianhaf* (minimum, saltem) MJ. 46b. 192b. 193a. *da quentaf* (primum) 70a etc.

Cum pronominibus suffixis. Sing. 1. pers.: *dre ma hunfre dif ez e reuelet* (per somnium meum mihi est revelatum) Buh. 30, 10. *duet eo diff consol* (venit mihi solacium) 12, 22. 2. pers.: *dit me a gra spes oreson* (ad te facio valde orationem) 50, 5. *so dleet dit* (est debitum tibi) 70, 6. 3. pers. masc.: *lauar dezaff* (dic ei) 2, 8. *maz duy dezaf squient* (ut redeat ei scientia) 58, 7. Fem.: *mo goestlas dezi alies* (ea spopondi ei saepe, Nonitae) 158, 14. *me gray dezy spes opressur* (faciam ei oppressionem, Nonitae) 92, 7. Plur. 1. pers.: *an pez so ret deomp* (res quae est necessaria nobis) 60, 20. 2. pers.: *me compso dich* (dicam vobis) 18, 24. *doe ra roy deoch* (deus det vobis) 16, 4. *ret eo deoch* (necessarium est vobis) 38, 17. *peuch a pedaf deoch huy* (pacem peto vobis, pro vobis) 80, 5. 3. pers.: *ez roaz dezei e corff glorius* (dedit iis corpus suum gloriosum) MJ. 19b. *palamour deze* (per amorem erga eos, eorum causa) 29b. *lavar deze* (dic iis) 214b. *me ya dezo querz da guerzaf* (eo iis venditum), *hac en rento ... dezo* (et eum reddam iis) 18a.

TROI, TRUI (= *trê*, p. 96, hib. *tre*, *tri*, per), cambrica forma, cuius scriptio recentior est *trwy*, vel destituta tenui *drwy*. Exempla vetustiora: *troi enmeituou* (gl. per nutus, accipienda nota) gl. Ox. 38ᵇ. In descriptionibus libri Land. passim: *truy uisc* (per Iscam, fluvium) 127. *trui i coit*, *trui ir coit* (per silvam) 116. 152; 157. 232 etc. In Mab.: *y kerdawd racdaw trwy y ryt yny welas y gaer* (progressus est per vadum, donec vidit urbem) 1, 33. *ar hynny owein adrewis dyrnawt ar y marchawc trwy y helym ... athrwy y kroen ar kig ar asgwrn* (deinde O. feriit plaga equitem per galeam, ... et per cutem et carnem et os) 1, 13. *dodi aoruc y marchawc arllost y waew drwy awwynffrwyn vy march* (posuit eques lignum hastae suae per frenum equi mei) 1, 10.

Praepositionis huius coniunctae cum pronominibus suffixis exempla rariora sunt. In libri Land. descriptionibus finium 3. pers. sing. forma nuda: *bet gebenni trio di aper nant maur* (usque ad G. fluvium, per eam ad os vallis magnae) 116. *dir main tillauc dir cruc dir cruc arall dimynui mynugui truio di aper nant cum cinreith* (ad lapidem T., ad collem, ad alterum collem, ad M. rivum, per eum, per M. ad os vallis C. C.) 187. Forma aucta in Mab.: *yny delych yr koet y daethost trwydaw* (donec venis ad silvam per quam venisti) 1, 6. *ti awydost kynnedyf yr auon. ny eill neb vynet drwydi* (tu scis habitum fluvii, nemo potest transire per eum; *auon*, fem.) 3, 94.

Cornice et aremorice pro primitiva forma TRE in recentiore lingua semper invenitur DRE. Vetustior arem. *tre*, respondens tamen hib. *tar* (trans), extat in nomine regionis aremoricae *Poutrecoet* in chartulario Rhedonensi, quae in eodem latine dicitur *pagus trans silvam* (cf. p. 137).

Cornica exempla: *dre an golon may ȝese* (ut per cor penetraret) P. 218, 4. *dre gleȝe a veughe dre gleȝe yfyth leȝys* (gladio qui vivet, gladio occidetur) 72, 2. *dre y skyans bras. dre y ȝadder* (per scientiam suam magnam, per bonitatem suam) 3, 2. 3. *dry vur cheryte* (per magnam caritatem) 35, 1. Ceterum cf. infra *der* et *dris* idem significantia.

Cum pronominibus suffixis (quae intromittunt ȝ) formulae quaedam: *bryny han er moy drethof a vyth hynwys* (cornices et aquila amplius per me nominantur) O. 134. *drethos y fythyn sylwys* (per te salvabimur) D. 287. *dreȝo cist may fe bresys* (per eum, Caipham, Christus ut iudicaretur) P. 88, 3. *an avell deveȝys dreȝy* (pomum quod venit per eam, arborem) 152, 4. *may hylly yn ta kerthes ty hath pobel ol drythy* (ut possis bene ire tu et omnis tuus populus per eam, aquam) O. 1668. *dreȝough why beȝens leȝys* (per vos occiditor) P. 142, 3. *gans kenter gnyskis dreȝe* (clavo acto per eos, pedes) 179, 4.

Aremorica: *dre* ('per') Cath. *dre caret doe*, *dre caret doue* (per amorem dei) Buh. 68, 17. 70, 17. *an ancou so duet dre splet an pechedou* (mors quae venit per multitudinem peccatorum) 10, 2. *dre ma le* (per fidem meam) MJ. 223b. *drese* (per hoc, igitur) 66b. 94b. Cum sequente articulo vel pronomine modo conectitur modo separatur scriptione: *querzet dren bro* (proficisci per terram) Buh. 2, 6. *me aielo prest dren forest man* (ibo cito per hanc silvam) 34, 15. *dram fez* (per fidem meam!) 158, 9; sed etiam: *me aia breman dre an bro* (eo nunc per regionem) 6, 12. *deomny tizmat dre an coatdou* (eamus nos illico per silvas) 32, 19. *dre ma hun*, *dre ma hunfre* (per somnum, per somnium meum, video) 4, 18. 30, 10.

Ante pronomina suffixa intromittitur *z*: *me so certes en esmoa dreizaf* (sum certo in perturbatione eius causa) MJ. 116a. *dreizi doe ha devy a supliaff* (per eum, fontem, ut saner, deum et Davidagium oro; ed. *dreizif* vitiose, violata consonantia cum *guelhy*) Buh. 106, 27. *me so ... dreizoch meurbet morchedet* (sum propter vos valde contristatus) MJ. 50b. *pe re dreize ... dan maro glas en leuzras hastif* (qui propterea ad mortem atrocem eum miserunt) 207ᵃ. Hodie *drezoun* (per me), *drezoud* (per te) etc., trecorice tamen *dreizoun* etc.

Cornicae dialecti propria est praep. (an eiusdem forma?) RE (per) in formulis iurandi: *re dev an tas*, *re dev tas* (per deum patrem) O. 1919. 2274. *re iovyn* (per Iovem) O. 1532. *re synt iouyn*, *re synt iovyn* (per sanctum I.) R. 349. D. 368. Cum pron. possessivo: *rum lewte*, *rum lowte*, *rom laute*, *rom lowta* (per fidem meam) P. 116, 3. 157, 3. O. 611. D. 94. Cr. 1201.

2. Praepositiones monosyllabae desinentes in consonas, inchoatae a vocalibus: *o* (*oc*), *ar* (*er*), *yr*, *in*, *is* et *uch*, *ac* (*a*), *ach*, *at*, *am*.

O (hib. *á*, *as*?) etsi cambrice tam ante consonas, quae in recentioribus libris destituuntur, quam ante vocales invenitur, cum articulo OR, nec nisi interdum ante pronomina a vocalibus inchoata servat formam OC, hanc tamen *c* radicalem putare iubemur forma aucta *ohon* (*h* = *x* gall., p. 125). Respondet tam latinis praepp. *ex*, *ab*, *de*, quam lat. genetivo vel ablativo sine praepositione. Cum dialectis et cornica et aremorica consentit L. Land., quatenus coniunctae praepositioni *di* (pp. 662. 672) praemittit *a* (Mab. *o-di*).

Exempla vetustiora: *o ceenn* (gl. murice, tincta lana), *o corsenn* (gl. arundine, praecinctus) gl. Ox. 40ᵃ. *o coilou* (gl. auspiciis, patris arma movebis) 39ᵃ.

o cloriou (gl. tabellis, sparsa) 38ᵃ. *o guiannuin* (gl. vere, prius volucres taceant) 40ᵇ. *o olin* (gl. rota, meta terenda) 37ᵇ. *ocrit* (gl. timore, leg. tremore), *o glanstlinnim* (gl. famine sancto), *o guiled* (gl. pudore), *o isel* (gl. ex humili) Cb. 5. *o pen claud*, *o rit*, *o aper* etc. (ab initio fossae, a vado, a confluxu usque ad ...) fq. in descript. fin. L. Land. Exempla e Mab.: *o gordwal brith* ... *o asgwrn moruil* ... *o eur* (e corio variegato, ex osse beluae marinae, ex auro, confectae res) 1, 3. *ar dyd hwnw ar nos honno atreulassant drwy dogynder ogerdeu. ac amylder o anregyon wirodeu. alluossyd o waryeu* (et diem et noctem illam transegerunt per abundantiam cantuum et varietatem oblatarum potionum et multitudinem ludorum), *drwy diwallrwyd o bob peth* (per plenitudinem omnis rei) 2, 27. 29. *peir yn llawn o swllt iwerdon* (lebes refertus pecunia Hiberniae), *oed digawn odrwc* (erat satis mali) 2, 240. 242.

Praepositio coniuncta articulo: *o caitoir hac or achmonou* (gl. pube inguinibusque, premit rabidos canes) gl. Ox. 41ᵇ. *or dometic* (gl. domito, quod defuit orbi) 39ᵃ. *or garn* (gl. medio, instita tegis pedes) 37ᵃ. *or cled hin*[*t*] (gl. limite laevo), *ordrissi* (gl. de tribulis), *or guithlaun tal* (gl. fronte duelli) Cb. 26. 27. 51. *or ford*, *or onnen*, *or auallen* etc. (a via, a fraxino, a malo) fq. in finium descriptionibus L. Land. *parc teccaf or byd* (hortus pulcherrimus mundi) Mab. 1, 27. *gwein yn llawn or dwfyr* (vagina plena aquae) 2, 246. Eadem iuncta cum pronominibus possessivis: *ni deuthum i yma om gwlat yr gwreicka* (non veni ego huc e regione mea ad ducendam uxorem) Mab. 1, 272. *meibon a gafas omhanuod* ... *ombod* (pueros sumpsit non e voluntate mea, e voluntate mea), *dewis di ae oth vod ae oth anvod* (elige tu aut e voluntate tua aut contra voluntatem) 1, 34. 242. *adywedy di ymi dim oth negesseu* (dicesne tu mihi aliquid de negotiis tuis?) 3, 20.

Ante pronomina inchoata vocalibus vel eadem forma invenitur: *na duc dyn eneit vy arglwyd i oe gorff namyn y gwr hwnn* (quod nemo abstulit animam mei domini ex corpore eius nisi hic vir) Mab. 1, 20. *ny wdam ni dim oe henryuedodeu hi* (nescimus nos quidquam de miraculis illius, castri) 1, 292; vel plenior *oc*: *dim oc awch da nys mynnaf* (rem de vestro bono nolo) 1, 272. *a difflannu aoruc owein oc eu plith* (et disparuit O. ex eorum medio) 1, 15. *eu harglwyd a gollyssynt. a llawer oc eu goreugwyr* (et dominum suum amiserunt et multos ex optimis suis viris) 3, 196.

Pronomina personalia suffiguntur formae auctae OHON (in libris saepius separatae *o hon*, non bene). Sing. 1. pers.: *menegi ohanafi ytti dy afles. am uenegi ohonafi ytti dy les* (dici a me tibi detrimentum tuum, propter monstratum a me tibi commodum tuum) Mab. 1, 6. 19. 2. pers.: *am lad ohonat titheu y gwr priawt hi* ... *mynet ohonat y lys arthur* (ob occisum a te ipsius maritum,.. pergi a te ad aulam A.) Mab. 1, 249. 3. pers. masc.: *adnabot aoruc* ... *rygaffel dyrnawt anghenawl ohonaw* (animadvertit, se accepisse plagam letiferam ab eo, Oweno) Mab. 1, 13. Fem.: *clybot ohonei hitheu eutrwst hwy yndyuot. redec ohonei yn eu herbyn o lewenyd* (audiri ab ipsa, muliere, illorum gressus venientium, curri ab ea obviam iis propter laetitiam) Mab. 2, 216. 217. Plur. 1. pers: *yna ymlad awnaem ninneu y maen. ar neb auei drechaf ohonam a gaffei y maen* (tunc pugnemus nos de lapide, et qui sit fortissimus e nobis, capiat lapidem) Mab. 1, 277. 2. pers.: *un ohonawch chwi am kymero i* (unus e

vobis sumat me) Mab. 1, 21. 3. pers.: *ractal eur am penn pob un ohonunt* (frontale aureum circa caput uniuscuiusque ex eis) Mab. 1, 3. *or diwed tewi ohonnunt* (tandem taceri ab eis) 1, 248. Contrahitur tamen in *on*, si sequitur *d*, ut oriatur forma aucta ONAD (disiuncta ipsa quoque interdum): *apheis o bali melyn am bop un onadunt* (et tunica e panno flavo circa unum quemque ex eis, pueris) Mab. 1, 3. *tegach yr hacraf onadunt hwy nor vorwyn deckaf* (formosior maxime deformis ex illis, puellis, quam puella formosissima), *achwech onadunt agymerth uy march... achwech ereill onadunt agymerth vy arueu* (et sex ex eis sumpserunt equum meum, et sex liae ex eis sumpserunt arma mea) 1, 4.

Cornice et aremorice haec propositio est A, destituens sequentes consonas, eiusdem usus, cuius est cambr. *o*, significans locum, tempus, causam etc., vel respondens genetivo et ablativo latinis post substantiva, adiectiva, verba. Auctae igitur pronominibus suffixis formae sunt corn. arem. AHAN, corn. ANETH, arem. ANEZ.

Exempla cornica simplicis formae: *wy abys a levn golon* (vos rogo e pleno corde) P. 1, 1. *may wrellons... a lena aga dry* (ut ferant eos ex eo loco) 229, 4. *meur a bobyll ganse a ȝyghow... hag a gleth* (multum populi cum iis a dextera et a sinistra) 97, 3. *meur a beyn a woȝevy* (multum doloris tolerabat) 54, 1. *glan off a woos an dremas* (purus sum a sanguine viri probi) 149, 2. Cum articulo: *an vghelder may ȝese* (ex altitudine ubi erat) 5, 2. *y feȝaff tregis an barth dyghow* (morabor a parte dextera) 93, 3.

Praemissa adiectivis eadem praepositio adverbia efficit: *notye drys an wlas ... a ogas hag a bell* (notificare per terram prope et procul) P. 249, 3. *a ȝesympys* (subito, statim) 28, 1. 81, 2. 84, 2. 85, 3. 88, 2. 98, 4. (105, 3.) 118, 3. 143, 4. 247, 4. *abell* (e longinquo, procul) 77, 2. *a bell ȝe worth an gwyr afye* (procul a vero aberrabant) 203, 4. Ante alias praepositiones: *a rag guris colmenow* (a fronte facti nodi) 131, 3. *ha glv A rag hag a denewen* (audi a fronte et a latere) O. 2063. *ymons a rag pel gyllys* (porro iverunt longe) O. 1636.

Formae auctae praepositionis cum pronominibus suffixis: *arluth pan dyffy ȝet pow predery ahanaff gura* (domine, cum venies in regionem tuam, memento mei) P. 193, 2. *ahanas ythew scrifys* (de te est scriptum) 14, 2. *ahanan ny vyth onon* (e nobis non erit quisquam) D. 772. *onan ahanough haneth rum guerthas thom yskerens* (unus e vobis hac nocte vendidit me inimicis meis) D. 736. *anotho y gerhas y eneff* (ab eo abstulit eius animam) P. 106, 4. *may rollo bres aneȝy* (ut ferret iudicium de ea, mulierem adduxerunt) 32, 2. *y wreg ȝe re aneȝe mos ȝen dre* (iussit aliquos ex eis ire in vicum) 27, 2. *an prennyer ... ȝe wuȝyll crous aneȝe* (ligna ad faciendam crucem ex eis) 151, 4.

Exempla aremorica: *duet a lech se na daleet* (venite ab hoc loco, ne tardaritis) Buh. 138, 11. *ma querent so tut ... fier a britonery a noblanc a ti piuisic* (parentes mei sunt homines illustres e Britannia, nobiles, e domo divite) 36, 23—38, 1. *a pell amser a het pemdec bloaz* (e longinquo tempore, e spatio quindecim annorum; *a het*, e longitudine, iam inde a) 12, 15. 16. *a trugarez doe* (a misericordia, per misericordiam dei, sanatus) fq. *den bras den a choas hac a stat* (homo amplus, homo electus et nobilis, germ. von stande) 28, 23. *me so den a laes* (sum cultor legis) 150, 1. *da gouzout petra a mat a gra* (ad sciendum quid boni faciat) 18, 20. *francq a pep anequen* (liber omni dolore)

198, 21. *leun a iechet ha a pep quenet* (plena sanitatis et omnis venustatis) 46, 5. 6. *cals a souzan, cals a ancquen* (multum curae, doloris) 16, 18. 130, 19. *a pep lech* ('undique'), *a pep tu* ('hinc inde', i. e. ab omni parte) Cath. Cum articulo: *an knech dan tnou* ('deorsum') Cath. *vnan an sent* (unus e sanctis) Buh. 4, 6. *an lech hont* (ex illo loco) 2, 4. *an bet man* (ex hoc mundo) 202, 15. MJ. 130 a.

Pleniorem formam *ac* sive potius *ag* mollita tenui servarunt Veneti ante articulum et pronomina possessiva vocalibus inchoata.

Cum adiectivis interdum efficit adverbia: *me aya a berr* (eo brevi) Buh. 10, 21. *me a soing a scler* (video clare) 10, 23. *mir a cren* (serva omnino) 62, 4. *a pell* ('de longe, eminus'), *a tost* ('cominus') Cath. Ante alias praepositiones: *monet arauc* ('antecedere') Cath. Accedente praep. *di*: *duet off diapell* (veni e longinquo) Buh. 38, 7; vel tripliciter (*a-di-a*): *a diabell mmemeux sellet* (dudum studui) 156, 16.

Formae auctae: *ne sourci glan nep vnan ahanoff* (non laborat omnino quisquam de me) Buh. 118, 19. *ahanot voe ez coezas donet* (ex te accidit ut venires, tua sponte venisti) MJ. 86 a. *unan gardis am traysso ahanoch* (unus e vobis me prodet audacter) 57 b. *anezaff eo ez groaff fae* (de eo, eius, ludibrium facio) Buh. 172, 22. *dan buhez anezaff, an becq anezaf* (vitae eius, acumen eius) 48, 10. 152, 14. *ez dle bezaf fez anezy* (debet esse fides de ea, eius, crucis) 154, 21. *greomp an guirionez anezi* (faciamus veritatem eius, legis) 156, 23. *nem boe quet dram fez anezeff* (leg. *aneze*? non fuit mihi quidquam eorum per fidem meam) 158, 9. *an drouguiez aneze* (malitia eorum) MJ. 22 b. Congruunt hodiernae formae: *ac'hanoun* (ven. *ac'hanon*), *ac'hanod* (*ac'hanoud*), *ac'hanomp*, *ac'hanoc'h*, contra *anezhañ* (trec. cornug. *anehañ*, ven. *anehoñ*), *anezhi* (*anehi*), *anezho* (*anehe*). E priore forma adverb. quoque prodit *ahanen* (hinc, ex hoc loco), de quo supra (p. 620).

Eadem praepositio saepius subiungitur praepositioni sive adverbio EUX, qua formula (*eus a* Man., *eûz a* Leg., *us a* Dum.) hodierna quoque lingua genetivum significat: *eux a breiz* (e Britannia) Buh. 8, 16. *eo goall comps sotony eux a Rigoall* (est malum dicere falsum de R.) 166, 20. *eux a dour exint diffournis* (aqua sunt privati) 190, 27. Cum articulo: *eux an bro man* (ex hac regione) 6, 5. Omissa praepositione *a*: *nem boe netra eux e madou* (non fuit mihi quidquam e bonis eius, bonorum eius) 170, 3.

AR (hib. *ar*) cambrice in vetustioribus tantum libris ut Land. servata hac forma disparatur a praep. *guar* (*guor*, corn. arem. *war*, *oar* = hib. *for*), postea utraque permisceri solet sicut eaedem praepositiones in hib. hod. *ar*. Quare exempla huius formae e Mab. infra proferentur.

Exempla servatae propriae significationis localis e libro Land.: *ir ford ar trodi, ir rit ar trodi, rit iguein ar trodi* (via, vadum ad Tr., vadum I. ad Tr., fluvium) 192. 218. *penn ir claud ar uisc* (initium fossae ad Iscam) 216. Mutatae significationis exemplum e Mab.: *nys ry ef oe uod nac ar werth nac yn rad* (non dabit is eum, gladium, sponte nec pretio nec ut donum) 2, 227.

Plerumque tamen praepositiones latinas *propter*, *per*, *pro* significare solent propriae formae cambricae ER (vulgata forma hod.) et YR, frequens in Mab.

ER: *menegi y arthur mae mi ath vyrywys er enryded gwassanaeth idaw ef* (dicere Arthuro, debes, esse me qui vicerim te propter honorem servitii ipsius)

Mab. 1, 244. *yn ofnawc eryneigus* (timida propter negotium suum) 2, 46. De tempore in postrema narratione recentiore: *er ys mis* (per mensem, mense abhinc) Mab. 3, 334. De infecta *eir* in formulis *eirmoet, eiryoet* supra actum est (p. 616).

YR: *menegi idaw mae mi ath vyrywys yr enryded a gwassanaeth y arthur* (dicere ei esse me qui vicerim te honoris causa et ministerii Arthuri) Mab. 1, 249. *medwl arall ae kyffroes ynteu nat yr medwl ymdanaw ef ydywedassei hi hynny. namyn yr ystyryaw karyat ar wr arall* (cogitatio alia expergefecit illum, non propter cogitationem circa ipsum dixisse eam, uxorem, hoc, sed propter amorem in alium virum) 2, 35. *yr awelych nac yr aglywych arnafi. nac ymchoeldi dracheuyn* (propter quod videris nec propter quod audiveris circa me, noli reverti) 2, 36. *ac yr duw ac yr dy syberwyt pwylla wrthaw* (propter deum et propter honestatem tuam, miserere eius; *yr duw*, per deum, obsecrandi formula fq.) 1, 270. *oes obeith gennyt ti ar gaffel dy ellwng ae yr eur ae yr aryant ae yr golut pressennawl. ae yr catwent ac ymlad* (num spes tibi, te consecuturum dimissionem tuam aut per aurum aut per argentum, aut per donum pretiosum, aut per pugnam et contentionem?) 2, 234. *nas rodwni euo ettwa yr y pallfrei goreu* (non darem ego illum pro optimo equo, equum meum) 1, 10. *welydi yma yti bwyth yr ireit bendigedic* (ecce tibi hic remuneratio pro unguento benedicto) 1, 30. *yr rydit idaw yrodes hanner y gyfoeth ehun* (pro libertate dedit ei dimidium imperii sui ipsius) 1, 30. De tempore: *ny weleis yrmoet y gyfryw* (non vidi mea aetate eius similem) 2, 7; saepius tamen *eirmoet*, vid. supra.

Cum pronominibus suffixis formulae (hod. *erof* etc.): *yrofi a duw drwc y medrwist* (per me et deum, malum perpetrasti), *ac yr duw ac yrof ynneu par di* (propter deum et propter me, cura tu!) Mab. 1, 267. *yr duw ac yrof inheu* (per deum et me ipsum) 3, 209. *na rodaf yryfi a duw* (non dabo per me et deum) 1, 265. *yrot ti mi abwyllaf ac arodaf y eneit idaw heno* (propter te ego miserebor et dabo ei vitam hac nocte) 1, 270. *os oth uod y gwney ditheu yrofi. kyssondeb tragywyd diwahan auyd yrom tra uom vyw* (si sponte tu facies mihi, connubium perpetuum inseparabile erit nobis, quam diu erimus vivi; cf. hib. vet. *airibsi, airriu*, vobis, eis, p. 624) 2, 46. Cum *d* 3. pers.: *nyt gwerth arnaw ef dim. na vynnaf . . . vn gwerth yrdaw* (non pretium in illo ullum, non valet quidquam. nolo ullum pretium, sumere, pro eo) Mab. 3, 158. *iawn yw idaw coffau ymi ac yr wreic honno awnaethom yrdaw* (iustum est ei reminisci mihi et mulieri huic quod fecimus pro eo) 3, 35. *kyuarth arodei yr kwn heb gilyaw yrdunt* (stetit contra canes, non rediens propter eos, ursus) 3, 150.

Cornica ER e propria significatione locali: *er an treys me an kyldes* (per pedes eum demittam) R. 2082. *an caffen er an ascal yn toulsen* (si eum caperem, per axillam eum iacerem) R. 290. *kymereugh er an thyo baw* (corripite per pedes) R. 2076. *crog rom bo er an thewen* (suspendium patiar per maxillas) O. 2651 — cf. *erbyn* (obviam) infra inter praepp. nominales — saepe transfertur, ut respondeat cambr. *er, yr*: *cous er the fyth* (loquere per fidem tuam) O. 1441. *lauar thymmo er the feth* (dic mihi per fidem tuam) O. 676. *leuereugh er agas fyth* (dicite per fidem vestram) R. 2027. *dun ganso er y anfus* (veniamus cum eo propter eius malitiam) D. 1501. *guyn aga beys er bones* (candida earum sors quia sunt) D. 2650.

Aremorica exempla non invenimus.

IN, YN (hib. *in*, *i*, in) in cambricis libris recentioribus *n* mutat ante consonas secundum praecepta (p. 117), in vetustioribus saepius omittit tam ante consonas quam vocales.

Exempla cum intellectu hib. *in* cum dativo: *dierchim tir telih. haioid ilau elcu f. gelhig* (ad poscendam terram T., quae erat in manu E. filii G.) Cod. Lichf. (App. L. Land. p. 271). *dir main i cecin ir alt* (usque ad lapidem in dorso saltus) L. Land. 186. *yn ynys prydein* (in insula Britannia), *yn lle arall* (alio loco) Mab. 1, 4. 5. Cum sensu motionis in locum factae vel ad tempus: *grefiat guetig nis min i tutbulc hai cenetl i ois oisou* (notarius postea non surget in T. et genus eius in aetatem aetatum, in perpetuum) Cod. Lichf. l. c. *aper caruan i ciuer diued* (influxus C. fluvii in C. D. fluvium) L. Land. 117. *crafnell bet pan discynn yn uisc* (Cr. rivus, donec incidit in Iscam), *guy nyhyt hit pan discynn yn hafren* (G. secundum eum, donec incidit in Sabrinam) 127. *aper finnaun doudec seint yn linn syuadon* (ostium fontis duodecim sanctorum in stagnum S.) 138.

Ante articulum: *in ir guorimhetic* (gl. in arguto, foro) gl. Ox. 38ª. *guar ir hennrit issid ar i frut in ir coit maur* (super vetus vadum quod est ad fluvium in silva magna) L. Land. 70. *ar hit i nant du dirguairet bet pann discin inidair cin circhu taf* (secundum fluvium nigrum deorsum donec cadit in terram antequam pervenit in T. fluvium) 247. *gweison ynsaethu yny lle y gwelsei gynon* (pueri sagittantes eo loco, ubi viderat C.), *ygweisson yn saethu yn yr un lle* (pueri sagittantes eodem loco) Mab. 1, 12. 22.

Formulae cum pronominibus suffixis: *a chymryt tristit agoucileint awneuthum ynof am hynny* (et sumere tristitiam et sollicitudinem coepi in me de hoc) Mab. 1, 5. *na welsam eiryoet vilwryaeth yn wreic kymeint ac ynot ti* (quod nunquam vidimus ferociam in muliere tantam quantam in te) 3, 29. *kawc aryant adwfyr yndaw* (lanx argentea et aqua in ea) 1, 15. *ar ffonn hayarn adywedassei y gwr y mi uot llwyth deuwr yndi. hyspys oed gennyfi uot llwyth pedwar milwr yndi* (et clava ferrea, in qua dixerat vir mihi esse pondus duorum virorum, persuasum mihi erat esse pondus quattuor militum in ea) 1, 7. *kawgeu aryant adwfyr y ymolchi yndunt* (lances argenteae et aqua ad lavandum in eis) 1, 5. *gwedy ryuynet gwylltineb yndunt* (cum redisset feritas in eas, capreas) 1, 236. Cum ceteris personis formulae hodiernae *ynom*, *ynoch*.

Cornice IN, YN: *yn kyg yn goys ow pewe* (in carne, in sanguine vivens) P. 256, 4. *yn le may then* (quo loco eram [quo ibam]) 79, 3. *dowr ha goys yn kemeskis* (aqua et sanguis in mixtione) 58, 4. *yn neff tregys*, *yn nef tregis* (in caelo moratus) 7, 2. 93, 3. Abiecto *n* cum pronomine possessivo infixo: *me a veth ... yth seruys* (ego ero in servitio tuo) 49, 1.

Cum pronominibus suffixis: *ow colon ynnof a ter* (cor meum in me frangetur) R. 707. *nynsus fout ynnos guelys* (non est vitium in te visum) O. 2293. *ynno fest luhas tol ... a ve tellys* (in eo, capite, permulta foramina sunt forata) P. 133, 4. *ynno me ny gaffe scyle vas* (in eo non inveniebam causam iustam) 142, 4. *an ioul ynno re drecse* (diabolus in eo insederat) 47, 4. *an grayth ynhy ese* (gratia quae erat in ea, matre Iesu) 222, 4. *han grous a ve drehevys ha lhûs fasteys ynny* (et crux est erecta et Iesus fixus in ea) 184, 1. *vn*

ethow . . . a wyskis kenter ynhy (Iudaeus clavum impulit in eam, manum) 182, 2. *a nynsese ynnon ny agan colon ow lesky* (nonne erat in nobis cor nostrum ardens?) R. 1321. *han corfow esa ynne* (et corpora quae erant in iis, sepulcris) P. 210, 2.

Aremorica eiusdem praepositionis forma duplex est, EN vel E. Illa ante vocales potissimum usurpatur: *en hol mandamantou* (in omnibus mandatis) Buh. 62, 5. *en hanu doe, en hanu an tat* (in nomine dei, patris) 180, 3. 15. *en un lech pennac* ('alicubi') Cath., vel una articulum continens: *en calon . . pan soingaff* (in corde cum cogito) Buh. 8, 1. *collet en bet man* (perdita in hoc mundo, opera mea) 4, 15. *en bro a vezo bras* (in terra erit magnus) 86, 24. *en breis man* (in hac Britannia) 84, 15. 88, 13. *do quelen en enesen man* (ad docendum in hac insula) 6, 22. *en manyer man* ('ita, itaque') Cath.; tamen etiam ante consonas, ubi de articulo non sit cogitandum: *en faeczon arall* ('aliter'), *en manyer arall* ('alioquin'), *en pep lech* ('ubique'), *enquichen* ('tenus, prope, iuxta') Cath. *en creis ma calon* (in medio corde meo) MJ. 25b. *en nep faeczon* (ullo modo) 88a. Quamquam frequentior hic est forma E: *equichen* ('iuxta') Cath. MJ. 99b. *ma mir e pep lech oz pechet* (serva me omni loco a peccato) Buh. 16, 14. *den bras e keretic* (homo amplus in Ceretica) 28, 24. *guirion e bro bretonet, santel e bro Breton* (iustus, sanctus in terra Britannorum) 44, 16. 48, 3. *e breiz ysel* (in Britannia inferiore) 100, 8. 206, 17. *beuaf real e lealtet* (vivam omnino in legalitate) 28, 15. Item post verba motionis: *en maes* ('extra', foras) Cath. Buh. 56, 17. 60, 11. *en ty he digacc a griff* (in domum eam ducere volo) 24, 1. *duet breman en leandi* (venite nunc in conventum) 38, 4. *duet mat ouch huy en abaty hac en ty man* (bene venistis vos in abbatiam et in domum hanc) 186, 6. *off duet e buhez* (veni in vitam) 14, 1. *monet voar mar e bro arall* (proficisci mari in aliam terram) 4, 23. *coezet off e gou ha souzan* (incidi in errorem et angorem) 4, 16.

Ante pronomina possessiva: *trost eo em brut em studi* (cecidit in animum meum, in studium meum) Buh. 20, 2. *euel vn merch en he guerchdet* (ut puella in virginitate sua) 18, 8. *em coff* (in utero meo), *en ho coff* (in utero vestro), *en ho calon* (in corde vestro) MJ. 24a. 23b. 25a.

Cum pronominibus suffixis: *henoz ez vihet . . . enouf me scandalizet* (hac nocte in me scandalizabimini) MJ. 63b. *dalch clos dez nos an propos so ennot* (serva firme die nocteque propositum quod est in te) 14b. *bout enode ne dlehe quet* (esse in te non debebat) 149b. *pouls enhaf hoant* (excita in eo desiderium) Buh. 86, 10. *ennaff breman eo ema[n] goall* (in eo nunc est iniuria) 166, 19. *deomp cren bed enhaff* (eamus protinus ad eum), *duet euel hen bedec enhaff* (venite ergo ad eum) 184, 1. 18. *me meux enhy an audiui muyhaf* (habeo in ea, Demetia, maximam voluptatem) 30, 3. *mont bet enhy an griff* (ire ad eam, puellam, volo), *me men ma enten bet enhy* (cogito proficisci in eam, Demetiam) 24, 1. 30, 2. *an doa enomp ny birvidic . . . hon calon ny* (nonne erat in nobis fervens nostrum cor?) MJ. 209b. *diou union so enoch guiryon ordonet* (duae uniones quae sunt in vobis vere ordinatae) 27a. *ennhey* (in illis, scripturis) 234b.

IS (hib. *is*, infra), tum simplex invenitur tum composita cum *od* (i. e. *o-di*; *ad* L. Land.): *teir eru iss rit deueit* (tria iugera infra vadum ovium) L. Land. 237. *gwraged oll is vy llaw inneu* (mulieres omnes infra manum meam, infra

me sedebant) Mab. 1, 5. *i bron ir all adis ir eccluis nissien* (ad pectus saltus infra ecclesiam N.) L. Land. 232. *disgynnassei arthur aelu y kedyrn odis kaeruadon* (descenderat A. et viri eius fortes infra C.) Mab. 2, 380.

Cornica exempla non inveniuntur, nec aremorica vetustiora.

Arem. hod. *a-iz* adverbii vice fungitur, nisi additur praep. *da*.

UCH (hib. *ós*, *uas*, supra), sicut praecedens, aut singularis aut cum eadem particula: *uuc nèm is nem* (supra caelum, infra caelum) Cb. carm. 1. *gwellt aoed uch eu pennau ac is eu traet* (stramen quod erat super eorum capita et infra pedes eorum) Mab. 2, 374. *pan uei uwyhaf y glaw. dyrnued uch ylaw ac arall is y law y bydei yn sych* (quando erat pluvia maxima, quantum tegitur palma supra eius manum et item infra eius manum erat siccum) 2, 213.

Praepositio utraque cum pronomine suffixo: *ae gleicaw ohonunt ynhafren. yny yttoed yn llenwi odyuchtaw* (et is deici ab eis in Sabrinam, aper, donec demergebatur infra) Mab. 2, 246. *ar parth gulleugin dir eccluis bet mouric di penn ir inis ad huchti hapenn irall adisti* (a parte occidentali ecclesiae ad M., ad caput insulae super eam et caput rupis infra eam) L. Land. 231.

Cornice et aremorice semper additur praep. *a* (cf. p. 668 sq.). Exempla cornica: *a ugh eglos tek ... an ysethva y ȝesa* (supra ecclesiam pulchram sedes erat) P. 13, 4. *a ugh pen crist gorrys* (supra caput Christi positus, libellus) 189, 2. *an meyn.... ese a ugh Ihũs* (lapis qui erat super Iesum) 244, 3.

Cum pronominibus suffixis: *clewys ... vn el ov talleth cane a vghaf war an wethen* (audivi angelum incipientem canere supra me in arbore) O. 216. *dre grace an tas a vghon* (per gratiam dei super nos) O. 1861.

Aremoricum exemplum: *gant curun ha foultr discoultret a vs ma pen so disquennet* (cum tonitru et fulmine erupit, super caput meum descendit, tempestas) Buh. 94, 13. Hod. *a-us* adverbii natura praeditum eget praep. *da*.

AC (hib. *oc?*) integra servata ante vocales, *a* ante consonas, sed aspirans tenues (p. 193) eodem fere usu quo est praep. germ. *mit*, cum intellectu instrumenti vel societatis.

Exempla cambrica iam inter glossas Ox. 42ᵃ (sine aspiratione): *ha crip* (gl. pectentem, i. e. pectine). Recentiora: *y tynnir achyllell prenneu oe uaraf* (vellitur forcipe lignea e barba eius) Mab. 2, 236. *taraw aoruc owein achledyf* (percutere coepit O. gladio) 1, 31. *llanw crochan a dwfyr* (implere vas aqua) 1, 17. *achyt gerdet awnaei abwystuileit. achyt ymborth ac wynt yny oedynt gynefin ac ef* (et una ibat cum bestiis, et alebatur cum eis, donec essent familiares cum eo) 1, 27.

Cum articulo *ar*: *ir ef ar ireit hwnn* (ungue eum hoc unguento) Mab. 1, 27. Pronominum personalium non est suffixio, sed adiunctio formae absolutae: *ny chwaryei weisson vy mam a mivi velly. minneu a chwaryaf a thitheu val hynn* (non ludebant pueri matris meae mecum ita, ego ludam tecum item) Mab. 1, 242. *taraw karw a hi* (caedere cervum ea, clava; *ffonn*, fem.) 1, 7.

Cornica et aremorica exempla huius praepositionis desunt.

Cognata antecedenti praep. videtur cambr. ACH (cf. adi. hib. *acus*, *ocus*, vicinus): *hyt pandelwyf hyt ym ach mur kaerloyw* (donec veniam usque prope murum C.) Mab. 2, 234. *ach y law, ach eu law* (iuxta eius, eorum, manum, i. e. iuxta eum, eos) Mab. fq.

AT, ATT (ad), praepositio cambrica satis frequens, etsi secundum ea quae de mediis cambrice interdum transgredientibus in tenues supra disputata sunt (p. 38), comparanda videri potest cum part. *ad-* in compositis hibernicis et gallicis vetustis, inficit tamen consonas sequentes (p. 199).

Exempla: *yna ydoeth kei at arthur* (tum venit C. ad A.) Mab. 1, 22. *y chwedyl adoeth att uatholwch* (nuntius allatus est ad M.) 3, 85. *ymchoelut aoruc kei at y gedymdeithon drachefyn* (verti coepit C. ad socios suos retro) 1, 24. *dyuot aoruc att owein* (venit ad O.) 1, 20. *dyuot att y vorwyn, att yr iarlles* (venire ad puellam, comitissam) 1, 15. 19. *ydeuth att y uam* (venit ad matrem suam) 1, 236. 238. *nessau aoruc att y garrec* (appropinquavit ad rupem) 1, 31.

Cum pronominibus suffixis: *yna y gwybydafi dy dyfot titheu attafi* (tum sciam venire te ad me) Mab. 1, 15. *dyuot tu ac attat* (venire ad te versus) 1, 8. *negessawl wyfi y gan arthur attat* (mandata sunt mihi ab A. ad te) 1, 260. *dynessau awneuthum attaw* (appropinquavi ei) 1, 3. *dyuot aoruc lunet attei* (venit L. ad eam, comitissam) 1, 18. *ydoeth trichawr ogewri attam* (tres gigantes venerunt ad nos) 2, 57. *dyuod aorugant y llu attunt* (venerunt copiae ad eos) 1, 25. *ac o dau neb atadunt* (atque siquis venerit ad eos) Leg. 2, 11, 22.

AM (pro AMM, hib. *imm, imme*, vet. gall. *ambi*, circum, circa, cf. pp. 84. 147) praep. cambrica, per se non extans cornice aut aremorice, alternat cum YM, praesertim in forma aucta AMDAN, YMDAN.

Exempla e Mab. (ubi destitutio sequentis consonae saepius neglegitur): *achymryt twel a vliant gwyn aedodi am vynwgl owein* (et sumere mappam lini albi eamque ponere circum cervicem O.) 1, 17. *ractal eur am penn* (frontale aureum circum caput) 1, 3. *am y uarch* (circa equum suum) 2, 63. *ydeu urenhin anessaysant ygyt amperued y ryt* (duo reges appropinquarunt simul circa medium vadum) 3, 12. *am hanner bwytta amofyn aoruc y gwr* (circa medium prandii quaerere coepit vir) 1, 12. *iawn ymedreis i am benn y carw* (recte constitui ego circa caput, de capite, cervi) 2, 28. Interdum idem significat quod praep. *er, yr* (propter, pro): *paham heb yr hi. am nat wyt ynenryded* (cur? inquit illa. idcirco quod non es aeque nobilis; *paham*, p. 399) 2, 10. *a chymryt tristit awneuthum am hynny* (et capere tristitiam coepi propter hoc) 1, 5. *pedh aroydy ymy am hyn* (quid dabis tu mihi pro hoc?) Leg. 2, 4, 9. *kyuot ti odyna y wneuthur iawn ymi am dy agkenhemdawt dy hun* (surge tu inde ad satisfaciendum mihi pro tua ipsius impudentia) Mab. 2, 65. Item cum infinitivo: *torri y gallon ... am welet y cledyf ynllad y wyr* (frangi cor eius, ob videre, quia videbat gladium caedentem viros) Mab. 3, 99. Adduntur saepius post hanc praepositionem vel subst. *penn* (caput): *y pennyal aoed amben kei* (concursus qui erat circum Caium) Mab. 1, 258. *yny del. y iarll ae holl allu gantaw ampenn y lle hwnn* (donec venit comes eiusque omnis potestas cum eo circa hunc locum) 1, 252; vel praep. *tan* (sub): *ymdan y uarch, ymdan y varch* (circum eius equum) 1, 264. 279. 294. 2, 388; 1, 282. *ymdan eu meirch* (circum equos eorum) 2, 38. *gwisc ymdan y gwraync hwn* (vesti, arma hunc adulescentulum), *a derw heb ef ymdan y gwraync hwnnw* (estne indutus, inquit is, adulescentulus ille?) 3, 205. 206. *agwisc ymdan y gwr o pali coch* (et vestis circa virum e serico rubro) 2, 376. Praemittuntur aliae praepositiones, quibus modo vix mutatur significatio, modo certus quidam sensus efficitur: *diam y cam* (de iniuria,

iudicium) L. Land. privil. p. 113; eodem nescio an pertineat *dam* (contractum sicut in comp.): *mi am franc dam an calaur, mi am franc dam an patel* (ego et puer meus circa caldariam, patellam nostram) carm. Cb. *y am e dyskyl ac ef, y am etan ac ef* (de circa mensam, ignem, cum eo; i. e. oppositus ei intermedia mensa, igne) Leg. 1, 6, 1; recentius *oddiam*: *oddiam ai draed ef* (de pedibus illius, soluta est catena) Mab. 3, 345. *hyt am hanner bwyt* (usque circa medium prandii, nullum verbum dictum) 1, 5. *hyt ym ach mur kaerloyw* (usque circa muros C.) 2, 234. *dynessau parth ac yno dan ym ardisgwyl obell* (appropinquabant versus eam partem usque circa animadversionem e longinquo, donec animadverterent procul; notanda hic forma *dan ym*, supra *ymdan*) 2, 236.

Pronominibus suffixis semper praecedit formula composita *amdan, ymdan*: *dodi gwisc arall amdanaf* (induere aliam vestem circum me, coeperunt) Mab. 1, 4. *nywnaeth y gwr ymdanafi o vawred. kymeint amkarcharu* (non fecit vir circa me tantum, non fecit me tanti, ut me caperet) 1, 10. *kymer digawn o aruev ymdanat* (sume satis armorum circum te) 1, 259. *gwisc ymdanat* (indue vestes circum te) 2, 35. *aglywydi geireu ygwyr ymdanat* (num audis tu verba virorum circa te, de te?) 2, 37. *mantell o pali melyn ymdanaw* (secundum imitationem codicis, ed. *ymdaw* vitiose; pallium e panno flavo circum eum) 1, 3. *cwnsallt ymdanaw ef ac ymdan y uarch* (pallium circum ipsum et circum equum eius) 2, 388. *awisgawd y aruev ymdanaw ac ymdan y uarch* (et induit armis se et equum suum) 1, 264. *gwisgaw ymdanaw ac ymdan y uarch, varch* (induere se et equum suum) 1, 279. 282. *dwyn kedymdeithon idi o wyr agwraged hyt nadywedit am vn vorwyn yn ynys prydein vwy noc amdanei* (dati socii ei, Enitae, e viris et mulieribus, ita ut de nulla puella in insula Britannia plus diceretur quam de ea) 2, 28. *ractal eur am y phenn. agwisc o bali melyn ymdanei* (frontale aureum circa caput eius, puellae, et vestis panni flavi circa eam) 1, 14. *y wisc avynno ymdanei* (ad induendum quod vellet circa se, puellam) 2, 20. *na hi nae chennat nydaw byth amdanunt* (nec illa nec legatus eius venit unquam circa eos) 2, 217 sq. *nyt oed dillat ymdanunt* (non erat vestis circum eas) 1, 36. *hendillat atueiledic ymdanynt* (vestis vetusta lacera circum eos) 2, 24.

3. Praepositiones monosyllabae consonis et inchoatae et terminatae: *min, guor, rac, hep, tan, trach, trus, rung, gurth, cant, kint*; *nes*; corn. *rip*.

MIN, MYN, praepositio cambrica nec in hibernica lingua reperta, nec in cornica aut aremorica, in obsecrandi tantum formulis extat: *myn vygret* (per meam fidem) Mab. 1, 240. *mynnllaw vygkyfeillt, mynllaw vygkyfaillt* (per manum amici mei), *myn dy law di* (per manum tuam) 1, 11. 277. *myn y gwr angwnaeth ni ar y delw honn* (per eum qui nos formavit in hanc formam; praecedit 241: *yr y gwr ath wnaeth ar y delw honn*) 2, 242.

GUOR hibernicae praepositioni *for* respondens britannica integram hanc formam extra compositionem (de qua agetur infra) cambrice vix in libris vetustissimis servavit: *guar irhennrit* (super vetus vadum) L. Land. 70. Plerumque cambrice (sicut hibernice in recentioribus libris) commiscetur cum praep. *ar*, ut in Mab.: *kaer llion ar wysc* (civitas legionum ad Iscam) 1, 1. *gwahanford ar y tu deheu itt* (via divisa ad latus dextrum tibi) 1, 6. *ar y llech y mae kawc aryant* (in lapide, super lapidem est lanx argentea) 1, 8. *aphont awe-*

lynt ar yr auon (et pontem videbant super flumen) 2 49. *ar our ar y tir*, *ar vor ac ar tir* (terra marique) 2, 235. 3, 270. Inde aliquantum deflexa significatione: *glewlwyt oed yno ar ureint porthawr* (Gl. erat ibi ritu portarii, ut portarius) 1, 1. *dwc ditheu wynt yma y gymryt digawn ar vygkost i . . . ef ae duc yno y gymryt digawn argost gereint* (adduc eos huc ut satis accipiant sumptu meo, . . . is duxit eos illuc excipiendos sumptu G.) 2, 45.

Exempla significatae motionis ad locum: *yny debycko pawb dygwydaw y nef ar y dayar* (ut cogitet unusquisque decidere caelum in terram) Mab. 2, 227. *ac ysgynnu ar yuarch* (et ascendere in equum suum) 2, 38. *bwrw kawgeit or dwfr ar y llech* (fundere lancem plenam aquae super lapidem) 1, 13.

Motio contraria e loco significatur praemissa praep. *y* (= *di*, p. 662): *hygyrchaf lle y ar uor ac y ar dir* (locus optime accessibilis e mari et e terra) Mab. 2, 5. *y ar y benn ef y pigwn ysyr bop ucher* (de eius, rupis, capite feriebam stellas quavis vespera) 2, 233. *troes yr helym y ar y wyneb* (decidit galea de facie) 1, 25. *kyffroi y ar y medwl* (expergefieri e meditatione) 1, 259.

Eadem praepositio cum pronominibus suffixis ab *ar* primitiva (*er*, *yr*) secernitur forma aucta ARN. Sing. 1. pers.: *yna y menegeis i yr gwr pwy oedwn. ar kerdet oed arnaf. adywedut vy mot yn keissaw aorffei arnaf. neu vinneu aorffei arnawp. ac yna edrych aoruc y gwr arnafi agowenu* (tum dixi ego viro, quis essem, et iter quod erat propositum mihi, et dicere, me esse quaerentem qui me superaret, an ego superarem quemvis; tum vir aspicere me et subridere) Mab. 1, 5. 2. pers.: *a vu ef gennyt ti a gwneuthur amuod arnat* (num fuit is tecum et fecit iniuriam in te?) 1, 240. *pa diaspedein yssyd arnat* (quae vociferatio est in te?) 1, 248. *nyt arnat ti y byd y keryd. namyn arnafi* (non in te erit reprehensio, sed in me) 1, 246. 3. pers. masc.: *pan edrycheis ar y prenn nyt oed un dalen arnaw* (cum inspicerem arborem, non erat unum folium in ea) 1, 9. Fem.: *nyt oed un ystyllen heb delw eureit arnei* (non erat unum spatium sine effigie aurata in eo) 1, 15. *y gwelei ef yr elor. allenn o vliant gwynn arnei* (vidit feretrum et tegmen lini albi in eo) 1, 16. Est etiam formula feminina terminata *i*, inficiente vocalem praepositionis: *llech ynymyl y ffynnawn. ar kawc erni* (lapis ante fontanam et lanx super eum) 1, 13. *ef awelei gaer uawr. athyreu kadarn amyl erni* (is videbat castrum magnum et turres firmas crebras in eo) 1, 250. *llys iarlles y kampeu. py gampeu yssyd erni hi* (aula comitissae rerum fortiter gestarum; quae sunt res fortiter gestae in ea?) 1, 271. Plur. 1. pers.: *corn y wallaw arnam* (cornu exhauriendum nobis) 2, 223. 2. pers.: *os gofut a daw arnawch os gallafi les mi ae gwnaf* (si necessitas veniet super vos, si potero prodesse, ego id faciam) 1, 256. 3. pers.: *drwc ydaeth arnunt kynny* (male accidit eis illud) 1, 15. *ny lyuassei neb . . . kynnullaw na meirch nac arueu. rac dodi y vryt or mab arnunt* (non permisit cuiquam adferre nec equos nec arma, ne verteret animum puer ad ea) 1, 236. Est etiam forma magis aucta ARNAD: *lloneit ydwrn o vereu. a golwython arnadunt* (manus plena veruum, et frusta in illis) 1, 2. *byrdeu oed gwedy eu dyrchauel. a bwyt a llynn yn didlawt arnadunt* (mensae erant paratae, et cibus potusque abundanter super eas) 1, 263.

Cornice et aremorice eadem praep. etsi perpetua infectione, servata tamen *w* scribitur WAR vel OAR (aucta *warn*, *oarn*).

Cornica exempla: *war penakyll an goras* (in pinnaculo eum posuit) P. 13, 3. *war an forth dyllas a les a ve gurris* (super viam vestes late sunt stratae) 29, 3. *den vyth ny yl amontye na leuerell war anow oll myns* (nemo potest computare nec dicere ore omnem magnitudinem) 59, 3. *war dyth pasch* (die paschae) 124, 3. *caman na ylly gwyȝe warnans na bosse y ben* (ut nequaquam posset cavere, ne poneret deorsum caput suum) 205, 2. *war ov feth, war ov fyth, war ow fyth* (per fidem meam) O. 1080. 1206. P. 155, 4. Semel *or the fyth* (per fidem tuam) D. 202.

Cambrico *y ar* respondet *ȝe war*: *ha pylat ȝe war breder a leueris* (et P. ex cogitatione dixit, post cog.) P. 129, 1.

Cum pronominibus suffixis: *mestry vyth te ny vea war[n]aff ve* (potestatem nullam haberes super me) P. 145, 2. *gallos warnaf ny fyes* (id.) D. 2187. *arluth warnas tregeryth* (domine, in te gratia) O. 1015. *warnoȝo a rug cry* (de eo, in eum, Pilatum, fecerunt clamorem) P. 117, 1. *y beynys o cref ha bras warnoȝo* (dolores fortes et magni erant in eo) 56, 3. *pan a dra a ynnyough wy warnoȝo* (quare instatis vos in eum?) 99, 1. *an asen a ve kerghys warneȝy rag eseȝe dyllas pan a ve gorrys* (asina adducta est, ad sedendum in ea vestis pannorum posita est) 28, 3. *war agan flehys ... ha warnan* (in liberos nostros et in nos, veniat ultio) 149, 4. *ȝen menyȝyow why a ergh warnough coȝe* (montes iubebitis super vos cadere) 170, 1. *wy a gyff bohosogyon pub er warnough ow carme* (pauperes semper invenietis ad vos clamantes) 37, 3. *warneȝe gwelsons clevas* (in iis viderunt morbum) 157, 2.

Aremorica forma, sicut hodie varie scribitur et pronuntiatur (*war, var*, trec. cornug. *oar*, quin etiam *ar* apud Venetos et Cornugallorum partem), iam in libris nostris variat scriptione OAR Cath. MJ., VOAR Buh. (cf. *oann, voan*, eram): *oar* ('super') Cath. *oar he chouc hon drouc a dougas* (in umero suo nostrum malum portavit) MJ. 3b. *oar un dro* (una) 21a. *oar nep tro* (nunquam) 118a. *oartro* ('circa'), *bezaff oartro* ('circumstare'), *treiff oartro* ('ambire'), *querzet oar quis* ('retrogradi') Cath. *monet voar mar* (proficisci mari) Buh. 4, 23. *santel meurbet voar an bet man* (valde sanctus in hoc mundo) 46, 21. *aedoff aman voar an hent* (sum hic in itinere) 36, 21. Post verba motionis: *quae voar an bet* (i in mundum) 2, 2. *deomp buhan voar an maes* (eamus celeriter in campum, rus) 28, 17. Significans causam: *voar se pan eo oz appetit* (propter hoc, quia est vestrum desiderium) 24, 17. *oar se* ('ergo') Cath. MJ. 47b. 68a. b etc.

Cambrico *y ar* respondet arem. *dioar* (hod. *diwar*): *sus bilenet dioar e tro* (agite, nebulones, ex eius circuitu, vicinia) MJ. 73b.

Cum pronominibus suffixis exempla: *gallout en se oarnoufme nez ve quet* (potestatem hic de me non haberes) MJ. 113a. *bezet lamet ... an marv man han barn dioarnouf* (dematur haec mors et iudicium de me) 65a. *sachomp oarse a un youll oarnezaf oll* (trahamus igitur uno consensu ex eo omnes) 136b. *deomp hep mar da hoary oarnezy* (eamus sine dubio lusum de ea) 145b. *peuch doe oarnochuy* (pax dei super vos) 50a. *ni a scohe oarneze* (feriremus in eos) 72b. Hod. *warnoun* (super me; ven. *arnon, arnan*), *warnezhañ* (super eum; ven. *arnehou*), *warnomp* (super nos) etc.

RAC (cf. hib. *ren?*) respondet lat. *coram, prae, contra, propter*: *rac pob guall*

(contra omne damnum) Leg. 1, 33, 4. *inis rac pouisma deui* (insula e regione loci quietis D.) L. Land. 249. *racenbid* (gl. pro cunctarum numero) Cb. 71. Significationem localem magis servat coniuncta cum subst. *bronn* (pectus): *dyrchafel aoruc y uorwyn rac bronn owein* (mensam parare coepit puella coram O.) Mab. 1, 18. *achyweiriaw y uarch yndiwall. adodi dogyn o vwyt rac y uronn* (et tractabatur equus eius bene, et sternebatur affatim pabuli coram eo) 1, 33. Simplex saepius transfertur ut cum infinitivis: *da yw gennyfi eu kymryt ohonaw. rac eu kaffel om gelynyon* (placet mihi ut ea, arma, sumantur ab eo, prae eorum sumptione, ne sumantur ab hostibus meis) Mab. 1, 29. *uelly ydifferassant hwy lunet rac y llosgi* (ita liberaverunt Lunetam, ne combureretur) 1, 36. Eadem contraria significatione: *yr awyr ynedrinaw rac meint y gweidi ar utkyrn* (aër tremens propter magnitudinem fragoris e tubis) 1, 16. *rac kewilyd* (propter pudorem), *rac tristit* (propter tristitiam) 1, 10. 18. *rac ofyn* (propter timorem) 3, 301. *rac blinder* (ob lassitudinem) 2, 41.

Cum pronominibus suffixis: *achyuodi aorugant ragof* (et surgere coeperunt coram me) Mab. 1, 4. *kyfodi aorugum. acherdet ragof* (surgere coepi et ire ante me, pergere) 1, 6. *dos ragot* (perge!) 1, 237. *ny chelaf vygkystlwn ragot* (non celabo genus meum te) 1, 276. *kerdet racdaw aoruc, y kerdawd racdaw* (perrexit, processit in itinere) Mab. fq. *achychwyn aoruc hitheu racdi* (et pergere coepit, puella) 1, 15. *vb wyr nawd duw ragoch* (heu, viri, gratia dei vobis!) 2, 216. *mi aaf yn gyuarwyd ragoch* (ego ibo dux coram vobis) 2, 232. *kerdet aorugant racdunt* (progressi sunt) fq.

Corn. RAK, RAG, arem. RAC, simplici forma magis translata ad significationem *propter*, *pro*, *prae*, vim primitivam *coram*, *ante* magis servat composita cum praepositionibus *de*, *di* (p. 662) vel *a* et duplici *adi*.

Cornica simplex: *rag den–s eff an geue awell boys* (propter humanitatem habuit desiderium cibi) P. 10, 4. *an arghans a gemeras rag corf ōst* (argentum quod accepit pro corpore Iesu, Iudas) 103, 2. *rag henna* (propterea, ideo) 5, 4. 7, 4. 26, 3 etc. *prag* (propter quid? cur? cf. p. 400) fq. *guyth vy rak an ioul* (serva me a diabolo) R. 1564. *may fen guythys rak an bylen* (ut servemur a malo) D. 41. Cum infinitivo contra quam cambrice aut idem significat quod hib. *do*, cambr. *y*: *an ioul ȝegryst a gewsys yn delma rag y demptye* (diabolus Christo dixit sic eius temptandi causa) P. 14, 1. *erbyn cēst rag y welas y eth ha rag y worȝye* (obviam Christo ad eum videndum illi iverunt et ad eum venerandum) 29, 2, aut causam significat: *en scherewys a sorras rag bonas cās honoris* (mali homines succensuerunt, quia Chr. colebatur) 31, 1. Composita frequentius cum *dhe*, rarius cum *a* vel duplici *adhy*: *du a sonas an bara ȝe rag y abestely* (deus signavit, benedixit panem coram apostolis suis) P. 44, 1. *an traytor a gewsys ha ȝe rag leas huny* (proditor dixit et coram multis hominibus) 240, 1. *may fe dris ȝe rag cēst pehadur*[*es*] (ut adduceretur ante Christum peccatrix) 32, 1. *pa na vynne gorthyby a thyrak an arlythy* (quod nolebat respondere coram dominis) D. 1821. *ef a torras a rak agan lagasow* (is fregit coram oculis nostris, panem) R. 1492. *a rak pilat* (coram P.) R. 2593. *kemer the welen ... a rag an debel bobal* (sume virgam tuam coram malo populo) O. 1843.

Cum pron. suff. formulae: *ragoff na weleugh ole* (propter me nolite flere) P. 168, 4. *my re weles ym hunrus athyragof el* (vidi in somnio meo coram me

angelum) O. 1955. *nyngew ragos se laȝe* (non est penes te occidere) P. 123, 2. *thyragos ty an guelse* (coram te eum vidisses) R. 1382. *an guelesta a thyragos* (si eum videres tu coram te) R. 861. *ny ve ragtho y honan* (non pro se ipso, tulit dolores) P. 6, 1. *an dour ov fysky a les pup vr ol a thyragtho* (aqua recedens late semper prae eo) O. 1686. *yn tol o tellys rygthy* (in foramine quod erat foratum propter eam) P. 184, 2. *eleth ȝe rygthy a seff* (angeli coram ea stant, Maria) 226, 3. *ragon y pesys y das* (pro nobis oravit patrem suum) 9, 1. *ynny bonas gorys ragon ny oryst a vynne* (in ea, cruce, poni pro nobis Christus volebat) 153, 2. *then castel vs a ragon* (ad castellum quod est ante nos) D. 174. *ote an gvel theragon* (ecce virgae coram nobis) O. 1984. *a thyragon torth vara ef a torras* (coram nobis tortum panem is fregit) R. 1490. *ow horf ... ragough wy pernys* (corpus meum pro vobis emptum) P. 44, 2. *pan yn guyllough thyragogh why* (cum eum videbitis coram vobis) R. 1913. *govy ragthe* (vae mihi propter eos) O. 2216. *reson[s] y a rey ragthe* (causas illi dabant pro se) P. 118, 2.

Aremorica: *dirac* ('coram, palam') Cath. *dirac roen tron* (coram rege thronorum, orare), *dirac roen bet* (coram rege mundi) Buh. 26, 8. 68, 12. *dirac pep den* (coram quovis) 64, 5. MJ. 81 b. *dirac pep re* (coram omnibus) 122 a. *dirac an tut*, *dirac en tut* (coram hominibus) Buh. 76, 3. MJ. 142 b. *a dirac cadarn an barner* (coram, fortiter, iudice) Buh. 166, 2. Frequens formula loquendi: *rac drem*, *rac da drem*, *rac hoz drem*, *dirac hon drem*, *dirac hoz drem* (ante visum, ante tuum, nostrum, vestrum visum, i. e. statim, illico). *rac se* ('ideo', propterea) Cath. Buh. 30, 2. 138, 14. 150, 7. *perac* (cur?) Cath. Buh. 56, 8. MJ. 82 a. *perac abec* ('quapropter, quamobrem?'), *perac tra* ('quamobrem?') Cath.

Ante pronomina suffixa simplicem praepositionem non repperimus; compositam *dirac* sicut hodie commutari forma *diraz* (eodem modo quo hodie *araok* ante pron. suff. transit in *araoz*) docemur uno, quod invenimus, exemplo: *dirazoch* (coram vobis) MJ. 24 b.

HEP (sine; hib. *sech*, pp. 71. 122), *p* destituta HEB: *hep amgnaubot* (gl. sine mente, pars sedet) gl. Ox. 38ᵇ. Cum infinitivo saepius coniunctum: *heb dywanu neb arnaw* (sine occursu cuiusquam, ut non occurreret quisquam ei) Mab. 1, 11. *nyt oed un hoel heb y lliwaw alliw gwerthuawr* (non erat unus clavus, qui non esset obductus colore magni pretii) 1, 15. Localem significationem *praeter* servavit unum exemplum statim proferendum.

Cum pronomine suffixo: *yd a hitheu hebdaw ef* (praeterit illa ipsum) Mab. 3, 19. *ymcaualwch hebdaw ef* (societas sine illo) 2, 35.

Corn.: *hep thanger* (sine damno) O. 1615. *hep worfen* (sine fine) D. 1562. *hep wow*, *heb wow*, *heb ow* (sine mendacio) O. 659. 1410. P. 76, 3. 174, 2. Cr. 2195. *heb pyte* (sine miseratione) P. 98, 3. 203, 1. Cum infinitivo: *heb cows ger* (non dicens verbum) 165, 4.

Arem.: *hep mar* (sine dubio), *hep gou* (sine mendacio) fq. *hep youl* (sine voluntate, invitus) Buh. 46, 13. *hep abec* (sine causa) Cath. MJ. 149 a. *heb gonit* (sine lucro) 84 b. *hep muy* (sine pluribus, solum) 52 b. 65 b. 70 a. 87 b. Cum infinitivo: *hep ober exces* (non faciens flagitium) 84 a.

Cum pron. suff. non invenimus exempla; hod. *hepdoun* vel *hepzoun* (sine me), *hepthañ*, *hepdhañ*, *hepzhañ* (sine eo) etc.

TAN (sub), perpetua fere infectione *dan*, praepositio propria britannicae linguae pro hib. *fo*, associat sibi alias praepositiones ut *di*, *y*, cambrice praesertim coniuncta cum pronominibus suffixis, rarius *a*.

Cambrica exempla: *deutroet owein dan y bord* (pedes O. sub mensa) Mab. 1, 33. *gobennyd dan penn y elin* (pulvinar sub angulo ulnae eius) 1, 2. *bydwch yma ... dan y paret hwnn* (estote hic sub pariete hoc) 3, 199. *y clywynt gyuarthua cwn dan paret yr ystauell* (audiebant latratum canum sub pariete cubiculi) 3, 198. *seuyll dan brenn gooer* (stare sub arbore umbrosa) 2, 53. *gwneuthur pwll aoruc dan y draet* (fecit puteum sub eius pedibus) 2, 237. *y ellwng y cwn dan y coet* (ad dimittendos canes sub silvam) 3, 8. *ffynnawn awelwn dan y prenn* (fontem videbam sub arbore), *ydan y prenn hwnnw y mae ffynnawn* (sub illa arbore est fons) 1, 8. *seuyll aoruc ydan brenn* (stetit sub arbore) 2, 52. *bydwch yma ydan y paret* (estote hic sub pariete), *y clywei dygyuor achyuarthua cwn y dan baret yr ystauell* (audiebat tumultum et latratum canum sub pariete cubiculi) 3, 198. 199. *y vwrw yr llawr y dan draet y uarch* (deicere eum ad humum sub pedes equi eius) 2, 48. *yr brifford issaf ydan y dref* (via principalis infima sub urbe) 2, 50. *adodi y dan y medwl* (et supponere cogitationi suae) 2, 59. *gwan y dan ymeirch* (penetrare sub equos) 3, 84. *y klywei odorun adan paret yr ystauell* (audiebat strepitum sub pariete cubiculi) 3, 198. *ac ny wydyat yny uyd y llygot yngwan adan y grofft* (nec sciebat, donec mures penetrant sub agrum) 3, 155. *a dan tuell* (sub lodice) Leg. 2, 1, 39. cod. B.

Cum pronominibus suffixis: *llenn obali melyngoch ydanaw* (stragulum e panno variegato sub eo, Arthuro) Mab. 1, 2. *ef a gyferuyd marchoges ac ef. amarch achul gochwys y danei* (convenit cum femina equitante, et equus squalidus sudore madidus sub ea) 1, 255. *tynnu gobennydyeu ... udunt y danam ac ynkylch* (sterni pulvinaria ab eis, puellis, sub nobis, in locis nostris, et circum nos) 1, 4.

Item cornice simplex: *tan ow feth, tan ov feth* (per fidem meam) P. 49, 4. O. 2534. Saepius composita: *en gew lym ef a bechye pur ewn yn dan an asow* (hastam acutam ille incutiebat rectissima sub costas) P. 218, 4. *ow cul tan yn dan an chek* (faciens ignem sub catino) R. 139. *yn dan naw alwoeth* (sub novem clavibus) R. 31. 68. *yn dan dor* (sub solo) R. 2112. *yn dan dryys* (sub pedibus) O. 2807; mutata significatione: *dysweth y a than the glok* (demonstra eas de sub, e tunica tua) D. 2682.

Cum pron. suff.: *aga skulye yn danno* (spargere eos, flores, sub eo) D. 260.

Arem. DIDAN vel ENDAN: *me hoz laes breman didan cur an guir croeadur* (ego vos relinquo nunc sub cura veri hominis) Buh. 80, 2. *a mir oz tourment ... didan ma goalen* (qui servo a tormento sub virga mea) 150, 3. *didan poan an marv* (sub supplicio mortis) MJ. 77 b. *endan* ('sub') Cath. *endan poan out* (sub supplicio es) MJ. 77 b. *endan cuz* (sub occulto) 77 a. Hod. *dindan* (= *di endan?*); ven. tamen *edan*, *didan*; cornico *a dhan* respondet hod. *a zindan* ac ven. *a zan*.

TRACH, TRA (ultra, trans) cambrica praepositio conferenda hib. *tar* (= *tars*), saepius infecta *dra*, abiectam consonam terminalem prodit aspirata *c*, geminata *n* principali substantivi insequentis in formulis frequentissimis in

Mab.: *trachefn* (trans tergum, retro), *trannoeth* (trans noctem, cras, postridie), de quibus cf. p. 616.

Cornica *ter* hibernicae formae propior continetur in formula *ternos*, *ternoys* (postridie) P. 229, 2. 238, 1. Infecta *der* loco praepositionis *tre* (*dre*) saepius invenitur in Cr.: *y festa formys devery der y wreans eve omma der henna predar inta ef a yll der geare arta theth destrowhy skemynys* (formatus es certe illius creatione hic; itaque cogita bene, ipse potest verbo rursus te destruere, maledicte) 209—211. *der henna ythof grevys* (per hoc sum gravatus) 445. *oll owe joye ythew pur wyre kellys der mernans ow floghe* (omne meum gaudium est verissime perditum morte mei pueri) 1230. *der devyes* (per biniones) 2200. Cui conferenda videtur forma *dar*: *dar ken* (super alium, ultra alios) P. 135, 3. *hay brewe guyls yn dar clor* (?et perfringere eam ferociter per terram) O. 2719. *dar nep marthegyon* (?per aliqua miracula) R. 1259.

Arem. *tro* respondens cambr. *tra*: *tronnos* ('perendie', potius postridie) Cath., unde hod. *antronoz* (cornug. *antronouz*, trec. *entronoz*, ven. *antrenoz*).

TRUS, TROS (trans, ultra; pro, loco; sine dubio cognata tam antecedenti quam praep. *troi*; cf. arem. vet. *Poutrecoet*, p. 137).

Praepositio cambrica haec frequens est in descriptionibus finium L. Land.: *dy cecin yr mynyd trus yr mynyd* (ad iugum montis, ultra montem) 137. *or main iniaun trus ir minid dir guoun dir guliple* (a lapide recta trans montem ad paludem, ad locum humidum) 232. *trus i foss hatrus i cecin* (trans fossam et trans dorsum) 218. *pop aghaflauan aguenel greyc talet ekenedel trosdy mal tros gur ony byt guryauc* (quidquid inviolentum fecerit mulier, rependat gens eius pro ea ut pro viro, si non erit maritata) Leg. 2, 1, 81. Destituta *t* in Mab.: *val ydoed ynkerdet dros vynyd* (cum esset proficiscens trans montem) 2, 235. *ef atebygei vot ymynyd yngyfuch ar awyr. aphan deuei dros ymynyd ef awelei y uot yn kerdet ywladoed teccaf a gwastattaf awelsei dyn eiryoet or parth arall yr mynyd* (ipse cogitabat esse montem aeque altum atque aëra; et cum veniret trans montem, videbat se proficiscentem per regiones pulcherrimas et planissimas, quas quis viderat unquam a parte altera montis) 3, 264. *yr pan daethoedynt dros uor iwerdon* (ex quo venerant trans mare hibernicum) 2, 244. *mi athrodaf dros ykae* (ego ponam te ultra fruticetum) 2, 60. *y glot yn ehedec dros wyneb y deyrnas* (gloria eius dilatata ultra fines imperii eius) 2, 28. *dros wyneb yr ynys* (trans faciem insulae, per insulam) 3, 299. *gwallt dros y dwy ysgwyd* (caesaries super umeros, cadens) 1, 17. *diodef un ergit dros eu harglwyd* (pati unam plagam loco sui, ipsorum, domini) 3, 215.

Cum pronominibus suffixis: *ami aatawaf wyrda drosof yma* (et ego relinquam viros nobiles pro me hic) Mab. 3, 26. *agymero yr ergit drossofi* (qui accipiat plagam pro me) 3, 215. *nat archaf i y wyr gwyned ymlad drossofi* (quod non iubebo viros Venedotiae pugnare pro me) 3, 196. *gat yno ef y rodi y bawp drossot* (sine ibi eum dare unicuique pro te), *keis veichev drossot. ni avydwn drostaw* (quaere vades pro te. Nos erimus pro eo) 3, 25. *o aper gungleis in taf maliduc ar i hit diuinid bet i blain. oi blain trusso di blain inant du* (ab ostio G. in T., ut ducit secundum eum sursum usque ad fontem, ab eius fonte trans eum ad fontem fluvii nigri; *trusso*, trans eum, montem?) L. Land. 247. *talu trostau* (persolvere pro eo), *atalet trosdau* (et persolvat pro eo) Leg. 2, 6, 1. 28.

karyat ar wr arall drostaw ef (amor viri alterius ultra eum, praeter eum) Mab. 2, 35. *amarchogaeth vn weith ar hugeint drostaw* (et equitare semel et vicies super eum) 1, 258. *trusdi penn y brynn* (trans eam, fontanam? ad caput collis) L. Land. 138. *talet ekenedel trosdy* (persolvat gens eius pro ea) Leg. 2, 1, 81.

Corn. DRES, DRIS, DREYS: *dreys pup tra, dres pup tra, dris pub tra, drys pub tra* (supra quamvis rem) O. 21. 1255. P. 24, 1. 148, 1. *dris pub maner* (ultra omnem modum) 173, 2. *ʒe weʒyll dris y vynnas* (ad faciendum ultra, contra eius voluntatem) 68, 4. *dres dyfen ov arloth ker* (ultra prohibitionem domini mei cari) O. 172. *dres pup methek* (super omnem medicum) R. 1632. Eadem significatione qua *dre*: *y pub dyller dris an vro* (in quovis loco per terram) P. 250, 2. *notye drys an wlas* (notificare per regionem) 249, 3. *dris an bys ol, dris ol an bys* (per omnem mundum) 31, 2. 200, 2. Praemissa praep. *a*: *adres pow* (per terram) R. 1477.

Cum pron. suff.: *dresof ef a tremenas* (me praeteriit is) R. 525. *nynsus arluth dresto ef* (non est dominus supra illum) R. 1746. *ny thue dresto* (non venit per eam, aquam) R. 2226.

Arem. DREIST (ven. *drest*): *deux dreist an ster* (veni ultra stellas) Buh. 146, 9. *a vezo vaillant dreist cant guez* (erit fortis plus quam centies) 86, 13. *dreist pep re, dreist pep pen* (ultra quemvis) 90, 2. 122, 9. 154, 9. *dreist pep natur* (supra omnem naturam) MJ. 66 b. Interdum DREIS ante consonas: *dreis pep tra* (supra omnem rem) MJ. 23 b. 30 a. *dreis pep re* (ultra quemvis) 36 b. 40 b. 93 a.

Cum pron. suff. non invenimus exempla; hod. *dreistoun* (super me) etc.

RWNG (inter, cum), praepositio propria cambricae dialecti, pro qua cornice et aremorice *intre, entre* adhibetur, adiungit sibi *y* (*di*), ut aliae.

Exempla e Mab.: *dyuot aoruc y llew rwng deutroet owein dan y bord* (venit leo inter pedes O. sub mensa) 1, 33. *yna rwng dicter allit taraw ymplith y llygot awnaeth* (tunc inter iram et indignationem ferire mures coepit) 3, 155. *ynkerdet ual yrwng deugae* (proficiscentes inter duo fruticeta) 2, 60. *y tlysseu y rwng deuglust twrch trwyth* (pretiosa inter aures apri T. T.) 2, 239.

Remotio ab aliquo significatur addita *odi*: *ody rwng y vam* (a matre sua, matri suae ablatus; = *y wrth*) Mab. 2, 232.

Cum pronominibus suffixis: *tangneued y ryngtaw agwenhwyuar* (pax inter eum et G.) Mab. 2, 31. *ahynny ynhustyng y ryngtaw ar mackwy* (et id clam inter eum et puerum, factum est) 2, 54. *nyt oes ryngthi aneb o nyt yssyd o garyat achedymdeithas* (non est inter eam, Enitam, et quenquam, nisi amor et familiaritas) 2, 28. *penn y rygthi a choryf* (caput cervi inter eam, feminam, et corpus) 1, 294. *mi aeydaf wrth dygyghor di ynllawen gan dyuot yngyffredin ar y iawnder y rynghom* (ego ero secundum tuum consilium libenter constituens de aequitate inter nos) 2, 21. *dwy vorwyn yn dyuot. adysgyl vawr y ryngtunt* (duae puellae venientes, et lanx magna inter eas) 1, 248. *kyfranc awyd y rygtunt hediw* (pugna erit inter eos hodie) 1, 290.

GURTH, GWRTH (hib. *frith* in compositis, *fri* extra compositionem) significatione plane consentit cum hib. praep. *fri*.

Exempla cambrica: *gurt paup* (gl. consistes; i. e. contra quemvis, hostem) gl. Ox. 39[b]. *ymadrawd mor warthaedic a hwnnw wrth wr mal owein* (sermo

tam rudis quam iste contra virum ut O.) Mab. 1, 11. *heb yr iarlles wrth lunet* (dixit comitissa ad Lunetam) 1, 19. *morynyon yngwniaw wrth ffenestr, yngwniaw pali wrth ffenestyr* (puellae acu operantes ad fenestram, suentes sericum ad fenestram) 1, 1. 4. *gwreic arthur pan uu hardaf eiryoet duw nadolic neu duw pasc wrth offeren* (mulier A., cum fuit maxime ornata unquam die nataliciorum vel die paschae ad missam) 1, 4. *duw awyr na weleis i eirmoet was well nothidi wrth wreic ... ac wrth hynny heb hi yr hynn aallafi o waret itti mi aegwnaf* (deus scit, me non vidisse unquam puerum meliorem te in mulierem; et propterea, inquit illa, quod potero auxilii tibi ego id faciam) 1, 14. *achwnsallt o bali ymdanaw ... wrth hynny nys atwaenat neb or llu ef* (et pallium e serico circa eum,.. propterea nemo ex agmine gnorat illum) 1, 24.

Contraria significatio efficitur addita praep. *y* (= *di*, de, a, p. 662): *mynet aoruc odyno y wrth owein* (ire coepit inde de apud O., ab Oweno) Mab. 1, 15. *awdost di dim ywrth uabon uab modron aducpwyt yn deir nossic y wrth y uam* (scisne tu quidpiam de M. filio M., qui ablatus est tres noctes natus de matre sua?) 2, 234. Recentius insuper addita praep. *o*: *cyn torri y bys oddiwrth i llaw* (antequam fractus est digitus de manu), *y llaw i torred y bys ... oddiwrthi* (manus de qua fractus est digitus) Mab. 3, 345.

Cum pronominibus suffixis: sing. 1. pers.: *y dywawt y gwr du wrthyf* (dixit vir niger ad me) Mab. 1, 7. 2. pers.: *gressaw wrthyt* (salus tibi) 1, 239. *ynteu avyd gwrthgloch wrthyt ti* (ipse erit echo versus te, paucis respondebit tibi) 1, 6. *teir blyned yr amser hwnn y deuthum i y wrthyt ti* (tres annos abhinc abii ego a te) 1, 25. 3. pers. masc.: *difflannu aoruc y llew ywrthaw* (abire coepit leo ab eo) 1, 31. Fem.: *llawen uu y iarlles wrthi* (laeta fuit comitissa erga eam, Lunetam) 1, 20. Plur. 1. pers.: *wrthym* sine dubio; sed non legi exemplum. 2. pers.: *gressaw duw wrthych* (salutatio dei vobis, salutandi formula) 2, 28. 3. pers.: *llawen uu y iarlles wrthunt* (laeta fuit comitissa erga eos) 1, 20. *a rynnawd ywrthunt y gwelwn wr* (et prope ab eis videbam virum) 1, 3.

Cornice eadem significatione semper infectum WORTH vel ORTH. Satis erunt haec exempla: *rag own ȝe droys worth meyn ȝe dochye* (prae timore, ne pes tuus contra lapides feratur) P. 14, 3. *worth pylat sor* (adversus P. ira) 110, 1. *rag pur gerense worth mab den* (propter merum amorem erga filium hominis) 227, 4. *worth ihũs ef a gowsas* (ad Iesum ille dixit) 92, 1. *ord an grows, worth an grows, worth an grovs* (ad crucem, affigere) 179, 2. 4. 180, 1. *worth y dreys ha worth y ben ha war ol y gorf yn weth* (ad eius pedes et ad eius caput et super omne eius corpus una, posuit aromata Nicodemus) 236, 3. *worth an les y a dollas ij doll* (secundum latitudinem illi forarunt duo foramina) 178, 2. *ȝen marreg worth y hanow y a yrghys* (militi eius nomine illi mandarunt) 218, 2. Cum infinitivo: *ythew scryfys bos eleth worth ȝe wyȝe* (est scriptum esse angelos te servantes) 14, 2; cf. p. 538. De curtatis formis *wos*, *wo*, *ow* videas ibid. et p. 190.

Formula *ȝe worth* (= cambr. *y wrth*): *lauarow da a the ȝe worth un dremas* (verba bona quae veniunt a viro probo) P. 12, 2. *y fe danvenys ȝe worth an tas eleth dy* (missi sunt a patre angeli ad eum) 18, 4. *ȝe worth an beth an meynma ȝynny pu an ommellys* (de sepulcro hunc lapidem nobis quis devertit?) 253, 4. *thyworth ow pen* (de capite meo, auris abscisa est) D. 1145.

Cum pron. suff. (saepius *athyworth*): sing. 1. pers.: *gosleuw orthyf vy* (mihi ausculta) D. 496. *cole worthyf mar mynnyth, orȝaff mar mynnyth cole* (si vis mihi auscultare) D. 129. P. 175, 4. *pan dra a wovente se ȝe worȝaff ve* (quid quaeris tu de me?) 80, 1. 2. pers.: *mur a gerense worȝys* (multum amoris erga te) 115, 3. *ny an pernas ȝe worȝys* (nos eum emimus a te) 105, 2. 3. pers. masc. neutr.: *orto Ihūs a gowsas* (ad eum Iesus dixit) 80, 4. *worto fast nawngo glenys* (ei arte erat adhaerens, vestis) 176, 3. *Ihūs worto a veras* (I. id conspexit, mulieres flere et clamare) P. 168, 2. *degis na ve ȝe worto gulas nef* (ut non sumeretur de eo regnum caeli) 23, 4. *kyns denas a thyworto* (antequam abeam ab eo) O. 1401. Fem.: *aban golste worty hy* (quoniam auscultasti illi, mulieri) O. 269. *a dyworty* (ex ea; *fenten* f., fons) O. 773. Plur. 1. pers.: *govyn worthyn* (pete a nobis) D. 591. *y a yl bones kechys gans tus war forth thworthyn* (ii possunt sumi per homines in itinere de nobis) D. 2294. 2. pers.: *yma thymmo mur dysyr a wothfes ortheugh an guyr* (est mihi magnum desiderium sciendi e vobis verum) R. 195. *thywortheugh my a* (a vobis ibo) R. 1171. 3. pers.: *worte den na woslewys* (nemo auscultet iis, verbis) D. 454. *ȝe worte vn lam beghan y ȝeth* (ab iis spatium parvum abiit, a discipulis) P. 53, 3.

Aremorica eiusdem praepositionis forma est OZ, OUZ (hod. non servata nisi ante pron. suff., praeterea transiens in *oc'h, ouc'h*), excussa *r* pro *orz, ourz*, eadem significatione.

Exempla: *nedoff oz nep re disleal* (non sum iniustus in quenquam) Buh. 144, 20. *it breman oz an tnou* (ite nunc ad vallem versus, deorsum) 144, 23. *duet omp da comps en breff oz Devy* (venimus ad loquendum breviter ad Davidagium) 184, 12. Item deflexa paulum significatione vel versa in contrariam: *ma mir ... oz pechet* (serva me a peccato) 16, 14. *miret oz an pechedou* (servare a peccatis) 28, 16. *ma mir ouz langour ha sourcy* (serva me a languore et sollicitudine) 90, 17. *doe guir roen bet cals penet so distro vn tro ouz an brois* (deus, rex vere mundi, multum cruciatus quod est averte aliquando ab incolis regionis) 190, 25. Quamquam plerumque sententiae mutatio significatur addita praep. *di*: *maz vizimp franc dianc diouz pep anquen* (simus liberi, securi ab omni sollicitudine) 28, 21. *diouz guin maz abstiny* (a vino abstineas) 70, 10. *me a quemyat diouz he hol stat* (valedico omni eius condicioni, mundi) 28, 9. *pell cre diouch ma youll* (remotissime a voluntate mea; *diouch* ut hod.) MJ. 42b; vel duplici *a di*: *a diouz e penn ez staguet hy* (supra caput eius affigite eam, tabulam) MJ. 138b.

Cum pron. suff.: sing. 1. pers.: *ozif truez hoz bezet, oziff truhez hoz bezet, ouzif truhez hoz bezet* (erga me habete misericordiam) Buh. 120, 2. 194, 19. 196, 19. *oueiff bout digracc discascun* (adversus me esse immitem quemvis) 4, 17. 2. pers.: *ouzit ez sentif* (tibi oboediam; hod. quoque *senti oc'h*) MJ. 95b. 3. pers. masc.: *noz bezet dout da comps outaff* (nolite dubitare loqui cum eo) Buh. 36, 7. *me meux anaf dioutaff* (habeo dedecus ab eo, homine) 58, 19. Fem.: *yt daguitty da comps outy try guer* (ite ad eam dictum ei tria verba) 34, 22. *me men gouzout diouty* (scire volo ab ea, puella) 34, 20. Plur. 1. pers.: *perac ... ouzomp guer ne leuerez* (cur nobis verbum non dicis?) 56, 9. 2. pers.: *ozoch spes ez confessif* (vobis vere confitebor) 140, 17. *ouzouch en hoz drem memem clem* (apud vos in vestro conspectu conqueror) 38, 15. 3. pers., cuius

exemplum non invenimus, sine dubio *oute*, *dioute* vel (secundum varietatem dialecti) *outo, diouto*.

CANT (respondens tam hib. *con*, lat. *cum*, quam graeco *κατά*), vetustior forma britannica, servata in notationibus de mensuris (cf. appendicem), atque eadem fere in Voc. *cans* (pro *cant*, ut *nans* in eodem pro *nant*, vallis; cf. p. 153), in recentioribus libris cambricis assimilata *t* transit in CANN, CAN, plerumque destituta *c*. Quae forma per omnes dialectos increbruit ante pronomina suffixa, mutata vocali ubi locus est infectioni.

Exempla cambr. e L. Land.: *dy aper pull neuynn y guy ar hyt guy a hafren can y choretou hai discynua y loggou bet aper muric* (cf. 200: *guy ar i hit cum coretibus*, 216: *uisc ar i hit cum coretibus suis*, 226: *bet imor hafren cum coretibus suis et anfractibus navium cum applicatione libera in ostio Taroci*) 135. *trui ir coit dirguairet dir claud ar i hit bet i guy cann i choretou dirguairet bet pant anhuc* (per silvam deorsum ad fossam, secundum eam usque in G. fluvium cum piscinis eius deorsum usque ad vallem A.) 157. E Leg.: *na guenelynt dym namyn kan y kaghor ef* (ne faciant quidquam nisi cum consilio illius) 1, 7, 17. *am y cafael can gur* [*a dan tuell*] (propter deprehensionem eius cum viro sub lodice), *o keif hy y gur gan gureic arall* (si deprehenderit ea maritum cum alia muliere) 2, 1, 39. E Mab.: *ar ymdidan a vynnwn gan wyr achan wraged agaffwnn* (et colloquium quod volebam cum viris et cum mulieribus capiebam) 1, 10. *can dy ganhyat* (cum venia tua) 1, 275. *mi a rodaf nawd itt gan kynn* (dabo tibi veniam hac condicione) 2, 19. *athruan uu gan owein hynny* (et aegrum fuit Oweno illud) 1, 37. *hoffach vu gan owein y borthant no chan gynon* (praestantior visa est O. cena quam C.), *hoffach uu gan owein meint y gwr du no chan gynon* (maior visa est O. magnitudo viri nigri quam C.) 1, 13.

Coniungitur haec praepositio sicut praecedens cum praep. *y* (*di*): *y kan e brenyn*, *y kan e brenynes* (a rege, a regina) Leg. 1, 1, 4. *ath annerch y gan ereint. achan dy annerch ef amkymhellawd i hyt yma. y wneuthur dy ewyllys di amgodyant dy vorwyn y gan y corr* (salutatio tua a Gerontio, et cum salutatione tua ipse me compulit huc ad satisfaciendum tibi ob laesionem puellae tuae a pygmaeo) Mab. 2, 24.

Cum pronominibus suffixis exempla: sing. 1. pers.: *hyn adywedaf ytti vot yntebic gennyf* (hoc dico tibi, esse verisimile mihi), *dywedut aorugum inneu bot ynda gennyfi* (dixi equidem videri bonum mihi) Mab. 1, 4. 5. *ahir uu genyfi y nos honno* (et longa visa est mihi nox illa) 1, 6. *agolles y gennyf meint teir blyned* (qui abiit a me abhinc tres annos) 1, 21. 2. pers.: *chwedleu o lys arthur gennyt* (nuntios e curia A. tecum, adfers) 1, 20. *os da genhyt* (si bonum tibi videtur) 2, 383. *gwell yw gennytti* (melius videtur tibi) 1, 6. 3. pers. masc.: *ac ymdeith ydaeth ar deuvarch gantaw* (et processit et duo equi cum eo) 1, 10. *nychollet oen eiryoet ganthaw* (non amissus est agnus unquam ab eo, pastore) 2, 215. *achymryt gwaet y widon ae gadw ganthaw* (et sumere sanguinem strigis et servare eum secum) 2, 247. Fem.: *aphob un yn drigyaw ar hyt yn kelewyn. ac yny estwng genti* (et unusquisque, mus, ascendens secundum calamum, et deflectens eum secum) 3, 155. *panuu uarw y gwr ef a edewis genthi dwy iarllaeth* (cum moreretur maritus eius, is reliquit ei duos comitatus) 1, 28. *mi arodaf itt heb y brenhin vym merch yn briawt a hanner vy brenhinyaeth*

genthi (dabo tibi, inquit rex, filiam meam in matrimonium et dimidium regni mei cum ea) 1, 291. *enteu akemerho meychieu ykenthy hy* (is qui sumpserit vades ab illa) Leg. 2, 1, 28. Plur. 1. pers.: *nyt dec ac nyt digrif genhym* (non pulchrum nec decorum secundum nos) Mab. 2, 247. *adrwc yw gennym ni* (et aegrum nobis est) 1, 37. *dy gyrch di gennym ni* (veni tu nobiscum) 2, 213. *y kollas owein y gennym* (abiit O. a nobis) 1, 21. 2. pers.: *nauit amgeled gennwch mynet yno* (nolite vereri ire illuc) 2, 215. 3. pers.: *drwc vyd gantunt* (aegrum erit eis) 1, 14. *sef ymdidan aglwei gantunt* (hoc narrari audiebat apud eos) 2, 38. *peleidyr godeuawc gantynt* (hastilia longa apud eos), *gwaew gantynt anveitrawl y veint* (hasta apud eos immensae magnitudinis) 1, 24. 247.

Cornice uno exemplo excepto et aremorice semper iam destituta *c*, corn. GANS (= *gant*, p. 153), arem. GANT (ven. *get*).

Corn.: *greg cans gur* (uxor), *gur gans grueg* (maritus) Voc. 7ᵃ. *gans laddron y tewezas* (cum latronibus finivit, obiit) P. 186, 4. *gans meur a falsury* (magna cum falsitate) 35, 4. *yn growys gans kentrow fastis* (in cruce clavis fixus) 2, 4. *gans peder ha iowan nansyv bos soper parys* (per Petrum et Iohannem nunc parata est cena) D. 700.

Cum pron. suff.: sing. 1. pers.: *deugh geneff* (venite mecum) P. 63, 3. *te a vyth ... y[n] paradis genama* (tu eris in paradiso mecum) 193, 4. *yma gynef flowrys tek* (sunt mihi flores pulcri) D. 258. 2. pers.: *my a gynes, me a genes* (ibo tecum) D. 191. 461. *prag na zons genas* (cur non veniunt tecum?) P. 78, 2. *ow holon yma genas* (cor meum est tecum) 172, 2. 3. pers. masc.: *ganso o tewlys* (per eum erat statutum) 7, 3. Fem.: *gensy prest ij venyn len esa* (cum ea praesto erant duae mulieres fideles) 167, 1. *bos ze zu ze wull gynsy* (esse deo faciendum cum ea, asina) 27, 4. Plur. 1. pers.: *genen cregis neb es den glan yw* (nobiscum qui est suspensus, homo purus est) 192, 2. 2. pers.: *genough me nvm byth trege* (vobiscum non habebo stare) 37, 2. 3. pers.: *dry ganse* (afferre secum, asinam eos iussit) 27, 3. *gansa y an hombronkyas* (secum ipsi eum duxerunt) 76, 3. *ganse oynment* (cum iis, Mariis tribus, unguentum) 252, 3.

Aremorica exempla: *gant* ('cum') Cath. *an tut gant carantez hac autronez gant guir fez am bezo* (populus cum amore et nobiles cum vera fide erunt mihi) Buh. 34, 7. 8. *autrou gant brut hoz saludaff* (domine, cum honore te saluto) 178, 1. *maz pliche gant doe* (si placeat deo) 18, 4. *gant doe so cren gourhemennet* (a deo protinus imperatum est) 4, 4.

Composita praep. *digant* respondens item lat. *a*: *digant roen glen ez goulennaff. digant roen bet me impetro* (a rege terrae peto, a rege mundi impetrabo) Buh. 132, 13. 190, 21. *nem boe netra digant alan* (non habui quidquam ab Alano) 166, 17. *nos mat degant doe* (bona nox a deo) MJ. 48b.

Cum pron. suff.: sing. 1. pers.: *deux guenef, deux gueneff* (veni mecum) Buh. 14, 14. 126, 22. *guell ue gueneff* ('mallem') Cath. *pan a digueneff* (quando discedit a me) MJ. 130a. *aet eo digueneff ma cleffet* (abiit a me morbus meus) Buh. 198, 6. 2. pers.: *guenez certen ez off prenet* (per te certo sum redemptus) 10, 15. *anedindy duet guenede* (nonne venerunt ii tecum, apportati?) 158, 8. 3. pers. masc.: *mar deux gantaff* (si est apud eum, argentum) 10, 20. *mar plig gantaff* (si placet ei, deo) 12, 5. *e holl goat aya digantaf* (omnis eius sanguis exit ab eo) MJ. 108a. *me yelo eguit ... caffout vn mat digataff* (ibo ad acci-

piendum bonum ab eo; cf. hod. cornug. *gatha*) Buh. 194, 16. Fem.: *vn mab vaillant so ganty* (puer potens est apud eam, in eius utero) 74, 21. *pret eo ganti dispartiaff* (tempus est ei, Nonitae, decedere, mori) 138, 17. Plur. 1. pers.: *deux gueneomp* (veni nobiscum) 208, 4. *chemet..gueneompny en ty man* (manete nobiscum in hac domo) 112, 16. 2. pers.: *ma opinion voa gueneoch* (opinio mea erat vobiscum) 14, 18. *duet gueneoch, rac na achape digueneoch* (veniat vobiscum, ne evadat a vobis) MJ. 70a. *me yel gueneochuy* (ibo vobiscum) Buh. 76, 10. *ez ve pret mardeo hep sy gueneochuy studiet* (esse tempus, crediderim, si sine dubitatione studiis vos dedistis) 116, 1. 3. pers.: *yt gante* (ite cum iis, nummis) MJ. 86a. *quemeret archant digante* (sumere argentum ab iis) 61b. Hodie spreta fere infectione *ganen* (trec. *ganin*), *ganez, ganeomp* (trec. *ganemp*), *ganehoc'h* (trec. *ganac'h*); ven. tamen *genein, genemp*; item *gethoñ, gethe*, cornug. *gatha, gathe* pro leon. *ganthañ, gantho.*

CINT (ante, de tempore) vetustior forma britannica, servata in cambr. adv. *kynt*, antea (p. 619), superl. *kyntaf*, primus, cf. hib. *cét, céta, cétne*, cambrice semper assimilata *t* transgreditur in KYNN, KYN.

Cambrica exempla: *kyn e seythuet vullydin* (ante septimum annum) Leg. 2, 1, 9. *hwnnw kynn y nos* (id ante noctem, attulit granum formica) Mab. 2, 236. Cum infinitivis saepius: *kynn dy gychwynnu* (ante profectum tuum, antequam profectus es), *kynn y dyuot ef* (ante illius adventum) Mab. 1, 238. 240. *cin circhu taf* (cf. p. 695) L. Land. 247. *kyn bod achaus ydau ahy* (antequam rem habet ipse cum ea) Leg. 2, 4, 9. *achynn eudyuot... ydoeth un* (et ante eorum adventum, antequam venirent, venit aliquis) Mab. 2, 23.

Corn. KYNS (p. 153), etsi magis adverbii (antea) vice fungitur, interdum tamen praepositionis locum obtinet: *kyns pen trydyth, kyn pen try dyth* (ante finem tridui) D. 347; 1761. 2863. *kyns pen sythyn* (ante finem hebdomadis) R. 30. *kyns vyttyn* (ante matutinum) O. 1644. Cum infinitivo: *kyns bos vn nos tremenys* (antequam praeterierit nox) D. 890. *kens mos eyf* (antequam is, bibe) O. 2294; cum adverbio: *kyns lemmyn* (antequam nunc, adhuc) D. 1413.

Arem. KENT: *quent* (ante) Cath. *dre gracc diuin predistinet quent comancc an bet* (divina gratia praedestinatum ante initium mundi) Buh. 78, 24. *quent try dez* (ante triduum) MJ. 78b. *quent an dez* (ante diem) 189a. *quent ann nos du* (ante noctem atram) 113b. *quènt abardahez* (ante vesperum) 156a. *quent se* (ante hoc, potius) 10a. 31b. 36b. 74b. 77a. 93b. 94b. 187b. Cum inf.: *quent bout dez anezy* (ante quam fit dies) 61a. *quent forgaff an bet* (ante fabricationem mundi) 69b. *quent chanaff* (priusquam cuncteris) 98b. *quent bout enoret* (antequam honoretur) 109b. *quent e ren dan maro* (antequam eum ducerent ad mortem) 115a.

His praepositionibus adnumeranda est vox cambrica NES (usque ad; constructa cum infinitivo: donec, nisi; cf. *nes, nesaf*, propior, proximus, p. 299): *mynvygcret ny chysgaf hun lonyd nes gwybot chwedyl* (per fidem meam, non dormiam somnum plenum, donec sciam nuntium) Mab. 1, 284. *nes dyuot gilennhin urenhin ffreinc ny helir twrch trwyth vyth hebdaw* (donec veniet G. rex Francorum, non capietur T. T. sine eo unquam) 2, 226. *nyt aruaeth kaffel llefrith y bawp nes kaffel bothev rinnon* (non potest capi lac recens cuivis, nisi sumau-

tur lagoenae R.) 2, 225. *ny cheffir mabon uyth nes caffel eidoel* (non invenietur M. unquam, donec inveniatur E.) 2, 226.

Cornicae propria est praepositio RYP, RYB (secundum, iuxta, e lat. *ripa?*): *ryp ihesu cryst gorrys* (iuxta I. Chr. positus, latro) R. 266. *me a gosk ryp y pen* (dormiam iuxta eius caput) R. 418. *ryp crous Ihũs y ȝese vn den* (iuxta crucem Iesu erat homo) P. 208, 1. *ryp an gew a resas ȝe ȝewle* (secundum hastam fluxit ad manus, sanguis) 219, 2. *Pedyr ... a drohas ryb an pen scovern onan aneȝe* (P. abscidit de capite aurem unius ex eis) 71, 2. *an eȝewon onan ... a ros ryb an scovern box ȝe grist* (e Iudaeis unus dedit secundum aurem plagam Christo) 81, 1. Cum pron. suff. invenitur: *ynplas vs omma rybon* (loco qui est hic prope nos) D. 460.

4. Praepositiones bisyllabae: *eithir, guetig* (*gwedy*), *herwyd* etc.

EITHIR (hib. *echtar*, lat. *extra, praeter*), cambrica praepositio tam simplex invenitur quam comitantibus *di, odi.*

Exempla e Mab.: *sef aoruc goresgynn y kyuoeth eithyr yr vn ty hwnn* (vastare coepit ditionem extra unam hanc domum, excepta una hac domo) 1, 252. *rac gwybot oneb dyeithyr y brenhin ae gyghorwyr* (ne sciretur a quoquam praeter regem et consiliarios eius), *ef aedewis y holl longeu ar yweilgi allan dyeithyr vn long* (ipse reliquit omnes naves in mari excepta una navi) 3, 300. *mynet arthur odieithyr yllys* (ire A. extra curiam) 2, 8. *adeuy di yn gyuarwyd ymi odieithyr y dref* (veniesne tu comes mihi extra oppidum?) 2, 47. Cum infinitivo: *eithyr bot ynwell kyweirdeb ybwyt... aweleis i, awelei, yno* (nisi quod erat melior paratio cibi quem vidi, quem videbat, ibi) 1, 5. 15.

Cornice et aremorice perisse videtur haec praepositio.

GUETIG, GUETI, GWEDY (post), cambricae formae, quarum vetustior adverbialiter ponitur (cf. p. 619) in cod. Lichfeldensi: *rodetit elcu guetig equus tres uache* (leg. *rodet di elcu?* datus Elcuno postea equus etc.), *nibe cas igridu di medichat guetig hit did braut grefiat guetig nis min i tutbulc* (phrases in fine chartae decernentis litem, eandem nunquam postea esse redituram affirmantes) App. L. Land. p. 271; ac fortasse inter notata cod. Ox. de mensuris (in app. huius operis): *guorennieu guotig* (adfundere postea?). Praepositionis loco invenitur in priv. eccl. Land.: *dy eccluys Teliau hac dir escip oll gueti ef* (ecclesiae Teliavi et episcopis omnibus post eum), *yn yscumunetic yr neb ai torro hac ay diminuo y bryeint hunn hac ef hay plant guety ef* (excommunicatus is qui vel fregerit vel despexerit hoc privilegium, tam ipse quam eius liberi post eum) L. Land. p. 113. In Mab.: *gwedy y gawat goleuhau aoruc yr awyr* (post tempestatem clarescere coepit aër) 1, 13. *gwedy lleueryd nac udunt* (post locutionem non iis, post denegationem iis factam) 2, 240. Cum infinitivo: *gwedy ffo y lluoed achlan* (postquam fugerunt copiae cunctae) 2, 240. *gwedy llad y gwyr hynny, y rodes yr eil kyuarth* (postquam occidit viros illos, dedit alterum congressum) 2, 243. *gwedy goruot arnafi* (postquam superavit me) 1, 25. *gwedy blinaw yn ymlad* (postquam defessus est pugnando) 1, 259; cf. pp. 538. 545.

Corn. WOSE, WOGE (semel *wege*): *wose try deyth ha hanter* (post tres dies et dimidium) R. 226. *woge soper* (post cenam) D. 834. *wose henna evyn* (postea bibamus) O. 2626. *wege henna y fynnas* (postea voluit) O. 2828. *wose hemma, woge hemma, woge henma* (posthac) O. 1026. 1427. D. 1327. *wose my*

thys thy thefen (post me tibi ad id interdicendum, i. e. postquam ego tibi id interdixi) O. 280. Saepius cum inf. (p. 538.)

Aremorica forma GOUDE: *goude* ('post') Cath. *duet eo diff consol am soulacc goude hir spacc* (venit mihi solacium post longum spatium) Buh. 12, 23. *goude ma angoes* (post angorem meum) 12, 14. Cum articulo: *gouden poanyou da bout louen* (post dolores ut sit laeta, Nonita) 146, 2. Cum infinitivo: *goude bout* (postquam fuit) MJ. 16b. 76a. 114b; cf. p. 538.

HERWYD (secundum, apud) cambrice: *herwyd y kauarwydyt pedweryt mab idaw* (secundum historiam quartus filius ei, erat) Mab. 3, 297. *ac ymauael o gaemwri yndi hitheu. herwyd gwallt y phenn* (arripi a G. ipsa, strix, capillis capitis), *yna ydymauaelawd goreu mab custennin yndaw herwyd gwallt y penn* (tunc arripuit G. fil. C. eum capillis) 2, 247. 248. *hyspys yw gennyfi y deuy di ac ef herwyd y awwyneu* (persuasum mihi est te venturum cum eo secundum eius habenas) 1, 259. *herwyd vyggallu i* (pro facultate mea) 3, 153. Cum infinitivo: *yn porthi ni herwyd bot yn ryd udunt hwy y kyfoeth ar wlat* (alentes nos, erant monachae, quia erat libera ipsis porro potestas et terra) 1, 252.

Corn. HERWYTH (*herweth*): *herwyth y volungeth ef ... y fyth gurys* (secundum illius voluntatem fiet) O. 1320. *ol an bysma rak iugge pup ol herwyth y ober* (ad iudicandum omnem hunc mundum, e suo quemque opere) D. 816. *herwyth agas laha ha concyans guregh y iuggye* (secundum vestram legem et conscientiam iudicate eum) D. 1978. *deus mei miserere herweth the grath hath pyte* (secundum gratiam et misericordiam tuam) O. 2253.

Substantivi *herwyd* exempla cambrica et cornica infra proferentur.

Arem. HERVEZ: *heruez* ('secundum') Cath. *hervez an scriptur* (secundum scripturam) MJ. 167b. *hervez an langour* (secundum languorem) 126a. *hervez ma esper* (secundum spem meam) 24b. *heruez an fez* (secundum fidem, baptizare) Buh. 98, 16. 100, 10. *vn merch heruez he derch guerches* (puella secundum aspectum suum virgo) 18, 16. *leanes heruez hoz leasen* (sanctimonialis secundum legem vestram) 20, 13.

Addo his cornicas et aremoricas praepositiones INTRE, ENTRE (inter), AWOS, EVIT (ratione habita, propter, causa).

Corn. INTER, saepius YNTRE: *ynter benenas* (inter mulieres) P. 172, 1. *yntre en eȝewon* (inter Iudaeos) 181, 2. *yntre an mor han tyryow* (inter mare et terras) O. 26. *yntre du ha pehadur acord del ve kemerys* (inter deum et peccatorem conciliatio quomodo sumpta est) P. 8, 2. *yntre dew* (in duas, partes scissum est) 209, 3. *yntre myll darn* (in mille frusta, frangi) 166, 3.

Iuncta pronominibus suffixis interponit *dh*: *yntretho hay gowethe* (inter eum et eius sodales) D. 1288. *en deȝyow ... a ȝe sur yntreȝon* (dies venient certo inter nos) P. 169, 2. *me a thybarth ynterthogh* (distribuam inter vos) D. 2325. *lemmyn ol cres yntrethough* (nunc omnis pax inter vos) R. 2433. *Intreȝe ... garlont sperne a ve dyȝgthtys* (inter eos corona spinarum est parata) P. 133, 1. *y an kemeres hag an sensys yntreȝe* (ipsi eum corripuerunt et retinuerunt inter se) 70, 1. *ef a rannas yntreȝa* (divisit inter eos, vinum) 45, 1.

Arem. ENTRE (hod. *eñtre*, sed leon. *etre*): *entre an nou men bras quezcomp ny tra* (inter duos hos lapides magnos quaeramus locum) Buh. 148, 1. *entre re mat du ebataff* (inter bonos homines ut delecteris) 104, 12. Cum ar-

ticulo: *entren prèladet sanct voa heman* (inter praelatos sanctus erat hic) 208, 19. *laetet etren bedis* (infamatus inter habitatores mundi) 160, 11.

Cum pronominibus suffixis: *vn arall choasomp entromp* (alium eligamus inter nos) Buh. 182, 16. *breman joeuseomp entromp glan* (nunc delectemur inter nos bene) 188, 20. *entroch peuch mat eo a grataff* (inter vos pacem bonam opto) 202, 12. *malloz doe yvez entreze* (maledictio dei etiam inter eos, nummos!) MJ. 86 a. Hod. *etrezomp* etc.

Corn. AWOS (semel *awes*): *awos an tas dev an nef* (propter patrem deum caelestem) O. 480. *awos dev* (per deum) O. 2564. *awos ovn bones lethys, awes dout bones lethys* (propter timorem ne occidatur, ne occidar) D. 886. 2806. *awos an beys* (propter mundum) R. 2471. Paulatim mutata significatione: *awos ol ow gallos byth ny allaf* (per omnem meam potentiam nequaquam possum) D. 53. *me an guyth sur deth ha nos awos y dysciplys* (custodiam eum certo die nocteque invitis eius discipulis) R. 391. *ty a verow sur cowal awos the thev nay vestry* (moriaris certo nihilominus etiam invito deo tuo aut eius potentia) O. 2738. Cum infinitivo: *kentrow ʒewy why ny fyll awos bos claff y ʒewle* (clavi vobis non deerunt quia sunt aegrae eius manus) P. 158, 2. *awos dampnye an denma* (ut damnemus hunc hominem) 94, 4. *awos guthyll wheyll mar scaff* (ut facias opus tam leve) 155, 3.

Arem. EGUIT (*evit*): *eguit an fez he neuezhat ... a grif* (propter fidem, cum fide renovabo eam, vitam) Buh. 14, 2. *mir na gruy da damnation eguit madou bet* (cave ne facias damnationem tuam propter bona mundi) 166, 8. *evit loezn du me so cruel* (in bestias nigras sum crudelis) 32, 4. *eguyt glat* (fortunarum causa) MJ. 94 a. *eguyt gobr e drouc* (pro mercede malitiae suae) 83 b. *evit hon salvder* (nostrae salutis causa) 3 b. *euit se* ('proinde') Cath. Saepius cum infinitivo: *eguyt doen ma poan* (ad portandum supplicium meum) 87 a. *eguit ma em descuez dezaff* (ad me monstrandum ei) Buh. 194, 15. *euit guelet, euit quelen, euit len, euit prezec* (ad videndum, instituendum, legendum, praedicandum) fq.

Exempla praepositionis cum pronominibus suffixis: *eguytdouf hep sy gracius* (erga me sine dubio gratiosus) MJ. 140 b. *sanct devy suppli eguidoff* (sancte Davidagi, ora pro me) Buh. 198, 13. *eguidot Jesu men suppli* (tua causa Iesum imploro) 194, 21. *bout collet eguythy* (perire propter eam, materiam) MJ. 94 b. *hoz boa golennet eguetou* (poposceratis de iis, feris), *na galsesde quet eguetou sarmon* (ut non posses tu propterea sermocinari) Buh. 34, 2. 74, 2.

Cornicae propria praep. TROGHA, TROHA (versus; an composita e nomine *tro* et coni. *ha*?): *fystyn trogha parathys* (festina ad paradisum versus) O. 332. *adam ke yn mes an wlas troha ken pow* (A., exi e regione ad alium pagum versus) O. 344. Cum articulo: *fystynyugh trohan daras* (festinate ad portam versus) O. 349. *stop an wethen troghan dor* (flecte arborem ad solum versus) O. 201.

Denique arem. DAVED, DAVE (ad): *quae gant diligancc ha danec fur dave Juzas* (i cum diligentia et gressu callido ad Iudam) MJ. 88 a. *me ya ... dave Lucifer* (v. l. *davet*, eo ad L.) 96 b.

Cum pron. suff.: *duy pret da donet dauedou* (veniet tempus redeundi ad me, ex animi deliquio; leg. *dauedof*) Buh. 60, 7. *ny aya oarse davedaff* (imus ergo ad eum) MJ. 47 b. *mar en quemennhe davedaf* (si id rogaret eum) 224 a.

yt daguitty (ite ad eam) Buh. 34, 22. *troet eo em brut em studi dont dauedouch huy en tyman* (cecidit in animum, in studium meum ire ad vos in hanc domum) 20, 3. *davedoch ohetu ez duy* (ad vos, ecce, veniet) MJ. 49 a. *monet un nebeut davede* (ire paululum ad eos) 225 b.

B. Praepositiones nominales.

Frequentia sunt britannica quoque nomina, quae funguntur munere praepositionum, plerumque accedentibus praepositionibus veris.

Cambrica eiusmodi nomina aut ipsa cum substantivis (nimirum in genetivo positis) coniunguntur, aut interpositis particulis.

1. Coniuncta substantivis quaedam, ut *hit*, *hyt*, *hyd* (longitudo), ac supra memoratum *herwyd*, quibus addi posse videntur adiectiva, ut *cer*, *ger*, *geir* (ad; hib. *gair*, vicinus), ipsa per se praepositionum loco ponuntur. Vocis huius *ger* exempla mox cum substantivis membra corporis designantibus loco praepositionum positis (cum *bronn*, *llaw*) afferentur; relicuarum vocum exempla quaedam tam nudarum quam iunctarum cum veris praepositionibus hoc loco tradentur.

HIT (longitudo, praep. usque ad) sine praepositione vera iam in cod. Lichf.: *hit did braut* (usque ad diem iudicii; Mab. 2, 212. 238: *hyt dyd brawt*) App. L. Land. p. 271. Frequens eadem vox nuda in L. Land.: *hit ir hebauc mein* (usque ad falconis lapides) 75. *hit nant y clauorion* (usque in vallem leprosorum) 119. *hit cecin* (usque in tergum) 146, quamquam in his descriptionibus saepius inveniuntur coniunctae *hit in*, *hit bet*. Ante verba praecedit formula *hit pan* (usque ad cum, i. e. donec), cuius locum tenet *behit pan*, *behet pan* L. Land. p. 70, ac frequens in eodem libro *bet pan* (cf. coniunctiones).

Quae vox BET, orta ut videtur e subst. *hit*,* quocum congruit usu et significatione, ante substantiva invenitur in L. Land.: *bet nant ireilin*, *bet gebenni* 75. 116, *bet rit ir main* 150, *bet tal ir brinn* 164, frequentius iuncta *bet in*, *bet i*, *bet ar*. Forma plenior ante substantivum in eodem extat p. 115: *behet tal ir fos* (usque ad frontem fossae), et pp. 166. 220: *a glasguern behet louern*, *behet louguern* (a Gl. usque L.), iamque in cod. Lichf.: *behet hirmain*, *behet camdubr* (usque ad longum lapidem, ad curvam aquam) App. L. Land. pp. 272. 273, eadem in notatis de mensuris: *beheit heitham ir eguin* (usque ad extremam unguem) gl. Ox. 23ᵃ. Nec differt significatione *cihitun*, *cihitun hi* in isdem glossis: *hor elin cihutun hitorr* (ab ulna usque in palmam) *usque ad artum pugni bes est houboit cihitun ceng ir esceir* (usque ad artum femoris), quae definitiones redeunt in L. Land.: *o nant ir eguic cehitinant dirheith tir rud* (a valle cervae usque in vallem etc.) 69. *tal ifos cihitan clouuric diclour* (frons fossae usque ad C.) 115. Quibuscum conferenda sunt aremorica vetusta *cohiton he* (usque ad), *coihiton* (secundum) infra sequentia.

Praepositionibus *ar* et *in* praemissis substantivo *hit* significatur lat. *secun-*

* Nimirum e formula *pe hit*, *pa hit* (qua longitudine), quae soluta extat in Mab.: *pyhyt bynnac y bych yma* (quacunque longitudine, quamdiu fueris hic) 2, 204. *pahyt bynnac y kerdei velly* (quamdiu pergebat ita) 3, 264. Contracta *pyt*, *byt* ibidem 2, 204: *hyt y bu dy glot ympedryuol byt bellaf* (quousque fuit gloria tua dilatata usque ad remotissimum).

dum (i. e. ad, in longitudinem): *ar hit duifrut ... di blain morduc arhit morduc ... arhit i nant morduc* (secundum D., M. fluvios, valles) L. Land. 116. *di blain nant tauel ar hyt yr nant bet lyfni lyfni ynyhyt bet y lyn ar hyt yr lynn bet* etc. (ad ortum vallis T., secundum vallem usque ad L., secundum L. usque ad lacum, secundum lacum usque etc.) 138. *dinant ar y hyt bet mor hafren* (ad vallem, secundum eam usque in mare Sabrinae) ibid. Frequens ibidem est adverbii loco formula *nihit, inhit* (minus accurate scripta?) pro *in i hit, yn y hyt*, cum pronomine possessivo, significans *porro*, idem quod *intraus, artraus*. *Ar hyt* (secundum, per) in Mab.: *auon regedawc ar hyt y glynn* (amnis fluens in longitudinem vallis, per vallem) 1, 3. *edrych ar hyt y lloft* (circumspicere per cubiculum) 1, 15. *kerdet aorugant ar hyt y dyd hyt ucher* (profecti sunt per diem usque ad vesperam) 1, 31.

Plura alia sunt eiusdemmodi substantiva, spatium vel tempus definientia, cum sua quodque praepositione, quae vix unquam omittitur, ut *erbyn* (oppositio, occursus), *ymyl* (latus), *ystlys* (margo, latus), *ol* (vestigium), *uchaf, gwarthaf* (summum, suprema pars), *lle* (locus), *maes* (campus), *blaen* (apex, cacumen), *plith* (medium), *traus* (directio, positio ulterior), *kylch* (circuitus). Pronomina infiguntur possessiva.

Cum praep. *ar*: *licat arganhell ar traus ir coit* (fons A. trans silvam) L. Land. 164. *sef aoruc y corr yna y tharaw ar ffrowyll aoed ynylaw ardraws y hwyneb ae llygeit* (tunc coepit pygmaeus eum caedere flagello, quod erat in ipsius manu, per faciem eius et oculos) Mab. 2, 11. *ydodit y gyllell yny gwein ar draws y llifdwr* (ponebatur cultellus in vagina trans torrentem) 2, 209. *y kerdassant ar traws maes mawr argygroec hyt yn ryt y groes ar hafren* (processerunt per planitiem magnam A. usque ad vadum crucis ad Sabrinam) 2, 377. *y kerdei ar draws yr ynys or mor* (procedebat per insulam a mari) 3, 265. *yn y lle ar ol hynny* (in loco post id, statim postea) 1, 23. *llenlliein aruchaf y vreckan ... a gobennyd ar warthaf y llenlliein* (linum supra tegmen et pulvinar supra linteum) 2, 374.

Cum praep. *can*: *fford gan ystlys yr auon* (via secundum fluvium) Mab. 1, 3. *marchawcfford gan ystlys y fforest* (via equestris secundum silvam) 1, 237. Idem substantivum cum praep. *yn* significat *ad marginem, ad*.

Cum praep. *yn* plura: *kerda yn erbyn yr allt uchot* (perge contra saltum sursum) Mab. 1, 7. *yn eu herbyn ydeuth peredur* (obviam eis ivit P.) 1, 237. *yn ymyl y ffynnawn y mae llech* (ad latus fontanae est lapis), *llech uarmor yn y hymyl* (lapis marmoreus in eius latere) 1, 8. *yn ystlys y coet ydoed llynn* (ad marginem silvae erat lacus) 1, 244. *emelltith duw itt yn lle dy lauur* (maledictio dei tibi loco laboris tui, pro eo quod fecisti) 1, 293. *dwy ysyd yny vlaen adwy yny ol* (duo ante id, agmen, et duo post id, signa; *ystondard*) 1, 30. *kei yn eu blaen* (C. ante eos, praecedebat; germ. an ihrer spitze) 1, 267. *briwaw ymplith dwuyr* (coquere in media aqua) 3, 301. *ef awelei bebyll ymplith y pebylleu ereill* (vidit tentorium inter cetera tentoria) 1, 279. *gwedy y dyuot ymplith y genedyl* (post eius adventum inter cognatos suos) 1, 26. *dodi golwython ygkylch y tan* (ponere frusta carnis circum ignem), *yn gware yny gylch* (ludens circum eum, leo) 1, 31. *a chael yny uedwl yn herwyd gweledigaeth na rywelsei eiryoet mab athat kyndebycket* (et capere in mentem suam, secundum aspectum, nun-

quam se vidisse filium ac patrem aeque similes) 3, 32. *gauael gadarn ageucist ar gedymdeith ynherwyd ymlad aphrouedigaeth y gorff achadw kywirdeb wrthyt titheu* (captione forti cepisti sodalem secundum id, quod pugnavit et temptavit corpus suum et servavit integritatem erga te) 3, 15. *agwedy ffo y lluoed achlan. mynet arthur ae wyr yn eu gwyd yny llong* (et postquam fugerunt copiae cunctae, ire A. et homines eius coram se, pergere, ad navem; *yn eu gwyd*, in praesentia sua, coram se, cf. hib. *fiad*) 2, 240. Eodem pertinent *y maes* (in campum, foras) et *ymywn* (in medium, intra) post verba motionis, in quibus propter statum durum praepositio *y* supponi nequit, atque *ymywn* (in medio) pro *yn mywn*.

In finium descriptionibus libri Land. *ar traus* et *in traus* promiscue significant *recta porro*. Item pro *ar ol* legitur *yn ol* significatione non mutata, praesertim cum pronomine infixo: *yn ol y twrwf y daw kawat* (post tumultum veniet tempestas) Mab. 1, 8. *minneu aaf yth ol ti* (ego ibo in tuo vestigio, post te) 1, 237.

Praep. *y* ante substantiva quaedam est haud dubie *di* (hib. *do*): *ac y ymyl y prenn ydeuthum* (et ad latus arboris, ad arborem veni) Mab. 1, 8. *di guartham campull* (ad summum C., amnem) L. Land. 70.

Praepositio *o* praemissa substantivis locum et causam indicantibus: *o emil ir cair tollcoit* (a latere castri T., a castro T.) L. Land. 179. *o mais i gueirclaud inhit penn i gueirclaud* (extra pratum usque ad initium prati) 257. *vyg-karcharu yd ydys oachaws marchawc* (incarceratio mea est propter equitem) Mab. 1, 31. *hynny oll oth achaws di* (haec omnia tua causa, propter te) 1, 283.

Frequentius quam in lingua hibernica (cf. *archenn*, *archiunn*, *tarcenn*, pp. 622. 658) praepositionum locum tenent cambrica nomina membrorum, praemissis item praepositionibus tam veris quam nominalibus, ut *am*, *yn*, *rac*, *ger*, *hit*, *hyt yn* etc. Pronomina hic quoque infiguntur possessiva. Substantiva eiusmodi sunt: *penn* (caput), *tal* (frons), *bronn* (pectus), *llaw* (manus).

PENN: *yny del y iarll... am penn y lle hwnn* (donec circumveniet comes hunc locum) Mab. 1, 252. *gwas melyn yn dygwydaw ar penn y linn geyr bron peredur* (puer flavus cadens in caput genu, i. e. in genu, coram P.) 1, 295. *gobennyd o bali coch dan penn y elin* (cervical serici rubri sub eius ulna) 1, 2. *ysnoden o eurllin ym penn y uantell* (filum auro textum in fine, margine, pallii, circum pallium) 1, 3. *hyt ympenn teirnos* (usque ad finem trium noctium, per tres noctes, lignum suppetens) 1, 31. *gwneuthur cromglwyt uchpenn y gerwyn* (facere cratem concavam supra lebetem) 3, 210.

TAL: *di tal ir cecyn behet tal ir foe* (ad dorsi initium, usque ad fossam incipientem), *bet tal ir brinn ... i tal ir foss* (usque ad collem,.. ad fossam) L. Land. 115. 164. *ar tal y pebyll ef awelei vwyt* (in fronte tentorii, ante tentorium, ipse videbat cibum), *dyuot a oruc a gostwng ar tal y lin rac bron y uorwyn* (venire et demittere se in frontem genus sui, in genu, coram puella; supra *ar penn y lin*) Mab. 1, 239.

BRONN: *hit bronn ir alt*, *dir bronn ir alt* (usque ad rupem) L. Land. 70. *dygwydaw aoruc ar penn y lin geyr bronn yr amherodres* (cecidit in genu coram imperatrice) Mab. 1, 281. *ae vwrw ger bronn owein* (et proiecit eum, capreolum, coram O.) 1, 31. *y nesseynt wynteu attaw hyt ymbron y march* (illi appropin-

quabant ei usque ad equum) 2, 375. *rac bronn arthur* (coram A., extensum tegmen) 2, 382. *rac y vronn*, *rac y vron* (coram eo) 1, 15. 245.

LLAW: *adaw y march ar dillat ach y law* (reliquit equum et vestem prope eum), *dos ger llaw y gwr gynneu* (i ad manus viri illius, i ad virum illum) Mab. 1, 27. *gwr melyn yn seuyll ger eu llaw* (vir flavus stans prope eos) 1, 12. *adwyn bwch ae dodi gerllaw y gerwyn* (et afferre hircum eumque locare prope lebetem) 3, 210. *bet islau rit i main melin* (usque infra vadum lapidis flavi) L. Land. 260. *kawg aoed islaw y drws* (lanx quae erat infra portam) Mab. 1, 272. *y dodit islaw y teulu* (ponebantur infra familiam; ad verbum: infra manum familiae) 1, 276. *uchlaw hynny y gwelei mackwy yn eisted ar benn cruc* (supra illud vidit iuvenem sedentem in colle, in capite collis) 1, 274.

2. **Substantiva cambrica, quae cum particulis sequentibus praepositionum loco ponuntur.** Supra sunt memorata quaedam, ut *kyt yn*, *bet in*, *bet ar* (usque ad). Frequentiores sunt formulae, aut significantes lat. *versus*, aut lat. *ex adverso*, in quibus substantiva quaedam absolute vel cum praepositionibus posita *tu*, *parth* (latus, regio), *cyuarwyneb* (facies opposita), sequitur particula *a*, *ac* (praep. *cum* an coni. *atque?*). Addo substantivum *kyt* (coniunctio, societas), quo significatur lat. *una cum* non solum postposito *a*, *ac*, sed etiam praemisso pron. possessivo *y*.

Formulae significantes lat. *versus*: *cecin ir allt ipenn i claud tu ha tal* (a tergo saltus ad caput fossae ad frontem versus) L. Land. 260. *kyuodi aoruc tu ar gaer* (surrexit ad castrum versus), *a thu ar lle hwnnw y kyrchwys peredur* (et ad illum locum versus perrexit P.) Mab. 1, 245. 246. *sef aoruc y uorwyn yna trossi penn y march tu ar marchawc ... athrossi penn yuarch aoruc parth ar marchawc* (vertere caput equi sui ad equitem versus, ipsa, ipse) 2, 10. 11. *parth ac yno ydafi* (illuc ibo) 1, 275. *ynteu adeuth parth a dyffrynn auon* (ipse venit ad vallem versus fluminis) 1, 273. *apharth ar gaer ydeuthum* (et ad castrum versus ivi) 1, 3. Adnotanda est propria constructio utriusque substantivi cum *ac att* (praepositione addita post coniunctionem): *yn dyuot ar hyt y dyffryn tu ac attat* (veniens per vallem ad te versus), *yn dyuot ar hyt y dyffryn parth ac attaf* (ad me versus) Mab. 1, 8. 9. *kyt dywetto ... parth ac attat ti* (quidquid dixerit adversus te) 1, 270. *ar gwas aaeth parth ac att y brenhin* (et puer ivit ad regem versus) 1, 289.

Formulae respondentes lat. *ex adverso*, *contra*: *ef awelei yny mor gyuarwyneb ar tir* (prospiciebat is in mare oppositum terrae), *wynt adoethant racdunt ynywelynt mon gyuarwyneb ac wynt* (procedebant illi porro, donec videbant Monam contra se) Mab. 3, 265. 269. In L. Land. idem significatur subst. *ciueir* sequente genetivo, antecedentibus praepp. *i*, *ar*, *guo*: *gulich irguairet arihit hit iciueir pouisua deuui* (G. deorsum, secundum eum usque ad regionem oppositam loco quietis D.) 149. *arhyt yr ochyr bet ar cyueyr blain cynbran* (secundum curvaturam usque ad regionem oppositam fonti C.) 133. *arhit cecin diuinid bet imein ar ciueir nant trineint* (secundum dorsum sursum usque ad lapides ex adverso vallis T.) 187. Frequens tamen in eodem est formula *penn arciueir* sequente particula *ac* (recte oppositus, e regione, germ. gerade gegenüber): *or ford maur di blain ir betguos. ar hit ir betguos. ar hit ir pant dirguairet... ar hit i ford maur diuinid bet penn arciueir ha penn i betquos* (a via

magna ad fontem B. amnis etc... secundum viam magnam sursum usque ad regionem recte oppositam ortui amnis B.) 197. 198. *aper catfrut in gui ar ihit diuinid bet penn arciueir ha drech dindirn* (ostium C. in G., secundum eum sursum usque ad locum recte oppositum dorso D.) 200. *ar hit ir allt in hit bet i penn arciueir hagenou ir pant* (secundum saltum porro usque in regionem recte oppositam ostio vallis) 234. *bet penn arciueir ar mein adinant* (usque ad locum e regione lapidum A.) 199. *mingui nihit diuinid bet penn arciueir ar pant ini cecin* (M., secundum eum sursum usque ubi recte opposita est faux in dorso) 231. Ibidem tamen sine particula: *penn arciueir cruc* 246. *bet penn arciueir lann mihacgel* 250. *o penn arciueir aper finnaun euirdil* 253. *hit penn guociueir ipant* 149.

Formulae pro lat. 'una cum': *yn gorymdeith ygyt ar amherawdyr* (ambulans una cum imperatore) Mab. 1, 21. *ef a gymhellwys yr ewiged ygyt ar geifyr ymywn* (ipse compulit cervas una cum capris intra, domum) 1, 236. *ac ygyt ac ef owein* (et una cum illo O.) 1, 1. Pronomen possessivum esse praecedens *y* demonstrat *ae* combinatum cum coniunctione *a* (et): *gwedy y dyuot ymplith y genedyl ae gyt gyfedachwyr* (cum venisset inter cognatos atque una inter familiares) Mab. 1, 26, in quo exemplo sine particula *ac* eadem formula est adverbii loco. In hodierna lingua aliter versum adv. *yn nghyd* (simul, una; *cyd* cum praep. *yn*).

Nominalibus his praepositionibus addendae sunt quaedam formulae frequentioris usus in libro Landavensi, infinitivi coniuncti cum praep. *di linu*, *di circhu* (recentius *y gyrchu*, ad procedendum, ad quaerendum, i. e. recta ad, versus), *cin circhu* (ante quaerendum, i. e. ante): *ar hit ir ford bet diar ir allt iniaun di linu dir luin maur* (secundum viam usque ad summum saltum recta procedenti ad fruticetum magnum) 251. *dinant bachlatron maliduc nant bachlatron iuinid in traus digirchu blain nant duuin* (ad vallem B., secundum B. sursum trans dorsum quaerenti fontem amnis Dubini) 74. *gulible inihit dirguairet... iniaun di circhu hentref merchitir* (G., secundum eum deorsum recta ad H. M.) 174. *dir ard trui ir douciuui. ar hit irard nihit ny bron iralt di circhu blain nant humir* (ad saltum versus ad ortum vallis H.), *iniaun iuinid dicurchu ir guoun breith ar cecin i minid* (recta sursum eunti ad paludem variegatam) 175. 187. Similiter: *di circhu trodi* 218. *di circhu ir pant inicecin* 231. *diuinid di circhu bronn ir allt* 232. *dicirchu penn gueirclaud* 253. Idem infinitivus cum praep. *cin* (*kynn*, *kint*, p. 651): *naint du dirguairet bet pann discin inidair cin circhu taf* (ad Dubim amnem deorsum, donec defluit in terram ante T., antequam pervenias in T.) 247.

Tandem verbum substantivum ipsum expletive additum videtur YS vel solum: *ysgwers yd wyf yn keissaw aolchei vygcledyf* (per spatium sum quaerens, dudum quaesivi qui lavaret gladium meum) Mab. 2, 229; vel cum praep. *yr*: *kanys gwelsei yr ystalym* (quamquam eos non viderat dudum) 3, 13 sq. *am na weleis yr ys seith mlyned undyn* (quia non vidi per septem annos quemquam hominem) 3, 157.

Cornica et aremorica substantiva vel adiectiva eodem modo quo cambrica praepositionum loco ponuntur, aut ipsa cum substantivis coniuncta aut interpositis particulis.

Cornica cum praep. *yn*: *yn mysc* (in medio, inter), *yn creys* (in medio), *yn kerghen* (in circuitu, circa), *yn herwyth* (penes, iuxta): *yn mesk cronow* (inter lora) P. 131, 2. *yn mysc y abestely* (inter apostolos suos) 27, 1. *yn agan mysk* (inter nos) D. 1374. *yn ages mysk*, *In agis mysk* (inter vos) R. 1401. P. 75, 1. *yn cres an chy* (in media domo) O. 2481. *yn cres almayn* (in media Germania) R. 2148. *yn kres an wast* (circa medium corpus) D. 1889. *yn creys an ebren* (in mediis nubibus) O. 1245. *yn creys an dre*, *yn crys an dre* (in media urbe) O. 2282. 2300. *dyeth fast vye rum chal y uos yn kerghen map gal* (miseria magna esset per malam meam, eam esse, vestem, circa filium mali) D. 2131. *an queth a fue yn kerghyn ihesu* (vestem quae fuit circa Iesum) R. 1937. *an bovsna ... vs yth kerghyn* (tunicam istam quae est circa te) R. 1922. *hedre vo yn y gerghen queth ihesu* (quamdiu erit circum eum vestis I.) R. 1864. *hedre vo yn the herwyth fythys nefre ny vethyth* (quamdiu erit penes te, virga, nunquam superaberis) O. 1464. *In aga herwyth y ʒese vn marrey* (penes eos erat miles quidam) P. 217, 1. Ex his sine praep.: *mesk ov pobel* (inter populum meum) O. 1594; *herwyth* v. supra p. 689.

A formula cambrica *yn erbyn* (in occursum) differt cornica *erbyn*, i. e. *er pyn*, intromittens pronomina possessiva inter utramque vocem: *erbyn c̄st rag y welas y eth* (obviam Christo ad eum videndum illi iverunt) P. 29, 2. *mar keus den uyth er ow fyn* (si loquitur quisquam adversus me) R. 1919. *molloʒ ... aʒe erʒebyn* (maledictio veniet contra te) P. 66, 3. *mur a dus o cuntullys erybyn ʒy guhuʒas* (multum populi erat congregatus contra eum ad eum accusandum) 88, 4. *kymmys cawsys erybyn* (quotquot dixerunt adversus eum) 100, 1. *mar myn eraganpyn ny cous* (si vult contra nos loqui), *mar a leuer den vyth er agas pyn why tra vyth* (si loquitur quisquam contra vos quidquam) D. 1663. 180. *eraga fyn ... vn ger ny leuery* (contra eos ne unum quidem verbum loquebatur), *eraga fyn na gewsyth* (quod contra eos non dicis) P. 96, 4. 120, 2. Pro *er* praep. *war*: *may halle doys war y byn* (ut posset venire ei obviam) 171, 2.

Formulae cornicae cum praep. *a*, *war* etc.: *euiter abard tat* (gl. patruus), *abarh mam* (gl. avunculus), *modereb abarh mam* (gl. martertera), *abarh tat* (gl. amita; i. e. *a barth*, a parte patris, matris) Voc. 7ᵃ. *a dryff tus* (a tergo, clam populo) P. 79, 4. *war lyrgh anken* (post aerumnam) 236, 4. *war lyrgh henna* (post hoc, postea) 91, 3. *war lyrgh y arhadow* (secundum eius imperium) 247, 4. *warlergh the gussullyow* (secundum consilia tua) O. 2269. *war the lergh* (post te) R. 1170. O. 1434. *war aga lergh* (post eos) O. 1641. *war y lyrgh mur a lu* (post eum, Iesum, multum agminis) P. 163, 3. *drefen an virtu* (propter virtutem) 68, 1. *drefen ov bos noeth* (quia nudus sum) O. 259. Formulae *aberth* (intus, intra), *adro* (circa), *agy* (intus, intro) poscunt praep. *yn*, *dhe*: *mester bras a berth yn wlas* (magnus sacerdos in terra, Caiphas) P. 89, 1. *a berth yn dre*, *aberth yn crows* (in oppido, in cruce) 30, 3; 151, 1. 185, 1. *aberth yn beth*, *aberth yn beyth*, *aber yn beth* (in sepulcrum) R. 311. 2083. 2108. *aberth yn beth* (in sepulcro) R. 514. *an eʒewon debel ʒe Ihūs esens a dro* (Iudaei mali circa Iesum erant) P. 140, 4. *a dro ʒy gorff y trylyas sendall* (circa corpus eius volvit sindonem) 232, 3. *queth esa a dro ʒoʒo* (velamen erat circa eum) 140, 3. *adro thotho* (circa eum) O. 2101. 2500. *adro thethy* (circa eam) O. 778. *agy then yet gor the ben* (intra portam pone caput tuum), *trygys agy theth wlas* (moratus in regione

tua) O. 743. 1483. *agy the ewhe an geyth* (intra vesperum diei) R. 275. *pan veugh agey then cyte* (cum eritis intra urbem) D. 627.

Pro cambr. *hit*, *bet*, *hyt* cornice adhiberi solet formula *bys yn*: *I eth ... bys yn pylat* (illi iverunt usque ad Pilatum) P. 98, 1. *bys yn pen* (usque ad caput, extremitatem, clavorum) 178, 3. *bys yn mont a galvary* (usque in montem Calvariarum) 162, 1. *bys yn ierusalem ke* (Hierosolyma i) O. 1928. *bys yn y chy* (usque in domum eius) D. 648. *bys yn meneth* (usque ad montem) O. 1303. De tempore tamen sine praep. dictum invenimus: *bys deth fyn*, *bys deyth fyn* (usque ad diem extremum) D. 724. R. 416. *bys gorfen bys*, *bys gorfen beys* (usque ad finem mundi) R. 178. O. 584; cf. *bys venary*, *bys venytha* p. 621.

E nominibus membrorum eodem usu, quo cambrica supra memorata, cornice saepius est *pen* (caput): *y thens ʒe ben dowlyn*, *y ee ʒe ben dewlyn* (ceciderunt in genua) P. 137, 1. 196, 1. *war ben dowlyn ... ow coʒe* (in genua cadens) 171, 3. *may ʒeth war ben y ʒewleyn* (ut caderet in genua sua) 54, 4. *hag eth arta ʒe besy war ben gleyn* (et ivit rursus oratum in genibus) 56, 2. *war ben vn meneth* (in montem, eum duxit) 16, 1. *hay yll troys a ve gorris poran war ben y gele* (et unus eius pes est positus recte super alterum) 179, 3.

Aremorica nomina praepositionum loco sola posita vel praemissa praepositione: *servichaff doe guir roen ster het ma amser a prederaff* (servire deo vero regi stellarum longitudinem temporis mei, per tempus meum, cogito) Buh. 190, 15. *a het decc bloaz goaz oz goaz eza diff* (e longitudine decem annorum, per decem annos peius peiusque fit mihi) 118, 16. *ema ann esquep hep repos ahet nos ouz da gortos* (sunt episcopi sine requie per totam noctem te expectantes) MJ. 61b. Idem subst. inest in formulis aremoricis vetustis *cohito*, *coihiton* (secundum, per) et *cohiton hi* (usque ad), quae inveniuntur in charta a. 821 supra memorata (p. 663): *do fos matuuor cohito fos do imhoir* (ad fossam Matuori, secundum fossam ad amnem), *do rudfos coihiton rudfos* (ad fossam rubram, secundum rubram fossam, 'per rubram fossatam' ibid.), *cohiton hi fosan* (usque ad fossulam, 'fossatellam usque').

Exempla nominum cum praepositionibus e Cath.: *agoez*, *auoez* ('palam'), *adreff* ('pone'; hod. *adre*, trec. *adreoñ*), *abarz*, *ebarz* ('intra'; hod. *abarz*), *aenep* ('adversus'; sicut hod.), *enquichen* ('tenus, prope, iuxta') = *equichen* ('iuxta'; hod. *é-kichen*), *oartro* ('circa'; hod. *war-dro*). Exempla e carminibus: *an bugale am eux maguet soutenet re so am* (v. l. *em*) *enep me gourreet* (pueri quos nutrivi, sustentavi nimium, adversus me surrexerunt) MJ. 23b. *breman aman a goez an bet* (nunc hic coram mundo), *roy breman a goez an tut* (da ea nunc coram hominibus; cambr. *yn gwyd*) Buh. 124, 14. 128, 24. *a dreff piler nem gueler quet* (post pilam non videbor) 54, 12. *an plat a dref an clezef se* (lamina a tergo huius gladii) 154, 7. *a gruif hep gou a parz dou dez* (faciam certo intra biduum) 84, 9. *dal liufre guen ez querchen* (tene vestimentum candidum circa te; corn. *yth kerghyn*) 104, 7. *me guel maruaillou hep gou quet voar tro devy* (video miracula revera circa Davidagium), *coulm guen disquennet de metou* (columbam albam delapsam in eum) 116, 16. 17. *da monet de metou* (ad occurrendum ei) MJ. 190a. *enterret en e metou* (sepulta prope eum) 192b. *den suspect so en metou* (homo suspectus qui est inter nos) Buh. 74, 5. *dibunet en hoz mettou* (divisum penes vos; cf. 170, 15: *dre nep metou*, ullo medio, ullo modo) 170, 2.

en creis ma calon, en creys ma calon, en creis ma coudet (in medio meo corde) MJ. 25 b. 193 b. 81 b. *en creis un bez* (in medio sepulcro) 175 b. *en creis ma bisaig ez cracher* (in mediam faciem meam sputabitur), *en creis ho calon* (in medium cor vestrum) 33 a. 39 b. *en tal an bez yen* (in fronte, prope sepulcrum gelidum) 192 a. *en tan equichen sathanas* (in igne iuxta satanam) 99 b. *oz hars an men man, oz hars an men* (post lapidem hunc, in tergo l.) Buh. 96, 9. 19.

Alia sequitur praepositio: *tost ouz bez ma autrou* (prope sepulcrum domini mei) MJ. 192 b. *tost dan mor armoric* (prope mare aremoricum; hod. *tôst da*) Buh. 148, 21. *da arhuest a tost dan mor en vn forest* (ad expectandas, feras, prope mare in silva) 32, 1; cf. *a tost* ('cominus') Cath. Gallicanum *palamour* ('propter') Cath.: *palamour glan da roen an bet* (certo propter regem mundi) Buh. 6, 24 etc.

Cambrico *hit*, *behit*, *bet*, *byt* significanti lat. *ad*, *usque ad*, respondent formae aremoricae frequentiores BET, BED vel BEDE (= cambr. *bet in*, *bet i*, corn. *bys yn?* an = hod. *bet ec*, i. e. *bet ac?*): *bed patric*, *bed devy*, *bede patricius*, *bede devy* (ad Patricium, Davidagium) Buh. 6, 15. 196, 11. 2, 3. 198, 10. *bede hiberdon* (in Hiberniam) 14, 14. Cum articulo *bede an*, *beden*: *deux bede an les celestel* (veni ad aulam caelestem) 146, 12. *duet* ... *beden predicator beden cador de enori* (venite ad praedicatorem, ad cathedram ad eum honorandum) 76, 7. 8. *doe ha den a voue scuiz stanc gant cals anquen beden maru yen* (deus et homo qui defessus fuit adeo magna aerumna usque ad mortem frigidam) 102, 15. *dinam beden finuez* (sine macula usque ad finem) 104, 5. Cum pronominibus suffixis *bed enhaff* (ad eum), *bet enhy* (ad eam; cf. p. 672); sed etiam *bedec enhaff* (ad eum) Buh. 184, 18. Hod. *bete* ante consonas, *beteg*, *betek* ante vocales, apud Venetos tamen et *bet* et *beta*, *betag*; cum pron. *beteg ennoun*, venet. *bet on-me* (usque ad me).

CAPUT TERTIUM.

De coniunctionibus.

Coniunctiones quae sententias vel voces non solum copulant, sed etiam disparant, comparant, opponunt, et vario modo iuxta ponunt, in linguis celticis sicut ceterae particulae aut primitivae sunt, plerumque monosyllabae, rarius bisyllabae, aut ex aliis orationis partibus desumptae, ut e nomine, pronomine, praepositionibus, quae vel per se ponuntur vel coniunguntur inter se.

I. Coniunctiones hibernicae.

1. Coniunctiones primitivae vel obscurioris originis, secundum affinitatem significationis dispositae.

a. ACUS, DAM (rec. *dan*; et, etiam). *Acus* (respondens britannicae *ac*), frequentius *ocus*, etsi indubie affinis est aliis vocibus hibernicis, praep. *oc* (prope) et adi. subst. *accus*, *ocus*, *comocus*, *comaicsiu* (vicinus, vicinitas), ob minorem tamen perspicuitatem terminationis hoc loco ponenda videtur. Plenam scriptionem *ocus* (interdum *ocuis*) semper exhibet cod. Cam., formam *acus* (compendio *ac.* semel notatam in scotico L. Dér.) plene scriptam cod. Wb. in uno loco: *intain diagmuni fobaithis iscosmulius aadnacuil acus abáis dúnni* (gl. consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem) 3ᵃ. In ceteris locis huius codicis omnibus atque interdum in Sg. (ut 100ᵇ: *nomréla et nometargnigedar*) latinum *et* plene scriptum invenitur in medio sermone hibernico. Plerumque tamen in Sg. sicut in ceteris codicibus hibernica vox eadem nota significatur qua latina, 7.

Formae recentioris IS (*a's*, *'s*), de qua agit O'Don. p. 320, antiquissimum exemplum invenimus in hymno Máilísu: *inspirut noeb daittreb arcuirp isarnanma* (spiritus sanctus ad habitandum corpus nostrum et animum).

Eandem particulam compositam continere videtur SCO, SCEO (cf. *seó* pro *so*, p. 9), miro modo praemissa duobus substantivis iungendis in Cam.: *adciam isnaib inscib sco eulis indœcni* (discimus in sermonibus sapientiae et cognitionis); sed pariter ac praecedens particula constructa in cod. hibernico ap. O'Don. l. c.: *firu macu mná sceo inghena* (viros, filios, mulieres et filias); duplicata ibidem in alio exemplo vetustiore: *i bh-fiadhnaise fer nerend sceo macu sceo inghena* (coram hominibus Hiberniae et filios et filias).

Dam (etiam), diversa a coni. *dim*, frequens in codicibus: *robói són dam leo* (gl. solebant proferre et plerus) Sg. 75ᵇ. *arecar dam* (invenitur etiam) Sg. 137ᵇ. *cenelae ciuil inso* (gl. cymbalum), *cenelae ciuil dam* (gl. cynera) Ml. 2ᵇ.

b. NO, NA (vel, sive): *comsuidig. liter no sill.* (compositio litterarum vel syllabarum) Sg. 4ᵇ. *nó itlia desill.* (gl. bisyllaba sint vel eo plus) 44ᵇ. *proind less hitaig nó airitiu ábiith* (gl. cum huiusmodi, fratre maledico, ne cibum quidem sumere, scripsi; i. e. prandere apud eum domi vel sumere eius cibum) Wb. 9ᵇ. *ni ar oén fer na diis* (non pro uno viro aut duobus) 4ᵇ. *ní arlóg na aithi* (non ob mercedem aut talionem) 14ᶜ. 15ᵇ. 24ᵈ. *arnífil ceneel nabelre isinbiuth* (nam non est natio aut lingua in mundo) 28ᵇ. *conafil dualchi na accobra colnidi leu* (gl. qui sunt Christi, carnem crucifixerunt; i. e. ut non sint vitia aut cupiditates carnales in iis) 20ᶜ. *testas dinn na diibsi* (testimonium de nobis vel de vobis) 24ᶜ. *imchloud cenéuill na diill* (immutationem generis vel declinationis) Sg. 31ᵇ.

c. TRA, DIM (rec. *din*), DONO (ergo, igitur). Coniunctionis *tra* scriptio plena in solo codice Cr.: *anisiu trá isícen* (hoc igitur necesse est) 3ᵇ. In Wb. et Sg. frequentis usus, semper notatur compendio ·*t*·, duobus punctis sive commatis super *t* suprascriptis: *cib cenél ·t·* (quodcunque est ergo genus), *issuaichnid sund ·t· asrect* (demonstratio est hic ergo, esse legem) Wb. 3ᵇ. 3ᵈ. *isfollus asin ·t·* (est manifestum inde igitur), *isfoluss dún ·t·* (est manifestum nobis ergo) Sg. 5ᵃ. 40ᵇ. Item in ceteris codicibus: *ised inso ·t· tosach indlibuir* (id ergo est initium libri) Tr. 2ᵃ.

Dim: *ciarudchualatar ilbélre et cenuslabratar nipat ferr de isfollus dim nanmá arbríg labrad ilbélre* (etsi audierunt varias linguas et locuntur iis, non

erunt eo meliores; patet ergo, non esse nisi ad ostentationem loqui variis linguis) Wb. 12[d]. *act bahé cúrsagad maid madachoisged dilgud ní maid dúibsi dim cendilgud* (gl. sufficit illi obiurgatio, .. e contrario magis donetis et consolemini, 2. Cor. 2, 6; i. e. modo illa obiurgatio esset bona, si eam sequeretur remissio, non bona ergo vobis sine remissione) 14[a]. *ce torbe dúibsi dim* (quid commodum igitur vobis?) 12[a]. *conascrad dim iartichte cr.* (gl. medium parietem maceriae solvens, Eph. 2, 14; i. e. ut non separaret igitur post adventum Christi) 21[b]. *istoisigiu dim cétna netargne* (est potior igitur primus intellectus) Sg. 198[a].

Dono, interdum *dano,* quin etiam *dana*: *arcia dono* (gl. ut quid autem? i. e. ut quid igitur?) Wb. 2[d]. *cedono rigne occo itlib huili* (gl. omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo etc., 1. Cor. 3, 22; i. e. quisquis igitur egit in eo, sunt vestra omnia) 8[d]. *hóre ronortigestar dia cedono tuidecht friss* (gl. a deo ordinatae sunt potestates, itaque qui resistit potestati dei ordinationi resistit; i. e. quia deus ordinavit, potestatem, quid ergo resistere ei?) 6[a]. *cepu dono adrad dé dothabirt dopool inchruthsin* (gl. numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? 1. Cor. 1, 13; i. e. quid ergo adorationem dei dare Paulo hoc modo?) 7[d]. *ciapudono dún indarpe geinte inchruthsin aris innon iress nodonfirianigedar* (gl. quomodo gentes cogis iudaizare? nos in Christo Iesu credimus ut iustificemur ex fide et non ex operibus legis, Gal. 2, 16; i. e. quid ergo nobis exheredatio gentium hoc modo? nam est eadem fides quae nos iustificat) 19[a]. *ní lour inbendachad diammaldachae ní lour dano innebmaldachad mani bendachae* (gl. hospitalitatem sectantes, benedicite et nolite maledicere, Rom. 12, 14; i. e. non sufficit benedicere, si maledicis, non sufficit ergo non maledicere, si non benedicis) 5[d]. *itles dano indangil* (gl. cum iterum introducit primogenitum in orbem terrae dicit: et adorent eum omnes angeli, Hebr. 1, 6; i. e. sunt apud eum igitur angeli) 32[c]. *isirlam indanim do thuil dée dodiusgadar dana indanim* (est promta anima ad voluntatem dei, expergefiat ergo anima) 5[c]. *ni cech fær dana* (gl. foenum; i. e. non quodvis gramen igitur) Ml. 44r.

d. NOCH, CAMMAIB, IMMORRO (tamen, autem, sed); his addi potest ÉM (item, vero).

Noch (autem, tamen, attamen) magis minusve opposita antecedentibus: *nibí nach dethiden foir act fognam dodia noch ba hed ón ba choir* (gl. qui sine uxore est, sollicitus est, quae domini sunt; i. e. non est ulla cura ei nisi servire deo; hoc autem erat iustum) Wb. 10[b]. *noch ba hé affasugud anebchomalnad* (gl. non irritum facit, lex, quod promissum est, ad evacuandam promissionem, Gal. 3, 17; i. e. haec autem esset eius evacuatio, id non implere) 19[c]. *berit insos. do imthrenugud ueteris noch ba uissiu indfigor do imthrenugud ueritatis .i. noui* (gl. volunt evertere evangelium; i. e. sumunt evangelium ad confirmationem veteris; veruntamen esset iustior figuratio, vet. test., ad confirmationem novi) 18[c]. *cid dianepirsom anísiu noch ni rabatar indfirso riam forecht fetar. ni ariscumme lessom tect fosmachtu rechto et fognam do ídlaib* (gl. quomodo vertemini iterum ad infirma? Gal. 4, 9; i. e. cur dicit hoc, Paulus ad Galatas, quamquam non fuerunt viri hi antea sub lege vetustatis? Resp.: quia est idem secundum ipsum ire sub ritus legis et servire idolis) 19[d]. *noch ba ed ba riagolda im̃ inderbus and intain bed femi. 7 derba intain bed mascul.* (sed hoc tamen

regulare erat, incertitudo in eo cum erat fem. et certitudo cum erat masc.) Sg. 66ᵇ. *am. nobed noch ní fail* (gl. fecit Anchisiades, quasi ab Anchisios; i. e. acsi esset, quamquam non est) 32ᵃ. *noch ni ed ón bid hiforg.* (gl. suam quoque coniungens personam, ... ut pugnemus, legamus, Pr. 8, 18, 102; i. e. tamen hoc non est in imperativo; cf. quae paulo ante adnotavit glossator ad vocem *hortativa*: *ni forgarc am. sodain. isnertad*, non est imperatio sic, est hortatio) 161ᵇ. *noch ni cóir son acht corop máa inoensill. in comparit iss. aschóir* (gl. u post q vel g posita amittit vim suam, ut nequior pinguior; quod nisi fiat, contingit, si in consonantem transeat i, pares esse syllabas genetivo positivi cum nominativo comparativi, Pr. 3, 1, 7; i. e. attamen non congruum hoc, sed ut sit maior una syllaba comparativus, hoc est congruum) Sg. 40ᵇ. In sententia affirmativa, nisi sequitur alia forma verbi substantivi, ut *ba*, ante qualemcunque partem orationis, interdum ante formas verbales ipsas *is* praecedere solet: *nochisinduine adras dondédiuin* (gl. deus hunc et hanc destruet, ventrem et escam; i. e. attamen homo huic utrique servit) Wb. 9ᵃ. *dodcad dochách leosom noch isdoibsom adodced sidi* (gl. contritio et infelicitas in viis eorum, Rom. 3, 16) 2ᵇ. *noch is ósuidiu dorratad* (gl. si ex lege hereditas data est, iam non ex promissione, Abrahae autem per repromissionem donavit deus, Gal. 3, 18) 19ᵃ. *nochis inditin són* (gl. iterum tuitionem) Ml. 19ᵃ. *noch is relatiuum insin insamlathar dam inni frialaili* (gl. qualis; gl. possunt haec eadem et relativa esse et similitudinis; i. e. quamquam est relativum hoc, imitatur etiam notionem ad alia) Sg. 30ᵃ. *nochis infóircthi són* (gl. si qui studiosi sunt: etiam imbecillus involvitur isdem sane obiectionibus, si etc.) Ml. 16ᵇ. *arnidiset nochis forfiat son* (gl. ut officia sua explicare non valeant, corporis mei sensus), *nochis ónmlith son* (gl. ipsa sui attritione veterascit) 23ᵃ. *nochis nondageson* (attamen rogo hoc) 21ᵇ. *nochis intinscanam* (gl. docet autem nos per hoc ut cum operis aliquid arripimus) 23ᶜ. *nochis nocathaigtis ón* (gl. sed potius ut armati dominum non timent) 16ᵇ. *noch isconacertussa ón* (gl. psalterium Romae dudum positus emendaveram) 2ᵃ

Eadem coniuncta cum *ém*, *ám* (p. 703): *noch ám am israhélde* (gl. nam et ego Israëlita sum) Wb. 5ᵃ. *noch ám foddli cenél a .us. in .a in .um* (gl. sociumque, in versu Vergilii ap. Pr. 7, 6, 26: recusant hoc, ûm pro orum, in masculinis habentibus neutra, ... invenitur tamen usus huiuscemodi concisionis. Virgil. in IX. altaque certant prendere tecta manu sociumque attingere dextras, pro sociorum; i. e. tamen hoc quoque distinguit genus ex us in a in um) Sg. 121ᵇ. *fri corpthadid et scoir.* (leg. *stoir*) *doberat iudei tóib tm. noche:: isspirtálde dus. et isspirdide annuiadniss uile* (gl. dominus autem spiritus est, 2. Cor. 3, 17; i. e. ad corporalitatem et materiam referunt I. tantum, tamen etiam est spiritualis dominus, et est spirituale novum testamentum omne) Wb. 15ᵇ.

Cammaib (tamen), variata paulum scriptione (p. 62), praecedit interdum, ut coniunctio *noch*, saepius autem postponitur: *camaiph thech. ainm.* (gl. tamen nominativos habeant: quaeritur cur, si mei pro ἐμοῦ et ἐμαυτοῦ et tui pro σοῦ et σαυτοῦ accipiantur, tamen nominativos habeant, sui, cum pro οὗ et ἑαυτοῦ accipitur, non habeat nominativum? Pr. 13, 5, 24) Sg. 209ᵇ. *isamlid cammaib atuidsi in spu.* (gl. si tamen spiritus dei habitat in vobis) Wb. 4ᵃ. *manimchobrad rad dǽ dagéna cammaib* (gl. infelix ego homo, quis me liberabit de morte cor-

poris huius? gratia dei, Rom. 7, 24; i. e. si non iuvaret me gratia dei; faciet id tamen) 3ᵈ. *ní gatda diib cammaif imnetha inbetho* (gl. si acceperis uxorem non peccabis et si nupserit virgo non peccabit, tribulationem tamen et curam habebunt huius mundi) 10ᵇ. *ni cumcat camaiph ille 7 iste beta naithfoilsigthecha dondí asipse* (gl. non tamen etiam ille et iste referri ad pronomen ipse possunt, Pr. 12, 1, 5) Sg. 198ᵃ. *ceso comprehensio literarum asberr camaiph rl.* (gl. syllaba est comprehensio literarum subsequens sub uno accentu et uno spiritu prolata, abusive tamen etiam singularum vocalium sonos syllabas nominamus) 21ᵃ. *iscuit airicc camai ni gaib airechas* (gl. invenio legem resistentem volenti mihi facere bonum, Rom. 7, 21; *camai* in codice pro *camaib*, *camaif*) Wb. 3ᵈ.

Im̄ (autem, vero), in codicibus semper sic notata, etiam in Wb., putanda est coniunctio eadem, quae hodie scribitur *iomorra*, *imorro* in narratione vetere inscripta *Deirdri*, ed. O'Flan. pp. 154. 160, nisi praeferendum est interdum adv. *immanetar* (vicissim, p. 614). Postponitur etiam haec: *níthucci mo menme im̄* (gl. si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est, 1. Cor. 14, 14; i. e. non intellegit autem mens, si aliena lingua loquor) Wb. 12ᵈ. *ithé sidi im̄ beta hícthi* (gl. qui secundum carnem sunt quae carnis sunt sapiunt, qui vero secundum spiritum..; i. e. sunt hi vero, qui erunt salvati) 3ᵈ. *ciabeid cr. indibsi trefóisitin hirisse isbeo indanim trisodin ismarb incorp im̄ trisnasenpectu* (gl. si Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est, spiritus vero vivit) 4ᵃ. *isdimdar. moysi isintegdais ishe som im̄ orotaig integdais ... ism[ac] hitaig aatharsom isæ im̄* (gl. Christus vero tanquam filius in domo sua; i. e. est famulus [?] M. in domo, ipse vero construxit domum, est filius in domo patris sui ipse autem) 33ᵃ. *ní derscaigi dindhuiliu cheneul isdi hilib im̄* etc. (non differt ab omni genere, a multis autem..; cf. p. 610 not.) Sg. 40ᵃ. *imrádat imráti cid maith asdénti et nertit adénum inmaidsin connessat im̄ ingníim noloc et arangairet* (gl. ipsi sibi sunt lex, ... inter se invicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus, Rom. 2, 15; i. e. cogitant cogitationes, quid boni sit faciendum, et confirmant id facere, hoc bonum, condemnant autem factum malum et vetant id) Wb. 1ᵈ. Scriptione pleniore, quamquam nondum integra, *imr* cum lineola supra ducta in Wb.: *dosnicfa cobir cid mall bith maith imr. intain dondiccfa* (gl. veniet ex Sion, qui eripiat et avertat impietatem ab Iacob, Rom. 11, 26; i. e. veniet eis auxilium quamvis sero, erit autem bonum cum veniet) 5ᶜ. *leissem atech didiu iishe conidrotig fer imr. diamuintirsom inti moysi* (gl. fidelis est ei qui fecit illum, sicut et Moyses in omni domo eius, Hebr. 3, 2; i. e. illius est domus ergo, ipse eam construxit, vir autem e familia ipsius est M.) 33ᵃ. Coniungitur interdum cum *cammaib*, *noch*: *rocruthaigsemar camaiph im̄ oenchárac. f tarhesi .p. cotinf. in epertaib latinndaib* (gl. nos autem antiquam scripturam servamus, in latinis tamen dictionibus nos quoque pro ph coepimus f scribere, Pr. 1, 5, 25) Sg. 9ᵃ. *noch ba ed ba riagolda im̄* (hoc tamen esset regulare) 66ᵇ. *noch im̄ ní rolsat som cumachtae ndé diib* (attamen non deiecerunt potestatem dei; cf. p. 610 not.) Ml. 16ᵈ.

Quaeritur an cum eadem sit conferenda forma *imurgu* in cod. Wb. 33ᵃ: *rubu fersom muinte. maith dam dalhum nirbu choimdiu imurgu* (gl. Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, Hebr. 3, 5; i. e. fuit vir is

familiae, bonus etiam dispensator, leg. *ddlem*? non fuit dominus vero); item in carm. Ml. 1.: *bacunda: sem immurgu* et 2.: *dotiagar ass immurgu*.

Ám, *ém* (item): *isfollus isindí nachimrindarpaisé noch ǽm am israhélde* (gl. dico ergo numquid reppulit deus populum suum? absit, nam et ego Israelita sum, Rom. 11, 1; i. e. est manifestum in eo, quod non me reppulit, quamquam ipse quoque sum Israelita) Wb. 5ᵃ. *cain rosóibad abracham trihiris intree ǽm didiu fanacc* (gl. dicimus quia reputata est Abrachae fides ad iustitiam; quomodo ergo reputata est? Rom. 4, 10; i. e. nonne sanctificatus est A. per fidem? utrum ergo per ipsam quoque, necne?) 2ᵃ. *atá ém .i. ata dam* (est iterum, est idem, est etiam) Sg. 201ᵃ. *dogniam ám* (gl. nos quoque in psi facimus praeteritum perfectum, ut Graeci) 160ᵇ. *fosrucurt dúib ǽm* (gl. quos saepe dicebam, multi ambulant in forma nostra) Wb. 24ᵃ. Transit ex hac sicut graecum ὅμως in significationem lat. *vero*, *autem*: *cid æm nodomberasa cucuibsi. ni. desidero enim* (gl. desidero enim: obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos. Desidero enim videre vos, Rom. 1, 10. 11; i. e. quid autem ducit me ad vos? Resp. desid. etc.) Wb. 1ᵃ. *am. ni risinse dobarcoscsi riccubsa ǽm* (gl. tamquam non adventurus sim ad vos, sic inflati sunt quidam; veniam autem ad vos cito, 1. Cor. 4, 19) 9ᵃ. *ammi fáilti ǽm calléic in tribu.* (gl. quasi tristes, semper autem gaudentes, 2. Cor. 6, 10; i. e. sumus gaudentes autem utique in tribulatione) 16ᵃ. *raǽra dia duún ǽm* (gl. ipse autem deus et pater noster dirigat viam nostram ad vos, 1. Thess. 3, 11) 25ᵃ. *ni asse linn ǽm béim* (non facilis nobis vero intellectus) 5ᶜ. *indinne bis indib riam .i. inne ainmnichthe. issi ám inne ainmnich. guthaich. atercbál treofesin* (gl. quas si flectas, mutas, vocales, significatio quoque nominum una evanescit, Pr. 1, 3, 7; i. e. significatio quae est in eis antea, id est significatio denominationis; est illa autem significatio nominationis vocalium earum prolatio per se) Sg. 4ᵇ. *iss. ám anécóir putare rl.* (gl. quid autem sic incongruum, quam ... putare? Pr. 13, 6, 32) 211ᵃ. Formulae *noch ǽm* exempla supra prolata sunt (p. 701).

e. ACT, *acht* (modo, tantum) respondens fere angl. *but*, post negationem transit in significationem lat. *sed*: *ni delb adrorsat act iscosmulius delbe* (gl. gloriam dei in similitudinem imaginis mutaverunt; i. e. non est imago quam adorarunt, est similitudo tantum imaginis) Wb. 1ᵇ. *nípu libsi intórdso act ba la amiresschu* (gl. hoc apud infideles et non apud sanctos; i. e. non apud vos hic ordo, sed erat apud infideles) 9ᶜ. Alias respondet lat. *nisi*: *nibi nach dethiden foir act fognam dodia* (non est ulla cura ei nisi servitus dei) Wb. 10ᵇ. *arna conroib dethiden forneuch act tol dǽ do dénum* (ne sit cura cuiquam nisi voluntatem dei facere) 15ᵈ. *coná ruchretesi doneuch act nech dogned nagnímusin* (ne cui crederetis nisi qui faceret haec opera) 17ᵃ. *ní radat som fri sudib acht bréic 7 togais* (non locuntur illi ad hos nisi mendacium et simulationem) Ml. 31ᵃ. *hit lechdacha lesom intan nád techtat acht oin aimsir* (gl. ancipites vel liquidae; i. e. sunt liquidae illi, cum non habent nisi unum tempus) Sg. 5ᵃ. Negationi praecedit in formula *act nammá* (gl. nisi forte, gl. tantum) Wb. 9ᵈ. 23ᵇ.

Eadem coniunctio cum coniunctivo constructa respondet lat. *dummodo*, praesertim in formula *act ropo*, *act rop*: *bíth and beos act ropo ituil dée* (gl. in quo statu vocatus est frater, in hoc maneat apud deum) Wb. 10ᵃ. *act ropo chon*

etarceirt innambélresin (gl. fratres aemulamini prophetare et loqui linguis; i. e. dummodo fuerit cum interpretatione harum linguarum), *farcongair som tra sunt indsamuil precepte et labrad ilbélre act ropo cho torbu æcolsa* (praecipit ipse, Paulus, ergo hic imitationem doctrinae et locutionem multarum linguarum, dummodo sit cum utilitate ecclesiae) 13ᵃ. *ni confil bas sciith lim act rop ar cr.* (non est mors onus mihi, modo sit pro Christo) 18ᵃ. *ni imned lim act rop cr. predches et immerada cách* (gl. quid enim? dum omni modo sive per occasionem sive per veritatem Christus adnuntiatur; i. e. non est tribulatio mihi, dummodo Christum praedicet et cogitet quivis) 23ᵇ. In aliis exemplis plus minusve conspicua significatio condicionalis interdum transgreditur in temporalem: *act ni robat pecthe less* (gl. sic de pane illo edat, 1. Cor. 11, 28; i. e. si non fuerint peccata in eo) Wb. 11ᵈ. *am. rongab comadnacul dúun atá comesséirge act rocretem oipred dé* (gl. consepulti Christo in baptismo in quo et resurrexistis per fidem operationis dei, Col. 2, 12; i. e. ut est consepultura nobis, est consurrectio, si credidimus operationem dei) 27ᵃ. *act ranglana tre athirgi* (gl. erit vas ad omne opus bonum paratum; i. e. si se purgaverit per paenitentiam) 30ᶜ. *act robé quies et tranquillitas regibus bieid dam dúnni andedesin* (gl. gratiarum actiones pro regibus ut quietam et tranquillam vitam agamus, 1. Tim. 2, 2; i. e. si fuerit quies et tranquillitas regibus, erit etiam nobis hoc utrumque) 28ᶜ. *act ríam nem bimmi æcni et bimmi foirbthi uili* (cum assecuti fuerimus caelum, erimus sapientes et perfecti omnes) 12ᶜ. *bid maith momenmese act rocloor forcáinscéilsi* (ero bono animo, cum audivero bonum nuntium de vobis) 23ᵈ. *act rocomalnither inso uile* (gl. tunc revelabitur; i. e. cum impletum fuerit hoc omne) 26ᵃ. *isand istualáng anerta act rachomalnathar rennaprecept* (gl. oportet episcopum esse amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari, Tit. 1, 9; i. e. tunc est aptus ad eius confirmationem, cum id implevit ante eius doctrinam) 31ᵇ.

f. MA (si), tam simplex quam pronominibus vel reliquiis verbi substantivi aucta, coniungi solet cum coniunctivo vel formis secundariis. Forma simplex: *ma arberaesiu biuth* (gl. si tu fueris optata securitate perfuncta) Ml. 52r. *machomalnit angrád* (si explent gradum) Wb. 28ᶜ. *ma confodma[m] am. cr.* (si compatimur sicut Christus) 4ᶜ. *ma fogneith dorecht* (si servitis legi) 20ᶜ. *ma docoisgedar* (gl. si consequitur) Sg. 16ᵇ. *ma beid ní dirúnaib dothói armenmuin* (si quid de mysteriis venerit in mentem eius) Wb. 13ᵃ. *ma beith midúthracht* (si est mala) voluntas) 20ᶜ. *ma beith nach fáilte dúibsi* (si qua laetitia est vobis) 23ᶜ. *bad díade ma beith* (esto divinum, si erit) 24ᵇ. *ma beth nagalar beo forcorp* (si qui morbus parvus est in corpore) Cam. *bid samlid bid bidbethu ma marbitir facta carnis* (gl. si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis; i. e. erit ita vita aeterna, si mortificabuntur f. c.) Wb. 4ᵃ. *ma condiuiti doindnastar* (si cum simplicitate tribuuntur) 16ᵈ. *ni condigénte ... marufeste* (non faceretis, si sciretis) 9ᵈ. *ma asberad nech intain asihbeir som* (siquis diceret, cum dicit is) 13ᵃ. *dígal fornn mani cretem* (ultio in nos, si non credamus) 30ᵇ. *mani p'dag, mani p'dach* (si non praedicem) 11ᵈ. *manip tre dagcomairli dognether* (si non fit bono consilio) 29ᵃ. *isdígal mani comollnither side* (est vindicta, si non impletur haec, lex) 2ᶜ. Pro *mani* per assimilationem tam *maini*, *mini* scribitur: *mainip inchrudso* (si non est ita) 10ᵃ. *armini bed crois nibiad etrad* (nam si

non esset gula, non foret libido) 9[d], quam curtatum *main*: *mainba œone* (si non sim sapiens) 17[c].

Alius cuiuspiam verbi locum saepe habent formae auctae reliquiis pronominis vel verbi substantivi, *-d* et (*-s* vel) *-ssu* ad significandum singularem numerum subiecti, *-t* vel *-tu* (et *-tis*) ad pluralem denotandum.

MAD: *mad tairismech hifochidib et mad maith á gnim* (gl. mercedem accipiet; i. e. si constans erit in tribulationibus et si bona erit actio eius) Wb. 8[d]. *act mad melltach lassinfer* (gl. mulier sui corporis non habet potestatem, sed vir; i. e. sed si placet viro), *act mad oéntu dúib occa* (gl. nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus; i. e. nisi si est unitas vobis in eo), *mad cotecht di cofer* (si aditus ei, feminae, ad virum) 9[d]. *mad arlog p'dchasa* (si mercedis causa praedicem ego), *mad arlóg p'dchidir* (si m. c. praedicetur) 11[d]. *mad inchrudso bemmi* (si sic sumus) 31[c]. *mad inchruthsin beithe, bethe* (si ita estis) 18[b]. 24[b]. *ishé ingnim maddu rúin* (is est actus, si est ad mysterium) Tr. 4[a] (103). Quibuscum conferenda sunt non modo haec: *manid innonn forcital linn* (si non est eadem doctrina nobis) Wb. 17[b]. *manid co séitchi rocretis* (si non cum uxore credidisti) 10[a]; sed etiam pleonastice addito pronomine infixo in verbi formis: *manidchretid esséirge cr.* (si non creditis resurrectionem Christi) 13[b]. *manidchomalnid arropredchad dúib* (si non impletis quod praedicatum est vobis) 18[b]. *manudfel inspirut nóib indiumsa* (si est spiritus sanctus in me) 11[c]. *marudbaitsius nech naile* (si quem alium baptizavi) 8[a]. *maludesta ní dibarniris* (si quid deest de fide vestra) 25[a]. MÁS, usitata hodie forma = *ma as* (si est), nec in nostris codicibus nec in vetustis legibus hibernicis ipsis (etsi haud raro apud earundem commentatores: *más* SM. 98, *mas* 68. 86. 100. 102 etc.) invenitur nisi addito augmento (pronominali?) *su*, MASSU: *massu rathsom* (gl. si autem gratia) Wb. 5[a]. *massu bethu cr.. nammá cretmeni issiu l. massu armbethuni siu nammá* (gl. si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus, 1. Cor. 15, 19; i. e. si vitam Christi hic tantum credimus, vel si vita nostra hic tantum est) 13[a]. *massu thol atomaig do* (gl. si volens hoc ago) 10[d]. *massu rect firianigedar cách ní airic, ní césad cr. am. sodin* (gl. si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est) 19[b]. *massu ní imdibe ní torb césad cr.* (leg. *torbe* an *torban?* si est aliquid circumcisio, non prodest passio Chr.) 20[b]. *massu cutséitchi rocretis* (si cum uxore tua credidisti) 10[a]. *masu chundubart* (gl. quid dicit scriptura? i. e. si dubium est) 4[d]. *masued doroigaid* (gl. dicite mihi, qui sub lege vultis esse; i. e. si hoc elegistis) 20[a]. *maso dorchide lanech apredchimmeni ni lanech nodchomalnadar act is lanech nadidchreti* (gl. quodsi etiam opertum est evangelium nostrum, in his qui pereunt est opertum; i. e. si cui obscurum est quod praedicamus, non ei qui id implet, sed ei est, qui id non credit) Wb. 15[d].

MAT: *mathé na briathrasa forcane* (gl. haec proponens bonus eris minister; i. e. si haec erunt verba quae praecipies) Wb. 28[a]. *mat anmann adiechta emnatar and isécen comacomol hisuidib* (gl. nomina diversa, si ad unum referantur, sine coniunctione oportet ea proferre, nisi si adiectiva geminentur, ut pius Aeneas, Marcus Tullius Cicero, Pr. 11, 2, 10; i. e. si nomina adiectiva geminantur, necessaria est coniunctio in his) Sg. 189[b]. Auctum MATU: *matuhé ata horpamin* (gl. si qui ex lege heredes sunt, abolita est promissio) Wb.

1[a]. Exemplum 2. pers. plur. MAD: *mad ferr cotobsechfider dichoscc alailiu* (si meliores eritis, instituemini alio modo) Wb. 9[a]. MATIS cum terminatione formae secundariae: *matis huili* (si essent omnes) Wb. 5[b]. *docoith dígal forru matis tuicsi ní rígad* (venit vindicta super eos, si essent electi, non venisset) 12[a]. Respondere videtur *mad* (si esset) in his exemplis: *mad ónchetnidiu nobed* (si esset a primitivo) Sg. 207[b]. *mad forigaire dognein* (si imperium facerem) Wb. 10[b]. *mad forcenn libuir nach magen imbeth amen indib* (si finis libri esset, ubi est (esset) amen in iis; cf. p. 444) Ml. 2[a].

Praemissa eidem coniunctioni praepositione *cen* oritur forma CENMÁ (nisi, praeterquam si, praeter): *genmo bi turbuid* (praeterquam si fit exemptio) SM. 262; sine verbo cum accusativo: *cenmá innainmnid* (gl. obliquis solis casibus; i. e. excepto nominativo) Sg. 201[b]. Frequentius cum verbo substantivo CENMITHÁ: *cenmitha innim bi fein* (nisi quod in caelo ipse es) Ml. 44r. *cenmithá innainmnid* (excepto nominativo) Sg. 202[a]. *cenmithá etrad* (gl. omne peccatum extra corpus est; i. e. excepta libidine) Wb. 9[d]. *cenmithá anísiu* (gl. quod est aliud mandatum; i. e. excepto hoc) 6[a]. *cenmitha se* (gl. ceterum) 8[a]. *cenmithá inna anm̄ann dílsi* (gl. adiectio aliorum nominum; i. e. exceptis nominibus propriis) Sg. 29[b]. *cenmithá innahí asrubart* (gl. praeterea, gl. cetera; i. e. exceptis eis quae dixit) 21[b]. 56[b]. *cenmithá innahí siv* (gl. in plerisque) 200[b]. De accusativo in his exemplis cf. syntaxis; ceterum pluralis quoque forma *cenmothat* profertur ap. O'Don. p. 266.

g. IM — IM (sive — sive) coniunctio disiunctiva geminata, plenius *imb — imb* (i. e. *in ba* — *in ba*, cum verbo substantivo particula *in* interrogativa): *sechiphé imdodia imdopheccad* (gl. servi estis eius cui oboeditis; i. e. qualiscunque is est, sive deo sive peccato) Wb. 3[b]. Expressa legitur verbi substantivi eiusdem radicis forma nuda *b* ante vocales, interdum etiam plenior: *imbinógi imbilánamnas am. dorograd bid samlid* (gl. unumquemque sicut vocavit deus, ita ambulet; i. e. sive est in caelibatu sive in coniugio, ut vocatus est, ita sit) Wb. 10[a]. *imbem imbethu imbem imbaás bad lessom* (gl. sive vigilemus sive dormiamus, simul cum illo, Christo, vivamus; i. e. sive sumus in vita sive in morte, sit cum eo) 25[a].

Locum alterius coniunctionis iteratae haud raro obtinet FA (pro *ba* sine part. *in*; cf. inter particulas interrogantes sub n. 3 interrogationem bipartitam: *imba bás ba bethu*): *sechib grád imbether and impóge falánamnas* (quicunque est status, in quo quis est, sive est caelibatus sive coniugium) Wb. 10[a]. *imbicéin fainaccus beosa* (gl. sive cum venero sive absens; i. e. sive sum in remoto sive in vicino) 23[b]. *im olc fu* [leg. *fa*?] *maith ón* (gl. qualitatis) Ml. 28r. *cosmail leiss cacha orr imcara fá æscare* (gl. marg. ad: parricida, gl. *cosmailoircnid*; i. e. par ei cuiusvis occisio, sive est amicus sive inimicus; *orr* breviatum *orcun*?) Sg. 12[b]. *imtri dígbail fa thormach indírsuidigud ceille l. suin* (gl. quocunque modo derivata, orationis pars) 188[a]. Magis dubium hucne pertineat: *indasian[s] .i. imbucai l. lethit* (gl. latitudinem; i. e. in utrumque sensum sive angustiam sive latitudinem) Sg. 3[b].

h. EMITH — EMITH (tam — quam), quam coniunctionem in solo codice Sg. inveni: *emith* (gl. tam), *emith* (gl. quam: auctoritate tam Graecorum quam Latinorum) 5[b]. *emith ifogur* (gl. nec in sono), *emith* (gl. nec, in sententia:

Carthago et caput, sive per c sive per k scribantur, nullam faciunt nec in sono nec in potestate eiusdem consonantis differentiam) 6ᵇ. *emith lasnahi* (gl. tam cum habentibus casus), *emith* (gl. quam etiam cum non habentibus) 27ᵇ. *emid di fiur* (gl. tam de mare, quam de femina dicitur hebes) 66ᵃ.

2. Coniunctiones nominales: *méit*, *céin*, *dég*, *óre*, *intan*, *fobith*, quibus addi poterat *amal* (e serie quarta), naturam nominis servatam hac re produnt, quod sequenti verbo (cuius est, si fieri potest, forma relativa) praefigitur vel infigitur nota relativa (pp. 343 sqq.) eadem, quae sequitur coniunctiones quasdam e praepositionibus sumptas vel compositas *ol*, *isindí*, *arindí*, *lasse*.

MÉIT (subst. fem., gen. *méite*, = cambr. *meint*, magnitudo) coniunctionis munere fungitur in formulis *méit — méit* (tantum — quantum), *nihed améit — act* (non tantum, non solum — sed): *méit donindnagar fornni fochith issí méit insin donindnagar indíthnad* (gl. sicut abundant passiones ita et abundat consolatio; i. e. quantum tribuitur nobis tribulationis, tantundem tribuitur consolationis; *n* relativa in *do-n-i.*) Wb. 14ᵇ. *méit asndoscríbund* (gl. quantam ad scripturam), *méit asdoenscrib. archuit suin* (gl. quantum ad eandem scripturam) Sg. 3ᵇ. 112ᵃ. *nabad hed améit nadmbdé rl.* (gl. nec nominetur in vobis, fornicatio; i. e. non solum ne sit, sed nec nom. etc.) Wb. 22ᵇ. *nihed améit nddricc less cach ball aláili s. multo pl.* (gl. non potest dicere oculus manui: opera tua non indigeo .. sed multo magis, 1. Cor. 12, 21. 22) 12ᵇ. *nihed améit nonchretidsi act fodaimid fochidi airi* (gl. non solum in Christum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini) 23ᵃ. *nied amét* (gl. nulla esset non dico scripturae sed nec temp, diff.) Sg. 164ᵃ. *nihed amet asned asech. creui intan mbis pro cresco acht is. intain mbís pro uideo* (gl. cerno, crevi; i. e. non solum est praeteritum crevi cum est pro cresco, sed etiam cum est pro video; *is.* leg. *issin*, p. 347) 182ᵇ. *ni hed amét ascoitchen araccuis indattaircedo* (gl. non solum relationis causa, sed etiam etc.) 200ᵃ. Idem loquendi modus Wb. 5ᵇ: *insi ameit friscomartatar. nitha diaméit* (gl. numquid sic offenderunt? absit! i. e. num est haec eius magnitudo, qua offenderunt? num tantum off.? non est tantum), et 14ᵃ: *condib cuimse less ameit* (gl. recondens quod ei bene placuerit; i. e. ut sit commodum ei tantum); cf. *ceméit*, *ciammét* (quantum, quanto) p. 357, et *inméitso* (gl. tanto, perspicaciores) Sg. 1ᵃ. *inméitse* (gl. tantum) 7ᵃ.

CÉIN (quamdiu, dum): *céin asmberr* (gl. dum dicitur), *céin bes nuiednise gnid cach dagním* (quamdiu est novum testamentum, facite omnem bonam actionem) Wb. 33ᵃ. *céin bas mbéo infer* (gl. quanto tempore vir eius vivit, mulier alligata est) 10ᵇ. *cein ṁbiis ocfognam* (quamdiu est in servitio, servus; cf. infra: *intan ṁbiis*, *am. ṅguidess*) 8ᵇ. *céin ṁbimme in corpore* (quamdiu sumus in c.), *céin rombói in carne* (dum fuit in c.) 12ᵃ. 21ᵇ.

Eiusdem vocabuli forma (genetivi fem.?) CEINE: *ceine nosoifesiu. ceine nosoisiu hudim* (gl. donec, i. e. verteris a me) Ml. 33ᵃ. Cf. adv. *dichéin* (e longinquo, dudum) et adi. *cian* (remotus).

DEG (quia, quoniam; subst. causa, cum gen. in Sg. 201ᵇ: *deg indainmnedo hó choms.*, gl. itaque regula exigit etc., Pr. 12, 5, 22), cum sequentibus mox *óre*, *fobith*, infra *ol*, *ar*, *arindí*, coniunctio causalis: *robu anfiss dosom inroleg fanacc dég rombu éondairec do* (fuit inscitia ei, patri, utrum legisset, filius, necne, quoniam erat absens ab eo) Sg. 148ᵃ. *isdiriuch andechor deg cinte persana* (gl.

si enim super omnes alias partes orationis finit personas pronomen, rectissime tertiarum quoque personarum differentia distincte profertur, Pr. 12, 1, 2; i. e. est recta earum differentia, quia definiunt personas) 197ᵃ. *dég robói inspiurt noib less* (quia fuit spiritus sanctus cum eo) Tr. 4ᵃ.

ÓRE (quia; subst. idem significans quod praecedens, an genetivus subst. *uar*, hora? cf. germ. *weil*, lat. *quando?*), coniunctio frequens, varie scripta *uare*, *hóre*, *huare*: *óre donécomnacht spm. scm.* (gl. deo meo; i. e. quia impertitus est; *do-n-éc.*), *isdia som domsa hóre nocretim ihu. xpo.* (est deus mihi, quia credo I. Chr.), *húare rocreitset ardlathi inbetho cretfed cách iarum* (quia crediderunt summae potestates mundi, crediturus erat quisvis postea) Wb. 1ᵃ. *hore nondobmolorsa* (quia laudo vos; *no-n-d.*, cf. p. 328) 14ᵃ.

INTAN, INTAIN (cum, quando; subst. *tan*, tempus), coniunctio temporalis, ut infra seqens *lase*, notam relationis ipsa quoque poscit, duplicem in formula *intan ṁbis*, *intain mbíis* (cum est) frequenti in Sg., ut: *iss. asber infer intan ṁbis ocindoipred .fotuo goithimm.* (gl. futuo, nubo, verba quae naturaliter ad mares pertinent vel ad feminas, Pr. 11, 3, 14) 190ᵇ. Exempla alia: *isand fortéit sps. arnénirtini intain bes ninun accobor lenn* (gl. spiritus adiuvat infirmitatem nostram; i. e. tunc adiuvat infirmitatem nostram, cum est eadem voluntas nobis) Wb. 4ᵃ. *intain nombíu ocirbáig* (cum glorior) 20ᵃ. *in intain rombói in circum. in intain rombói in ppu.* (gl. in circumcisione an in praeputio?) 2ᶜ. *nípa ammithiu intain ronicfea* (gl. veniet cum ei vacuum fuerit, 1. Cor. 16, 12; i. e. non erit intempestivum cum veniet) 14ᵃ. *intain ronicub féin* (gl. praesens: hoc absens scribo ut non praesens durius agam; i. e. cum veniam ipse) 18ᵇ. *intan durairngert dia duabracham amaithsin ducuitig tarais fadeissin arnirbe nech bad huaisliu taratoissed* (gl. Abrachae promittens deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iuravit per semet ipsum, Hebr. 6, 13) 33ᶜ. *intan adcondairc sponsum* (cum vidit sp.) Tr. 2ᵇ (60). *intan nonguirtherni* (gl. quando ignimur) Tr. 4ᵃ (106).

FOBÍTH (quia; praepositio nominalis supra p. 619 memorata): *fobíth amathenian inbria. remeperthe* (quia est A. verbum antedictum) Sg. 67ᵃ. *fobíth noennaigedar aciálla archinn* (quia unit sensus eorum adhuc) 172ᵃ. *fobíth rongab torsum 7 tortum arecar dam torsor 7 tortor* (gl. torsi quoque et torsum et tortum facit, itaque tortores et torsores dicuntur, Pr. 9, 9, 51; i. e. quia est t. et t., invenitur etiam t. et t.) 172ᵇ. *fobíth ndd cinnet tert persin* (quia non definiunt tertiae personae) 197ᵃ. *fobíth nad comthoet o in us* (gl. excipiuntur fero, volo; i. e. quia non convertunt o in is) 163ᵃ. *fubíth dongníat cercol ocondocbáil* (quia faciunt circulum in splendore) Cr. 18ᵈ. *fobíth istaipe inso* (quia est concisum hoc) Ml. 14ᵈ. *fobíth is nephchorpdae són* (quia est incorporale hoc) Sg. 107ᵃ. *fobíth ití nodaengraicigetar* (quia haec eorum locum obtinent) 198ᵇ

Conferenda huic formulae: *fochosmailius nondafailsigetar noa.* (sicut significant eos, numeros, nomina) Sg. 71ᵇ. *fochosmailius tiagar dointinscitul gníma* (ut tenditur ad inceptionem operis) Ml. 15ᵃ. *frisalethar ṁbís qui anchintech* (gl. sciendum quod qui, quando pro interrogativo vel infinito, id est pro quis ponitur, circumflectitur) Sg. 207ᵃ.

Sunt haud dubie alia substantiva eiusdem usus et constructionis, ut *cruth* (modus): *inchruth donelltar mús issam. doellatar monosyllabae* (modo quo decli-

natur, ut declinatur mus, ita declinantur monos.) Sg. 109ᵃ. *inchruth nand rann insce* (quomodo non est pars orationis) 221ᵇ. *cruth nandat choms. sidi* (ut non sunt composita haec) 201ᵇ. *cruth assechidi bethu et nebmarbtu* (quomodo sit sequenda vita et immortalitas) Wb. 29ᵈ. *sechichruth dondrón* (utcunque id fecero) 5ᵇ.

3. Coniunctiones pronominales trium serierum: *an*, *dian*; *ce* (cum formis auctis: *cid*, *cit*, *cesu*, *cetu*); *didiu*, *idón*. His adnumerari poterant quaedam praepositiones cum pronominibus compositae, ut *aran*, *airindi*, *lasse*, *resiu*; sed has proximae seriei addere maluimus.

a) E pronomine relativo nascuntur coniunctiones AN, DIAN (cum, si), quae eandem formae mutationem patiuntur. Forma simplex *an*, temporali magis significatione, quare cum indicativo coniungi solet, poscit sequentem notam relativam. Formae mutatio cernitur in his exemplis: *anaslui grien foafuined dosai dondorient conaci ancescae* (gl. tunc sole occidente oritur luna plena, ut quisquis occidentem solem observaverit, cum eum coeperit non videre, conversus ad orientem lunam consurgere videat, Beda de temp. rat. c. 23; i. e. cum decedit sol sub occasum suum, vertitur ad orientem, donec videt lunam; nisi est 2. pers., cf. p. 435) Cr. 33ᵇ. *anaslie uilnech and ihu. cr. congaibther tóib et archinn and* (gl. superaedificati ipso summo angulari lapide Christo Iesu, Eph. 2, 20; i. e. si est lapis angularis I. Chr., continetur latus et principium in eo) Wb. 21ᶜ. *anassuidigthe* (gl. positum, sonum) Sg. 4ᵃ. *anat ninsuidigthi* (gl. instituta) Ml. 4 r. *andunerchain* (gl. prophetans, David) 15ᵈ. *andonaithchuiredar u. iterum* (gl. v redeunte in vocalem) Sg. 18ᵇ. *annonderbid* (gl. probantes) Wb. 22ᵇ. *an dumbertis acoibsena* (gl. confitentes peccata sua) Tr. 2ᵃ (58). *andonaidbdem .i. acosmiligther dóli ecsamli .i. dochenelaib 7 airmib ecsamlib q. isécsamil acenél cet. fil isindí asmare 7 asnilus* (gl. nomina demonstrativa possumus diversa ostendentes ad diversa referre, ut si aspicientes mare dicamus, talem esse Nilum, cum sit Nilus masculini, mare autem neutri, Pr. 13, 6, 33; i. e. cum demonstramus, cum conferimus res diversas etc.) Sg. 211ᵃ. *andocoisgedar ne* (gl. ne coniunctione sequente) 15ᵇ. *andoforsat* (gl. condens, Victorius; i. e. cum condidit; verb. *doforsat* pp. 261. 413) Cr. 40ᵃ. *andusleicet inna rind* (gl. residentibus sideribus) Cr. 18ᵃ. *annád foirpret inoensill.* (si non crescunt una syllaba) Sg. 48ᵇ. *anataibrem doneuch* (gl. nemini dantes ullam offensionem; rectius *ann.*) Wb. 15ᵈ. *amba nindrisse* (gl. invaso imperio) Ml. 18ᵇ. *ambas cete* (gl. cantato mense) Cr. 32ᵇ. *aconrodelgg* (gl. conferens) Sg. 40ᵃ. *acomoicsider* (gl. continuans, syllaba) 59ᵃ. *afotegidsi* (gl. adiuvantibus et vobis, .i. *afortéitsi dem ex multis pl.*) Wb. 14ᵃ. *alléicfimme* (gl. relinquentes) Ml. 14ᵈ. *arrucestaigser frissinnebride* (gl. nuper cum Ebraeo disputans; i. e. cum disputasti) 2ᵈ.

Dian (rel. pron. cum praep. *di?*) significationis magis condicionalis, quare sicut *ma* coniunctivo vel praesenti secundario coniungi solet: *dianacomoltar pronomen naill do* (si adiungitur pronomen aliud ei) Sg. 197ᵇ. *dianinbothigetar* (si nubunt) Wb. 29ᵃ. *arnadenmis cum nobis airdiandenmis cum me. dogenmis dam cum nobis* (gl. noluimus cum me et cum te dicere, ne eadem computatione adiungendum esset cum nobis; i. e. ne faceremus cum nobis, nam si faceremus cum me, faceremus etiam cum nobis) Sg. 203ᵃ. *diambed dim neu. far cétnu diull ropad far nóendeilb nobbiad a ainmnid huath. 7 hil.* (gl. nullum neutrum nec primae nec quintae declinationis potest inveniri, nec idem esse singularis no-

minativus neutri generis in a desinens et nominativus pluralis, Pr. 6, 1, 2; i. e. si esset ergo neutrum secundum primam declinationem, secundum idem paradigma foret eius nominativus singularis et pluralis) 90ᵇ. *diambad mathi ropia indfochricc dobérthar dúnni* (gl. eandem habentes remunerationem, dilatamini et vos, 2. Cor. 6, 13; i. e. si eritis boni, erit vobis ea remuneratio quae dabitur nobis) Wb. 16ᵃ. *ardiambemni hicombás bemmi icomindocbail* (gl. configuratus morti eius, siquomodo occurram ad resurrectionem quae est ex mortuis, Phil. 3, 11) 24ᵃ. *isfeidligud disi diambé són* (gl. 1 manet per se; i. e. si extat hoc) Sg. 165ᵇ. *ní lour inbendachad diammaldachae* (non satis est benedicere, si maledicas) Wb. 5ᵈ. *diarobae aisdís riam* (si fuit elocutio antea) Sg. 197ᵃ. *diacomalnammar apredchimme* (si implemus quod praedicamus) Wb. 15ᵈ. *diatormastar amét* (si augetur eius magnitudo; cf. p. 476) Ml. 20ᵃ. Cum pron. inf.: *diandaithirsid ón* (si correxeritis id) Wb. 9ᵃ. *diandremthiasat gníma* (si praecesserint ei facta, gratiae) 5ᵃ. *dianderóimtis* (gl. ut salvi fierent; i. e. si eam reciperent, caritatem veritatis) 26ᵃ. *robad bethu dom dianchomalninn* (gl. mandatum quod erat ad vitam; i. e. esset vita mihi, si implerem id, cum *n* inficiente p. 331) 3ᵃ.

b) Pronomen interrogativum (p. 355) CE, CI, CIA e significatione primitivae proxima, lat. *quantumvis*, *quamvis* (vel minore significantia: *quamquam*, *etsi*) saepe transgressa invenitur in alium sensum, ut aut lat. *ut*, *si* respondeat aut *quod*, *quia*. Ceterum et constructione et formarum usu, tam simplicis quam auctarum, congruit cum coniunctione *ma*.

Forma simplex frequentissimo usu respondens particulis lat. *quamvis*, *quamquam*, *etsi* (saepius sicut post *ma* pleonastice addito pronomine *d* infixo post particulas verbales vel praepositiones verbi compositi): *cenotad maicsi raith dam ni dilgibther duib* (quamvis sitis filii gratiae vos quoque, non ignoscetur vobis) Wb. 33ᵃ. *cenodfil chotarsnataith etarru* (gl. quamvis habeant aliquid contrarium) Sg. 29ᵇ. *ciarudchualatar ilbélre et cenuslabratar nípat ferr de* (quamquam audierunt varias linguas et eis locuntur, non erunt meliores eo) Wb. 12ᵈ. *ciatbela indalanái ni epil alaill* (gl. quamvis intereat, nec interimit secum etiam illud aliud, Pr. 2, 5, 29) Sg. 30ᵃ. *nípa híspirut dée ciatbera* (non erit in spiritu dei, quamvis id dicat) Wb. 12ᵃ. *ciasbiursa ds. iude. et ds. gen. unus est di.* (etsi dico deus Iudaeorum et deus gentium, unus est deus) 2ᵇ. *ciasbera nech ropia nem ciadugneid narétusa nipa fír* (licet dicat aliquis: erit caelum vobis, etsi facietis has res, non erit verum) 22ᵇ. *ciasidrubartsa* (etsi id dixi ego) Ml. 3ᵃ. *arciabeid b hisuidib n. inuna syll. atá* (nam etsi est b in his, non in una syllaba extat) Sg. 165ᵇ. *ciabatar degtacrae les* (etsi fuerunt bona argumenta ei) Tr. 3ᵃ (81). Coalescens cum formis verbi substantivi: *ciarbu*, *ciarbo* (quamvis fuit, pro *ciarobo*; cf. *nírbo*, non fuit) Wb. 13ᵇ. *cinirbo* (etsi non fuit) 24ᶜ.

Eadem reddens coniunctiones latinas *ut*, *si*, *quod*, *quia*: *ciabeid cr. indibsi... ismarb incorp* (si est Christus in vobis, est mortuum corpus) Wb. 4ᵃ. *ba torad saithir dúun inchrudso cedulmelmis cech tuari et cedugnemmis andugniat arcéli act nibad nertad nambraithre et frescsiu fogchricce asmóo* (esset fructus laboris nostri ita, si ederemus omnem cibum et si faceremus quod faciunt ceteri, sed non esset exhortatio fratrum et spes mercedis maioris) 10ᶜ. *ba saithar do ciadamelad* (erat labor ei, ut ea ederet) 10ᵈ. *ba coir dúibsi ciadoberthe testas dinni* (esset

conveniens vobis, si, ut, proferretis testimonium de nobis) 15ᵈ. *istoich cia dorattidsi ní diamuintir itmaithi aarilti frib* (gl. scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, 2. Cor. 8, 9; i. e. est conveniens, ut detis aliquid familiae eius, sunt magna eius merita in vos) 16ᶜ. *combo uisse ciasberthe pecca. di* (ut esset iustum, si, ut diceretur peccatum de ea) 15ᵈ. *ishuisse cerusamaltar fricr.* (est iustum ut comparetur Christo) 34ᶜ. *isfo lium ciarafesid* (gl. non volumus ignorare vos; i. e. placet mihi, ut id sciatis) 14ᵇ. *bauisse cenotectad ilgotha* (erat iustum, ut haberet multas voces) Sg. 197ᵃ. *is immaircide cerubé subiunct. pro impera.* (est conveniens esse etc.) 163ᵇ. *ba immaircide cenobed indi incumscugud* (erat conveniens esse in eo, participio, mutationem) 162ᵃ. *ciinsamlar* (gl. si eos imitor) 1ᵇ. *isburbe dom cia dognéo móidim* (gl. in insipientia dico; i. e. est stultitia mihi, si facio gloriationem) Wb. 17ᶜ. *naba thoirsech cia beosa hicarcair* (gl. noli erubescere me vinctum; i. e. ne sis tristis, si sum, quia sum in carcere) 29ᵈ. *cia beith incummasc andsom* (gl. nec mirum, nam etc.; i. e. si est, quod est confusio in eis; antecedit: etiam numeros confundit, pron. sui, sibi, se) Sg. 197ᵇ. *atluchur do dia cerubaid fopheccad* (gl. gratias ago deo quod fuistis servi peccati, non estis) Wb. 3ᵇ.

Sunt formae auctae *cid*, *cesu*, *ciasu* ante singularem numerum, *cit*, *cetu* ante pluralem subiecti.

CID, CIT: *cith etarsuidig. 7 cenip etarsuidig. dam* (gl. etiamsi interposita sit alia consonans; i. e. si est interposita et si non est interposita etiam) Sg. 68ᵇ. *cid mór induil nó cid bec* (quamvis magna sit creatura vel quamvis parva) Ml. 6r. *cid do uáir* (gl. etsi ad horam; i. e. etsi est ad h.) Wb. 16ᵇ. *cid glicc et cid sulbir ocaisndís* (gl. videte nequis vos decipiat per philosophiam; i. e. quamvis sit sapiens et eloquens in disserendo) 27ᵃ. *cid aingel dianglib nime predchas duibsi nicretid dó* (licet sit angelus de angelis caeli, qui praedicet vobis, non creditis ei) 18ᶜ. *isdedbir duib cid mebul lib ataidmet* (est necessarium vobis ut pudeat vos memoriae eorum, peccatorum) 3ᵇ. *cit sochudi bid huathad creitfes diib* (gl. si fuerit numerus tamquam arena maris etc.; i. e. licet sint plurimi, singularis credet ex iis) 4ᵈ. *itcorp inboillsin cit ili* (gl. omnia membra corporis cum sint multa, unum corpus sunt; i. e. sunt corpus haec membra, quamvis sint multa) 12ᵃ. *cit imdi far forcitlidi* (gl. si decem milia paedagogorum habeatis; i. e. quamvis sint multi vobis praeceptores) 9ᵃ. *assindet sunt tra citné cumacte* (expositum hic ergo est eas esse potestates) 6ᵃ. *cit coitchenna anmann nadrechta* (quod sunt communia nomina...) Sg. 190ᵇ. Transgrediuntur saepius absolute posita ad significationem lat. *etiam, quin etiam*: *cid inlobur* (gl. etiam imbecillus) Ml. 16ᵇ. *cid afognam feisne cianubid leu* (etiam ipsorum servitus, quaecunque erat iis) Wb. 12ᵇ. *atá diserc lalait. inna grec coseich. cid acomroircniu* (est amore apud Latinos Graecorum, ut sequantur etiam errores eorum) Sg. 1ᵃ. *ní comalnat som cid feisne recht* (gl. neque qui circumciduntur, legem custodiunt, Gal. 6, 13; i. e. ne ipsi quidem implent legem) Wb. 20ᶜ. *cid etir na cumcai* (gl. etiam inter angores maximos) Ml. 18ᵈ. *nípathé indii beta thoicsi di iudeib nammá acht bieit cit geinti hiressich* (non erunt electi de Iudaeis tantum, sed erunt etiam gentes fideles) Wb. 4ᶜ.

CESU, CIASU: *cesu dechor* (gl. invenitur tamen; i. e. quamvis sit differentia) Sg. 41ᵇ. *cesu meinciu aranecar... arecar dam* (quamquam frequentius in-

venitur, invenitur etiam) 137ᵃ. *cesued insin asgnath* (gl. sciat quod coniunctiones et praepositiones etc.; i. e. quod hoc est usitatum) 203ᵃ. *aircheso in us conosna són ní in .um. dogní aneu.* (gl. alius cum in us terminetur, neutrum tamen aliud facit) 206ᵃ. *ceso comprehensio literarum* (etsi est c. l.) 21ᵃ. *ciasu icolinn am béosa isiress cr. nombeoigedar* (gl. quod nunc vivo in carne, in fide vivo filii dei) Wb. 19ᵃ. *ciasu airegdu infer* (quamvis superior vir sit, muliere) 11ᵃ. *ciaso folud frecndairc sluindes aprono.* (quamvis sensu praesenti significet pronomen) Sg. 211ᵇ. Semel invenitur dupliciter auctum *cidso*: *cidso indhuathad* (quamvis raro) Sg. 206ᵃ.

CETU: *cetu chumascthai* (gl. in promiscuis tamen invenimus, Pr. 5, 2, 7; i. e. si sunt promiscua, genere) Sg. 62ᵃ. *ní airegdu apersansom oldaas persan nanabstal olchene ceto thóisegu inirius* (gl. ii qui videbantur esse aliquid, Gal. 2, 6; gl. petur et iacob et ioh.; i. e. non superior persona eorum, quam persona apostolorum ceterorum, etsi sunt priores in fide) Wb. 18ᵈ. *ataat persin in noe. 7 in par. ceto écintecha* (gl. personae finitae sive infinitae; i. e. sunt personae in nomine et participio, etsi sunt infinitae) Sg. 203ᵇ.

Duplicatae CE — CE (sive — sive) fiunt coniunctiones disiunctivae. Forma simplici *ce — ce*: *cenonmolid cenonairid ní tabir uáil na toris form* (gl. per gloriam et ignobilitatem, exhibeamus nosmet ipsos sicut domini ministros; i. e. sive nos laudatis sive reprehenditis, non dat superbiam vel tristitiam nobis) Wb. 16ᵃ. *ciatroillet ciniarillet* (sive id merentur sive non merentur) 31ᵃ. Forma aucta *ced — ced*, *cid — cid*: *isbeic lim inbrígsin cedmolad cedtatháir domberaidsi domsa isbeicc limsa abríg* (gl. mihi pro minimo est, ut a vobis deiudicer; i. e. parvi mea interest, sive est laus sive reprehensio quam fertis mihi, parvi mea id interest) Wb. 8ᵈ. *cidcían cidgair* (gl. lex in hominem dominatur quanto tempore vivit; i. e. sive longum, sive breve est) 3ᵃ. *cid precept cid labrad ilbélre bed am. asindbiursa dogneither* (sive est institutio sive locutio variarum linguarum, fiat ita ut dico) 13ᵃ. *cid cré cid táis* (gl. massam; i. e. sive lutum est sive massa) Ml. 27 r. *cid bec cid mar indinducbál ódía* (sive parva est sive magna gloria a deo) Sg. 2ᵃ. *cid maith cid olc cid álind cid etig* (gl. qualitas), *cid bec cid már* (gl. quantitas: nomen appellativum naturaliter commune est multorum, quos eadem substantiva seu qualitas seu quantitas generalis vel specialis iungit, Pr. 2, 5, 24) Sg. 28ᵇ. Inde etiam conicienda est constructio *cit — cit*. Exemplum *nu* (*no*) sequentis postea: *cith inechuis nu inelaim nu inemeraib* (vel in pede eius vel in manu eius vel in digitis eius) Cam.

c) E pronominibus demonstrativis prodeunt *didiu* (dat. pron. *de* cum praep. *di*; cf. supra *dim*) et *idón* (coniuncta pronomina *ed* et *ón*?).

DIDIU (inde, igitur): *ní óg thindnacal... andudesta didiu* (non plena receptio, ... quod deest inde igitur) Wb. 1ᵃ. *ní ecen athodiusgud asereracht cene islour dún didiu creitem incholnichthe et esséirgi* (gl. quis descendet in abyssum? id est Christum a mortuis revocare) Rom. 10, 7; i. e. non necesse eum suscitari, resurrexit iam; sufficit nobis igitur fides incarnationis et resurrectionis) 4ᵈ. *ní linni didiu atá* (gl. voluntati dei quis resistit? i. e. non penes nos igitur est) 4ᵃ. *darcenn pecca. didiu sil adim adropredsom* (pro peccato igitur seminis Adami immolatus est ipse) 15ᵈ. *nitat torbi fritoil dée isdiliu lemm didiu ani astorbae oldaas aní asdílmain* (gl. omnia mihi licent, alimenta, sed non omnia

expediunt, 1. Cor. 10, 23) 11ᵇ. *isand didiu fortéit sps. ... ninfortéitni inspirut ecsuidiu ished didiu forthéit inspirut intain ...* (gl. similiter autem et spiritus adiuvat infirmitatem nostram, Rom. 8, 26) 4ᵃ. *isand didiu bieit ... intain ...* (tunc igitur erunt, cum ...) 32ᵃ. *nipu nach derninnse dom act ní tuccfither rún inna crucke mad sulbair et mad án inprecept crux didu ainm doguim inchrochtho acht tremiberar diuuidiu conid aimm dunchrunn* (gl. non misit me Christus baptizare sed evangelizare, non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi, 1. Cor. 1, 17; *didu* pro *didiu*, quemadmodum in dativo substantivorum et comparativis *-iu* et *-u*) 8ᵃ.

IDÓN (hod. *eadhón*, *iodhón*, id est, scilicet) plene scriptum in uno loco L. Ardm.: *dubbert pátricc cumtach dufiacc. idon clocc 7 menstir 7 bachall 7 poolire* (dedit P. capsam Fiacco, i. e. campanam et scrinium et baculum et thecam) Tir. 11, saepissime in omnibus codicibus hoc compendio scripturae notatur: *.i.*

4. Coniunctiones e praepositionibus sumptae vel cum isdem compositae: *ó, ar* (*arindí, ísindí, iarsindí*; *aran*), *ol* (*oldaas, oldate*; *indaas, indate*), *sech, co* (*con*), *lasse, resiu*.

Ó (praep. ex), coniunctionis loco ante verbum posita (ex quo, postquam), plerumque sine nota relationis, quae sequi debebat: *ochretsit nintá airli armban* (ex quo crediderunt, non est nobis oboedientia mulierum nostrarum) Wb. 31ᶜ. *oadcuaid rúin icce incheneli dóine ... asber iarum dam* (postquam exposuit mysterium salutis generis humani, dicit postea etiam) 21ᵈ. *massued bés ó mó afius duibsi* (si hoc est, postquam maior eius scientia vobis) 19ᵇ. *hóbói mochland et mochenéel isocfrecur céill dœ atáa* (ex quo fuit familia mea et genus meum, in cultu dei est) 29ᵈ. *hoescumlad* (gl. ubi res coepit esse), *hobu rorbaither ingnim* (gl. negotio iam parato) Ml. 15ᵃ. *ho imrordai neck dim isintrecdairc ... adchí* (siquis ergo cogitavit in praesenti, videt) Pr. Cr. 61ᵃ. *isduitsiu tucad ópátricc ó rufitir dulobri* (tibi datum est a P., carpentum, postquam scivit infirmitatem tuam) Tir. 14. *ó domanicc foirbthetu ni denim gnímu macthi* (ex quo venit mihi firmitas, non facio actiones pueriles) Wb. 12ᵃ. Coalescens cum verbo substantivo: *ós* (p. 488). De loco eadem cum *tá* coniuncta: *kothá beatus uir usq. n. sic impí* (gl. superioribus dictis; i. e. a verbis b. v. etc.) Ml. 15ᶜ. *otamind gombond* (a vertice meo usque ad plantam meam) Carm. Neoburg. ac saepius *otha, ótha* in finium descriptionibus Tir. 1. Tamen etiam cum *n* relativo (cf. p. 342): *huanerbermis biuth* (gl. ex illo tempore quo degebamus in Aegypto) Ml. 44r.

AR, AIR (nam, enim; praep. ad, pro, propter): *arciaricc, arciric* (gl. quid enim?) Wb. 2ᵃ. Cr. 33ᵇ. *arnibiad rath dílgotho ... arisdígal manicomollnither side* (gl. lex enim iram operatur, Rom. 4, 15; i. e. nam non esset gratia remissionis; nam est vindicta, si non impletur haec) Wb. 2ᶜ. *ar is di lus bis forsnaib caircib dognither inchorcur buide* (nam de herba quae est in scopulis fit purpura badia) Tr. 4ᵃ (115). *airisdia docách isinchétne tuiste* (gl. primum quidem gratias ago deo meo, Rom. 1, 8; i. e. nam est deus cuivis in prima creatione) Wb. 1ᵃ. *air intestimni donucsum riam is do imthrenugud ón asind fetarluici* (nam testimonia quae attulit antea, est ad confirmandum id e vetere testamento) Tr. 2ᵃ (39). *air is di iohain intinscana side aisndis* (nam a Ioanne incipit hic expositionem) ibid. (40). *air ni rabae inspiurt nóib les intansin* (nam non fuit spiritus

sanctus cum eo tunc) Tr. 4ª. Interdum respondens lat. *quod*, *quia*: *connách moidea nech arbed áarilliud nodnicad* (gl. ut omne os obstruatur; i. e. ne quis glorietur, quod sit suum meritum quod se salvet) Wb. 2ª. *isairi isindocbál cr. predchimme arni predcham arnindocbáil fanisin* (gl. non enim nosmet ipsos praedicamus sed Iesum Christum; i. e. ideo est gloria Christi quam praedicamus, quia non praedicamus nostram ipsorum gloriam) 15ᵇ. Eadem coniunctio cum maiore emphasi, quasi dictum sit *airi* (propterea): *combad air nobeth cum indiad archoibnius frisnacomacomlasa* (ut ideo sit *cum* in fine, propter affinitatem cum encliticis) Sg. 203ª.

Eadem praepositio cum dat. pronominis demonstravi *inti* ARINDÍ, AIRINDÍ (pro eo quod, i. e. quia): *is airi asberthe emisarius don buc stóridiu .i. airindí asfóite fon dithrub* (propterea vocabatur emissarius hircus historicus, id est quia emittebatur in desertum) Tr. 4ª. *ni arindí dorontaesiu anísiu* (gl. non ad vestram contemptionem dico; i. e. non quod feceritis vos hoc) Wb. 16ᶜ. Saepissime vero in codice Sg.: *érrethcha airindí asrenat frecrae dondiūfichomarc* (gl. relativa vel redditiva; i. e. redd. quia reddunt responsum interrogationi) 27ª. *ni arindí bed leth ṅgotho nobed indibsem* (gl. semivocales plenam vocem non habent; i. e. non quod sit dimidium vocis in eis; pergitur latine post hibernica: sed quia plenam vocem non habent sicut vocales) 5ª. *diairisin doratad fóir anainm̄sin ... ní airindí roṅgenadsom isindlucsin* (gl. marginalis ad nomen Euripidis; i. e. ideo datum est ei hoc nomen, ... non quod natus esset illo loco) 31ª. *ní arindí nombetis cid inbiucc. asbersem inmar. acht isarindí nad biat etir* (non quod sint quamvis raro, dicit ille adeo, sed quia non sunt omnino) 39ª. Saepius in eodem codice 33ª: *airindí atreba leiss adrad martis* (gl. Martius; i. e. quia est in eo adoratio Martis), *air indí atreba caesorcuin* (gl. caesareus), et in aliis quibusdam exemplis supra (p. 353 sq.) allatis.

Congruunt cum hac iunctione ÍSINDÍ (in eo quod), haud multum diversa significatione: *isfollus isindí nachimrindarpaise* (apparet inde, quod me non reppulit) Wb. 5ª. *issuáichnid isindí romiccsa* (est significatio eo quod me salvavit) 28ª. *isdliged dem andliged dogniat greic isindi nad derscaigi incomparit dihilib acheneuil fessin* (lex vero est ea lex quam faciunt Graeci, quod non differt comparativus a multis sui ipsius generis) Sg. 40ª. *isindi asrubart tonstricula* (gl. ab eo, quod est tonsor, tonstrix fecit femininum, addita t, et ex eo deminutivum tonstricula) 138ª. *isindí dosich apeccad forcách* (gl. spiritus vivificat) Wb. 15ª. *isindi nadcreitid xpm. quem praedicat lex* (gl. per praevaricationem legis deum inhonoras) 1ᵈ. *isindí nád cretts cr. am rofiugrad irrúnaib recto* (gl. velamen in lectione veteris testamenti, 2. Cor. 3, 14; i. e. quia non credebatur Christus, sicut figuratus est in mysteriis legis) 15ª. *isindi rondainmnigestar dia hondanmim art* [?] *ihs.* (gl. cuius memor; i. e. eo quod eum nominavit deus nomine sublimi Iesu) Ml. 17ª. — et IARSINDÍ (postquam): *isfudumuin indrúno icc indomuin iarsindí batir inricci dubdas huili* (est profundum hoc mysterium, salvatio mundi, postquam fuerunt digni morte omnes) Wb. 5ª. *mane failid iarsindí ba moch riam* (postquam fuit mane antea) Ml. 21ª.

ARAN (ut) similis est antecedentibus iunctio praepositionis cum pronomine relativo: *ishecen sainecosec leosom ... aranepertar isdoinmarchor chóre dotiágat indfirso* (gl. scriptum est: quam speciosi pedes evangelizantium pacem, Rom.

10, 15; i. e. necessarius est proprius habitus eis, ... ut dicatur, ad negotiandam pacem tendunt hi viri) Wb. 5ᵃ. *isdobartinchosc arandernaid andogniamni* (est ad vestram institutionem, ut faciatis quod nos facimus) 16ᵃ. *arangaba cách desimrecht de .i. aratucid et aracomalnid cach maid* (gl. ut communicatio fidei tuae evidens fiat in agnitionem omnis boni in vobis, Philem. 6; i. e. ut sumat quivis exemplum inde, id est, ut intellegatis et compleatis omne bonum) 32ᵃ. *arasechemmar abésu som* (gl. et propter nos scriptum est; i. e. ut sequamur mores illius) 2ᵈ. *gigestesi dia linn arafulsam arfochidi* (gl. adiuvantibus et vobis in oratione pro nobis; i. e. orabitis deum nobiscum, ut toleremus tribulationes nostras) 14ᶜ. *arascrúta cid forchana dohícc cáich* (gl. oportet episcopum esse amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, Tit. 1, 9; i. e. ut scrutetur, quid praecipiat ad salutem cuiusvis) 31ᵇ. Ante medias et nasales saepius ARIN (cf. pp. 5. 342), ut ante pron. inf. *-n*, *-d*, *-da*: *arinchomalnathar* (ut impleat eam, doctrinam) Wb. 31ᶜ. *arintaibrid di* (ut id detis ei, Phoebae sorori) 7ᵇ. *arindfessid* (ut id sciatis) 12ᵃ, vel ante formas verbi substantivi: *arimbad and furruimtis* (ut ibi aedificarent) Tir. 13. Nec raro ante utrasque consonas excusso *a* ARN, ARM (quare cum negatione *na* fit ARNÁ, cuius formae exempla infra inter negationes [n. 4] afferentur): *asbersom fris na torus arndacumcabat* (gl. aperientibus ad portas sermonem diregens; i. e. ut eas aperiant) Ml. 98. *arndomroibse fochricc* (gl. omnia sustinemus; i. e. ut sit mihi merces) Wb. 10ᵈ. *armbat buidich* (ut sint grati) 7ᵇ. *armbat irlamu de, armbat irlithiu de* (quo sint promptiores, oboedientiores) 22ᶜ. 22ᵈ. *armbad irlamu de donbúaith* (gl. qui in agone contendit ab omnibus se abstinet; i. e. quo sit promptior ad victoriam) 11ᵃ. *armtairismech in hiris* (ut sis constans in fide) 5ᵇ. *airndib múcnae 7 airndib ecmailt anétach 7 ambiad 7 andeug* (ut sit austerus et ut sit insolitus eorum vestitus et cibus et potus) Tr. 2ᵇ (71). Cf. formularum *arimp*, *arndip*, *airndip* (ut sit) exempla supra (p. 493 sq.) allata.

Interdum eadem constructio obtinet locum imperativi: *araroib saingné fornaib gnimaib inna preceptore* (esto proprius habitus in actionibus praeceptorum) Wb. 5ᵃ. *ished asbeirsom hic aratartar airmitiu féid donaib preceptorib .i. aracomalnither q. dunt.* (hoc dicit ille hic: afferatur reverentia praeceptoribus, id est, impleatur quod dicunt) 15ᵃ. *oadcúaid rúin ícce inchenéli dóine et andorigeni dia airriu demaid asber iarum dam arandath disom dimaith* (gl. obsecro itaque vos ego vinctus in domino ut digne ambuletis vocatione, Eph. 4, 1; i. e. postquam exposuit mysterium salutis generis hominum et id quod fecit deus propter eos boni, dicit postea etiam: estote de illo, de bono) 21ᵈ. *am. fongní cach ball dialailiu isinchorp arafogna talland cáich uanni dialailiu arammi óin chorp hí cr.* (sicut servit quodvis membrum alteri in corpore, serviat facultas cuiusvis e nobis alteri; nam sumus unum corpus in Christo) 12ᵃ. *am. ata cáinchumracig sid armba cháinchomraccachso* (gl. sectare pacem cum his qui invocant dominum de corde puro; i. e. sicut sunt benevoli hi, esto benevolus tu; *sid* in codice neglegentius pro *sidi*) 30ᵃ. Cf. supra *armtairismech*.

OL (quod, quia; praep. super) cum pronomine demonstrativo *suide*, *sodin* sequente nota relativa eundem sensum, quem *airindí*, profert in Sg.: *indinteriecht nad rann insce lagrecu ... atarimet comroirnich inna grec la ranna insce olsuide asrann insce la lait.* (interiectio quae non est pars orationis apud Grae-

cos, adnumerant eam erronei Graecorum ad partes orationis propterea quod est pars orationis apud Latinos) 26ᵇ. *oltodain assainreth doneuter* (gl. Gadir Salustius neutrum esse ostendit, accusativum nominativo similem ponens, Pr. 5, 3, 18; i. e. quia est proprium neutri) 65ᵃ. *graif foraib olsodain assainreth do rems.* (gravis in eis, quia hoc est proprium praep.) 213ᵃ. Idem sine demonstrativo pronomine, cum nota relationis subsequitur: *ol dunaircibed* (gl. quod erat inlatura sine dubio) Ml. 29ᶜ. *ol donecmaing* (gl. quid autem? quod accidit inter tres vel plures, non tamen ad totum etc.? Pr. 3, 1, 5; i. e. quia accidit) Sg. 40ᵃ. *ol asrann* (gl. quod pars est: differt dictio a syllaba non solum quod syllaba pars est dictionis, sed etiam quod dictio dicendum aliquid habet, Pr. 2, 3, 14) 25ᵇ. *cid armad machdad anisin olatá lee dam aningnadso* (gl. nec mirum cum etc., Pr. 9, 4, 25; i. e. quid quod sit mirum hoc, cum sit in eo, verbo, etiam hoc insolitum?) 167ᵃ. Praeterea in compluribus locis eiusdem codicis suprascribitur *ol* supra *quod*, si est i. q. *quia*. Idem coniunctioni *ma* praemissum: *olma duintaesiu* (gl. quod si transtuleris) Ml. 3ᵃ.

Inprimis memorabilis est formula *olisamein* (quia est sic, itaque; *amein* i. q. *amin*, p. 613?): *ismó rochéess cr. airi .i. báas olisamein léic uáit inna tuari nocari* (gl. noli cibo tuo fratrem perdere, pro quo Christus mortuus est, Rom. 14, 15; i. e. maius passus est Chr. pro eo, mortem, itaque sine a te cibos quos amas) Wb. 6ᵃ. *bid preceptóir cách and [olis]amein conicfedsi profetare* (erit praeceptor unusquisque tum, itaque poteritis pr.) 13ᵃ; amplificata: *olisamein attáa* (quia sic est) 32ᵃ.

Significationi praepositionis *ol* propior est coniunctio haec post comparativos, significans lat. *quam*, quae consuevit addere formas verbi substantivi *tá*: *isbec asmáo oldáusa* (gl. est parvo maior quam ego) Sg. 45ᵃ. *isáildiu ammag rogab súil oldósa* (est pulcrior locus quem cepit oculus quam ego), *issochrudiu láam oldósa olcoss* (est nobilior manus quam ego sum, quam pes) Wb. 12ᵃ. Frequentiores sunt formae relativae tertiae personae eiusdem verbi coalescentis cum coniunctione, sing. OLDAAS, plur. OLDATE. Exemplis supra allatis (pp. 275 sq. 489) addimus unum e cod. Ml.: *oldaas nermitnigthi feid* (gl. quam consecratione) 36r.

Saepius tamen pro hac combinatione idem ille codex exhibet INDAAS, in quibusdam locis *inda as* separatum distincte, in aliis tamen iunctum *indaas*, *indas*: *ised berat indheritic aslaigiu deacht maicc inda as deacht athar aris hoathir arróet macc cumachtae islaigiu dim inti arafoim inda as inti honerc[i neri] 7 is[laigiu] inti danaigther inda as inti nad danaigedar* (gloss. marg.: audeat cui datum sit imperium et per hoc minorem unigenitum filium a parte deitatis accipere; i. e. hoc dicunt haeretici, esse minorem deitatem filii quam deitatem patris, nam a patre accepit filius potestatem; est minor ergo is qui accipit quam est is a quo habet vim, et est minor is qui donatur quam is qui non donatur) 17ᵃ. *asberat som aslaigiu deacht maicc inda asdeacht athar* (gl. contra haereticos) 24ᵈ. *air immou ruicim les mairchissechtae inda asdigal dothabair form* (gl. sum miserationis magis; i. e. nam magis indigeo indulgentiae erga me quam est vindicta danda mihi) 22ᶜ. *ní lugu immefolngi sonartai do neuch in cotlud indaas bidsuide garait no sessed etarlam* (gl. non minus quippe somno quam modica sessione laborantium recreatur uirtus) 47r. *indaas artomususai .i.*

intomus inchumachtai fil linni islaigiu son indaas chumachtai doinachtae crist (gl. quam est nostra mensura; i. e. mensura potentiae, quae est nobis, minor est quam potentiae humanitatis Christi) 26[b]. *ni mesa indas talam fortiresi* (gl. vestra terra; i. e. non peior quam est terra vestrae regionis) 34[a]. Pluralis formae INDATE unum invenimus exemplum: *issoiriu indate idail* (gl. humana imago nobilitet; i. e. est nobilior quam sunt idola) Ml. 34r. Ceterum de vi praep. *in*, quae in his pro *ol* usurpata videri poterat, post comparativum positae cf. syntaxis. Hodierna particula hibernica post comparativum est *iona*, corrupta ex *inda*, *indas*.

Similis formulae, diversae tamen significatione, *adaas* exempla supra (p. 489) prolata sunt, quacum conferendum videri potest: *.i. adoasa* (gl. me: qui prior me erat) Tr. 1[a].

NI — NACH (*na*, *nech*, *nechtar*, nullus, nemo, neuter; cf. p. 361 sqq.): *ni nach aile assidbeir* (gl. ecce ego Paulus dico vobis; i. e. nemo alius dicit id) Wb. 20ᵃ. *nibi nach dethiden foir* (nulla ei est cura) 10ᵇ. *bete banscala occartimthirect ni du nach oipred ailiu im.* (gl. numquid non habemus potestatem mulierem, sororem circumducendi? 1. Cor. 9, 5; i. e. ut sint feminae ministrae ad nostrum servitium, ad nullum tamen aliud opus) 10ᵃ. *nitorban na áe* (nihil eorum prodest) 12ᵇ. *ni ruthógaitsam nech* (gl. neminem circumvenimus) 16ᶜ. *nirubi nechtar de cenalail* (neutrum eorum erit sine altero) 11ᶜ. NAD—NACH etc.: *isnad dixnigedar nach æcne* (gl. sic non est inter vos sapiens quisquam? 1. Cor. 6, 5; i. e. est quod non est quisquam sapiens!) 9ᶜ. *nadndixnigedar nech* (gl. neminem esse) Ml. 23ᵃ. *huare nad fil nanert nail indamerbainn* (quia nulla alia potentia est qua confidam) 29ᵈ. Item in sententiis prohibitivis: *na fridoirced nech* (ne quis offendat) Wb. 14ᵃ. *connách moidea nech* (ne quis glorietur) 2ᵇ.

NI — NÍ (non res, non quidquam, nihil; cf. p. 364): *ní bi ni etarro* (gl. nulla intercessione interveniente) Sg. 150ᵇ. *si feisine 7 ni bi ni tarahesi* (gl. l manet per se; i. e. ea ipsa nec quidquam est pro ea) 165ᵇ. *arni fil ni frisambed andechor* (nam nihil est. a quo differat) 183ᵃ. *ni torban dom nii disin* (nihil prodest mihi quidquam ex hoc) Wb. 12ᵇ. *ni dir dúib ni disund* (non congruum vobis quidquam de hoc) 27ᶜ. *ni dernat sidi ní nadfiastar side* (nihil faciunt hi, servi, quod nesciat ille, dominus) 22ᶜ. *ní inchoisget sidi ní* (nihil significant hae) Sg. 202ᵇ. Sic supra: *ni artu ní nim ni domnu ní muir* Inc. Sg. Prohibitive: *ni dlegar ni dúib* (ne quid debeatis) Wb. 6ᵃ. *na imchomarcad ní inæcle.* (ne quid interroget in ecclesia) 28ᵇ.

B. Particulae interrogantes.

Extant particulae interrogationem indicantes in celticis linguis, ut in latina aliisque. Interrogatio ipsa, ut negatio, est aut recta aut obliqua vel subiuncta, quamquam particularum interrogantium vix est differentia in hac vel illa positione. Discernitur autem interrogatio simplex ac duplex sive bipartita, utraque aut positiva sine negatione aut cum negatione.

1. Interrogatio recta simplex positiva inchoatur particula IN (ante labiales IM; cf. lat. *an*): *innaci* (gl. viden, videsne?) Sg. 15ᵇ. *inintsamluminarni* (gl. an aemulamur dominum? i. e. an imitamur?) Wb. 11ᵇ. *inanfossigid* (gl. nescitis?) 8ᵈ. *india indoich side do* (gl. quis accusabit adversus electos dei? deus qui iustificat? Rom. 8, 33; i. e. num deus? num veri simile hoc ei?) 4ᵇ. *indosa* (gl. nuncubi, gl. num et ubi; i. e. num alicubi?) Sg. 14ᵇ. *incoscramni* (gl. legem destruimus?) Wb. 2ᵇ. *in cuntubart lib inso* (gl. an ignoratis, fratres?) 3ᶜ. *imba immulei do* (gl. simul Iesus? Rom. l. c.) 4ᶜ.

Interrogationi obliquae simplici positivae semper praemissa invenitur formula DÚS IN (*im* ante labiales; i. e. *dofius in*, ad sciendum num*), non infrequens in Wb.: *duús incomalnid arrupredchad dúib issos.* (gl. ideo scripsi ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus oboedientes sitis, 1. Cor. 2, 9; i. e. an impleatis quod praedicatum est vobis in evangelio) 14ᵈ. *doairfenus doib dús imbed comrorcon and et nirobe* (gl. ascendi Hierosolymam secundum revelationem et contuli cum illis evangelium, Gal. 2, 2; i. e. contuli cum eis, si forte esset error in eo, et non fuit) 18ᵈ. *combad uét leu buid domsa iniriss et duús inintamlitis* (gl. si quomodo salvos faciam: quamdiu sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo, si quomodo ad aemulandum provocem carnem meam et salvos faciam aliquos ex illis, Rom. 11 14) 5ᶜ. *ni epur frib etarscarad frisuidiu .i. frigenti fobiith precepte dóib duús inducatar fohiris* (gl. scripsi vobis in epistula: ne commisceamini . . . non utique etc., 1. Cor. 5, 9; i. e. non dico vobis separari ab his, a gentibus, propter docendum eos, si forte suscipiantur in fidem) 9ᵃ. *noscarad frisinfer dús inrictar triagnáissi* (gl. si qua mulier fidelis habet virum infidelem et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum; i. e. ne secedat a viro, si forte convertatur per consuetudinem eius), *teccomnocuir inso isairi didiu asbiursa ambuith immaliei dús inrictar indalanái trialaile* (gl. sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, 1. Cor. 7, 13. 14), *cechoniis cor doséiche uait níiscoirther act indnite dús im comchétbuid dúib* (gl. servus vocatus es, ne sit tibi cura de libertate, sed etsi potes liber fieri, magis utere, ibid. v. 21; i. e. licet possis dimittere uxorem tuam, ne eam dimiseris, sed expectato, si forte sit consensus vobis, *im* = *imb*) 10ᵃ. *duús indip fochunn icce do aindarpe aoentu* (gl. non communicamini cum illo ut confundatur, 2. Thess. 3, 14; i. e. si forte sit causa salutis ei eius excommunicatio) 26ᵇ. *duús indobfochad .i. duús infaás farsaithar* (gl. ne forte temptaverit vos is qui temptat et inanis fiat labor vester, misi ad cognoscendam fidem vestram, 1. Thess. 3, 5) 25ᶜ. *dúus indaithirsét* (gl. nequando deus det illis pae-

* Eadem vox ante pronomina interrogativa: *iarfigid dús ciapórt indib maith óigedacht* (inquisitio, quae domus, ubi, in vobis sit bonum hospitium) Wb. 26ᵇ. *sirbetho tiagar huáin dochum hitalem dús cid forchomnucuir ird: indinnain* (ad sciendum quid acciderit) Ml. 16ᶜ.

nitentiam et resipiscant a diaboli laqueis, oportet mansuetum esse ad omnes servum domini, 2. Tim. 2, 25; *dúus ind-* hic ante vocalem, cum supra sint *in-*, *dús in-*) 30ᵇ.

2. Interrogatio simplex negativa inchoatur particula composita e pronomine interrogativo cum negatione *cani*, pro qua interdum invenitur *inná*.

CANI: *cani messe immoforling cretim dúibsi* (gl. nonne opus meum vos estis in domino?) Wb. 10ᶜ. *cani góo dúibsi anasberid* (nonne falsum vobis quod dicitis?) 5ᵃ. *cani tú féin* (gl. quis enim te discernit? i. e. nonne tu ipse?) 8ᵈ *cani doich* (nonne est probabile?) 5ᵇ. *cani mebuir lib insenchasso* (gl. legem non legistis? i. e. nonne meministis huius legis?) 20ᵃ. *décce lat corintiu et genti cani rochretset* (ecce tibi Corinthii et gentes, nonne crediderunt?) 10ᵃ. *canipu uisiu athabairt dúnni* (gl. si alii potestatis vestrae participes sunt, quare non potius nos? 1. Cor. 9, 12; i. e. nonne fuit iustius, eam dare nobis?) 10ᵈ. *cani accai* (gl. nonne vides?) Ml. 25ᵇ. Sunt etiam scriptiones CONI, CINI: *congniam fribsi octáircud raith spirito duib conihed fodera fáilti dúibsi et dúnni* (gl. adiutores sumus gaudii vestri; i. e. collaboramus vobiscum in efficienda gratia spiritus vobis; nonne hoc fert gaudium vobis et nobis?) Wb. 14ᶜ. *cini glé lib* (nonne cognitum vobis?) 12ᵈ. *cini inonn riagul linn* (gl. nonne eodem spiritu ambulavimus?) 18ᵃ. Scriptiones *cain*, *cainip* in Wb.: *cain ronóibad abracham trihiris* (annon sanctificatus est A. per fidem?) 2ᵃ. *cainipsa sóir* (annon fui liber?) 10ᶜ, e *cani*, *canip*, sicut *main*, *mainip* (pp. 740. 741) e *mani*, *manip*.

INNÁ (*innád*), etsi proprie ad interrogationem duplicem pertinet, tamen huc quoque translatum invenitur: *innadnaccai* (gl. nonne vides?) Ml. 17ᵇ.

3. Interrogatio bipartita priori parti praemittit notam usitatam interrogationis IN (IM), parti posteriori BA vel FA (formam verbi substantivi), unde cum negatione oritur FANACC.

Exempla interrogationis vel rectae vel obliquae. *a*. Cum parte posteriore positiva: *imba bás ba bethu* (gl. quid eligam ignoro; i. e. utrum sit mors an vita) Wb. 23ᵇ. *imbat da .g. bete and ba .g. 7 .n.* (gl. in hoc veritatem videre: ostendit Varro his verbis: aggulus, aggens, agguilla, iggerunt. In huiuscemodi Graeci et Attius noster bina gg scribunt, alii n et g, quod in hoc veritatem videre facile non est, Pr. 1, 7, 39; i. e. utrum duo g sint hic, an g et n) Sg. 15ᵃ. *do línad intsliuchta uerbi airciasberasu potior ní lán chiall and confeiser ciadiacumachtaigther .i. induit fein fa donach ailiu* (gl. omnis genetivus verbo adiungitur ad perfectionem sensus, ut mei vel illius potior, Pr. 13, 5, 26; i. e. ad perf. s. verbi, nam etsi dicis potior, non plenus sensus hic, donec sciatur, cuius potiaris, utrum tui ipsius an alius cuiusquam) 209ᵇ. *isinderb immasc. fá fem.* (gl. dubia sunt genera; i. e. est incertum, sitne masc. an fem.) 61ᵃ. *isinméit inbis indepert .i. immar fa bec* (gl. figura dictionis in quantitate comprehenditur) 73ᵃ. Exemplum interrogationis tripertitae: *inicoms. fa hi comas*[*ndis*] *biit fa andiis* (utrum in compositione an in appositione sunt an duo, separata?) Sg. 217ᵃ. Eiusdem constructionis translatae ad significationem lat. *sive sive* vid. supra exempla (p. 706). Ceterum iterari posse IN non modo exemplis ibidem prolatis sed etiam hoc probatur: *in intain rombói in circum. in intain rombói in ppu.* (gl. in circumcisione an in praeputio?) Wb. 2ᵃ.

b. In sententia posteriore negativa legitime repeti *in* cum negatione INNA,

INNAD his exemplis proditur: *inná tecta cumachte indoilbthid inna criad* (gl. annon habet potestatem figulus luti?) Wb. 4ᵃ. *innád cualaidsi* (gl. an nescitis? i. e. annon audistis?) 5ᵃ; vel cum pleonasmo: *nó inna bet onach ainm̄diu etir acht itcétnidi* (gl. *i* longam habent ... in *ile* neutra, sive ex eis fiant sive non habeant aliud ante se genus, Pr. 4, 5, 24; i. e. sive non sunt e quoquam nominali omnino, sed sunt primitiva) Sg. 56ᵇ. *fá innád fail nechtar de hualailiu* (an neutrum eorum sit ab altero) 37ᵇ. Frequentius tamen plenae sententiae loco invenitur FANACC (necne): *cain ronóibad abracham trihiris intree cém didiu fanacc* (gl. dicimus quia reputata est Abrachae fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? Rom. 4, 9. 10; cf. p. 703) Wb. 2ᶜ. *imba nacol dom fanac* (gl. ut et vos sciatis quae circa me sunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus, Eph. 6, 21) Wb. 23ᵃ. *:::digail forib ma:::d irlaithi arrofitir side imbo hochridiu fanacc* (gl. servi oboedite, timentes dominum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, Col. 3, 22. 23; i. e. dabit vindictam vobis, si non estis oboedientes; nam scit ipse, utrum sit ex corde necne) 27ᶜ. *robu anfiss dosom inrolég fanacc* (fuit ignotum illi, legerit necne) Sg. 148ᵃ. *indi st. rogabad in salm fanac 7 cessí aimser inrogbath* (gl. siue hóc verum sit siue falsum; i. e. utrum inde sumptus sit psalmus necne, et quo tempore cantus sit) Ml. 24ᵈ.

C. Particulae respondentes.

Respondetur hibernice plerumque repetito verbo, praesertim verbo substantivo, sive affirmatur sive negatur quod interrogatum est. Ut sententia biblica: sit sermo vester: est, est; non, non (germ. ja, ja! nein, nein!) in hodierna lingua hibernica ita redditur: *go madh é bhur cómhrádh dhaoibh, A seadh, a seadh*; *Ní seadh, ní seadh*, quae formulae respondent vetustis: *is ed, is ed. ni ed, ni ed.* Exemplum responsionis eodem modo negantis: *incoscramni. ní conchoscram* (gl. legem destruimus? absit! Rom. 3, 31) Wb. 2ᵇ; frequentiora sunt exempla formulae NATE, NADE (cum *nat*, p. 741, an e verbo *tá*, *atá* ut *cate*? cf. pp. 356. 489): *india indoich side do náde ní doich* (gl. deus, qui iustificat, accusabit? i. e. num deus? num probabile hoc de eo? minime! non est probabile), *imba immalei do occartaithrice et occarnáinsem náte níba hed nisí arsèrcc less* (gl. quis est qui condemnet? simul autem Iesus Christus qui mortuus est? Rom. 8, 34; i. e. num simul erit ipse redimens nos et accusans? non ita! non erit hoc! non is ei est amor nostri) Wb. 4ᵇ. *indoich bid indirge dodia insin. nate ni clóin* (gl. numquid iniquitas apud deum? absit! Rom. 9, 14) 4ᵉ. *cani epir náte atbeir* (gl. an et lex hoc non dicit? scriptum est enim etc., 1. Cor. 9, 9; i. e. num non dicit? immo! dicit id) 10ᵈ. Formulae NATHÓ (cf. O'Don. pp. 324. 390) singulare exemplum videtur: *cid dogénat sidi hi* [leg. *in*?] *predchabat nathó ol pol* (quid facient hae? num praedicabunt? minime, inquit Paulus) Wb. 13ᵃ.

Nihilo tamen magis defuerunt in lingua vetusta hibernica particulae respondendi propriae, ut sunt in aliis linguis. Nam etsi non invenitur particula respondens affirmativa in codicibus nostris, invenitur certe particula negans NAICC (germ. *nein!*): *naicc* (gl. non: ubi est gloriatio tua? exclusa est. Per quam legem? factorum? non! Rom. 3, 27) Wb. 2ᵃ. *naic oni cumscaigther .d. in aliis dic.* (gl. in aliis, dictionibus, transferatur *d*, in aliis non, scire non possum, Pr. 2, 1, 7) Sg. 23ᵃ. A qua non differt sine dubio NACC in formula supra me-

morata *fanacc*: cf. *nac quasi nec* Corm. *nacc .i. non* O'Dav. Simplicioris formae *ac* Corm. vel *acc* (Deirdri p. 160) exempla vid. ap. O'Don. pp. 327. 390.

D. Particulae exclamantes.

Particulae appellandi vel exclamandi, quas dicunt interiectiones, extant paucae in codicibus hibernicis. Frequentior est *a, á, ha* (lat. o!), praemissa vocativo (cuius exempla vid. in declinatione nominis). Praeterea leguntur in Sg.: *upp* (gl. ei, Verg. ap. Pr. 7, 5, 21) 120ᵃ. *uch mochliab a nóib ingen* (vae pectus meum, o sacra virgo! gl. marg. scriptoris codicis) 211ᵃ. Nescio an sit etiam interiectio in gl. marg.: *uit mochrob* (vae? manus mea) Sg. 176ᵇ, in dextera folii parte, in cuius parte sinistra legitur *sca. brig.* (sancta Brigitta!).

II. Particulae britannicae.

A. Negantes.

1. Cambrica particula negativa simplex absoluta est NI, NY: *ni cein guodeimisauch* (gl. non bene passa, signa) gl. Ox. 39ᵃ. *ny chlywyssynt eiryoet twryf a chawat kyffelyb y rei hynny* (non audiverant unquam tumultum et tempestatem similem horum) Mab. 1, 23. De statu consonarum sequentium primitivo aut infecto supra praecepimus (pp. 189. 194. 202).

Ante vocales praecedere solet forma NYT: *nyt oed gyuanhed yny gaer* (non erat domicilium in castro), *nyt oed un llestyr, nyt oed un dalen* (non erat ullum vas, folium) Mab. 1, 4. 5. 9. *nyt yspeilwys ynteu vi* (non spoliavit ipse me) 1, 10. *nyt attebei ef* (non respondebat is) 1, 267. *nyt atwaenwn i didi* (non cognoscebam ego te), *nyt adwaeney neb or teulu euo* (non noverat quisquam ex agmine illum) 1, 25. 267. *nyt o gyuoetheu yd ymborthei* (non de imperando curavit) 1, 235. Quin etiam ante consonas invenitur: *nyt reit itti* (non est necessarium tibi) Mab. 1, 8. 21. *nyt dyd hediw y neb y gerdet* (non dies hodie cuiquam proficiscendi) 1, 288. *nyt velly y mae iawn itt* (non ita tibi aequum est) 1, 25. *nyt at neb y lettya yny dref* (non sinit quemquam habitare in urbe; mox: *gadu neb y lettyaw yndi*) 2, 62. Eadem aucta *nyt*, ut *nat*, supponenda est ante tenues aspiratas (p. 194), cum *ny, na* destituentes (p. 202) putandae sint primitivae formae.

Formae eiusdem locum interdum obtinere videtur NYS: *achyuarch gwell aoruc idi. ac nys attebawd yr iarlles* (et salutare eam, sed non respondit comitissa) Mab. 1, 18. *wrth hynny nys atwaenat neb or llu ef* (propterea non norat quisquam ex agmine illum) 1, 24. Plerumque vero *s* patet esse pronomen infixum personale 3. pers. (p. 376): *os gallafi les mi ae gwnaf. afles nys gwnaf innev* (si potero commodum ego faciam, incommodum equidem non faciam) Mab. 1, 256. *dim oc awch da nys mynnaf* (quidquam ex vestro bono nolo) 1, 272. *ny chyuarchafi well ytti. kan nys dylyy* (non salutabo te, nam non meruisti id) 1, 283.

Cornica NY destituens sequentes consonas: *ny yl den vyth amontye* (non potest quisquam computare) P 40, 2. *mar ny yl bos ken* (si non potest esse

aliter; = *gyl*) 57, 4. *y vos kyllys ny vynna* (eum perire nolebat) 7, 3. *yn nef ny veȝyth treyis* (in caelo non moraberis) 46, 3. De consonis *n*, *ng*, *ni* intromissis, ut in hoc exemplo: *henna ganso nyn io poys* (hoc ei non erat molestum) P. 10, 2, supra egimus (pp. 549. 580).

Aremorica NE destituens sicut hodie, etsi saepissime non notatur infectio: *ne reheut* (non facietis) MJ. 131 b. *ne raff*, *ne raf* (non facio) 61 a. 232 b. *ne oun* (nescio) 78 a. 187 b. 188 a. b. *ne onn* (id.) Cath. *ne vezo ganet credet glan* (non erit natus, credite pure) Buh. 4, 21. Contra: *ne graf*, *ne groaff* (non facio) MJ. 27 b. 35 b. Buh. 204, 2. *ne gra* (non facit) 62, 14. *ne gon* (nescio) 4, 12. MJ. 21 a. *nę gallo* (non poterit) Buh. 48, 9. *ne gorreif ma drem* (non tollam vultum meum) 42, 17. De intromissis consonis *d*, *nd* cf. p. 550 sq.

2. In sententia relativa vel subiuncta eadem particula britannice, quae hibernice, est NA.

Cambrica exempla: *mae ryued na thodeis yn lynntawd* (mirum est, quod non ceciderim in furorem) Mab. 1, 10. *diheu oed gantunt na chlywyssynt eiryoet kerd kystal* (persuasum erat eis, se non audisse unquam cantum talem) 1, 23. *y gynnedyf yw na daw marchawc ar y dir ef na mynno ef ymwelet ac ef* (consuetudo eius est, ut non veniat eques in terram ipsius, quocum nolit ipse congredi) 2, 50. *mackwy val hwnn yr na allei dywedut* (puer ut hic, qui non poterat loqui) 1, 267. *ar y llech y mae kawc aryant wrth gadwyn aryant. mal na ellir eu gohanu* (in lapide est vas argenteum in catena argentea, ita ut non possint separari) 1, 8. *medylyaw am na wn pa le ydaf heno* (meditatio, quia nescio, quo eam hac nocte) 2, 13. Cum pronomine infixo: *ryued yw gennyfi nam atwaenost* (mirum est mihi, quod me non novisti) Mab. 2, 7. Sequitur interdum post negationem vox, ex qua pendet: *na chymeraf myn vygkret . . . na rodaf myn vygcret* (non sumam, non dabo, per fidem meam; i. e. per fidem meam, me non sumpturum, daturum), *na rodaf yryfi a duw* (non dabo, per me et deum) Mab. 1, 264. 265. Contra in quibusdam sententiis relativis cambrice particulam absolutam *ny* adhiberi supra diximus (p. 392): *gwrdu mawr awely ympenn yr orsed. ny bo llei odim no deuwr* (virum nigrum magnum videbis in capite valli, qui nihilo minor sit duobus viris) Mab. 1, 6. *nyt oes aryhelw namyn yr unty hwnn nys ry dycko iarll* (non est in possessione eius, comitissae, nisi una haec domus, quam non ei ademerit comes) 1, 28.

Sunt etiam hic formae NAT et NAS differentes quomodo absolutae *nyt*, *nys*.

NAT: *ryuedu aoruc arthur na deffroes gwenhwyuar ac nat ymdroes yny gwely* (miratus est A., non experrectam esse G. nec motam in lecto suo) Mab. 2, 8. *dywedut wrthunt awnaethpwyt . nat yr amarch arnunt y dodit islaw y teulu* (dictum est eis, non propter contemptionem ipsorum eos poni infra familiam) 1, 276. *ar da arannei owein. hyt nat oed vwy gan y gyfoeth garyat* (et bona distribuebat O., ita ut non esset maior apud subditos amor) 1, 21. *nyt oes . . . nys ry dycko iarll ieuanc . . . am nat aei yn wreic idaw* (non est quod non abstulerit ei comes iuvenis, quia non fiebat uxor ei) 1, 28.

NAS: *ny dele mab uchelur uod en penteulu. sef achaus nas dele* (non debet filius optimatis esse maior domus; haec est causa, cur id non debeat) Leg. 1, 7, 1. *ac yrof a duw nas rodwni euo* (ac per me et deum non darem ego illum, equum) Mab. 1, 10.

Cornica exempla: *ef a doys . . . gans cst na vye tregis* (iuravit, se cum Christo non esse moratum) P. 85, 4. *ȝe demptye guȝyll pegh neb na ylly* (ad temptandum eum, qui facere peccatum non poterat) 20, 4. *te reson vyth a dres eraga fyn na gewsyth* (quod tu nullam rationem contra eos dicis, miror) 120, 2. *te na yllyth omweȝe* (ita ut tu non possis cavere) 20, 3. *na ve bos fals an denma* (nisi esset falsus hic homo) 99, 2. Ante vocales cornice NAG: *kyn nagoff den skentyll* (quamquam non sum homo sapiens) P. 8, 1. *grusons cusyll nago vas* (ceperunt consilium, quod non erat bonum) 31, 3. Tamen etiam NA: *uynytha na effo coul* (ut nunquam bibat ius) D. 1620. *then dor prag na ymmohelaf* (ad terram cur me non prosterno?) D. 2594.

Aremorica: *euit vnan na duy, palamour sascun da cnan na duy* (propter aliquem, qui non veniet) Buh. 4, 20. 6, 11. *men scoy crenn quen tenn ennhaf na gallo en scaf flachaf quet* (impellam eum tam acriter in eum, ut non possit celeriter deflecti) MJ. 138a. Ante vocales item NAC, NAG: *soezaf a graf nac ouf clafvet* (miror quod non sum aeger factus) MJ. 223a. *byscoaz e re nag oann bezet* (nunquam eius hominem me fuisse) 197a; rarissime NAD (cf. p. 550).

De formula *na — mar* (quamvis) vid. supra (p. 724).

3. Particulae dehortativae forma paulum differt in sententia recta.

Cambrica NA, ante vocales NAC: *na dos ditheu yny gyvyl ef* (cave eas tu in vicinitatem illius, equitis!) Mab. 1, 248. *na at neb* (ne siveris quemquam) 2, 25. *na cheryd ui ny wydwn i hynny* (noli opprobrare mihi! nesciebam ego istud) 1, 287. *kyrchu y llamhystaen. Na chyrch heb y gereint* (sumere uisum, coepit eques. Ne sumpseris! inquit G.) 2, 16. *nac ymchoeldi dracheuyn* (ne te verteris retro!) 2, 36. *nac ewch bellach hynny* (nolite porro ire ita) 3, 33. *na vit* (ne sit) 2, 375. 383. *na wiscet . . . dim ymdanei* (ne induat sibi quidquam) 2, 20. Item ante coniunctivum: *na rodher yny del gereint* (ne detur, cervi caput, donec venerit G.) 2, 22. *na disgynnych* (ne descenderis) 2, 19.

Alibi tamen, ut in hibernica lingua vetusta, coniunctivo praemissa invenitur NY: *ny bo gressaw duw wrthyt* (ne sit salutatio dei tibi!) Mab. 1, 292. *ny bo berthach byth y boch chwi no minneu* (ne formosiores unquam sitis vos quam ego) 2, 215. *nyt ami yn uyw yd aho ef* (ne me vivo eat ille) 2, 245.

Cornica: *na wra na moy pegha* (noli amplius peccare) P. 34, 4. *na thegough sor yn golon, na thegoogh sor yn colon* (nolite portare iram in corde) 37, 1. D. 539. *na as troys na leyff na vo golhys* (ne omiseris pedem aut manum, quin lavetur) P. 46, 4. *na veȝough dyscomfortis* (ne sitis perturbati) 255, 1. Eadem forma servari videtur ante vocales: *na ol* (noli flere) R. 853. *na olough* (nolite flere) D. 2640.

Aremorica: *na gra quet sy* (noli dubitare) MJ. 52a. *na ret sy* (nolite d.) 10a. 188a. 226b. *na grit dif caffou na saouzan* (ne pararitis mihi curas aut dolorem) Buh. 38, 21. *duet . . . na tardet muy* (venite, ne tardaritis amplius) 76, 6. *na vez quet couetus* (noli esse ambitiosus) 68, 8. Non differt forma ante vocales: *na ehan quet* (noli cunctari), *na esma quet* (noli timere) Buh. 4, 2. 146, 6.

4. Particula prohibitiva subiunctae sententiae cambrice suppletur praepositione *rac* cum infinitivo verbi positae (p. 678): *ylety eu er escubaur ebrenyn rac dale muc ar yadar* (habitatio eius, falconarii, est horreum regis, ne officiat fumus eius avibus) Leg. 1, 10, 4. *ykymerassant kytgyghor . . ynamgen . . . rac*

gwybot or corannyeit adywettynt (ceperunt consilium alio modo, ne sciretur a pygmaeis, quod dicerent) Mab. 3, 300. *na dos ditheu yny gyvyl ef rac dy lad ohonaw* (ne ieris tu in illius viciniam, ne occidaris ab eo) 1, 248. Cambricae proprius est hic loquendi modus, quoniam in ceteris dialectis eadem praepositio aut contrarium significat, aut cum negatione abit in coniunctionem: *rac na* (pp. 737. 738).

Cornica particula et aremorica in sententia subiuncta eadem est, quae in absoluta.

Cornica: *Pylat a yrghys ȝeȝe ... monas ȝen corf ȝy weȝe nan kemerre y yskerans ... ha gwyȝe tam na guskens* (P. iussit eos ire ad corpus ad custodiendum id, ne id auferrent inimici sui, et cavere, ne quid dormirent) P. 241, 2. 3. *na veny leȝys nynges forth ȝe omweȝe* (ne occidamur, non est via servandi nostri) 245, 4. *omweȝe ... na peghy* (cavere, ne pecces) 20, 3. *me a gevs thotho mur dek na sconyer pendra wreny* (colloquar cum eo suavissime, ne recusetur, quicquid faciemus nos) D. 190. Formulae *rak na* exemplum supra attulimus l. c.

Aremorica: *mir na filli. mir na gruy da damnation* (cave ne erres, cave ne efficias condemnationem tuam) Buh. 166, 4. 7. *doe roen tir a miro dit tra hedro na noaso quet* (deus rex terrae providebit, ne tibi quidquam nunc noceat) 6, 26. *ne caffaf span gant oun na ven daffnet* (non capio tranquillitatem prae timore ne damner) 162, 5. 6. Formula *rac na*: *niz sezlouo ... vn guez arall an tra se rac na hoarfe goall* (auscultabimus tibi, ne iterum ista res accidat male) Buh. 74, 10. *ahanen reson eo monet ... rac nam be blam oz chom aman* (hinc necesse est abire, ne habeam dedecus manens hic) 98, 8; cf. supra l. c.

5. Negationem duplicem vel multiplicem copulat propria particula britannica NA, ante vocales NAC (neque), sive duplicatur vel multiplicatur ipsa, sive simplicem sententiam negativam sequitur (respondens germ. *noch*). In qua, cum nec eius loco inveniatur *ni — ni* (ut in hibernica lingua) et ante verbum sententiae semper insuper praecedat particula negativa inesse coniunctionem disiunctivam suspiceris; cf. tamen quae supra (p. 724) adnotavimus.

Cambrica exempla: *ny byd reit itt torri na gwaew na chledyf* (non erit necessarium tibi frangere nec hastam nec gladium) Mab. 1, 259. *ny welynt neb ryw dim. na thy nac anifeil. na mwc. na than. na dyn. na chyuanned* (non videbant quidquam rei, nec domum nec animal nec fumum nec ignem nec hominem nec habitaculum) 3, 146. *nac y adef llad awch tat chwi nac y diwat ny deuthum i* (nec ad profitendam caesionem vestri patris nec ad denegandam veni ego) 1, 287. *adiheu oed gennyfi gei. na dihangei nadyn nallwdyn ynvyw* (et persuasum erat mihi C. non evasurum vivum nec hominem nec bestiam) 1, 9. *hyspys yw genyfi na chynt na gwedy na chiglef i kerd kystal* (persuasum est mihi, nec antea nec postea me audisse cantum aeque dulcem) 1, 9; post simplicem negationem: *ny byd ryd heno nac auory na threnhyd* (non liber erit hac nocte nec cras nec perendie) 1, 289. *a diheu oed iti gei. nawelcis i eirmoet bwyt na llynn nywelwn yno ygyffelyp* (et certum erat tibi C. me non vidisse unquam cibum nec potum, quem non viderem ibi pariter) 1, 5. Cum articulo vel pronomine infixo coalescens particula: *ac ny dywat nar gwr nac vn or morynyon vn geir* (nec dixit neque vir neque una e puellis ullum verbum) Mab. 1, 5.

pandaeth yr gaer nadyn. na mil. nar baed. nar cwn. na thy. nac anhed. nys gwelei yny gaer (cum venisset ad castrum, nec hominem nec animal nec aprum nec canes nec domum, nec habitationem videbat in castro) 3, 151. *ny at yr arueu estronawl mawr racco welet nae wyneb ef nae bryt* (non sinunt arma mira magna illa videri nec vultum illius nec formam) 2, 10.

Cornica *na* semper respondet germ. *noch*, aut antecedente formula *na nyl* (germ. *weder*, cf. p. 403) aut singularis, sive praecedit negatio verbo addita, sive sequitur: *den vyth ny yl amontye na leuerell war anow* (nemo potest computare nec dicere ore) P. 59, 3. *nyniough ol da na whek* (non omnes estis boni nec dulces) 47, 2. *ȝym na as troys na leyff na vo golhys* (mihi noli omittere pedem nec manum, quin lavetur) 46, 4. *dal na boȝar ny ase nag omlanas nagonon na claff vyth ow crowethe mar pesy a leun golon* (caecum aut surdum non sinebat, ut non sanaretur. nec unum nec aegrotum quemquam iacentem, si orabat pleno corde) 25, 2. 3.

Aremorica particula tam iterata invenitur: *nemeux na ioa na cuff na car* (nec gaudium habeo nec amicum nec cognatum) Buh. 8, 23. *perac guirion na sarmonez nac ouzomp guer ne leuerez* (cur vere nec sermocinaris nec nobis verbum dicis?) 56, 8. 9; quam semel posita: *gat na louarn ne espernaff* (nec lepori nec vulpi parcam) 32, 8. *ne deux gruec na amieguez* (non est mulier nec obstetrix) 96, 7. *eguyt an boet nem em hetaf nac e nep guys ne rejouissaf* (cenam non desidero, nec ullo modo delector) MJ. 6 b.

6. Ad amplificandam negationem suas sibi quaeque dialectus elegit voces.

Cambrica frequentius addit (sicut lingua hibernica) pron. *neb* (aliquis), subst. pronominale *dim* (res): *ny chaffwn i neb* (neminem ego inveniebam) Mab. 1, 10. *dim oc awch da nys mynnaf* (nihil de vestris bonis cupio) 1, 272. *ni chigleu i dim* (non audivi ego quidquam) 2, 232. 233.

Cornica frequentius adhibet substantiva quaedam, ut *banne* (gutta vel stilla) Voc. 9ᵃ, vel *banna* (cf. gall. hod. *goutte*): *bythqueth whet tebel na mas ny wylys ganse banne* (nunquam adhuc nec male nec bene vidi iis, oculis meis, quidquam) D. 398. *ny clew banne* (nihil audit) D. 2321. *iudas ny gosk un banne* (I. ne minimum quidem dormit) D. 1078. *gans queth y ben y queȝens guelas banna na ylly* (involucro eius caput involvebant, ut videre nihil posset) P. 96, 1. *dal o ny wely banna* (caecus erat, nihil videbat) 217, 2. *banna ny allaf gwelas* (nequaquam possum videre) Cr. 1622. *Cam* (passus; cf. gall. hod. *pas*) vel *cammen*, *camen*, *caman* (plur. an conferendum cambr. *caman*, via?): *pan welas cam na ylly y dolla* (cum videret, nequaquam se posse eum decipere) P. 13, 1. *ny vyn an vyl harlot cam awos an bys dywethe* (nequaquam vilis nebulo decedere vult per mundum) D. 2914. *drok yw gyne na venta kammen tryle yn maner tek* (aegre fero, te nequaquam velle converti in rationem pulcram), *na wrellough cammen lathe an profus* (ut ne interficiatis prophetam) D. 1293. 2196. *mar wokky cammen na vynnyth crygy* (tam stultus, ut minime velis credere), *my ny won pyw cammen* (ego nescio, quis sit ille omnino) R. 990. 2493. *camen pylat van welas na ylly cst delyffre* (P. cum videret nequaquam se posse Christum liberare) P. 150, 1. *caman na ylly bewe*, *caman na ylly gwyȝe* (ut nequaquam posset vivere, cavere) 204, 1. 205, 1; idemque adiuncto *byth* (utique), de quo adverbio frequentissimi usus vid. supra p. 620 sq.: *me a vynse y wythe*

ka ny yllyn cammen vyth (optabam eum servare, sed nequaquam poteram) D. 3126. *dyougel an keth denna the selwel cammen vyth na yl wharfos* (certo ut idem ille homo salvetur, nequaquam potest evenire) R. 2480. Semel invenimus *tam* (frustum): *gwyȝe tam na guskens* (cavere, eos iussit, ut ne dormirent) P. 241, 3. Denique his quodammodo addi poterit *bram* (crepitus ventris): *ny daluyth bram* (non valebit ventum, quidquam) D. 3078. *ny ren bram* (nihil darem) O. 2739. *ny rof bram* (nihil do, nihil curo) D. 1461. 2779.

Aremorica vocem *quet* (gall. point') Cath. (leg. *ket*, incerta origine; eadem in sententia affirmativa Buh. 170, 18: *me carhe gouzout quet goude*, scire certe opto postea) negationi addere consuevit adeo, ut facta sit perpetua fere negationis comes (sicut gall. hod. *pas*) usque ad hodiernum diem. Exempla: *ne deux quet, ne deuz quet* (non est) Buh. 16, 16. MJ. 28a. *ne guallaf quet* (non possum), *ne gallen quet* (non poteram) Buh. 56, 13. 78, 13. *na ehan quet* (noli tardare) 4, 2. *na tardomp quet* (ne tardemus) 32, 12. 146, 17. 210, 8. *doe roen tir a miro dit tra hedro na noaso quet* (deus rex mundi prospiciet tibi quidquam nunc ne noceat) 6, 26. *nen prouffen quet* (ed. *quen*, corrigendum consonantiae causa; non probarem id) 170, 15. Eadem vox saepius additur praep. *hep* (sine): *hep gou quet* (sine ullo errore, mendacio) 116, 15. *hep quet nam, hep quet anam* (sine ulla macula) 72, 16; 104, 6. 146, 17. *hep quet a mar* (sine dubio) 204, 16. *hep muy quet* ('duntaxat, tantummodo') Cath. MJ. 65b. Ab hac voce prorsus differt *quen* (aliter, aliud; respondens corn. *ken*, p. 398): *ne galaf quen* (non possum àliter) Buh. 94, 21. *nem bezo quen* (non habebo aliud) 132, 4. *hon credit na compsit quen* (credite nobis, nolite loqui aliter) 188, 12. Contra addita invenitur gallicana vox ipsa: *pas an dra se ne falhe ez ve quet dissimulet* (minime oportebat istam rem dissimulari) MJ. 10a.

B. Particulae interrogantes.

1. Interrogationem simplicem positivam, tam rectam quam obliquam, cambrice significat A ante verba, AE (= *a yw?*) ante nomina: *gofyn aoruc owein aoes uarch ac arueu yr iarlles* (quaerere O., essetne equus et arma comitissae) Mab. 1, 29. *gofyn aoruc owein yr uorwyn aoed le y gallei ef kaffel bwyt* (quaerere O. e puella, num esset locus, ubi posset capere cibum) 1, 32. *a bery di* (faciesne tu?) 1, 264. *ae amser ynni vynet yr byrdeu* (estne tempus nobis ire ad mensas?) 1, 11. *ae gwr y arthur wyt ti* (esne vir Arthuri tu?) 1, 243. *gofyn aoruc owein ae dyn bydawl* (quaerere coepit O., num esset homo mundanus) 1, 31.

Cornice A (nihil differens a particula verbali, itaque abiecta ante vocales principales) in interrogatione recta: *a glewsyugh why* (audivistisne vos?) O. 2727. *a garsesta* (placeretne tibi?) D. 2838. *a alsesta* (possesne tu?) R. 862. *a welte* (videsne tu?) D. 2925. *a wotta* (videsne?) P. 195, 3. 255, 4; cf. p. 606. *a ow cows why an clewas* (loquentemne vos eum audivistis?) 95, 1. Abiecta: *ose mab du* (esne tu filius dei?) P. 100, 4. *oge gy, otagy* (tune es?) D. 1234. R. 463. *oma vy nep ath werthas* (num ego te vendidi?) D. 755. *vs whet theth corf galarow* (suntne etiamnunc corpori tuo morbi?), *yw saw ol the wolyow* (suntne sana omnia tua vulnera?) R. 487. 489.

Obliqua interrogatio inchoari solet coniunctione *mar* (si): *leuerough mar*

pyth sawys (dicite, num conservetur) P. 95, 1. *myrugh mar te* (aspicite, num veniat) 203, 3.

Aremorice A, sed ante vocales AC (hod. *ha*, *hac* vel *na*, *nac*): *a guir eon tra se* (num verum est hoc?) Buh. 126, 20. *a te so claf* (num tu aegrotus es?) 56, 7. *ac eff so muy* (an sunt plures?) 120, 18. *a huy a guel* (vosne videtis?) MJ. 53 b. *ac an nor ayoa digoaret* (portane erat aperta?) 217 a. *da gouzout scler a huy ve quemeret* (ad sciendum perspicue, num vos recipiamini) Buh. 20, 20. *huy* [*a*] *goar net a hy so parfet acc* (vos scitis probe, num ea sit perfecta satis, puella) 22, 16. *leueret spes ac ef so hoz esper* (dicite, num ea sit vestra spes) 22, 12. *grit huy on odiancc ac eff reiz en breiz man a deuhe ... da bout ... ganet* (facite augurium, num ea lex sit, ut in hac Britannia nascatur) 88, 13.

2. Interrogationis simplicis negativae notae differunt per dialectos.

Cambrica PONY (hib. *cani*): *pony wydut ti nat edewis y gawat hediw na dyn na llwdyn yn vyw* (nonne sciebas tu non sivisse tempestatem hodie vivum nec hominem nec bestiam?) Mab. 1, 9. *ponyt oed da mynet y geisaw* (nonne erat bonum, ire quaesitum?) 1, 11. *aphonyt y geissaw dial* (et quidni sumere vindictam?) 2, 18.

Cornica A NY, A NA: *a ny woȝas ow mestry* (num nescis potestatem meam?) P. 144, 3. *a ny wothough why* (nonne scitis vos?) R. 2445. *a nyngys* (nonne est?) D. 800. *a nynsese, a nyngese* (nonne erat?) R. 1321. 650. *a na wylta* (nonne vides?) P. 120, 3.

Aremorica ANE: *anedindy duet guenede* (nonne sunt ablati tecum, argentei?) Buh. 158, 8. *a ne ve pret* (nonne esset tempus?) MJ. 160 b. Plerumque AN aut scriptum aut pronuntiandum, ut iustus fiat syllabarum numerus: *anedeu me eu ann heny* (nonne ego sum ille?) MJ. 59 b. *ane gousode* (nonne scis tu?) 112 b. *anoz eux quet lech* (nonne habetis locum?) 221 b. *an den* (*quet*) *ma queuz me receuabl* (nonne est aerumna mea acceptabilis?) 91 a. *andoa* (nonne erat?) 207 b. 209 b. *an deuz den* (nonne est quisquam?) 110 b. *andeu, andeuff* (nonne?) Cath. Ceterum haud raro dissolvitur sententia, ut ex interrogativa pendeat negativa: *a me nam eux lech da nechif* (nonne habeo locum, causam, aegre ferendi?) MJ. 21 a. *a te na cret* (nonne credis?) 74 b. *a te na deur* (nonne putas?) 90 a.

3. Interrogationis bipartitae vix extant exempla. Cambricae iteratae particulae A — A vel AE — AE, si pars posterior est affirmans, colligi possunt ex interrogatione simplici et e Leg. 2, 1, 27: *edeucyt e kefreith na vyr nep beth eu hy ai moruyn ae gureic* (lex pronuntiat neminem scire, utrum sit illa virgo an mulier; cf. p. 725). Negativa in parte posteriore formula *a nac* exemplis non comprobatur.

Cornica exempla non invenimus nisi interrogationis obliquae, in quibus praemissum *py nyl* (uter, utrum?, p. 403) sequitur communis particula disiunctiva: *merough pe nyle an dus avyth delyffris po cryst ... po barabus* (videte, uter hominum liberetur, Christusne an B.) P. 125, 3. 4. *ny wothons yn teffry py nyl a wrons drok py da* (nesciunt certo, utrum faciant malum an bonum) D. 2774 sq.

Aremoricum exemplum eandem particulam habet: *ac ef so beu pe nac eu*

quet (estne vivus ipse, annon est?) MJ. 195b. Vix eodem pertinent haec exempla: *pe en contre ezoude aet knech na tnou* (in quam regionem ivisti sursum aut deorsum?) MJ. 190b. *cousquet cref out pe ezout mut* (obdormisti graviter aut es mutus) 104a.

C. Particulae respondentes.

Cambrice saepius sicut hibernice tam affirmative quam negative respondetur repetita voce, qua continetur interrogatio, vel substantivo vel verbo.

Ut affirmative: *ae amser ynni vynet yr byrdeu. Amser. arglwyd heb yr owein* (estne tempus nobis ire ad mensas? Tempus! domine, respondit O.) Mab. 1, 11. *a bery di bot vymmarch i am arueu yn vnletty ami heno. Paraf* (parabisne tu ut sint equus meus et arma mea in uno habitaculo mecum hac nocte? parabo!) 1, 264. *aoes chwedleu o newyd gennyt ti. Oes arglwyd heb yr ynteu* (suntne nuntii novi tecum? Sunt! domine, respondit ille) 2, 6.

Negativae particulae forma NA adhibetur, ante vocales NAC: *dywet heb ef. a vu ef gennyt ti a gwneuthur amuod arnat. Na vu myn vygret heb hi* (dic, inquit ille, fuitne is apud te et fecit invitae tibi? Non fuit, per fidem meam, inquit illa) Mab. 1, 240. *a vorwyn heb y peredur adoy di y dangos ymi yr anifeil hwnnw. Nac af ny lyuasswys dyn uynet yr fforest yr ys blwydyn* (puella, inquit P., veniesne tu monstratum mihi animal illud? Non ibo! non sivit hominem ire ad silvam iam per annum) 1, 298. *aatwaenost di y marchawc racco mawr. nac atwen heb yr ynteu* (nostine tu equitem illum magnum? Non novi, respondit ille) 2, 10. Inde oritur formula NAC EF (non id! germ. *nein!*): *tydi vychwaer heb y peredur. myvi a rannaf y bwyt ar llynn. Nac ef eneit heb hi* (tu mea soror! inquit P., ego distribuam cibum et potum. Minime, anima, inquit illa) Mab. 1, 251. *arhowch vi yma heb y peredur mi aaf y ymwelet ar pryf. Nac ef arglwyd heb wynt. awn ygyt y ymlad ar pryf* (expectate me hic, inquit P., ego ibo ad visitandum serpentem. Minime, domine, inquiunt illi; eamus una ad certandum cum serpente) 1, 277 sq. Hodie quoque *nag e* in sententia biblica: *bydded eich ymarweddiad Iē, iē; Nag e, nag e* (sit sermo vester: est, est; non, non!). Hib. *nathó* respondere videtur cambr. NADO (hod. *na ddo*): *mi adebygaf ... nacheueist na bwyt nadiawt. Nado yrof aduw heb ynteu* (ego opinor te non accepisse nec cibum nec potum. Non accepi per me et deum, inquit ille) Mab. 2, 42.

Quare vix invenias particulam *nac* solam usurpatam, ut fuit hibernica particula negativa respondens *naico* (p. 749); invenitur tamen substantivi instar: *dyuot o gennat arthur anac genthi o iwerdon* (rediri a legatione Arthuri coeptum et non, i. e. negatio, repulsa, cum ea ex Hibernia), *gwedy lleueryd nac udunt. kyuodi aoruc bedwyr* (postquam dictum non, negatum est eis, surrexit B.) Mab. 2, 240.

E contrario sunt propriae quaedam cambricae particulae affirmantes, quibus caret lingua hibernica. Ex his frequentior IE, IEU: *ae gwr y arthur wyt ti heb ef. Ie myn vygkret heb y peredur, heb y gwalchmei* (num vir Arthuri es tu? inquit ille. Ita! per fidem meam, inquit P., G.) Mab. 1, 244. 285. Quamquam saepius haec particula non tam respondet, quam confirmat, immo interdum

exclamat: *awn ygyt y ymlad ar pryf. Ie heb y peredur ny mynnafi hynny* (eamus una certatum cum serpente. Certo, inquit, P., nolo ego istud) Mab. 1, 278. *datlewygu aoruc yr iarlles. Ie vy mab kychwyn a vynny. Ieu heb ef gan dy genyat* (resuscitata ex animi deliquio comitissa: revera, fili mi, abire tu vis? Ita! inquit ille, cum tua venia) 1, 238. *can dy genyat heb y peredur mi a gychwynnaf ymeith. Ie hynny vymrawt avynny. Ieu myn vygcret. aphei na bei o garyat arnat ti ny bydwn yma hyt y bum* (cum tua venia, inquit P., pergam foras. Heu istud, mi frater, vis? Ita! per fidem meam; et nisi fuisset amore tui, non fuissem hic quamdiu fui) 1, 255. *Ieu heb y peredur yma y bydwn heno* (certo, inquit P., hic erimus hanc noctem) 1, 256.

Particula post interrogationem affirmans est DO (ita): *deffroi aoruc arthur agofyn agysgassei hayach. Do argluyd heb yr owein dalym* (expergefieri A. et quaerere, dormivissetne paulisper. Ita! domine, inquit O., aliquantisper) Mab. 1, 11. *a ymwelas ef athi heb hi. do heb ef* (num convenit ipse te? interrogavit illa. Ita! respondit is) 2, 24. Cf. supra *nado.*

Cornice et aremorice item responderi iterato praesertim verbo, quo interrogatum est, vel affirmative vel negative, demonstrant haec exempla, corn.: *a alsesta y aswonfos. Galsen y ta* (possesne tu eum agnoscere? Possem certo) R. 863; arem.: *a te proffe . . . ne proffen quet, a huy proffe . . . nen proufen* (tune probares? Non probarem) Buh. 164, 9. 170, 15.

Fuisse tamen propriam particulam affirmantem cornicam IA, YA testatur Lhuydius, etsi in nostris libris non invenitur. Eiusdem quaedam exempla aremorica: *ya* ('adverbium respondendi') Cath. *a huy a toehe noz boe y. Ya tismat hep laquat sy* (num vos iuraretis, vos non habuisse eos, nummos? Ita! illico sine dubitatione) Buh. 160, 7. *a te touhe tam an tra man. Ya tizmat hep nep atfer* (num tu iurares revera hanc rem? Ita! statim sine ulla perturbatione) 164, 17. Item, si non praecedit interrogatio, *ya tizmat* MJ. 132 b. *ia* 48 a. *ya* 134 b. 155 a. 157 a. 167 a. 168 a.

D. Particulae exclamantes.

Cambrica frequentior interiectio et particula appellans, praemissa sicut in lingua hibernica vocativo, A, HA, iam extat in gl. Ox.: *a mein funiou* (vittae tenues!), *a hir etem* (instita longa!) 37ᵃ. *ha arcibrenou* (o sepulti!) 39ᵃ. Item in Mab.: *a unbenn, ha unbenn, ha iarlles* (o domine! comitissa!) fq. *a vorwyn, ha vorwyn* (o puella!) 1, 28. 293. *a geimeit* (o comites, itineris! sing. *ceimat, ceimiat*) 3, 193.

Particulae magis exclamantes sunt OCH et OI, quarum illa interdum, haec semper appellantem *a* post se habet.

OCH: *och heb y riannon paham yrody di atteb uelly* (heu, inquit R., cur das tu ita responsum?) Mab. 3, 21. *arthur awisgawd ymdanaw y vynet y ymwan ar marchawc. Och arglwyd heb y gwalchmei gat ymi vynet y ymwan ar marchawg yn gyntaf* (A. se induit iturus certatum cum equite. Heus! domine, inquit G., permitte mihi, ut eam certatum cum equite primus!) 1, 24. *Och ereint heb ef ae tidi yssyd yma* (heus Geronti, tune es hic?) 2, 54. OCH A: *archi y vendyth awnaeth. Och a truan heb ef ny dylyy gaffel bendyth* (petere eius bene-

dictionem coepit. Heu! miser, inquit ille, non debes accipere benedictionem) Mab. 1, 287. *och awr heb y gereint. paham y colleist ditheu hwnnw* (eheu, vir, inquit G., cur amisisti tu illud?) 2, 14. *och aenit heb ef pa gerdet yw hwnn* (eheu, Enita, inquit, quale iter est istud!) 2, 55.

OI A: *oia uorwyn dec a bery di* (ohe, puella pulchra parabisne tu?) Mab. 1, 264. *oia wr pa le yd ymordiwedawd ef athi* (ohe, vir, ubi superavit is te?) 2, 24. *oiawr kanyat y mor marw dlws yndaw* (o vir, num permittit mare mortuo habere pretiosa?) 2, 216. *oi awrda y mae ymi gedymdeith. kynnydyeko y gerd honn* (o vir nobilis, est mihi socius, etsi non intellegit hanc artem) 2, 229. *oia arglwyd duw heb ef pwy yssyd yngorffen vyndiua i* (eheu domine deus, inquit ille, quis est perficiens perniciem meam!) 3, 154.

Sunt praeterea aliae quaedam particulae cambricae exclamandi, praesertim lamentandi: *oiaduw heb ef gwae vi vymot yn achawe* (o deus, vae mihi, quod sum ego causa; cf. hib. *fe amai* Corm. cod. B. ap. St. Tr. gl. XXXVII.) Mab. 3, 97. *oiaduw holl gyuoethawc gwaewi heb ef nyt oes neb heb le idaw heno namyn mi* (o deus omnipotens, vae mihi, inquit, non est quisquam, cui non sit locus hac nocte, nisi ego) 3, 143. *gwae ui heb hi os om achaws i y mae* (vae mihi, inquit ipsa, quod propter me est quod etc.) 2, 35. *vb wyr nawd duw ragoch. yr y byt na wnewch hynny* (heu viri, gratia dei sit vobis! per mundum nolite facere istud! cf. hib. vet. *upp*, gl. ei, Sg.) 2, 216. *y mam heb ef peth ryued ryweleis ygho[e]t* (papae, mater, quid mirum vidi in silva!) 1, 236.

Denique memorandae sunt formulae compositae *llyma*, *llyna* (ecce; eodem usu quo gall. hod. *voici*, *voilà*): *llyma weithon ual yd helawd arthur y carw* (ecce nunc quomodo venatus sit A. cervum), *llyna yssyd iawnaf am hynny* (ecce quod est aequissimum propterea) Mab. 2, 22. 25.

Cornicae eaedem fere sunt interiectiones. Maiore cum emphasi profertur A, quare etsi ante vocativum haud raro praecedit, ut *a el* (o angele!) O. 736. *a das* (o pater!) 85. *a vroder* (o frater!) 1827. *a venen* (o mulier!) 173. *a vap* (o fili!) 853. *a vester* (o magister!) P. 65, 2. *a thu* (o deus!) 246, 2, tamen et omittitur saepe: *arluth* (domine) P. 50, 4. *arluth du* (domine deus) 42, 4. 43, 2. *guas te a ʒek an growe* (puer, tu feres crucem!) 174, 2, et bis vel saepius iterata invenitur: *a a adam* R. 161. *a a a ow arluth da* Cr. 392, nec non posita sine vocativo: *a taw* (ohe tace!) Cr. 171. Frequentiores sunt praeterea: *ogh* (eheu!) R. 438. *govy*, *gouy* (vae mihi! O. 621. P. 246, 1. *goef*, *gwef* (vae ei!) D. 750. P. 43, 4. *goy* (vae illis!) R. 1187, cum transumptis, ut *ellas* (angl. *alas*) Dr. = *ethlays* Cr.; saepe auctae et cumulatae ut *ogh trv trv* O. 249. *ogh goef* R. 2313. *ogh govy* O. 2193. *tru govy ellas ellas* O. 861.

Exclamantis *as* (*es*, *ys*) cum verbi substantivi formis exempla supra p. 549 attulimus, quibus addimus haec amplioris formae: *yssefuef goky* (ut fui stultus!) R. 1565. *assevye plygadow genef gruthyl both the vrys* (ut esset placitum mihi facere voluntatem animi tui!) O. 2115. De formula *awette* (viden? ecce) cf. supra p. 606.

Aremorica A semper exclamativa etiam rarius invenitur: *a ma mab quer* (ah, fili carissime!) MJ. 24a. *a ma mab* (ah, mi fili!) 44a. 45b. *a ma mam huec* (ah, dulcis mea mater!) 28b. *a ma mam* (ah, mea mater!) 46a, contra frequentissime *ma mab, ma mam.* Aliae quaedam interiectiones: *ach autrou*

(eheu, domine!) fq. *ach roen tron te goar guirionez mar e meux carez dilezet* (eheu, rex thronorum, tu scis veritatem, num reprehensionem meruerim) Buh. 50, 3. *ach goa me* (heu, vae mihi!) 174, 1. MJ. 126a. *goa plen an den* (vae prorsus homini!) 92b. *hau* (heus!) 88a. *ay* (ei!) 146a. Frequentiores sunt praeterea interiectiones transumptae *allas* (gall. hod. *hélas!*), *eza*, *orcza*, *orzca*, *orcza cza* (gall. hod. *ça! ça ça!*) ut: *eza merdeidi manifest mazaimp prest* (eia, nautae, manifesto ut eamus praesto; ed. *eza*, vitiose) Buh. 14, 11. Denique formulas *sede*, *setu* etc. (en, ecce) vid. supra p. 370 sq.

LIBER QUINTUS.

DE DERIVATIONE ET COMPOSITIONE.

Themata nuda, omni flexione et derivatione destituta, sensu tamen quodam praedita, quae radicum nomine feruntur utpote elementa vocabulorum, quibus omnis lingua constat, in celticis linguis sicut in ceteris aricae stirpis sunt monosyllaba. Eiusmodi syllabae radicales cum vocalibus ipsis per se efficiuntur, tum accedentibus ab alterutro latere vel ab utroque consonis aut singulis aut conexis binis, ut in plurimis radicibus, vel ternis, quae in paucioribus inveniuntur. Radicum igitur hae discerni possunt formulae vel species:

I. Radices solis vocalibus constitutae: *i* (ire), *a*, *i* (pron. 3. pers.). II. Singulis consonis inchoatae: *ba* (mori), *bu* (esse), *tu* (pron.) etc. III. Singulis consonis terminatae: *al* (alere), *ag* (timere) etc. IV. Singulis et inchoatae et terminatae: *ber* (ferre), *gar* (vocare), *can* (canere), *ret* (currere) etc. V. Binis consonis inchoatae ut *tri* (tres). VI. Binis terminatae: *arb* (tradere), *arg* (caedere) etc. VII. Binis inchoatae in singulas desinentes, ut *cret* (credere), *brag* (pedere), *slig* (linere), *scar* (separare). VIII. Singulis inchoatae, binis terminatae: *verg* (efficere), *volc* (humectare), *delb* (fingere) etc. IX. Binis et inchoatae et terminatae, ut *cland*, *plant* (serere), *slund* (significare). X. Ternis consonis inchoatae, singulis finitae, cuius speciei sunt lat. *strepo*, *strîdo*, paucissima exempla celtica praeter transumpta ut *scrîb* (scrîbere). Eiusmodi vero radices vel latinae rarae sunt, quae incipiant a ternis, desinant in binas consonas, ut lat. *splendeo*, *stringo*, et vix invenias ullam terminatam tribus; nam germ. quoque *berht* (got. *bairht*, clarus, quocum forsitan conferri possit nomen vetustum *Burcturi* Tab. Peut., alibi accommodatum ori romano *Bructeri*), *tenht* (in nomine vetusto *Tencteri*) potius derivata themata sunt habenda quam verae radices. Quare multo minus expectandae sunt radices fictae secundum formulas, quas porro construere possis, SCERCT, SCRERCT, si consonas principales SC, SCR, terminales RCT statuas.

Omnem illarum radicum copiam colligere et per varias species vocabulorum singulorum origines et propagationes indagare, lexici haud dubie est, non grammatices, quae potius pluribus communia observat.

E syllaba radicali ipsa vel solo vocalis incremento aucta paucissima nomina flecti constat per omnes linguas europaeas, ut gall. *-reix*, hib. *ri*, corn. *ruy*, arem. *roe* (lat. *rêx*) vel hib. *mí* (graec. *μήν*, *μείς*); plerumque inde formantur themata et vocabula bisyllaba vel plurium syllabarum per derivationem et compositionem. Ac de flexione nominis et verbi in superioribus libris expositum est. Derivationis et compositionis formulae vel leges sequentibus capitibus tradentur.

CAPUT PRIUS.

De derivatione.

Celtica derivatio sicut in ceteris linguis affinibus fit tam vocalibus quam consonis. Vocales derivantes etsi tam inter se coniungi possunt quam alternare cum derivationibus consonarum vel syllabis derivantibus per illas formatis, inter se tamen non plures subsecuntur quam binae, quarum prior verane sit vocalis an semivocalis, interdum in medio relinquitur. Est igitur vocalium derivatio simplex aut summum duplex, consonarum praeter simplicem etiam duplex vel multiplex.

Ad externam hanc derivationem in celticis quoque linguis saepius accedere radicis variationem internam, praesertim vocalium incremento factam, patet comparatis celticis nominibus et verbis tam inter se quam cum vocabulis et radicibus linguarum cognatarum. Ut per I vocalis incrementum prodierunt hib. *fiad* (= vêda, veida), cambr. *gwyd* (hod. *gŵydd* i. e. *gwuid*), arem. *goaz* (praesentia, coram) e radice *fid*, *guid* (= vid); hib. *ad-fiadat* (proferunt, enuntiant) ex eadem radice (cf. scr. *vêdáyâmi*, zend. *vaêdhayêmi*); hib. *fiad*, rec. *fiadh* (fera) St. gl. 183, unde *fiadach* (venatio) Ml. 37r. et *fiadmila* (ferae) Corm., corn. *guitfil* (fera) Voc. 8ᵇ, cambr. hod. *gwŷdd*, arem. hod. *goez*, *gouez*, ven. *goue* (ferus), pl. *goezet* (ferae) Buh. e themate nominis gall. *vidu*, hib. *fid* (arbor), cambr. hod. *gwŷdd*, corn. *guit*, *gweth*, arem. *guez*, hod. *gwez*, *gwe* (arbores); vel cambr. vet. *mein* (tenuis), corn. *muin* (gracilis) Voc. = *mon* O. 2444, arem. *moan*, hib. hod. *min* (p. 104) e radice *min* (cf. lat. *minor*, *minuo*, gr. *μίνυνθα*, *μινύθω*, got. *mins*, *minniza*, slav. *mĭnii*, *mĭnę*, lit. *minù*). Haud aliter U vocalis incrementum statuas in gall. *roudo* (Roudus, Anderoudus), hib. hod. *ruadh*, brit. vet. *rud* (p. 108), cambr. hod. *rudd*, corn. *ruth* R. 2489. 2512, *ruyth* O. 1622. 1635, arem. *rue* Cath. M.J. 44, hod. *ruz*, *ru* (ruber), si conferas lat *rûfus*, graec. *ἐρεύθω*, got. *rauds*, lit. *raudónas*, slav. *ryždĭ* contra radicem, qualis inest in scr. *rudhirá-s*, lat. *ruber*, gr. *ἐρυθρός*. Denique A radicalis variatio ei similis, qua per graecas maximeque per slavicas radices alternant *e*, *a*, *o*, probatur his exemplis hibernicis: *atrab* (habitaculum, possessio) Wb. 21ᶜ. 27ᵃ. Ml. 17ᵃ. vel *atrob* Sg. 190ᵇ, *dithrub* (desertus) F. h. 44, *dithrubach* (eremita) Colm. h. 19, contra *atreba* (habitat, possidet) Sg. Wb., item *diall* (declinatio) contra *duelltis* (declinarent), *do(n)elltar* (declinatur), *doellatar*, *duellatar* (declinantur) Sg., vel *diall* (gl. diverticulum) Sg. 53ᵇ contra *direllsat* (gl. deviarunt) Cr. 37ᶜ;

quare similem rationem statuere haud dubitamus inter *tadal* Ml. 25ᵃ, gen. *tadill* Wb. 27ᵇ, et *do(da)aidlea*, *do(sn)aidlibea*, *doaidlibem* (visitat, visitabit, visitabimus) Wb. 9ᵃ. 25ᵈ. Ml. 14ᶜ.

I. Derivatio hibernica.

A. Derivatio vocalium.

Nomina linguarum indeuropaearum principio desinere in vocales tres primitivas A, I, U, edocti sumus grammatica comparata. Concordare priscam gallicam servatis vocalibus primitivis thematum terminalibus cum inscriptionibus probatur, tum traditis apud scriptores nominibus compositis, quarum partem priorem terminant eaedem vocales. Ut I terminalis: *Koisis*, *γαμαυσατις*, *ucuetin* Inscr.; eadem finiens priorem partem compositorum nominum vetustorum: Moridunum, Moricambe, Moritasgus, Cassivellaunus, Cassignatus, Cassibratius (minus recte Casibratius Grut. 869, 7), Nivimagus (?). Finalis U: Esunertus, Viducasses, Bituriges, Caturiges, Mandubratius. Excipitur sola A, cuius locum obtinet O: *Licnos Contextos*, *Iccavos Oppianicnos*, *Andecamulos Toutissicnos*, *Trutiknos*, *Doiros*, *cernunnos*, *Σεγομαρος*, *Βιδιλλανουιακος*, *celicnon*, *cantalon*, *canecosedlon*, *iubron*, *νεμητον*, *dvorico* Inscr.; in plurimis nominibus, ut Lugodunum, Lupodunum, Sigovesus, Bellovesus; eadem copulans post consonas terminales: Cingetorix.

Inter has tamen A (O), quae interdum loco cedit, ut in compositis Lausdunum, Lugdunum, non est eadem tenacitate qua ceterae duae, I et U, quae etiam ante alias vocales inveniuntur derivantes.

Servatur igitur utraque derivans, nisi semivocalis J, V statuenda est, ante (O = A) tam in simplicibus nominibus quam in compositis.

IA (IO) extra compositionem: *Tarbeisonios*, *Alixie* Inscr.; Curia Itin., Stuccia, Ravius, Novius, Tobius (fluvii Brit. et Hibern.) Ptol., Ollius, Mincius (fluvii Galliae cisalp.), Larius (lacus), Tausius (Tunger, Capitolin. Pertin. c. 11), Commius, Helvii, Helvetii, Nervii, Carvilius, Cassius (gallicae originis?) Caes., Albion (nomen vetustum Britanniae, ap. Mel. Plin. Ptol.), Bergion (Mel. 2, 5). In priore parte compositorum: Noviomagus, Noviodunum, Mediolanum, Mediolacus, Mediomatrici, Bodiocasses, Veliocasses, Ambiorix. Praeterea conferenda sunt exempla duplicis vel multiplicis derivationis: *τοουτιους* Inscr., Vasio (urbs Vocontiorum, Mel. 2, 5. Plin. 3, 4), Sirione (ablat.) Itin. A., Juliâcum, Clipiâcum etc., Teutobodiâci, Bodiontici (cf. Segobodium Tab. Peut.) Plin.; inprimis frequentissima *i* collocati inter syllabas derivantes *-at*, *-et*, *-it*, *-ant*, *-ont* et *-on* vel *âco*: Tutatione, Stabatione, Colatione, Cunetione, Bregetione, Saletione, Tinnetione (cf. ad Bilitionem castrum Greg. Tur. 10, 3, hod. Bellinzona), Brigantione, Derventione, Vesontione, Revessione, Petovione, ablativi nominum locorum in Itinerariis. Avenio, Arausio (oppida Galliae Narbon., Mel. 2, 5), Divitiâcus, Segontiâci, Magontiâcum etc. In E transgressa eadem vocalis invenitur in his exemplis: *Anareviseos*, *Ουιλλονεος*, Eideus Inscr., Correus (Bellovacus) Caes. 8, 6. 19. Contra consona J probari videtur scriptione *ii* in *Alisiia*, bis in *dugiiontiio* Inscr.

UA (UO): Atesui (Galliae pop., Plin. 4, 18; cf. Essui Caes.), Mesua (collis Gall. Narb., Mel. 2, 5; cf. *Μεσούιον* Ptol. in Germ. magna), Addua (fluv. Gall. cisalp.; cf. quidam nomine Adduus, Vellei. 2, 102 et Aduatuci Caes.), Aedui, Vidua (fluv. Hibern., Ptol.; cf. Viducasses Plin.), Ateboduus, Maroboduus (cf. p. 22), Cartismandua (Britannorum regina, Tac.), Veromandui, Abrincatui Ptol. Plin., Ambitui Plin. Item in priore parte compositorum: Boduognatus, Epomanduodurum (cf. Mandubratius). Cf. dupliciter vel multipliciter derivata: Meduana (torrens prope Andegavum, Greg. Tur. 10, 9; item in Actis SS.), Medoacus (fluvii duo Galliae cisalp., Plin.), Meduantum Tab. Peut., Nantuates (i. e. Vallenses), Gutruatus Caes., Bituitus (Flor. 3, 2; cf. Bituriges), Aruanna, Teruanna Itin. Ad V tamen consonam potius referenda videntur cum alia tum haec: Sequana, Sequani, Arduenna, Arverni Caes.

Eaedem vocales servari solent ante consonas derivationis accedentes; ut *i*: Morini, Toutillus Inscr. (cf. Toutia, Toutiorix, p. 34), Bodincomagus (Plin. 3, 16), et maxime *u*: Esubii (pop. Gall. ap. Caes.), Esuggius (nom. viri ap. Murat. 1986, 7. Orell. 2062; cf. Esunertus Inscr., i. e. Marte validus, compositum cum nomine dei gallici Esus Inscr., Hesus Lucan.), Mandubii Caes. (cf. Epomanduodurum, Cartismandua), Meduli, Medulli Plin., *Μέδουλλον* Ptol., Medullius Inscr. (Grut. 1038, 9; cf. Meduana, Meduantum), Catullus (cf. p. 4; nomen viri cambr. vet. *Catell* in chron. cambr. in praef. Leg. p. IV), Catusso Inscr. (Orell. 273), Catussa (Sequanus, Inscr. Orell. 4803), Bellatullus, Belatulla Inscr. (Orell. 287. 4983; cf. Bellatumara p. 16, Belatucardus Inscr. Mur. 43, 1), Adiatunnus Caes.

Diphthongos derivantes in vetustis nominibus statuere vix licebit nisi forte *ai*, de qua vid. p. 29; nam e combinatis *ai*, *ei*, *au*, *eu* vocales posteriores accedente flexione fere solvuntur in spirantes. Exempla igitur sequentur infra sub spirantibus.

In lingua hibernica iam vetusta, si excipias antiquissimas inscriptiones ogmicas, quas vocalibus servatis congruere fere cum gallicis probatur exemplis p. 222 sq. allatis: Corp*i*maqv*a*s, Cun*a*tami, perisse supra p. 172 sqq. demonstravimus vocales tres primitivas non solum intermedias in compositis, sed etiam terminales substantivorum, ut in *fer* (= *fira-s*, vir), *dia* (= *deiva-s*, deus), *muir* (= *mori*, mare), *buáid* (= *bôdi*, victoria; in quibus vocibus *a* vel *i* detrita proditur vocali radicis infecta), *fid* (= *vidu-s*, arbor), *bith* (= *bitu-s*, mundus), *cath* (= *catu-s*, pugna). Contra servatur vel ipsa vel per defectionem in *e* transgressa *i* derivans in formulis substantivorum *-tion* etc., adiectivorum *-tio*, *-dio* etc. Ad illam enim revocanda sunt substantiva hibernica in *-tiu*, gen. *-ten*, *-siu*, gen. *-sen* (ut *fóisitiu*, *déicsiu*, *úrphaisiu*; cf. lat. *divisio*, *-ionis*), ad has adiectiva derivata in *-te*, *-de*, *-ithe* (ut *dálte*, forensis, *gaide*, hasta praeditus).

Eiusdem haud dubie originis est finalis E in prioris ordinis substantivis, trium generum (cf. pp. 229. 247), ut in derivatis masc. gen. in *-aire*, *-ire* (*notaire*, notarius), in abstractis fem. gen., quae frequentissima ex adiectivis sunt formata (*láne*, plenitudo), et neutr. ut *forbe*: *forbe indagimrata* (perfectio bonae cogitationis; dat. *diaforbu* ibid.) Wb. 3ᵈ; vel in pronominibus ut *aile* (alius), *uile* (omnis). Subiungo nomina quaedam, praesertim alibi non memorata.

Substantiva: *ette* (gl. pinna) Sg. 67ᵃ. *lainne* (gl. acrimonia, gl. acredo) Sg. 50ᵇ. 52ᵃ. 62ᵇ. *lindæ* (gl. termes) Sg. 102ᵃ. *rucce* (dedecus) Wb. 24ᵃ. 26ᵇ. 30ᶜ. *bethe* (gl. buxus, arbor) Pr. Cr. 24ᵇ. *gainae* (gl. silex) Sg. 61ᵃ. *tinne* (gl. chalybs) Pr. Cr. 47ᵇ. *slice* (gl. lanx) Sg. 20ᵃ. *athinne, aithinne* (gl. torris, gl. fax) Sg. 70ᵃ. Pr. Cr. 48ᵃ. *enchache* (gl. scurrilitas) Wb. 22ᵇ. *doacaldmaiche* (appellativitas) Sg. 29ᵃ. *indilsi* (in proprietate, in proprietatem) 29ᵃ. 29ᵇ. *comoicse* (vicinitas) Wb. 14ᵇ. *gue* (falsitas, mendacium) 14ᶜ. Adiectiva: *áithæ* (gl. acutus) Sg. 108ᵃ. *buide* (gl. flavus) 14ᵃ. *torisse, tarisse, toraisse, taraisse* (fidelis, firmus, securus) Wb. 10ᵃ. 25ᶜ. 27ᶜ. 30ᵈ. Ml. 27ᵃ. *sommae* (dives), *domme* (inops) Ml. 36ᵃ. 36ᶜ. *cumme* (aequalis, idem) fq. *cutrumme* (similis): *nibat chutrummi huili* (non erunt similes omnes) Wb. 9ᵈ. *asse* (facilis), *anse, inse* (difficilis) Wb. fq. *isasse dúib maid dodenum* (facile est vobis bonum facere) 4ᵃ. *ni asse linn æm* (non facile vero videtur nobis) 5ᶜ. *arniasse nóib disuidib* (nam non facilis sanctus ex his) 3ᵈ. *niasse tuidecht fritoil de* (non facile resistere voluntati dei) 4ᵃ. *annse* (difficilis) 6ᵈ. *am. nát anse* (sicut non est difficile; mox comp. *ni ansu*) 17ᶜ. *isinse ńduit* (est difficile tibi) 5ᵇ. *isinse andímiccem* (est difficilis eorum deiudicatio) 4ᵃ. *isinsæ inball dothinchos* (est difficile membrum instituere) 13ᵃ. *ba inse dún epert gue airinti labrathar indiunni .i. ihs. xps isfírion side* (esset difficile nobis dicere mendacium, nam is qui loquitur in nobis, i. e. I. Chr., est verax hic) 14ᶜ. Saepius *ni.* responsis praemissum post quaestiones Wb. 19ᵈ. 27ᵃ. 28ᵇ, vel *nin.* SM. 26. 48. 228. 230. 254, in veteribus glossariis explicatur *ni hannsa* (non difficile). Adiectiva derivata in *-de, -the, -te* cum finalem vocalem saepius in *a* mutent in Sg., ex eodem quaedam aliae voces his addi poterunt, ut *derba* (certitudo) 66ᵇ. *sechta* (gl. mechanice) 33ᵃ.

In eandem tamen *e* aliae vocales transgressae videntur amissa consona finali thematis cum *s* nominativi in pluribus formis hibernicis, ut iuxta *-a* (*cara*, gen. *carat*, amicus; *caera*, gen. *caerach*, ovis; *goba*, gen. *gobann*, faber) inveniuntur *-e*, *-i*, *-u*, quin etiam *-iu* in substantivis posterioris ordinis: *menme*, gen. *menman* (mens); *tene*, gen. *tened* (ignis); *bráge*, gen. *bráiget*, *brágat* (cervix); *aire*, gen. *airech* (primas); *fili*, gen. *filed* (poëta); *áru*, gen. *áran* (ren); *máthrathalu*, gen. *-thalad* (matrimonium); *ailidetu*, gen. *-detad* (alternatio); *coimdiu*, gen. *coimded* (dominus). Eodem igitur pertinebit E in *cuilae* (gl. culina) Sg. 51ᵇ, quod videtur transumptum, et U terminalis in his: *orddu lámae* (gl. pollex) Sg. 88ᵇ. *cundu* (gl. supparus) 70ᵃ.

B. Derivatio consonarum simplex vel duplex.

Sunt primum enumerandae formulae monosyllabae consonarum derivantium, et inter eas quae frequentius inveniuntur bisyllabae vel elisa vocali binarum saltem consonarum. Vocalis antecedere potest consonae derivanti non solum correpta aut nulla, ut consona nuda ad radicem accedat, sed etiam producta, diphthongus vix nisi per contractionem. Consona derivans ipsa est aut singularis, aut iuncta tam secum (derivatio geminata) quam cum alia (derivatio conexa). Tam formulae derivationis conexae, cuius consona prior frequentius est liquida N, spirans S, tenuis T, C, rarius R, vix L, quam formulae bisyllabae in hoc conspectu enumerantur secundum consonam posteriorem. Praemitto

hic quoque exempla vetusta gallica, ut sint fundamento tam hibernicis quam britannicis.

1. Derivatio liquidarum.

L singularis derivantis, quam semper sequitur vocalis, exempla vetusta gallica vel britannica: *a*) accedentis excussa vocali ad radicem: *canecosedlon* Inscr. Ἐβλάνοι (pop. Hib.) Ptol. Sumlocenna (colonia ad Nicrum, in Inscriptt.; cf. Sumelocenne Inscr. Orell. 5248 = Samulocenis Tab. Peut. et Sumelonius Inscr. Grut. 851, 7). Segla (nom. pr. fem.) Inscr. Murat. 1213, 2. Cuslano sacr. (cf. Cosli, nomen vetust. oppidi Cusel, et Cuses Orell. 484) Inscr. Orell. 1985. Maglo (dat.; cf. Maglus Conomagli fil. Boll. Mart. 1, 258, 15) Inscr. (Beitr. III. 349). Maglius, Sapplius, Sapplia Inscr. (Glück. 50).

b) Accedentis cum vocalibus correptis. AL-: *Magalu* (dat.) Inscr. Magalus (rex Boiorum) Liv. 21, 29. Magalius Inscr. Stein. 369. Teutalus (Gallus) Sil. Ital. 4. 198. Camalo-dûnum Inscr. Orell. 208. Plin. 2, 75, 77. Vacalis, terram Gabalum Sidon. Ταίζαλοι. Ταιζάλων (ἄκρον, Britann.; cf. Azali Plin. 3, 25. 28) Ptol. Cucalus Momms. Inscr. Helv. 352, 69. Cucalonis fil. Inscr. Orell. 4903. EL-: Ocelum, Graioceli Caes. Vindelici Horat. (od. 4, 4). Vindelicus amnis Flor. 3, 2. IL-: Sicila (vicus Galliae) Lamprid. Alex. Sever. c. 59. Messilus, Senomacilus. Merocila Inscr. (Beitr. III. 352). Basilia (cf. Basilus Caes. 6, 29) Ammian. 30, 3. Iopilia Bolland. Sept. 5, 597. Vergilius, Virgilius Martial. Sidon., Vergiliae stellae (cf. p. 11). Carvilius Caes. Vindilius Inscr. Stein. 298. OL-: ἄλβολον (pulegium herba Gallis) Dioscor. 3, 30. Anisola (amnis, monast.; cf. Anisus) Boll. Mai. 3, 608. Iun. 3, 355. UL-: Meduli Auson. epist. 4. 7. 9. Camulo-genus, Taximagulus Caes. Camulus (Mavors) Inscr. Orell. 1977. 1978. Camulo-dûnum Tac. Ptol. Cass. Dio, Itin. Ant. Tab. Peut. Andecamulum Itin. σκούβουλουμ (strychnus herba Gallis) Dioscor. 4, 71. Βριγουλος (vetustius nomen Araris vel Saugonnae) Plut. ed. Reisk. 10. 729. 730. Dammula Inscr. Murat. 1305, 1. Itulus Grut. 807, 7. 853, 9 Domnulus, Dumnulus Sidon. epist. 4, 25. 9, 13. Venuleius Lamprid. Alex. Sever. c. 68. Benuleia (fem.) Inscr. Murat. 1313, 10.

Forsitan huc pertineat formula TAL- in *cantalon* Inscr.

c) Accedentis cum vocalibus productis. ÂL- derivantis exempla videntur: Mantala (Allobrog.) Tab. Peut., Petromantalum (Galliae oppid.; cf. Cata-mantaloedis fil. Caes.?) Tab. Peut. Montalomagensis vicus Gregor. Tur. 7. 47, si conferendum est cambr. vet. *montol* (gl. trutina; hod. *mantol*) Ox. 7ᵃ. Ac quaedam alia forsitan huc pertineant supra allata in *-alo*, formae adiectivi, quae cambrice est *-aul*, *-awl*. Diphthongi a semivocali *v* profectae (cf. pp. 32. 128) in nominibus Καμβαύλης ap. Pausan. 10, 19, Sugeulo in Inscr. ap. Orell., si sunt derivata, non composita (cf. hib. vet. *éola*, *éula*, sapiens, p. 35).

d) Derivans LL in nominibus gallicis vel britannicis. ALL-: Οὐέξαλλα (aestuar. Brit.) Ptol. villa Bonalla, Boll. Mai. 3, 608. monast. Pentallum in pago Rotomag., Mabill. saec. 2, 478; in quibusdam alternans cum *-ell*: in vico Marsallo, Marsello Trad. wizenburg. n. 215. 230, Concurcallum, Concorcellum ap. Vales. Etiamnunc in Italia superiore Guastalla, Varallo, vix non gallicae originis. Bisyllabae quoque extant formulae cum tenuibus vel liquidis aut prae-

cedentibus aut sequentibus: Caracalla ('Aur. Antoninus Bassianus Caracalla, Lugduni genitus, cum e Gallia vestem plurimam devexisset, ... de nomine huiusce vestis Caracalla cognominatus est') Aurel. Vict. epit. c. 21. Avallocius vicus Greg. Tur. 4, 50. Aballone (loc. Gall.) Itin. Ant. Aballava (Brit. locus) Inscr. ap. Petrie I. p. CXIX. ELL- (in femininis praesertim deminutivis, ut videtur): Mosella (cf. Mosa). Οὔξελλα (oppid. Brit.) Ptol. Maurella (nom. propr. fem.) Mabill. dipl. suppl. p. 93. villa Nivella, Boll. Iul. 3, 61 locus qui dicitur Morsella (Belg.; cf. Mursella et Mursa, Pannon. loc. in Itin. Ant.), Mabill. saec. 3. 1, 17. 18. Vincella (super fl. Icaunnm, hod. Vincelle) dipl. a. 634, Mabill. dipl. p. 465. silva forestella (p. 79). Plur.: Vercellae Plin. 3, 17. Venelli, Οὐένελλοι (nom. gentis) Caes. Ptol. Vipellis, Viscellis (Noric., Pannon.) Tab. Peut. Porro: Uxellodunum Caes. locus Oscellus (in Sequanae insula) Boll. Mai. 6, 803. (Conferenda cum his: capellus, capella, capellum (minor capa, tegmentum, gall. hod. *chapeau*, pileus) ap. Cang., a quo non dissedet Capellatium (vel Palas, nomen regionis, i. e. limitis imperii romani quondam transrhenani) Amm. 18, 2.) ILL- (cf. deminutiva: *regillus*, gl. regulus, gl. Isid. *remillus*, remulus, parvus remus, Lex. vet. ap A. Mai. Auct. class. 8, 505), frequentissima derivatio nominum propriorum masc. et fem.: Roscillus Celtillus, Adbucillus, Procillus Caes., Toutillus, Troucillus, Sorillus, Borillus, Capillus, Pistillus in Inscriptt. ap. Grut., Murator., Orell. Feminina: *Buscilla* Inscr. Fadilla, Procilla (Nemausensis generis) Capitolin. Anton. P. c. 1. Livilla, Drusilla Sueton. Calig. 7. 24. Babilla, Vindilla, Excingilla, Gabrilla etc. in Inscriptt. Non infrequens eadem formula in duplici derivatione cum liquidis vel tenuibus: Cavarillus Caes. Otacillus, Otacilla Inscr. Orell. 373. Varicillus, Iovincillus, Carantillus Inscr. Grut. et Murat. Mogetilla Inscr. (Beitr. III. 353). Cabillonum Caes. ULL- sicut praecedens: Marullus Inscr. Orell. 4019. Sabullus Grut. 1003, 1. Titullus Murat. 1501, 7. Catullus (Tricassinus, Vesontinus) Murat. 1068, 7. Orell. 2064. Germullus Grut. 955, 12. Cintullus, Centullus Murat. 1281, 6. Feminina: Marulla Orell. 5060. Magulla Grut. 912, 10. Titulla Murat. 1501, 6; cum alia derivatione: Bellatullus, Belatulla Orell. 287. 4983. Caratullus Grut. 862, 2. In nominibus locorum: Cuculle (prope Iuvavum; cf. bardocucullus, Trebell. Poll. Div. Claud. c. 17, cuculli bardaici, Capitolin. Pertin. c. 8) Tab. Peut. Μέδουλλον (Raetiae oppid.) Ptol. Praevalent sicut in simplici item in geminata derivatione vocales *i* et *u* iuxta *a*; cum *e* tum *o*, quae est rarissima, ex illis transgressae videri poterunt.

Hibernica vetusta exempla concordant cum gallicis hactenus enumeratis.

a) Simplex L non intermedia vocali ad radicem vocali terminatam accedere videtur in themate verbali *bal*, *bel*, unde *epil*, *atbail* (perit) etc. e radice *ba* (mori); sicut in subst. neutr. *síl* (semen) Wb. 4[c], gen. *síl* 15[a]. Eadem post consonas ipsas frequentior est in substantivis desinentibus in *-le*: *túithlae* (gl. gibbus) Sg. 22[a]. *tuthle* (gl. gibbus, gl. cancer) Pr. Cr. 9[a]. Wb. 30[b]. *saltlae* (gl. calx), *certle* (gl. glomus) Sg. 50[a]. 70[b]. *sercla* (gl. irritamenta, gulae) 63[a]; praesertim in abstractis fem.: *isintuaichli* (gl. in astutia, sapientes; adi. *tuachil*) Wb. 8[d]. *sotli* (gl. animositates; *sotal*, superbus, arrogans, O'Dav.) Wb. 18[a]. *icumachtu et miathamli dǽ* (gl. in forma dei, cum esset

Christus, Phil. 2, 5) Wb. 23ᶜ. Item in alia derivatione cumulata: *forcitlid* (praeceptor; e *forcital*) Wb. fq. *taircetlid* (gl. sagax) Sg. 60ᵇ. *écsamlus* (diversitas) Wb. 13ᵃ. Sg. 211ᵃ. *sainemlan* (gl. bellus) Sg. 37ᵇ. Non aliter ante terminationes flexionis: *donaib íslib* (gl. ad inferna; adi. *ísel*) Ml. 27ᵇ. *ecsamli*, *ecsamlib* (diversos, diversis) Sg. 211ᵃ. *bed adthramli .i. gaibid comarbus fornathar et intamlid abéssu* (gl. imitatores mei, patris vestri, estote) Wb. 9ᵃ. *bed adthramli* (gl. ut sitis sine querella et simplices sicut filii dei) 23ᶜ. *gnímu sainemli* (facta praeclara) 12ᵃ, e compositis *écosmil*, *athramil*, *sainsamail*, de quibus infra dicetur.

b) Liquida simplex accedens cum vocalibus correptis, interdum variantibus inter se sicut in radice ipsa; cf. *fugall* (cui adscribit alia manus *fugell*, gl. negotium, adversus alterum; mox dat.: *ófugull*, gl. iudicio, contendit) Wb. 9ᵃ.

LA: *-al* derivans 1. substantiva masc. et neutr.: *tindnacal* (distributio) Wb.1ᵃ. *casal* (gl. penula, gl. lacerna) Pr. Cr. 63ᵇ; quibuscum conferri potest praepositio *amal* (instar). Nom. propr. virorum: *Cathal* Ann. Inisf. ap. O'Con. 2, p. 20. *Tuathal* (= Publius, e *tuath*, populus) Tigern. ap. O'Con. 2, 31. 2. Adiectiva: *huasal* (superus) Cr. 33ᵈ, *uasal* (nobilis; brit. *uchel*) Wb. fq.; transumptum: *umal* (humilis) Wb. 5ᵈ.

-ol et *-ul* tam inter se alternantes quam cum *-al* derivante in substantivis: *mebol* (dedecus) Wb. 8ᵃ, *mebul* 1ᵇ. 3ᵇ. *tindnacol* (traditio) Sg. 209ᵇ. *tindnacul* (in his locis nominativus vel accusativus, non dat.) Wb. 9ᵇ. 21ᶜ, supra *tindnacal*; eiusdem formae et radicis *adnacul* (sepulcrum) Wb. 27ᵃ. Ml. 22ᵇ. *báigol* an *báigul* (hod. *baogal*, periculum): *dogabáil báiguil*, ad capiendam praedam) Wb. 25ᵇ. *gabul* (gl. furca, gl. patibulum; cf. med. lat. *gabalus*, *gabala*, *gabalum*, crux, patibulum, ap. Cang.) Sg. 45ᵇ. 53ᵃ. *saigul cáich* (gl. tempus acceptabile, novi testamenti) Wb. 15ᵈ; an transumptum lat. *saeculum*? cf. transumptum *tempul* masc. (templum) Wb. 8ᵈ. 21ᶜ. Dubium est, num eodem pertineant: *séol*, *seol* (gl. velum, gl. carbasus) Sg. 14ᵃ. 70ᵃ. *diol* (gl. lodix) 69ᵃ. *dorochol* (gl. foramen) 54ᵃ.

-el in subst. *temel* (obscuritas) Wb. 12ᶜ. 21ᵃ. Adi. *ísel* (hod. *íseal*, inferus; brit. *isel*) colligendum est e dativo *ísiul* et *hísul* Cr. 18ᵇ. 33ᵈ. et formis plur. *isli*, *ísli* Cr. 18ᵇ. *íslib* Ml. 27ᵇ.

Huc referenda est duplex derivatio TAL (SAL): *forcital* (doctrina) Wb. fq. *tairchitul* (vaticinium) Wb. 5ᶜ. *intinscital* (inceptio) Ml. 15ᵃ. *tóxal* (gl. verriculum) Sg. 33ᵇ. *tre foxal* (gl. per metaplasmum) 201ᵃ. TEL (SEL): *tuisel* (casus) Sg. fq.

LI: *-il* in adi. *tuachil* (gl. astutus) Sg. 60ᵃ. *samail* fq. in compositis ut subst. *intsamil*, *intsamail* (imitatio, instar) Wb. Sg., adiectivis: *cosmil* (similis; i. e. con-samali), unde subst. *cosmilius* (similitudo) Wb. Sg. fq. et adi. decomposita *écsamil* (dissimilis) Sg 208ᵃ. 211ᵃ. *erchosmil* (gl. persimilis) Cr. 35ᵈ, multisque aliis derivatorum fere similibus (cf. germ. *-lich*, angl. *-like*) ut: *sainsamail* (gl. optimas) Sg. 50ᵃ. *sainsamail* (gl. potis) 39ᵇ. *sainemail* (praecipuus) Wb. 3ᵃ. *combad adramail inmacc* (ut esset patris similis filius) 6ᵈ. *athramil*, *mádramil* (paternus, maternus) 13ᵈ. Addo *miathamil* (hod. *miadhamhuil*, honestus, nobilis), colligendum e subst. *miathamle* (v. supra), ac multa recentiora ut *caillteamhail* (silvester) St. gl. 1061. Exempla vocalis elisae accedente derivatione vel flexione supra allata sunt.

c) Cum vocalibus productis eadem vix invenitur, si excipias quaedam ad

derivationem conexam pertinentia, quorum vocalis producta est excussa consona priore. ÓL (= *ál?* ut *mór* = *már*, p. 17) derivans esse vidètur in subst. *dedól* (crepusculum) Corm., dat. *huan cetnu dedol indlaithi* (gl. a primo ergo crepusculo) Ml. 42r., unde adi. compositum *remdedólte*, *remdedoltae* (gl. antelucanus) Sg. 36ª. Ml. 21ª. Hibernica adiectiva derivata in *-ál*, ut sunt cambrica in *-aul*, *-awl*, non inveni. Transumptum videtur *achtáil* (actualis, operans): *mad inæclis tra inchoss ishé óis achtáil et indlaám ishe óis achtáil asmáa alailiu* (gl. marg. 1. Cor. 12, 15; i. e. si igitur in ecclesia est pes, hoc est genus operans, et manus, hoc est genus operans maius altero) Wb. 12ª; cf. O'Dav.: *achtail .i. oni is actualis vita betha gneitheach .i. ar 7 buain* (arare et metere).

d) Derivantis LL exempla e codicibus vetustis. ALL: *aball* (gl. malus, arbor; cf. Aballone Itin.) Sg. 61ᵇ. *pupall* (gl. tentorium) 50ª. *fannall* (gl. hirundo) 52ᵇ. *connall* (gl. stipulam, colligendo) 66ᵇ.

ELL: *srogell* (gl. flagrum) Sg. 48ᵇ, gen. *sainchenelæ srogill* (peculiare genus flagelli) Wb. 17ᵈ, nisi est transumptum.

ILL fortasse, nisi compositio est statuenda, in *inill* (gl. tutor; si recte lego, est enim dubia scriptura) Sg. 13ª; cf. *inill* (gl. tuta), *roinill* (gl. tutissima) Lor. 74. 147. *innill* (gl. fidus) Corm. B. cum derivatis *inninilligud* (gl. tuitionem), *huandinnillivgud talmaidech* (gl. subita tuitione) Ml. 19ª. 35ª. *ininillius nemthremeta l. nemthroeta* (gl. impenetrabilis tutela), *doninillius* (gl. tutamini) Lor. 66. 140: et simplici *l*: *isnessa do innilem* (est propior ei tuitio) Wb. 4ᵇ. Certius huc pertinet nom. pr. *Sinill* Tigern. ap. O'Con. 2, 177; cf. p. 297.

OLL, ULL: *mocoll lín*, *mocol lin* (gl. subtel; gael. *mogul*) Sg. 63ª. Pr. Cr. 25ᵇ. *cocul* (cucullus) Corm. *amal chochull dercon* (ut tegimen glandis) Ps. 57ª.

e) Derivationis conexae formulae in hibernicis obscurata sunt excussione consonae prioris, servatae fere in dialectis britannicis, et productione suppletoria vocalium (pp. 17. 71).

TLA: *dál* (cambr. vet. *datl*) in comp. *daltech* (gl forum) L. Ardm. 189b.2. et *dálsuide* (gl. forum) Sg. 57ª. *cenél* (genus, natio, gens; cambr. vet. *cenetl*) cum derivato *cenéle* (genus) fq. *sál* (gl. calx; cambr. *sawdl*) Sg. 68ᵇ. Fortasse *scél* (nuntius, = *scethl*, *sechethl*?) cum composito derivato *soscéle* (evangelium) Wb. fq. *CLA*: *muinél* (collum; cambr. *mynwgl* Mab.) St. gl. 744. Corm. B. Conexam derivationem latere in terminatione *-ál* subst. verbalis fem. *gabáal*, *gabál* (sumere, sumptio, p. 487) Wb. fq. cum compositis: *imgabáal* (vitare, vitatio) Wb., *imcabál* Sg. 203ª. *dígbál* (ablatio) 9ª. *etargabál* (gl. intercapedo) 52ª. *tercbál* (ortus) Cr. 18ª. *indocbál*, *inducbál* (gloria, splendor) Wb. fq. Cr., patebit conferenti cambr. *cavail*, *cafael*, *caffel*.

M derivans gallica, semper sequente vocali: *a*) singularis accedit sine vocali ad radicem: Ὄγμιος (Gallorum deus; cf. *Ogma* et *ogam*, p. 1) Lucian. Trocmi (pop. gall.) Liv. Plin. Acmodae (insulae) Plin.

b) Vocales correptas continere videntur AM-: Cinnamus (nom. viri) Inscript. Grut. 842, 10. Loutius Clutami fil. Inscr. Orell. 4994. Duplex tamen derivatio S-M- contineri videtur in nominibus Βελίσαμα (aestuar. Brit.) Ptol. Miner. Belisamae Inscr. Orell. 1431 (Belisanae Orell. 1969), nisi est compositum,

et Trigisamo (locus, item fluvii, hod. Treisam, quorum alter influit in Danuvium, in Rhenum alter) Tab. Peut.; rectius Tragisamo? cf. Tragisa (flumen) Inscr. Orell. 1331. EM-: *πονέμ* (?herba artemisia vel serpyllum, rapium Gallis) Diosc. 3, 117. petra quae Artemia dicitur, vir Artemius nomine (cf. hib. *Artur*, cambr. *Arthur*) Boll. Iul. 1, 53. 114. IM-: Bergimus (deus) Inscr. Orell. 1971. 1972. pars agri quod vocatur Sissima, dipl. a. 634 ap. Mabill. p. 465. Post aliam derivationem: Carpusimo Inscr. Murat. 1441, 4. OM-: Bergomum (opp. Gall. cisalp.), Vindomum (Brit.) Itin. Vertacomacori (pagus gallicus, compos. Ver-tacomo-cori? cf. Dacoma Inscr. ap. Emele p. 67) Plin. 3, 17. Venaxomodurum (Raet. oppid.) Notit. dignit. UM-: *Tetumus* Inscr. Triumus, Gassumus, Bitumus, Ucumus Inscr. (Beitr. III. 355). Maidumo, dipl. a. 862 ap. Mabill. p. 537. in villa nuncupante Cuchuma (ad Mosell.), Martène 1, 184.

c) Cum vocalibus productis vel diphthongis derivantis *m* exempla non videntur extare.

d) Neque geminatae MM derivantis gallicum apparet exemplum.

e) Contra ad conexam derivationem SM pertinere videntur: Osismi (pop. gallic.) Caes. Plin. (*Ὀσίσμιοι* Strab. Ptol.) civitas Ecolismensium Libell. de provinc. Rom., Ecolisma (hod. Angoulême) Greg. Tur. 2, 13. 37. nemus cui Molismus nomen est, Vita S. Roberti primi abb. Molism., Boll. Apr. 3, 670. Bellismum castellum, Orderici Vital. histor. eccl. Norm. (Vales. pp. 72. 79). *λειούσματα ἢ λεγούσματα. εἶδος καταφράκτου. Γαλάται*, Hesych. Sed conferas derivationem supra memoratam duplicem *s-m*, ut in nomine Belisama ap. Ptol.

Hibernica M derivans: *a*) simplex accedit ad thema verbi vocali terminatum in substantivo masc.: *gním*, gen. *gnímo* (actio), e verbo *gníu*, facio (cf. *fognam*, gen. *fognamo*, servitus, Wb.); ad vocalem radicis consona excussa in *mám* (servitus; cf. *mug*, servus) Wb., assimilata in *ingreimm* (persecutio), de cuius variis formis vid. p. 268; post consonas eadem accedere videtur in subst. fem. *tailm* (laqueus) et *tuilm* .i. *muliebre membrum* Corm. Eliditur vocalis accedente flexione vel altera derivatione: *dénma*, *dénmo*, gen. a *dénom* (facere) Wb. *hó tirmai* (gl. ab ariditate) Ml. 15ᵇ. *dílmin* (licitus) Wb. *sechtmaine* (gen., septimanae) Cr. *tairismech* (constans) Wb. Inprimis memoranda sunt substantiva neutra duplicis derivationis *-mann* (ord. post. ser. V.) et masc. *menme*, gen. *-man* (mens) Wb. fq., quocum forsitan conferenda sint: *félmae* (gl. saepes) Sg. 50ᵇ. *aicmae* (genus) 34ᵇ.

b) Simplex cum vocalibus correptis.

MA in substantivis feminini generis (p. 241), vix in adiectivis praeter superlativos.

-am rarissima et vix nisi praecedente *a* in subst.: *áram*, gen. *áirme*, dat. *árim* (numerus) Sg. *indacaldam*, dat. acc. *accaldim*, *acaldaim* (collocutio; sed cf. p. 253) Ml. Wb. Sg. Forsitan huc pertineat adi. *airlam*, *irlam* (paratus, promptus; *airle*, voluntas) Wb. fq., pl. *airlama do denum uilcc* (parata ad faciendum malum, membra) Wb. 3ᵈ; extat tamen etiam simplex *lam*: *issí indainim aslam* (anima parata est) ibid. Superlativorum exempla vid. p. 278, quibuscum conferri potest adv. *riam* (antea; a praep. *re*, ante) fq.

-um in adv. *iarum* (postea, p. 613).

-em frequentior in subst. verbalibus gen. fem. (p. 486): *móidem* (laus), *cretem* (fides) Wb. fq. *égem* (clamor) Corm. B. *airégem* (gl. querimonia) Sg. 51ᵃ, dat. *huanderegim* (gl. questione) Ml. 32r. *tairissem*, *terissem* (positio, status) Sg. 74ᵇ. Ml. 34ᶜ, cum art. *intairissem* Wb. 14ᶜ. *dímiccem* (deiudicatio, reprobatio, contemptio): *isinse andímiccem* (est difficilis eorum deiudicatio) Wb. 4ᵃ, gen. *mess dimicme* (iudicium reprobationis) 11ᵃ, acc. *nataibred dimiccim foir* (gl. non spernat) 6ᵇ. *ni fuirmi nech dimiccim foirsom* (gl. a nemine iudicatur) 8ᶜ. *ar dimicim* (propter deiudicationem) Ml. 36ᵃ.* *sechem* (secutio), dat. acc. *sechim* l. c. Forsitan huc pertineat: *innilem* (tutela) Wb. 4ᵇ. De superlativis p. 278.

MU in subst. masc. gen. (p. 238); cf. *gním* supra allatum (et p. 486).

-am frequentior: *cosnam* (defensio, contentio) Wb. 11ᵃ, gen. *cech cenéle cosnama* (gl. non in contentione) 6ᵇ, dat. *dochosnam inemachta* (gl. aemulator paternarum traditionum) 18ᵈ, plur. *cosnama domundi* (gl. contentiones), *ithé coisnimi* 7ᵈ.** *solam* (gl. solarium) Sg. 53ᵃ. *todernam* (gl. supplicium) 183ᵇ. Ml. 27ᶜ, dat. *todærnam* Ml. 55r. *huandasonom* (incessu) Sg. 69ᵇ. *oc asgnam*, *oc ascnam* (acquisitione) Wb. 1ᶜ. *do accaldam* (ad colloquium; sed vid. supra) 3ᶜ. Oppressa vocali radicis: *fognam* (servitus; a *fogniu*, servio) Wb. fq. *immognam* (constructio) Sg. fq. *congnam* (cooperatio, adiutio): *ininchongnamsin* Wb. 5ᵈ. Cumulata derivatio inest in subst. *altram* (nutritio) Wb. 28ᵈ, gen. *altrama* Ml. carm. 1.

-om, *-um* alternantes inter se in frequenti subst. verbali *dénom*, *denum* (facere), gen. *dénma*, *dénmo*, cum *-am* in comp. *frithgnom* (gl. hic exercitus, ἡ γυμνασία; i. e. exercitium) Sg. 106ᵇ. *altrom* (supra *altram*) Corm.

-em rarior: *dinsem* (accusatio, cf. *dinsid*, accusativus, Sg.): *isnessa do innilem oldaas bid arnáinsem* (est propior ei tuitio quam esset accusatio nostra) Wb. 4ᵇ, gen. *indainsemo* (gl. accusationis) Ml. 34ᵃ, dat. acc. *ar dimicim 7 chomainsem* (propter deiudicationem et contemptionem) 36ᵃ. *no in dochomainsem ecolsa dagniith* (gl. aut ecclesiam dei contemnitis?) Wb. 11ᵈ. *du fuillem argait ... indrechtairecht indfuilema* (ad lucrum argenti ... lucri) Ml. 36ᵃ. Derivationes duplices vel acervatae *-aman*, *-eman*, *-amnacht*, *-emnacht* infra proferentur.

MI (praeterquam in subst. fem. *tailm*, *tuilm* supra memoratis) vocali interposita.

-im in adi. *tirim* (gl. siccus) Corm. *tirim* (aridus) Ml. 15ᵇ. In subst. *indithim* (mentis intentio) Corm. B.

c) Cum vocalibus productis non invenitur, nisi huc referre velis subst. masc. *gním* (supra memoratum) et fem. *lám* (manus; = παλάμη, palma?) fq.

d) Geminata MM in subst. *foglim* (comprehensio, discere) Wb. 30ᶜ. 30ᵈ. *foglaim* Ml. 14ᵃ. — cf. *fogliunn* (gl. doceor) Pr. Cr. 56ᵃ — comprobatur hodiernis formis *foghlaim* (discere), *foghlamaim* (disco); vix in subst. fem. *anim*, *animm* (animus) Wb. 4ᵃ. 31ᵇ, de cuius flexione mixta cf. pp. 253. 265. Praeterea in vocabulo peregrino transformato *membrum*, *membrum* (hod. *meamrum*, mem-

---

* Conferantur verbi formae: *andumecitis* (gl. despicientes) Ml. 34ᶜ. *dimeccither alled frisparut* (gl. spiritualiter examinatur) 8ᵇ. *niba dimicthese libsi* (ne sim despectus vobis) 21ᵈ.

** Conferas verbi formam: *cossin fochidi* Wb. 15ᵈ. *am. doncoisin* 17ᵇ. *dichoissin* 21ᵃ. et dat subst. *donfresndid* (gl. satanae) 9ᵇ. ac gallicum nomen *Senones* (i. e. pugnaces?).

brana) Sg. (cf. Praef. XII.), gen. *cin membruimm* (quaternio) Corm.; genuina tamen eiusmodi derivatio vix extat. Nam in *colum* (columba, columbus) St. gl. 203. 504, unde compositum *ciadcholum* (gl. palumbes) Sg. 70ª, *mm* ad *mb* redit.

N derivans in nominibus gallicis vel britannicis aut ipsa thema terminat aut vocalem terminalem sibi adiungit.

1. Terminalis N, celtice sicut latine amissa in nom. sing., rediens tamen per flexionem (*-on*): *Frontu* (nisi est transumptum), *Brigindoni* (dat.) Inscr., cf. gen. Cucalonis, dat. Segomoni Inscr., saepe adiungitur *i* derivanti: *Οὐασιων* (Gall. opp.), *Κενιων* (Brit. fluv.) Ptol. Sirione, Avenione Itin. Ant. Banionis fil. Inscr. Orell. 4903, vel alii derivationi: casamo (assectator e Gallia ductum est) Quintil. 1, 5, 8. Segomo (victor?), Aramo, Cucalo, Gennalo, Catuso, Cacusso, Criciro, Sembedo, Suobnedo, Adianto, Vindaluco (Glück. 150), inprimis in nominibus locorum e formulis *-atio*, *-etio*, *-antio* etc. supra (p. 763) memoratis. Correptam *o*, quam et poëtae testantur et scriptores graeci in nominibus gentium: Lingones, Senones, Turones, Santones, *Πίκτονες*, *Πικτόνων ἄκρον*, *Ῥήδονες*, *Κένιρονες* (vel in derivatis: Santonicus, Lingonicus, Pictonicus, *Τοροννεῖς*), vix errabimus in his quoque statuentes: Ceutrones, Eburones, atque in nominibus locorum gallicis (abl.) Aballone, Carvone, Calone, Matiscone Itin. Ant. et britannicis: Abone, Alone.

2. Ante vocalem terminalem eadem: *a*) iuncta radici sine vocali: *Licnos*, *Tarkno* Inscr. Cenimagni (Brit. pop.) Caes. Limnus, Dumna (insulae prope Brit.) Plin. 4, 16. Dumnum Tab. Peut. Dubnus, Dubna, Dubnotalus, Dubnoreix, Dubnorex Inscr. (Glück. 68 sqq.). Dumnorix Caes., et aucta derivatione: *Δαμνόνιοι* (pop. Brit.) Ptol. Isca Dumnoniorum (opp. Brit.) Itin. Domnotonus (comp.?), Dumnissus (fluvii) Auson. epist. 5, 15. 31. Mosell. 8. Domnitius Sidon. ep. 4, 20. Arebrignus (pagus) Eumen. c. 6. De duplici derivatione (non conexa) MN- vid. infra.

b) Singularis cum vocalibus correptis. AN-: Rhodanus, Sequana, Duranius (fluv.) Auson. Sidon. Taranis Lucan. Fortasse: *Γαγγανοί* (pop. Hibern.) Ptol. Rauranum Itin. Ant. Victisirana Inscr. Grut. 700, 6. *σαπάνα* (anagallis herba Gallis) Dioscor. 2, 209. EN-: *Vosseno* Inscr. Belenus (deus Gallorum) Auson. prof. 10. *Βρεμένιον* (oppid. Britann.) Ptol. Fortasse: Cinnenius Inscr. Stein. 537. Ruteni (pop. Gall.) Caes.* IN-: Mutina Propert. Morini Verg. Vix aliter: Ricina (insula ap. Brit.; cf. Rucinates, pop. Vindel.) Plin. Fevina, Bassina Inscr. Grut. 763, 6. Stein. 244. *λάγινον* (veratrum nigrum Gallis) Dioscor. 4, 148. *Ὄλινα* (fluv. Gall. Lugd.). *Δαρινοί, Καρινοί, Ἐρδινοί* (populi Hibern. et Brit.), *Κορίνιον* (opp. Brit.) Ptol. ON- apud poëtas correpta: Epona (dea) Iuven. Lingonus Martial. Aponus, Axona, Divona, Santoni (supra Santones), Ausonius, Sidonius, Teutonius ap. Claudian., Auson., Sidon., apud quos etiam derivatione cumulata Matrona, Caledonius, Carantonus. Concordat Ptol.: *Σάντονοι*, *Μόδονος* (fluv. Hibern.), *Κατουρακτόνιον*, *Δαμνόνιοι*, *Λεμαννόνιος κόλπος* (Britann.). Quibuscum conferre licebit: Duronum, Cambonum Itin. Ant.

* Propter hib. vet. *roithinche*, *roithnech* (p. 15)? quamquam producto *ē* Rutēni dicuntur a poëtis (p. 14).

Cabillonum, Lemonum Caes. Abona Geogr. Rav. Ex inscriptionibus: Sirona Stein. 305. Banona Grut. 763, 6. 872, 2. Alpona, Vindona Orell. 321. 2019. Vindonius Stein. 200. Drausonius Grut. 919, 8. UN-: Ἰτούνα (aestuar. Brit.; cf. Ἴτυνος ποταμοῦ ἔκβασις, et nom. viri Itulus, p. 766) Ptol.

Insero hic formulam duplicis consonae derivantis M-N-, cuius exempla generum sunt duorum. In quibusdam enim vocalis principio intercedens inter utramque liquidam correpta statuenda est, elisa accedente flexione: Ἰσάμνιον (Hibern. promunt.) Ptol. Garumna Caes.,* quibus forsitan conferre liceat alia quaedam nomina vetusta, ut Vertumnus (cf. Vertisco Caes.?), Tolumnius Propert. 4, 2. 10. Alia, eandem vocalem in formula -MAN- constanter servantia, possunt videri potius composita quam vere derivata, ut Cenomani (Ital. sup.) Liv Aulerci Cenomani (Gall. pop.; differt Cenimagni ap. Caes. Brit. pop.) Caes. Viromanus Istabili fil. Inscr. Murat. 1766, 1. Ariomanus Iliati fil. (Boius) Grut. 670, 3. Vetomanis Itin. Peut., praesertim cum antecedat *-o* vocalis (p. 763). Derivatum vero nobis quidem videtur nomen apud Gallos primum auditum ac vix non ortum Germani.** Duplex derivatio VAN- cum vocali *a* praecedente semper contrahitur in *aun-*, de qua vid. infra.

c) Cum vocalibus productis vel diphthongis. ÂN- fortasse in derivatione mixta IAN- nominum Ambiani Caes. Magianus, Cassianus Inscr. Orell. 457. 1986, saepius post alias: Volusianus, Trebellianus, Matronianus ap. script. hist. august. ÊN-: Rutêni Lucan. Sidon. (sed cf. p. 772). ÎN-: Ticinus (fluv.) Sil. Ital. Sidon. et EIN-: Αὐτεινοί (pop. Hibern.) Ptol. Londinium (cf. p. 99) Tac. ÔN-: Drahonus (fluv.) Auson. Mosell. 365. Δαβρώνα (flum. Hibern.) Ptol. Verona, Cremona, Bononia apud poëtas (p. 22), Βονωνία (oppid. Pannoniae, Galliae, Italiae gallicae) Ptol. Zos., quibuscum haud scio an concordet δουκωνέ (ebulum herba Gallis) ap. Dioscor. 4, 172. Quaeritur, an sit statuenda haec eadem derivatio mixta ÔNIA in nominibus personarum: Boionius (praen. Antonini Pii Nemausensis), Boionia (eiusdem avia) Capitolin. Anton. P. c. 1. Raconius, Racconius Inscr. Or. 2043. Grut. 851, 7. Voconius Stein. 248. Cesonius, Cissonius (deus) Orell. 1406. 1979. Tammonius Orell. 2013. Sumelo-

---

* Cf. 'gromnarum opportunitas' Vita S. Bertini abb. belg., Boll. Sept. 2, 602, ubi additur nota: '*gromnae*, *gronnae*, loca palustria et herbosa'. An cum lat. *gramen* conferendum vel cum germ. *gruoni* (viridis)?

** Vocalis correpta sicut in vetustis nominibus virorum cambricis et aremoricis desinentibus in *man* item principio fuisse videtur in nomine Germanorum. Huius novissima interpretatio facta est e subst. brit. *garm* (clamor; cf. Grimmii Hist. linguae germ. p. 787). Sed cum hoc sicut hib. *gairm*, gen. *garma* (clamoris) F. h. 16, plur. *garman* (nomina) Corm. B. (cf. comp. *togairm* p. 268) repetendum sit a themate *-mann* (infra p. 776), inde derivari non poterat nisi *germannanos*. Quare ad radicem certe revertendum erat hib. vet. *gar* (in *togarthid*, vocativus, Sg., atque in *dogair*, *frisgair*, *forgair*, *forchongair*, *forcongur*, p. 430; cf. cambr. *geir*, *gair*, corn. *ger*, vox, verbum, p. 85. Contra si compositionem statuas, quaeritur an simplicior sit interpretatio haec, qua nihil significaverit nomen nisi vicinos. Est enim non solum cambr. *ger* (vicinus, pp. 691. 694; e *cer* cum *c* pro *g*, p. 38?), sed etiam hib vet. *gair* (de spatio et tempore): *cid cian cid gair* (gl. quanto tempore vivit, homo; i. e. sive longum est sive breve) Wb. 3c. gael. *an gar* (iuxta, prope), *gair* (vicinia). Atque si cum adi. *cian* (remotus, p. 17) bene quadrat nomen Cenomani (extremi Gallorum cisalpinorum ad orientem versus; *o* vel *i* servata ob vocalem antecedentem productam), non aliter quadrabit nomen Germani (modo sumas elisam vocalem ob vocalem correptam antecedentem, cf. Lugdunum pro Lugodunum) cum *ger*, *gair* contrariae significationis. Nec difficile erit intellegere hoc modo illos Caesaris locos: Condrusos, Eburones, Caeroesos, Paemanos, qui uno nomine Germani appellantur, B. Gall. 2, 4. Segni Condrusique ex gente et numero Germanorum, 6, 32. Populi complures, sed non admodum frequentes ad Arduennam sese communi vocabulo vocabant Germanos i. e. vicinos.

nius Grut. 851, 7. Cf. tamen exempla utriusque vocalis correptae supra allata. UN-: Virunum Itin. Seduni Plin. fortasse. Cum diphthongo AUN- contractum ex *-avan-* (pp. 32. 128) duplici derivatione Ἀλαυνος (fluv. Brit.), Ἀλαυνοί (pop. Nor.) Ptol. Alauna (Gall. septentr.), Alaunio (Alp. marit.) Tab. Peut. Acaunum, Agaunum (in valle Sedunensi; petram, saxum significans) Boll. Febr. 3, 741. Sept. 6, 345. Deabus Icauni Inscr. Orell. 187. Icauna (fluv. Gall., hod. Yonne) dipl. a. 634 ap. Mabill. p. 465. Boll. Iul. 7, 204. Genauni (cf. Gen*ava*) Horat. Plin. Ligaunus, Licaunus (Gallus) Sil. Ital. 4, 206. Velauni Plin. 3, 20. Segovellauni (cf. Vell*av*ii) id. 3, 4. Vellaunodunum, Cassivellaunus, Vercassivellaunus Caes.

d) Geminata. ANN-: Lemannus (lacus) Caes. Plin. Ammian. Lausanna Itin. capanna (hod. gall. cabanne) Isidor. Aroanna (= Arvanna?) Fredeg. c. 20. Carvanna (locus) Mab. saec. 1, p. 217. Teruanna (oppid. Belg.) Tab. Peut. Verannius (nom. viri) Catull. Gobannio (loc. Brit.) Itin. Ant. ENN-: Muenna (loc. Gall.; cf. Ἀλκιμοεννίς Ptol.) Itin. Ant. Vienna (ad Rhod.), Ravenna (cf. Ravius fluv. Hibern. Ptol.) Itin. Clavenna (hod. Chiavenna), Clarenna (loc. in reg. Danuv. sup.) Tab. Peut. Cebenna (mons) Caes. Mel. Auson. Crebennus (locus) Auson. epist. 12, 14. Arduenna Caes. INN-: Aginnum Itin. Anton. Auson. epist. 24. Pausinnus, Pausinna Inscr. helv. Orell. 5066. Artalbinnum Itin. Ant. Morginnum (Allobrog.) Tab. Peut. in villa Borginno, Boll. Aug. 4, 85. ONN-: Sauconna, Saogonna (hod. Saone) Ammian. 15, 11. Fredeg. 42. Scarponna (loc. Gall.) Itin. Calonna, Bebronna (fontes) Boll. Iul. 1, 50. 51. Lauconnum, Lauconnense monasterium Boll. Febr. 3, 742. UNN-: Vesunna Itin. Ant., Vesunnici Sidon. epist. 8, 11. Vibunna Inscr. Murat. 2073, 1. Andematunnum Itin. Antunnacum Itin. Ant. Ammian., quod censendum est derivatum ex Antunnus, nomine viri.

e) Conexa derivatio RN- in vetustis nominibus. ARN-: Benarnum (Aquitaniae, num gallicum nomen, an ibericum?) Itin. Ant., Benarna urbs, Benarnum civitas Greg. Tur. 9, 7. 20. ERN-: Nivernum (loc. Gall.) Itin. Ugernum (castrum) Greg. Tur. 8, 30. 9, 7. Tigernum castrum, Tigernense castellum (Arvern.) Greg. Tur. de glor. martyr. 1, 52. 67. Isarnodorum: a vico, cui vetusta paganitas ... Gallica lingua Ysarnodori i. e. ferrei ostii indidit nomen. Boll. 1. Ian. par. 2. His adnumerandum videtur nomen Arverni (cf. Ἀρούερνοι, pop. Gall., Ptol., et Arubinus Inscr. Orell. 1221), quamvis in glossariis Parisiensibus idem scribatur et explicetur: 'Areverni (in Vindob. 'Arevernus') ante obsta' (vix recte). URN-: Cilurnum (Brit. locus) Notit. dign. Conexam potius esse hanc derivationem quam ortam e duplici R-N- (ut nomen vetustum Tigurini Caes. sit idem quod nomen Tigernum) comprobare videtur vocalis ante *rn* in vocibus eiusmodi hibernicis praecedens, non intercedens sicut in duplici derivatione M-N-.

Hibernica N sicut in ceteris aricae stirpis linguis e radice saepius derivat thema aut verbi aut praesentis. Ut supra (p. 427) proposuimus *benim* (ferio), *arachrinim* (deficio), *crenas* (qui emit), iuxta quae antiquiores formas sine *n* servarunt nomina *tóbe*, *erchre*, *crithid*; cf. *forbanar* (perficitur) iuxta *forbe* (perfectio), *torban* (prodest), *torbenat* (prosunt) iuxta *torbe* (utilis), *asrenat*

(reddunt) iuxta *írrethcha* (redditiva), *tesbanat* (deficiunt) iuxta *tesbuith* (defectus), *cocéitbani* (consentis), *cotchétbanam* (consentimus) iuxta *comchétbuid* (consensus). Ad quae accedunt intromisso *n* tam *comboing* (frangit), *indlung* (findo), similia, quam quae servarunt *n* in derivatione: *fulang* (toleratio), *cumang* (potentia), *tecmang* (eventus), *decming* (impossibilis). In nominibus autem N derivans:

1. terminalis thematis frequens in substantivis ordinis posterioris tam simplex quam geminata invenitur.

a) Simplex ut in substantivis masculinis et femininis ser. IV (*a.* et *b.*) p. 264 enumeratis, quibus addi poterunt alia ut *muirmóru* (gl. Siren, si conferendum est cambr. *morwyn*, puella) Sg. 96ᵇ.

Inprimis tamen memorandae sunt formulae derivationum duplicium *MAN* et *TIN* (*-thin*, *-sin*).

Ad formulam derivantem *MAN* pertinent e serie IV.a. *menme* (mens), abiecta vocali feminina *talam* (terra) et *anim* (anima; sed cf. p. 771) ac plurima masculina (nom. ag.) ut *brithem* (iudex) Wb. 6ᵇ. 8ᵈ. 9ᶜ. *dálem*, *dalem* (gl. caupo) Sg. 63ᵇ. *dúlem* (creator) Wb. 1ᵇ. *cairem* (gl. sutor) Sg. 156ᵇ. *mraithem*: *nírbo mraithem* (non fuit proditor) Wb. 32ᵃ. *flaithem* (dominus) Colm. h. 31. In quibus omnibus *n* decidisse comprobatur non solum flexione ipsa, sed etiam derivatione cumulata adiectivorum et substantivorum, ut *anmande* (ad animam pertinens; *anim*) Wb. 18ᵈ. *talmande* (terrestris; *talam*) 11ᵃ. *brithemande* (gl. iudicialis, suggestus; *brithem*, iudex) Ml. 26ᶜ. *brithemnacht* (iudicium) Wb. 6ᵇ. 8ᵈ. *flaithemnas*, *flaithemnacht*, *flathemnacht* (gloria; *flaithem*) 25ᶜ. 26ᶜ. 30ᵇ. Sg. 2ᵃ. *mraithemnacht*, gen. *inmammraithemnachtae* (gl. iniquae simulationis; *mraithem*) Ml. 55r. Intrat tamen eadem formula in cumulatam derivationem substantivorum diversae flexionis: *bibdamnact* (culpa; *bibdu*, reus, plur. *bibdid*) Wb. 1ᵈ. *coimdemnacht* (dominium), *comdemnigedar* (dominatur; *coimdiu*, gen. *coimded*, dominus) Ml. 17ᵇ. Femininis supra memoratis forsitan addenda sint: *lenom* e dat. pl.: *ua lenomnaib* (gl. a lituris) Sg. 3ᵇ. et *suanem* (labor? fatigatio?) e gen. et acc. sg.: *dénum suanemun inaidchi precept fridei* (gl. in labore et fatigatione nocte et die operantes) Wb. 26ᵇ. *súanemuin dodénum inaidchi doreicc arbiad et cbitach diamuntir precept fridei do íco anman sochuide* (gl. memores estis laboris nostri et fatigationis, 1. Thess. 2, 9) 24ᵈ.

Ad *TIN* (= tian; cf. lat. *-tio*, *-tionis*) redeunt substantiva feminina ser. IV. b. desinentia in *-tiu*, *-thiu*, gen. *ten*, *-then*, de quibus (praeter p. 264) cf. p. 486. Servatae *n* per derivationem exempla: *tuistenach* (genetivus; *tuistiu*, *tuisten*) Sg. 77ᵃ. *caintoimtenach* (bene cogitans; *toimtiu*) Ml. 31ᵇ. *ermitnech* (gl. reverens; *ermitiu*, *airmitiu*, honor) 32ᵇ. *tursitnech* (gl. irriguus) Sg. 24ᵃ. *toltanach* (gl. beneplacitus; *toiltiu?* cf. *tol*, voluntas) Wb. 22ᵇ, unde verbum *rotoltanaigestar* (gl. placitum, doctissimo artis grammaticae) Sg. 7ᵇ. Eodem pertinent cum S (= *st*) desinentia in *-siu*, gen. *-sen*, ut *déicsiu* (conspectio; e verb. *décu*, video), *cen imdéicsin* (sine circumspectione) Wb. 25ᵃ. 22ᵉ, ut *aicsiu* (causa) colligendum e derivatis: *indaicsendaid* (gl. causa, adv.) Sg. 74ᵇ. *aicsenogud*, *aicsenogod* (causatio) 209ᵇ. 215ᵃ. 216ᵃ. cf.: *am. ailsin* (gl. ut cancer, serpit; gael. *aillse*, cancer, morbus) Wb. 30ᵇ.

b) Geminata *NN*, quae videtur variae originis, in substantivis et masc. et

fem. ser. IV.c. ut *goba* (faber; cf. nomina gall. Gobannicnos, Gobannitiu), quibus addi poterit *adirclíu* (cornix; dual. hib. med. *faidirclinn* secundum St.) Sg. 69ª. In quibusdam *-nn* forsitan ex *-nj* (curtata forma e pleniore *-nia?*) prodierit, ut in *Eriu*, gen. *Erenn* (Hibernia); conferendae tamen videntur hae formae: in tua Evernili patria Vit. Columbae'; ex Hiberione, Hyberionacum L. Ardm. apud St. (Thr. Ir. Gl. LXIII.). In aliis ex *-nd* (*nt?*), ut in substantivis neutris, quae huc pertinent, duplicis derivationis

MANN (gr. -μα, -ματος, lat. *-men* et *-mentum*) ser. V. ut *béim* (plaga). *gairm* (clamor), *togairm* (invocatio), *ainm* (nomen) fq. *ám* (gl. manus, cf. lat. *agmen*) Ml. 36ᵇ. *sleidm* (gl. saniem) Sg. 218ᵇ. *senim* (sonitus) Wb. 13ᵈ. *tothim* (casus) 5ᵇ. *etarthotaim* (interitus) Ml. 128. Nisi vero in omnibus his mera exuberantia soni statuenda est, quoniam ex isdem per simplicem *n* scribuntur *honaisleidmenaib* (gl. sputaminibus) Tr. 3ᵇ. *garman* (nomina) Corm. B. aliaeque formae, quas vid. p. 269 sq.

2. N derivans, quam sequitur vel sequebatur vocalis terminalis, *a*) accedens nuda ad radicem: *bán* (gl. exsanguis; i. e. pallidus, albus, e rad. *bá*, cf. φαεινός) Sg. 67ª. *lán* (plenus) fq. *rún* (mysterium) Wb. *dún* (castrum, arx) Sg. *dán* (donum, ingenium, ars; dânu e dâ) Wb. Sg. Elisa consona: *trén* (fortis; comp. *tressa*) Wb. Sg. *én* (avis; cambr. vet. *etn*) Sg. *fén* (gl. plostrum, plaustrum) Sg. 21ª. *srón* (gl. nasus; cambr. *ffroen*) 95ª. *uan* (agnus; cambr. *oen*) St. gl. 459. In substantivis et adiectivis, si accedit terminalis *e* (-nia): *ruamnae* (gl. lodix) Sg. 69ª. *gibbne* (gl. cirrus) Pr. Cr. 63ᵇ. *cétne*, *ceetne* (primus) fq. *múchni* (gl. protervi) Wb. 30ᶜ. Item sive flexio accedit nominis vel verbi sive alia derivatio: *slemna* (gl. levia) Sg. 10ª. *comroircnech* (mendosus) 6ª. 26ᵇ. *oircnid* (occisor) Sg. *colnide* (carnalis) Wb. *bliadnide* (annotinus) Cr. *daingnigim* (gl moenio) Sg. 19ª. *essamnu* (audacior) Wb. 23ª ex *essamin*.

b) Cum correptis vocalibus:

NA: *-an* in substantivis in nostris quidem codd. vix nisi in transumptis: *almsan* (eleemosyna) Wb. *persan* (persona) Sg. Wb. Accedunt tamen e glossariis quaedam, ut *scatan* (allec) Corm. B. Gl. 36. *etan* (frons) Gl. 17. 43. *isbleogan .i. toxal* (demptio) Corm. B. *loman* (funis) Corm. B. (*lomhon* Gl. 30). *on imlecan* (al. *imlicen*, gl. ab umbilico) Corm. B. *rigan* (regina; rectius *rigain?*) Corm. In adiectivis: *lethan* (latus) Wb. 16ᶜ. *bat iduin* (gl. fidem bonam ostendentes, sint servi) 31ᶜ. (*hidan* quasi idon ab eo quod est idoneus Corm. *idan* ab idoneus Gl. 39. *idhan .i. comlán* O'Dav.) cum negatione: *anidan* Corm. *anidhan* Gl. 5.

-act: *deact*, *deacht* (deitas) Wb. fq. *dóinacht* (humanitas) Wb. 13ᶜ. *apstalact*, *apstalacht* (apostolatus) 7ᵇ. 14ᵇ. 26ᶜ. E nominibus derivatis: *noidenacht* (infantia) Wb. 24ᵈ. *grecdacht* (gl. hellenismus) Pr. Cr. 51ᵃ. *deoladacht* (gratia) Wb. 2ᵇ. *óigedacht* (hospitium) 26ᵇ. *filedacht* (poësis) Sg. 213ᵃ. *dundarchogacht* (gl. venatione: *airchoige*, canis venaticus, O'Dav., acc. *arrchocaid*, *archocaid* SM. 126. 144) Ml. 38r. *flaithemnacht*, *flathemnacht* (dignitas, gloria, status dominii) Wb. 26ᵃ. 30ᵇ. Sg. 2ᵃ. *brithemnact*, *brithemnacht* (iudicium) Wb. fq. *innammraithemnachtæ* (gl. iniquae simulationis) Ml. 55r. *bibdamnact* (culpa, reatus) Wb. 1ᵈ. *inderbamnacht* (gl. diffidentiam) Ml. 19r. In aliis sola *t* derivans est (p. 800), ut fortasse in *dásacht* (insania) Wb. 9ᵃ. 28ᵃ (cf. pp. 795. 809). Adiectivum videtur *romacdact* (gl. superadulta, virgo) Wb. 10ᵇ, conferendum aut corn. *mahteid*. *maghteth*, *maghtyth* (virgo) aut hib. *macdacht* (pueritia) Corm. *colomna dis*.

-ect: *doinect*, *dóinecht* (humanitas; frequentius quam *dóinacht*) Wb. *intoissigecht* (gl. ductum) Ml. 37r. *timthirect*, *timtherecht*, *timthrecht* (ministerium; = *do-im-thir-echt*) Wb. 5ᵈ. 13ᵇ, *intimthrecht hisin* (officium hoc) Ml. 36r. *airchissecht*, *airchissecht* (coniventia, clementia; verb. in Wb. 4ᶜ: *airchissi*, *arcessi*, clemens est, deus) Wb. 4ᶜ. 14ᵃ, *honderchissecht* (gl. propitiatione) Ml. 32ᵈ. *foétsecht*, *foetsecht* (subintellectio) Sg. 27ᵇ. 69ᵃ. Ex derivatis: *cruithnecht* (frumentum) Sg. 35ᵃ. 66ᵇ. *tectairecht*, *techtairecht* (legatio, munus legati) Wb. 10ᵃ. 13ᵇ. 15ᵃ. *brecairecht* (gl. astutia) 15ᵇ. *seroaidechtae* (gen., gl. artis amatoriae) Sg. 63ᵇ. *sáirdénmidecht* (gl. artificium) 133ᵇ. *mo forcitlaidechtaese* (gl. magisterii mei, perfectio) Ml. 17ᵈ.

C derivans terminalis thematis statuenda videtur in nominibus vetustis gallicis: Atimetux, Alanux Inscr., ac fortasse in compluribus eiusdem formae cuius Atimetus, Alanus (p. 47) ut τοουτιους. Accedit autem ad radicem vel derivationem praecedentem: *a*) cum vocalibus correptis: AC- etsi in quibusdam

sine dubio fuit correpta, ut in Caeracates (cf. hib. vet. *cáirchuide*, gl. ovinus, e *cáira*, *cáirach*, ovis) Tac. Hist. 4, 70, fortasse in pluribus: Ἴσακα (fluv. Brit.; cf. Ὄβοκα infra) Ptol. Κορνακόν (oppid. Pannon.; cf. Cornaco in pago Matascense, Renov. test. Abbonis circ. a. 805, Mabill. dipl. p. 508) Ptol. Σεούακες (pop. Noric.) Ptol. Levaci Caes., plerumque tamen fuit producta ut in formulis ÂCA, IÂCA frequentissimis, de quibus mox dicetur. EC-: Turecum (nomen vetustum civitatis Helvet.; cf. Turecionicum, Allobrog. loc., in Tab. P.) Inscr. IC-: Casticus (Sequanus) Caes. Aremorici, Arecomici Caes. Raurici Plin. Ptol. Raurica Inscr. Orell. 432. 590. Urbicus (nom. viri, cf. Urbigenus pag. Caes.) Inscr. Orell. 459. 4018. Stein. 42. Helico (ex Helvetiis civis) Plin. 12, 1. Divico Caes. Bellicius (nom. viri) Inscr. Orell. 497. 2776. Argicius Auson. parent. 4. Cuticiacum, Cuticiacense praedium (supponendum nomen viri Cuticius) Sidon. epist. 3, 1. Riticius (episc. Augustodun.) Greg. Tur. de gl. conf. c. 75. In derivatione cumulata: Vindelici Horat. Avaricum Caes. Itin. Ant. Autricum Ptol. Tab. P. (oppida Galliae nominata a fluviis Avara, Autara, hod. Evre, Eure). Minaticum (Gall. loc.) Itin. Ant. Aventicum (Helvet. caput) Tac. OC-: Ὀβόκα (fluv. Hib.) Ptol. Durocobrivis (Brit. loc.; i. e. pons Durocae; cf. Samarobriva Caes.) Itin. Ant. Bibroci Caes. UC-: ταυρούκ (herba gladiatoria Gallis) Dioscor. 4, 99. Sunuci, Aduatuci (pop. belg.) Plin. Caes. Sparucus (Tribocus) Inscr. Orell. 3408. Banuca (nom. fem.) Orell. 4900. Rasuco Orell. 2775. Visucius (deus) Inscr. Orell. 2067. Stein. 63. 131.

b) Cum vocalibus productis. Frequentissimae sunt formulae derivantes AC-, IAC-, iam statuendae in gallicis nominibus virorum: Galgacus Tac. Dumnacus Caes. Neptacus, Nepitacus Inscr. Orell. 4595, Magiacus Orell. 4900. Divitiacus, Valetiacus Caes., ad quae accedit nomen populi Segontiaci Caes. Profertur enim nomen inventum in inscriptione vetusta et apud Tac. Caratacus apud populos britannicos medii aevi pervulgatum producta vocali finientis derivationis (pp. 4. 82. 94. 95). Concordat nomen Benâcus, vix non gallicae originis, et alia apud veteres poëtas (p. 15).

Passim inveniuntur eaedem formulae cum terminatione generis neutri in nominibus locorum gallicis tam aetate Romanorum quam recentiore. Subesse his nomina virorum, qui villas, vicos, oppida condiderunt vel possederunt (eodem modo quo nominibus locorum germanicis in *-inga*, *-ingum* ipsis quoque frequentissimis) patet e vetustioribus quibusdam: Turnacum (hod. Tournay; Turnus, nom. viri in Sidon. epist. 4, 24), Nemetacum (loc. belg.; cf. virorum nomina *Nimet*, *Nemet* pp. 85. 87) Tab. Peut. Itin. Ant. Avitacum (praedium Aviti) Sidon. epist. 2, 2. Brennacum (Brennus, nomen gallicum notissimum) Greg. Tur. 4, 22. 47. 5, 35. Fredeg. 55. Iuliacum, Tiberiacum (inter Rhenum et Mosam; Iulius, Tiberius) Itin. Abudiacum (Raetiae loc.; Abudius Tac.) Itin. Catusiacum (loc. belg.; cf. Catuso in inscript., p. 764) Itin. Ant. Solimariacum (loc. ad Mosam supremam; cf. Solimari fil. Inscr. Stein. 324) Itin. Ant. Possunt interdum eadem reduci ad deorum vel dearum nomina, ut hoc ipsum Solimariacum ad Solimaram, cuius aedis fit mentio in inscriptione ap. Orell. 2050, Magontiacum, Mogontiacum ad deum Mogontem (deo Mogonti, Inscr. brit.) Orell. 2026, ut Aventicum ad deam Aventiam (Iustitiam? cf. p. 83). At potuit hoc a fluvio proficisci, ut Avaricum, Autricum. Et cavendum utique,

cum dubitari nequeat, quin Galli nomina non solum oppidorum, sed etiam silvarum in personas deorum vel dearum praesidum transformarint, id quod docent inscriptiones illis sacrae: deo Nemauso Orell. 2032. 2033, Luxovio 2024, Vesonti 2064, Vosego 2072; deae Bibracti Orell. 1973, Celeiae 1982, Noreie 2034. 2035, Ardoinne 1960, Abnobae 1986.

Alia quaedam e chartis vel libris medii aevi, praebentia *-iâc*: villa Martiniacensis (Martigny, prope Turon.: 'in qua celebre ferebatur saepius orasse Martinum') Greg. Tur. de gl. conf. c. 8. 'Prisciaco in pago Camiliacense. villa Lubariaco. Camiliaco vico publico' (Priscus, Lubarus, Camulus) chart. a. 690 ap. Mabill. dipl. p. 472. 'in loca nuncupantis Childriciacas. iam dicta loca Childriciagas' (Childericus) chart. a. 709, Mabill. p. 482. Flaviaco, Festiniaco, Aureliaco, Pauliniacus in chart. a. 832. 884. 960 ap. Mabill. pp. 520. 550. 572. Propiciacus, Pompeiacus. in vico Brenniaco Act. SS. Mabill. saec. 1, pp. 679. 680. Sedatiacum (nom. person. Sedatius, Sedatia, p. 797), Germaniacum, Epponiacus, Pauliacus etc. in Act. SS. Boll. Iul. 1, 112. 6, 599. 7, 256 sq. 'locus qui a Corbone viro inclyto Corboniacus dicitur' Act. Mabill. saec. 4. 2, 241.

Regionum nomina eiusdem derivationis inter vetusta non extant; tamen eundem in his usum celticum comprobat cambricum nomen regionis *Brecheniauc*, 'regio Brachani' Lib. Land. (p. 83), de qua Cottoniensis quoque codex refert (qui continet Vocab.) p. 10b: *Brecheniauc* primum a Brachano nomen accepit. Idemque post alia dicta de hoc viro: sepulchrum Brachan est in insula quae vocatur *enysbrachan* quae est iuxta Manniam. Patet etiam ex hoc nomine cambrico viri nomen subiacens, simulque formula *-âc* vel *-iâc*, eadem quae cambr. *-auc*, *-iauc*, hib. *-ach*, efficiens praecipue derivationem adiectivorum (pp. 16. 71. 94).

c) Geminata C in nominibus gallicis. ACC-: 'in Mamaccis' in chart. ap. Mabill. dipl. p. 404. ICC-: Senicco Inscr. Murat. 1402, 5. Mariccus ('e plebe Boiorum') Tac. Hist. 2, 61. Maricca Grut. 879, 10. Litaviccus Caes. Boudicca Tac. Bodiccius (iuxta Litavicus, Bôdicus p. 171). UCC-: Abucci, Abucciae Inscr. Murat. 1515, 2. Sunducca Murat. 1402, 5.

d) Conexae C derivantis frequentiores formulae sunt NC, SC, minus frequentes RC, LC in nominibus vetustis.

ANC-: *Καρνύαγκας* (mons Alpium oriental., mons Ciruencus in chartis, Iuvav. pp. 201. 204. 236. 243) Ptol. Caranco (loc.) Martène 2, 23. praedium Marancum Boll. Sept. 1, 701. 'in fluviolo Brivancia' Baluz. 2, 1516. In cumulata derivatione: apud Belsonancum villam (quae in medio 'Ardoennensis silvae sita est') Greg. Tur. 8, 21. ENC- alternans cum proxima: 'in pago uuapencense', chart. circ. a. 805, ap. Mabill. p. 508. Donencum, Donincum (Picard.) Vales. INC-: arinca ('Galliarum propria', frumenti genus) Plin. 18, 8. Agedincum Caes. Reginca (Gall. occ.), Lemincum (Allobrog.), Vapincum (Alp. marit.) Tab. P. 'vicus cui nomen Bovinca' Boll. Mai. 2, 654. Bodincomagus (Ital. sup.) Plin. Tab. P.* Aquincum, Acincum (Pannon.) Ptol. Itin. Amm. Aquincus (nom. viri) Inscr. Grut. 902, 5. Pervincus, Pervinca (nom. person.) Inscr. Orell.

* Nomen gallicum procul dubio. Sed Plin. 3, 16: 'pudet a Graecis Italiae rationem mutuari, Metrodorus tamen Scepsius dicit, .. Ligurum lingua amnem (Padum) *Bodincum* vocari, quod significet fundo carentem.' Nomen liguricum forsitan ad Gallos in Italia transgressum.

494. 3484. Pervincius (cf. Pervianus Stein. 544) Stein. 306. In cumulata derivatione: Iovincillus Inscr. Murat. 1353, 6. Asincum, Alisincum (cf. Alisontia, Aliso; germ. *elira*, slav. *olĭcha*. *olĭsza*, alnus?) Itin. Ant. Durotincum (Alp. marit.) Tab. P. Aldrincus (loc.) Act. SS. Mab. saec. 1, p. 690. Bezerinca (loc.) Boll. Sept. 8, 179. UNC-: Uruncis (loc. circa Rhen. superior.), Burunca (ad Rhen. inferior) Itin. Ant.

ARC-: Isarci (pop. raet. ad fluvium Isarcum) Plin. emarcus (vitis genus, vox gallica) Colum. ERC-: Aulerci Caes. Plin. Mamercus (nom. viri) Sidon. epist. 5, 2. 5, 14. 7, 1. 'in Solerciaco' Mabill. dipl. p. 606. Luperciacum (quibus subsunt nomina virorum Solercus, Lupercus; cf. Solovettius Liv. Lupodunum Auson.) Polypt. S. Irminonis p. 290. Bitercium, chart. a. 893 ap. Mabill. p. 557. URC-: Cadurci Caes. Plin. Namurcum (hod. Namur) Boll. Mai. 2, 651. Camburciacum (a nom. viri Camburcus) Polypt. S. Irmin. p. 271.

LC quaeritur an derivans sit in his: Bodalca, Rodalca (loc. in pag. Tellau, Vimnau) dipl. a. 775 ap. Mabill. p. 498, atque in nomine Chabilci apud Avienum, non diverso, ut videtur, a nomine *Καλούκωνες, Καοῦλκοι* apud Strab. et Ptol., gallicone an germanico?

ASC-: 'in pago Violascensi' Sidon. epist. 2, 14. Alia exempla, sed interdum, ut videtur, e sequentibus formulis transumpta in Testamento Abbonis, renovato circa a. 805, ap. Mabill. dipl. p. 507—509: Cravasca, Bicorasco, Basciasco, Aebasciaco (nomina locorum circa Alpes maritimas). Ibidem: 'in pago Matascense Cornaco. Doliana in pago Vendascino. in valle Diubiasca infra fines Langobardorum'. ESC-: civitas Carpentoractensis nunc Vindesca Libell. provinc. Rom. in Eutrop. ed. Havercamp. 'ad villam Seanescum' Act. SS. Mabill. saec. 3. 2, 423. ISC- frequentior ceteris in nominibus virorum et populorum: Vertiscus Caes. Taurisci, Scordisci (gentes gallicae) Plin. *Οὐίβισκοι* (cf. Vibius Inscr. Orell. 2060) Ptol. Ubisci Plin. Vivisca gens Auson. Mosell. 438. Eravisci, Aravisci (Pannon. pop., ad fluv. Arabonem?) Plin. Tac. Erminiscius Auson. parent. 21. In nominibus locorum: Viviscum (loc. ad lac. Lemann.) Tab. P.; cum aliis derivationibus antecedentibus vel sequentibus: Isinisca (loc. Vindelic.), Petenisca (loc. Helvet.) Tab. P. Matisco, Matiscone (hod. Macon) Caes. Tab. P. Laviscone (Allobrog.) Tab. P. 'monasterium quod Condatiscone vocitari voluerunt' Greg. Tur. Vit. patr. c. 1. Condatisco monast. (cf. Condatomagus, Gall. merid., et Condate, Gall. sept., in Itin.) Boll. Febr. 3, 741. 745. 'ad montis perfugium Latisconi' Boll. Iul. 7, 70. E chartis medii aevi: Terniscus (episc.) a. 678, Teuriscus (iudex) a. 853 ap. Mabill. pp. 469. 531. Galisco, Attanisco (nom. locor.) in renov. testam. Abbonis ap. Mabill. p. 509. Matriscum a. 884, Seniscum a. 960 ap. Mabill. pp. 551. 572. OSC- fortasse e proxima formula, in memorato test. Abbonis: 'in Nanosces. de Bonnosco. super Bricoscis. colonica ubi dicitur Albariosco. de Lavarnosco. Craviosco (supra Cravasca). Cattorosco. ubi dicitur Riaciosco. ad Lavariosco. in pago Segusterico Lavariosco', ap. Mabill. pp. 508—510. USC-: Rugusci (pop. alpin.) Plin. Ptol. Caranusca (loc. Gall., prope Mediomatr.) Tab. P. 'in valle Venusca' Baluz. 2, p. 1458.

Hibernica C derivans, quae infectione fieri solet CH: 1. thematis terminalis in substantivis (ord. post. ser. II.) invenitur, tam masculinis ut *aire* (gl. primas) Sg. 50ª. *ruire* (dominus) Colm. h. 4, item compluribus nominibus propriis, quam fem. ut *cathir* (civitas) fq. *nathir* (gl. anguis, gl. colubra) Sg. 6ᵇ. 181ª. Praeterea in adiectivo *éula*, *eola* (peritus) Wb. fq.

2. Si secuntur vel sequebantur vocales: *a*) accedentis ad radicem vel derivationem praecedentem vocali elisa exempla, non tam frequentia quam *t* (*d*, *th*) accedentis, plura supra enumerata sunt (p. 72). Quibus hic addenda est formula *-che* in substantivis femininis: *hiresche* (fides, fidelitas) Wb. 32ª. *ingresche* (gl. instantia) 22ᵈ. *galarche* (aegritudo) 29ª. *octarche* (gl. purgamentum) 9ª. *ocdenum rectche* (facientes legis doctrinam, iurisprudentiam) 28ª. *acht asringba désyllabchi* (si excedit disyllabitatem) Sg. 187ª. *roithinche* (gl. hilaritas) Wb. 5ᵈ. *issí indfotingese* (haec est patientia illa) 25ª; *-cce*, *-ce* (pro *-gche*, *-chche*, secundum regulam) in transumpto: *fetarlice* (vetus lex, vetus testamentum; idem significat *feadarlach*, *feitearlach*, *beterleach*, *beitearlach* O'R.) Wb. 15ª, gen. *fetarlicce* 4ᵈ, de cuius et formarum et generis variatione vid. supra p. 252. Accedit *ch* eodem modo tam in derivatione cumulata: *senchassa* (antiquitates), *cáirchuide* (gl. ovinus) Wb. Sg., quam in derivationibus *-ach*, *-ech* etc., si accedit flexio: *sualchi* (virtutes) Wb. *do hireschaib* (fidelibus), *amiresschu* (infideles, acc.) Wb. 4ᵇ. 9ᶜ. *inmedóncha* (intestina) 12ᵇ. *diltadchu* (gl. negatores) Ml. 20ª. *cuitbedcha* (gl. frivolas) 57r. *michlodcha* (gl. nefarias) 48r. *erchradchae* (gl. perfunctoriae) 44r. *daibche* (amphorae, gen.) SM. 166. *arnaib damdabchaib* (gl. pro torcularibus) Ml. 24ᵈ.

b) Accedens cum vocalibus correptis.

ACA: *-ach* frequentissima derivans adiectiva e substantivis, accedente terminatione sequens regulam elisionis vocalium, progressa ex *ÂCA*, quam productam apud veteres poëtas servarunt dialecti britannicae, etsi hibernice semper corripitur, prodit tamen eandem originem intacto *a* dativi sing. masc. neutr. (cf. pp. 15. 17. 27. 94. 225).

Adiectiva e substantivis primitivis: *iressach*, *amiressach* (fidelis, infidelis; subst. *iress*) Wb. fq. *berach* (gl. verutus), *bennach* (gl. cornutus) Sg. 60ª. *santach* (gl. cupidus; i. e. avarus, subst. *sant*) Wb. 28ᵇ. *cnocach* (gl. gibberosus) Sg 22ª. *corpach* (gl. corpulentus) 125ª. *marcach* (gl. equester) 50ª. *huallach* (gl. arrogans) Ml. 41r. *sainredach*, fem. *sainredaig* (gl. peculiari) 38r. 35r. *mergach* (gl. rugatus) 57r. *madach* (gl. cassa) 47r. *innam buadach* (gl. victorum) 21ᵈ. 34ª. *dithrubach*, *dithrebach* (eremita) Colm. h. 19. St. gl. 315.

E derivatis: *coibdelach* (gl. consobrinus) Wb. 27ᵈ. *ar chobdelaich* (gl. pro cognato) Sg. 44ª. *coibdelig* (gl. necessariis amicis) L. Ardm. 177b. 2. Inprimis in *-tiu*: *létenach* (gl. audax) Sg. 50ᵇ. *caintoimtenach* (bene cogitans) Ml. 31ᵇ. *tuistenach* (genetivus) Sg. 77ª. *toltanach* (gl. beneplacitus, p. 775) Wb. 22ᵇ. Addo *dedenach* (finalis, ultimus) Wb. 13ᵈ. 14ᵈ. Ml. 59r. *fechtnach* (prosper) 48r., e subst. *dead* (finis), *fecht* (progressus).

Derivans eadem formula cum *t* substantivi: *forbartach* (gl. superadulta, luna) Cr. 41ᵈ, e subst. *forbart* (p. 800). *cumachtach* (potens) Sg. 39ᵇ, *cumactig* Wb. 14ª, *dinaib cumachtgaib echtrannaib* Ml. 26ᵇ. *dásachtach* (insanus) Wb. 19ᵇ. 28ª. E substantivis terminatis in *-ad*, *-ed*, *-id* etc. (an quaedam e participiis?)

prodeuntia: *clothach* (gloriosus) Br. h. 101. *dilgadach* (gl. indulgens) Sg. 39ᵇ. *dilgedchem* (gl. indulgentissimam) Ml. 63r. *dilledach* (declinabilis) Sg. 65ᵃ. *bathach* (gl. moribundus) Sg. 59ᵃ. *digabthach* (deminutivus), *ingabthach* (gl. vitabundus) 45ᵇ. 59ᵃ. *aitrebthacha* (possessiva) 77ᵃ. *debthach* (schismaticus, dissidens; subst. *debuid*) Wb. 11ᵈ. *ipthach* (gl. maledicus) Wb. 9ᶜ. *pecthach* (peccans, peccator) Wb. fq. *carthaig* (gl. amantes) Ml. 52r. *carthacha* (gl. affecta) 66r. Interposito *t* (= *tt*): *ainmnetach* (patiens; *ainmne*) Wb. 26ᵇ. *dunmarbtach* (homicida), *atharmarbtach* (parricida), *matharm.* (matricida), *bratharm.* (fratricida), *siurmarbtach* (sororicida) St. gl. 316—320.

Non infrequens eadem formula in nominibus, tam gentilibus: *atir romanach* (gl. romanus ager) Sg. 33ᵃ. *eirindach* (Hibernigena), *albanach* (Scotigena), *galldach* (Angligena), *normanach* (Normanigena), *frangcach* (Francigena), *romanach* (Romanigena) St. gl. 305—310; quam propriis vel cognominibus virorum: *Conru Cathbhudhach; Cathbhudach* autem dicebatur eo quod in bellis erat triumphator (rectius *cathbhuadhach*, vid. supra) Vita S. Declani, Boll. Iul. 5, 594. *Bronach* est nomen meum, quod latine dicitur tristis (*brón*, maeror, Wb. fq.) Vita S. Mochoemoci, Boll. Mart. 2, 283. E chronicis hibernicis ap. O'Con.: *Congalach* Ann. Ult. 4, 232. *Dungalach* Tigern. 2, 258. *Baethgalach* IV magistr. 3, 252. *Berach* Tigern. 2, 205. *Cuanach* Tigern. 195. 240. *Dluthach* Tigern. 226. *Calgach* IV mag. 628. *Maolcalggach* IV mag. 198. *Maoldomhnach* (adi. *maol*, nudus, calvus, cambr. *moel*; cf. *máil* in n. pr. *Maildúin* p. 24, not.) ibid. 419. *Eachmarcach* Tigern. 286. 293. *Airectach*, *Airechtach* 256. *Indrechtach* 223. *Robartach*, *Flaithbertach* Tigern. 235. 256. *Cumascach*, *Ceallach* Tigern. 192. 195. *Cathusach* Ann. Ult. 4, 273. *Gebennach* Ann. Inisf. 2, 35.

Eiusdem terminationis substantiva plerumque adiectiva principio videntur, ut adiectivum *coibdelach* supra allatum substantivi partes suscipit in hoc exemplo: *isacus acoibdelag* (gl. esca ventri et venter escae, convenit; i. e. est propinqua eorum cognatio) Wb. 9ᶜ. Item *erthuaiscertach* (gl. euroaquilo) L. Ardm. 188 b.2. *iarthuaiscerddach* (gl. etesiarum, flatu; cf. p. 612 not.) Cr. 37ᵇ. *fiadach* (venatio) Ml. 37r. *ilach* (gl. paean) Pr. Cr. 43ᵃ. *étach*, *éitach*, *æitach* (vestitus; cf. *étiud*, id.) Wb. fq. *dristenach* (gl. dumetum) Sg. 58ᵃ. *caullach* (gl. porcus) 66ᵃ. *lemnach* (gl. mulsum) 78ᵃ. *tudrach* (gl. irritamen) 54ᵃ. *bandachlach* (gl. leno) 52ᵃ. *étradach* (gl. prostibulum) 53ᵃ. *gésachtach* (gl. pavo) 8ᵇ. Differunt tamen genere et flexione: masc. *fochrach* (mercennarius: *atrebat ní triatimdírecht am. atreba infochrach afochraicc*, gl. marg. ab officiis -arius; i. e. habent aliquid per officium suum, ut habet mercennarius mercedem suam) Sg. 35ᵃ; neutr. *tosach* (initium) Tr. 29. 39, dat. *tossuch*, *tossug* Wb. fq.; feminina *dabach* (amphora) Corm., gen. *daibche* SM. 166. *sámthach* (manubrium securis): gen. *samthige*, acc. *samthig* Tr. 131. *telach* (excelsum, collis): acc. *telaig*, dat. pl. *telchaib*, *tilchaib* Ml. 117. 14ᵃ. Ac cavendum utique, ne radix habeatur derivatio: *cumtach* (aedificatio, structura, gl. fabrateria; *cum-ud-tag*) Wb. 8ᵃ. 13ᵃ. 21ᶜ. 28ᵇ. Sg. 38ᵃ. 209ᵇ. *tórmach* (auctio; rad. *mag*) Sg. *ellach* (coniunctio) Wb. fq. De *-lach* finali substantivorum infra dicetur in capite de compositione.

ICA: *-ech* item plurima adiectiva format e substantivis: *suilech* (gl. oculeus i. oculos habens; *súil*, oculus, Wb.) Sg. 94ᵃ. *cuimnech* (memor; *cuman*) Wb. 33ᵈ. *fuarrech* (gl. clemens) Ml. 20ᶜ. *buidech* (gl. contentus) 2ᵃ. *innanguidech* (gl.

supplicum) 35 r. *faitech* (gl. cautus) Sg. 51ᵃ. *cluichech* (gl. ludibundus). 59ᵃ. *daintech* (gl. dentatus) 159ᵇ. *éithchechaib* (gl. periuris) Wb. 28ᵃ.

Cumulatae derivationis cum liquidis vel cum *s*, vel *t*, *th* (e substantivis vel participiis) exempla: *cretmech* (fidelis; *cretem*), *tairismech* (constans; *tairissem*) Wb. fq. *indidmech* (gl. intentivum) Sg. 214ᵇ. *torismich* (gl. fidentes) Wb. 14ᵇ. *nemnech* (virulentus) 7ᵃ. *bémnech* (vulnifer) Br. h. 6. *uilnech* (angularis) Wb. 21ᶜ. *comroircneck* (mendosus) Sg. 6ᵃ. 26ᵇ. *tursitneck* (gl. irriguus; de quo p. 800) 24ᵃ. *aithaiñdisnecha* (gl. relativa), *do iñchomairsnechaib* (interrogativis) 30ᵃ. *loingsech* (gl. extorris; *longas*) Ml. 55 r. *miscsech* (gl. exosus; *miscuis*) 28ᵃ. *tóisech* (praestans; *tuus*, initium) Wb. Sg. *cuibsech* (gl. conscientia eius cum sit infirma; *cúbus*) Wb. 10ᶜ. *toirthech* (frugifer; *torad*) 5ᵇ. *dlichtech* (gl. rationabilis; = *dligthech*, comp. *dligthigiu* Sg. 22ᵃ, e subst. *dliged*) Wb. 5ᶜ. *traigthech* (gl. pedester, gl. pedes) Sg. 38ᵇ. 50ᵇ. *teichthech* (gl. vitabundus) 50ᵇ. *loingtech* (acceptus, gratus) Wb. 6ᶜ. *tonnatech* (supra scriptum supra vocem *natrix*, i. e. aquatica, e *tonn*, unda; an: virulenta? cf. *tonnadh*, aqua venenata, letum veneno effectum, O'R.) Sg. 69ᵃ. *intecmaingthech* (gl. fortuito) 29ᵃ. *tuasailcdecha* (resolutiva) 30ᵃ. *cosmailainmnechthecha* (gl. homonyma), *comainmnichdecha* (gl. synonyma) 29ᵃ. *andéainmneichthech* (denominativum) 29ᵇ.

Huius quoque formulae sunt substantiva: *cuilech* (gl. prostibulum) Sg. 53ᵃ. *caillech* (anus) Wb. 31ᵃ. *cáithech* (gl. acus, aceris; eodem loco *odith*) Sg. 68ᵃ. *cuithech* (gl. laquear) 54ᵃ.* Peregrina: *mertrech*, *meirddrech* (meretrix) Wb. Sg. *oirclech* (gl. flamen; i. e. oracularius?) Sg. 96ᵇ. *betheoh braisech* (gl. betaceus, e beta, inter deminutiva, Pr. 3, 8, 44; addit glossa: genus oleris) 49ᵇ.

De verbis denominativis terminatis *-igim*, *-igur*, *-ugur*, quae ex his derivationibus progressa videntur, supra disputatum est (p. 795); cf. *rodchúirsach* (obiurgavit eum) Wb. 14ᵈ, subst. *cúrsagad*, gen. *cúrsagtha* ibid.

Substantiva feminina in *-iche* oriuntur ex adiectivis formularum *-ech* et *-ach*. Servantia vocalem secundum regulam: *tairismiche* (instantia; *-issem*, *-ismech*) Wb. 22ᵈ. *sóinmiche* (prosperitas, felicitas) 27ᵇ, cui opponitur *dóinmiche* (infelicitas, adi. *sóinmech*, *dóinmech*: *huandasonom sóinmech*, gl. adsis pede diva secundo, Verg. ap. Pr. 5, 7, 40, Sg. 69ᵃ, et in Ml. 19ᵈ: *etir na doinmecha*, gl. inter adversa). Item: *móidmiche* (gloriatio) Wb. 17ᶜ. *suacaltmiche* (gl. suavitas) 15ᵈ. *menmnihe* (gl. dissensio) 18ᵃ. *ó eritnichi* (gl. acceptabilitate) Ml. 57 r. *indfechtnige* (prosperitas) 45 r. *huandfairsingmenmnaigi* (gl. magnanimitate) 43 r. Subst. *trichtige*, *trichtaige* (spatium triginta dierum), saepius adhibitum in Cr., pro *trichtiche* ex adi. *trichtech* (cf. p. 306). Elidentia vocalem: *hiresche* (fidelitas), *ingresche* (gl. instantia), alia supra memorata.

Eiusdem formae substantivum masculinum: *cennige* (gl. lixa) Pr. Cr. 25ᵃ, plur. gen. *inna cennaige* (gl. negotiatorum) Ml. 27 r., dat. *cennaigib* Corm. *epscop fina*. Cf. hod. *ceannach* (mercatus).

CI: *-ich* derivans videtur inesse in voce *mithich*, *mithig*: *intain ropo mi-*

* Quaeritur, an sint composita *sotech* (gl. lupanar; cf. *soith* f., canis, O'R. et *teg*, *tech*, p. 63?) Sg. 64ᵃ, et *cuindrech*, castigatio, = *con-direg?*): *scosc* [leg. *is cosc?*] *et cuindrech forcechtarde*, gl. quanto tempore heres parvulus est, nihil differt a servo, Gal. 4, 1; i. e. correptio et castigatio est super utrumque horum) Wb. 19ᶜ. *diarcuindriuch* (gl. a domino corripimur; i. e. ad castigationem nostram) 11ᵈ; cf. apud O'Don. (suppl. O'R.): *cuindrech .i. caendirgud* et *cuindrigter .i. caindirgither* vel *.i. coiscither* e vet. gloss.

thich, *intain rombo mithig less* (cum fuit tempestivum, commodum ei; contra comp. *ammithiu*, tempus incommodum, Wb. 14[c]) Wb. 19[d]. 31[c]. *corrup mithich* (ut sit tempestivum) 19[d]. *intain be mithich* 20[c]. De *-uch*: *daurauch* (gl. quercetum) Sg. 53[a] supra disputatum est (p. 8).

c) Duplicata C (si tamen est derivans) in adi. *menic*, *menicc* (frequens): *ismenic animichthe airiubsi* (gl. ipsorum obsecratio pro vobis; i. e. est frequens eorum precatio pro vobis) Wb. 17[c]. *inmenicc* (frequenter) Sg. 21[b], respondens cambr. *mynych* (= *-icc*, p. 151). Eadem alternans cum brit. *-c* (hod. *-g*) in vocibus *sebocc*, *cnocc*, *combrec* (cf. p. 172), *carric* (saxum; acc. *forsincarraic* Corm. *prúll*, dat. pl. *cairrcib* Tr. 115) L. Ardm. 10b. 1, nisi forte haec ad NC referenda sunt. Similis dubitatio oritur de terminatione hodierna substantivorum femininorum hib. *-og*, *-eog*, *-óg*, *-eóg*, quae dicuntur deminutiva (O'Donov. p. 333), sed frequentissime ulla deminutionis significatione carent, ut *crupog* (ruga), *duilleog* (frons, a *duille*, folium), *saileog* (salix), *maideog* (concha Veneris), *meilleog* (cortex), *meilleóg* (lupatum), *crumóg* (sium sisarium, herba), *maltóg* (modesta femina), *cruiteóg* (femina crottizans, citharizans); gael. *-ug*, *-eag*: *crupag* (ruga), *duilleag* (frons), *saileag* (salix), *maideag*, *maighdeag* (concha Veneris), *méilleag* (cortex), *meilleag* (lupatum, item mulior labiosa), *crumag* (sium), *cruiteag* (femina citharizans). Apud O'R. legitur fem. *scalóg*, *scológ* (servus, item colonus; cf. vet. *ferscala*, carm. Ml. et *banscala*, Wb. 10[c]), quae vox omisso signo productionis inesse videtur in notatione scriptoris codicis Mariani Scoti inclusi in plur. *scoloca* (cf. praef. XXI, not.*). Separandum est ab his *fuindeog* (fenestra) St. gl. 134. *fuinneog*, *uinneog* O'R., idem cum signo productionis in *Deirdri* ed. O'Flan. pp. 80. 84: *dóirsi acas fuinneógu* (portas et fenestras, claudere) p. 86: *trés an ffuinneóig*, *trés an ffuineóig* (per fenestram), indubie peregrinum; cf. scand. *vindauga*, angl. *window*.

d) Conexa derivatio NC (hib. *cc*, *c* pp. 68. 69).

NCA (*-ac*): *óac* (iuvenis, cambr. *iouenc*, p. 48) Sg. 38[a], plerumque contractum *óc* ut in composito *óomil* (tiro) Sg. 77[b]. et derivato *óclachdi* (iuvenilis) Wb. 30[b]. Similis contractio statuenda est in *derucc* (gl. glans) Sg. 118[b].

NCI (*-ic*, *-icc*) haud dubie derivans in substantivis femininis: *fochricc* (merces) Wb. 1[b]. 2[a]. 10[d]. 20[c], cum articulo: *indfochricc* 16[a], *ind fochraicc* (gl. meritum) Ml. 45r. *terfochraic* (munus) 14[a]. 36[b] (et Goid. 20). *taidchric*, *taidchricc*, *tuithchricc* (redemptio) Wb. 2[b]. 4[b]. 21[a]. 28[b], comprobatur non solum vocibus hibernicis: *fochrach* (mercennarius) Sg. 35[a], *taidchur* (redemptio) Wb. 3[a], *doradchiúir* (redemit, praet.; = *do-ro-ath-ch.*) 2[a], sed etiam cambr. arem. *gobr*, corn. *gober* (merces, praemium).

Conexae derivationis RC exemplum nescio, nisi forte pertinet huc *adarc*, gen. *-arcae* (cornu), unde adi. *adarcdae* (gl. corneta, tuba) Ml. 2[a]. Conexae LC derivantis ne unius quidem exempli memini.

Conexa SC derivans non est infitianda in cognomine *Muirsce* (maritimus) in chronicis hibernicis: *Dunchad Muirsce* Ann. Tigern. ap. O'Con. 2, 212. *Dunchadh Muirisce*, *Muirsce* Ann. IV mag. 3, 230. 256. *Fiachrach Muirsce* Ann Ult. ap. O'Con. 4, 35. Minus certa eadem in his: *Cudhinasc* (n. pr. viri) Ann.

* Vox *braflacc* ibidem sequens, aliunde incognita, colaphum significare videtur, composita e *bra* (supercilium) et *flacc*, hod. *flag* (ictus).

Tigern. ap. O'Con. 2, 225. *infualascach bec* (parvus ramus; ap. O'R. *fualscaidhe*, rami) Sg. 65ᵃ, cf. *dotholuascad* 127ᵇ. *mimasclach* (gl. cardo; comp. *mimasc-l.*) 62ᵇ. *arobróinasc* (gl. despondi enim, vos uni viro virginem castam exhibere Christo, 2. Cor. 11, 2; num leg. *ar robróinasse?*) Wb. 17ᵇ.

C. Derivatio consonarum multiplex.

Derivatio in linguis celticis accumulata invenitur non minus quam in ceteris. Derivationis tam simplicis quam duplicis formulae praecipuae enumeratae sunt hactenus atque addita saepius exempla multiplicis derivationis, huius tamen conspectus in hunc locum reservandus erat.

Sive ante derivationem duplicem praecedit sive sequitur post eam derivatio simplex; vel ipsa quoque duplex, fit derivatio triplex vel quadruplex. Derivationis triplicis exemplum vetustum gallicum est nomen Bel-s-on-ancum (p. 807); quadruplicis exempla, si numerantur vocales derivantes immixtae, sunt nomina Gob-ann-it-i-o(n) Caes., Div-ic-i-ant-illus Inscr.

Hibernicae triplicis derivationis exempla quaedam. 1. Si praecedit simplex ante duplicem: *foil / s / ig-ud* (manifestatio) Wb. Sg. *foirb / th / ig-ud* (confirmatio) Wb. 22ᵃ. *im / d / ug-ud, imm / d / og-od* (auctio, multiplicatio) Wb. 25ᵃ. Sg. 216ᵃ. *fled / aich / th-ith* (gl. epulo) Sg. 52ᵃ; ac, nisi separaveris derivationem conexam: *sdirdén / m / id-echt* (gl. artificium; cf. *sercaidecht*, ars armatoria, p. 805) Sg. 133ᵇ. *mo forci / tl / aid-echtae* (gl. magisterii mei) Ml. 17ᵈ.

2. Si sequitur duplicem simplex: *tal / m-an / de* (terrestris) Wb. *traig / th-ech / dae* (gl. pedester) Sg. 54ᵇ. *tol / t-an / ach* (gl. bene placitus), *rotol / t-an / aigestar* (placitum est) Wb. 22ᵇ. Sg. 7ᵇ. *comd / em-n / igedar* (imperat), *coimd / em-n / acht* (dominatio) Ml. 17ᵇ. 35ᵃ.

Quadruplex derivatio, si duae formulae duplicis derivationis iunguntur: *ó eri / t-n / ich-i* (gl. acceptabilitate) Ml. 57r. *aic / s-en / og-ud* (causatio) Sg. 209ᵇ. *hi cét / n-id / et-id* (gl. partes primae in positione; i. e. in prioritate, priore loco, adi. *cétnide*) 188ᵃ. *hi cumsc / aig-th / et-aid* (in commixtione) 158ᵇ. Item si ab utroque latere duplicis derivationis accedit simplex, cuius sunt exempla: *flai / th / em-n / as, flai / th / em-n / acht* (gloria) Wb. Sg. *bri / th / em-n / acht* (iudicium) Wb.

Duabus derivationis duplicis formulis si accedat amplius simplex, fiat quintuplex derivatio. Immo sextuplicis exemplum est *díxnichthetad* (*: illaithiu díxnichthetad na deachte*, gl. ego hodie genui te, Hebr. 1, 5; i. e. die manifestationis, existentiae, deitatis) Wb. 32ᵃ, i. e. *díx / t-n / ich-th / et-ad* (*s = st*), e nom. *díxnichthetu*, qui redit ad partic. *díxnichthe* progressum per verbum denominativum *díxnigur* e subst. *dícsiu*, gen. *dixsen.**

---

* Idem quod *déicsiu* (visio; cf. *remdeicsiu*, providentia, Ml. 20ᵇ, e verbo *décu, deccu* p. 429) Wb. 25ᵃ, cuius *e* producta ante *i* derivationis transiit in *i* productam. Verbi causativi *díxnigur* significatio primitiva, quae est *visionem facio*, i. e. me *spectandum praebeo*, *videor*, *appareo*, omnino fere transiit in significationem *sum*, *exto*. Quapropter hoc frequens invenitur: *cia tussu díxnigedar* (gl. o homo, tu quis es?) Wb. 4ᵃ. *isnad díxnigedar nach æcne* (gl. sic non est inter vos sapiens quisquam) 9ᶜ. *indíxnigedar* (gl. an sit, praepositio) Sg. 22ᵃ. *fá innadíxnigeder cechtarde* (an neutrum eorum sit) 37ᵇ. *indíxnigedar* (gl. inesse) Ml. 19ᵇ. *ni díxnigedar* (gl. si est; addit glossator latine: *si pro non*) 20ᶜ. *nadndíxnigedar nech* (gl. neminem esse, dei memorem) 23ᵃ. *cid des díxnigedar* (gl. cognito quanta sit luna) Cr. 32ᵇ. *aircioanmnid díxni.* (gl. nam ex quo sit

II. Derivatio britannica.

A. Derivatio vocalium.

Vocales tres terminales thematum atque intermedias in compositis gallicis vetustis *a* (*o*), *i*, *u* (p. 763) etiam maiorem quam in hibernica lingua vetusta destructionem subisse supra demonstratum est (pp. 174 sqq.) in dialectis britannicis. In quibus non solum *a* (*o*), *i*, *u* terminales vocabulorum, in quibus extant in vetustis nominibus, communiter desunt, nullo vestigio relicto, ut in *gur*, *gwr* (vir; = hib. vet. *fer*, e *vira-s*), *duiu*, *duw* (deus; = hib. *dia*, gall. *deivo-s*), *am* (circum; hib. vet. *imme*, gall. *ambi*), *mor* (mare; = hib. *muir*, e *mori*), *bud* (victoria; = hib. vet. *buáid*, e *bôdi*), *bit*, *byd* (mundus; hib. *bith*, e *bitu-s*, cf. Bituriges), *cat*, *cad* (pugna; hib. *cath*, e *catu-s*, cf. Caturiges, Catuslogi, Catuso etc.), *nant* (vallis; cf. Nantuates Caes.), sed etiam vocalis finalis vocum hibernicarum periit, interdum ne infectione quidem prodita, ut in *ol*, *oll* (omnis; hib. vet. *uile*), *arall* (alius; hib. vet. *araile*). In aliis tamen vocabulis aut evanescentis *i* (ex *ia*) vestigium relictum est in praecedente vocali infecta, ut in *breich* (= brachium), *Gereint* (= Gerentius, Gerontius, pp. 83. 90), vel (ex *î* = *û*) in *lleidr* (latro), *dreic* (draco, p. 175), aut accedente derivatione servatur utraque illa vocalis vetusta, ut in *diuudyawc* (inutilis, inefficax; e *búd*, *bûdi*, *bôdi* modo memorato) Mab. 2, 226, *Morcanhuc* (Morcantia p. 162, e nomine viri *Morcant* L. Land. 137, *Morgan* Mab. 2, 25. 26; cf. Adcantuannus Caes.) L. Land. 113. 137, *Boduc* (n. v.; cf. Boduognatus Caes.) ibid. 229.

Quae cum ita sint, si quae permansisse videntur finales vocales, illas, sive productae sive correptae sunt, detrita demum terminali vocali ac fere consona hunc locum obtinuisse statuendum est, vel ex ipsis consonis prodisse, et *i* et *u* in quibusdam diphthongis. Quarum omnium exempla, quia obscura saepius etsi varia haud dubie sunt origine, enumero hoc loco, praemittens *i* frequentiorem, subiungens *u*, *a*, *e*, *é* productam.

I cambrica (hodie *i*, ergo producta) substantiva abstracta generis masculini (fortasse neutri principio, p. 379, an e feminino genere huc transgressa? cf. aremorica infra proferenda et romanicam derivationem *-ia*, *-ie*) formare solet ex adiectivis: *tlodi* (paupertas; adi. *tlawt*) Mab. 2, 21. *caledi* (durities, difficultas; adi. *calet*) 2, 61. *beichogi* (graviditas, fetus, plur. *beichogyeu* 3, 299; ibidem legitur adi. *beichawc*, *beichiawc*, gravida, mulier) 2, 202. *oth direidi di* (e tua malitia; adi. *direit*, hod. *diriaid*) 3, 204. *mabinogi* (plur. *mabynogyon* 3, 36; ex adi. *mabinawc*, iuvenilis, puerilis, ergo iuventus, puerilitas, narratio puerilis) 3, 7. 81. 143. 161. 189. 216.

---

nominativo, particula o? Pr. 13, 4, 17; i. e. nam ex quo nominativo est? si pronomen est o, cf. p. 357) Sg. 207[b]. *am. disnigetar* (gl. ut pro invicem sollicita sunt membra) Wb. 12[b]. Substantivum verbale et participium composita cum voce *bid* intensiva in Wb.: *nirrobe in ihu. xpo. est et n. .i. fir et gáu acht isest nammá robói and .i. fir .i. biddixnugud firinne* (gl. non fuit est et non, sed est in illo fuit, 2. Cor. 1, 19; ad verbum: non fuit in Iesu Christo *est* et *non*, i. e. verum et falsum, sed *est* solum fuit in eo, i. e. verum, i. e. perpetua manifestatio, perpetua existentia veritatis) 14[c]. *arisbidixnichthe som* (gl. ipse est ante omnes, Col. 1, 17; leg. *biddisnichthe*, i. e. nam ipse est perpetuo extans) 26[a].

Inprimis memoranda sunt cambrica masculina cumulatae derivationis NI, ONI, IONI ex adiectivis et substantivis: *mechny* (securitas, vadimonium, e subst. *mach*, vas, securitas, e quo conici poterat adi. *mechin*; sunt tamen hodie quoque *crychni*, *syrthni*, *crygni*, *glesni* ex adi. *crych*, crispus, *swrth*, piger, *cryg*, raucus, *glas*, caeruleus, viridis) Leg. 2, 6, 20. *maerony* (officium praepositi; *maer*, p. 100) 2, 11, 29. *bardhony* (bardismus) 1, 43, 11. *dayoni* (bonitas, humanitas; adi. *da*, e quo derivatur *daiawn*, bonus) Mab. 1, 238.

Masculina sunt etiam alia e substantivis orta: *gweidi* (clamor, vociferatio: *yr gweidi honn*; hod. *gwaeddi* inf., e fem. *gwaedd*, id.) Mab. 1, 16: *gweli* (vulnus; plur. *gwelioed* Mab 2, 25); item transumptum *pali* (sericum) Mab. fq. Contra femininum (ut hod.) *kennadwri* (legatio: *ar gennadrwi honno*) Mab. 2, 29. 3, 95, e subst. *kennad*, *kennadwr*, legatus; item hod. *celli* (nemus; cf. hib. vet. *caill*, silva). Differt formatione *gueli* (cubile, lectus) Ox. B. 44ᵃ. Leg. 2, 1, 18. *gwely* (lectus) Mab. 1, 16. 2, 8, hod. *gwely*, *gwelyf* masc. (e *gwal*, cubile, Mab. 2, 239).

Cornica substantiva huius derivationis: *berri* (pinguedo; adi. *bor*, pinguis) Voc. 10ᵃ. *gloteny* (gula) P. 13, 1. *kelli* (nemus) Voc. 9ᵇ. *selli* (anguilla) 8ᵇ, plur. *syllyes*, *selyas* O. 136. Cr. 410. *goly* (vulnus) P. 227, 2. Non differt *gueli* (lectus) Voc. 9ᵇ, *guely*, *guyly*, *goyly* O. 2127. D. 2203. O. 653.

Aremorica: *glisi* (livor, aegritudo; adi. *glas*, lividus) Buh. 204, 9. *dieuguy*, *dieguy* (pigritia) MJ. 11b. Buh. 72, 1. Cath. *mezuinti*, *mezuynti* (ebrietas) Buh. 70, 12. Cath. *crezni* (avaritia) Cath. *cozni* (senectus; adi. *coz*, senex) Buh. 136, 11. *gloutoni* (gula) Cath. Buh. 70, 7, *gloutony* MJ. 13a. *sotony* (falsum) Buh. 70, 11. 166, 20. *cas pe casoni* (odium) Cath. Feminini generis sunt hodierna: *gwarizi*, *gwarisi* (invidia, aemulatio), *mezventi*, rec. *meouenti* (ebrietas). *kozni*, ven. *kohni*, *kouhoni* (senectus), *kasoni* (odium), *pizoni* (avaritia), *rogoni*, *brazoni* (arrogantia), *druzoni* (pinguitas; adi. *piz*, *rok*, *bras*, *drus*); masculino tamen tribuuntur *diegi* (pigritia), *loustoni*, *lousdoni*, ven. *lousteri* (immunditia), *krent* (avaritia). Alia exempla huius derivationis: *aly* (consilium; hod. *ali* m.) MJ. 16a. *gouly* (plaga; hod. *gouli* m.), *benny* ('musa, cornemus'; hod. *biniou*, ven. *benieu*), *bali* ('procastrium') Cath.; peregrina plurima, ut *prelacy* (praelatia) Buh. 186, 1. *abaty* (abbatia) 184, 4. 8. 14. Cath. *barbari* (barbaria), *geometri* (geometria), *gerarchi* (hierarchia) Cath. At cambr. corn. *gwely* respondet *guele* (lectus) Cath., hod. *gwele*, ven. *gule* masc.

Eadem vocalis invenitur terminans nomina virorum vetusta in chartulariis. Cambrica in libro Land.: *Eli*, *Ili* 176. 177. *Lauri* 153, quibus addo e Mab.: *Gluueri*, *Pryderi* 3, 98. *oed escor vympryder ymi pei gwir hynny* ... *da yd ennweist dy uab pryderi* (erat finis mihi sollicitudinis meae, si verum istud. Bene nominasti filium tuum Pr.) 3, 34. *Gwri wallt euryn* (G. auricomus) 3, 31. 35, et nomen montis cambrici altissimi *Eryri* (ab *eryr*, aquila; qui mons Anglis dicitur *Snowdon*) 3, 269. 303; exemplum feminini generis: *a honno oed dryded prifrieni yn yr ynys hon* (et illa erat tertia mulier princeps in hac insula) 3, 83. Aremorica e chartulario Rhedonensi: *Eli*, *Ili* 1, 20. 2, 20. *Lowi* 2, 15. *Rami* 2, 25. *Moeni* 2, 30. *Haelmoini* 1, 29. *Bili*, *Ratuili* fq. *Omni*, *Omnis* (ex *omun*, *ofyn*, timor?) 1, 35. Mor. 275. *Plinis* (cf. Plinius) Mor. 275. Nomen cambr. *Deui*, *Deuui* L. Land. 153. 193, arem. *Davi* Chart. Rhed. 2, 28, *Devy*

(= David) Buh. fq. amisit *d* finalem; in aliis videtur *n* supponenda, si conferatur nomen vetustum Cunobilinus (p. 85).

U finalis nescio quo pacto extat in corn. *medu* (supra scrib. *meddou*, medum; gr. μεθύ) Voc. 10ᵃ, quod non solum cambrice est *med* gl. Ox. B. 44ᵃ. Mab. 1, 2 (*met* Leg. 1, 17, 5), hodie *medd*, arem. *mez* Cath., sed etiam corn. *meth* O. 2435; in quo exemplo haud scio an commixtio facta sit cum adi. *medw*, *meddw* (ebrius). Eadem in voce *bodu* frequenti in nominibus compositis tam cambricis quam aremoricis, perinde atque in gallicis vetustis *-boduus* (p. 22, not.), quae forsitan idem significet quod *-gern* in nominibus vetustis germanicis, ut Fridigern, ad semivocalem *v* referenda videtur, sicut in plerisque exemplis *u*, *w* terminalis (p. 129 sq.), exceptis paucis, in quibus *w* finalis orta est infectione, ut in *enw* (nomen; hib. *ainm*).

A terminalis rarior: cambr. corn. arem. *bara* (panis; e *barag?* cf. hib. vet. *bairgen*); cf. cambr. *eira* (nix) Mab. 1, 260 et hodie; sed etiam *eiry* (rariore forma) 1, 257, cui respondet corn. *irch* Voc. 8ᵇ, arem. hod. *erc'h* (p. 140). cambr. *clwppa* (clava) Mab. 2, 57. corn. *capa* (cappa) Voc. 9ᵇ. *bruha* (victus) 10ᵃ. *conna* (collum) 7ᵃ. O. 2813. D. 2762 = *conne* O. 2184; transumpta *scala* (patera), *kanna* (lagoena) Voc. 10ᵃ. In adi. cambr. *traha* (fortis, audax; gr. θρασύς? p. 37), *didraha* (animo carens) Mab.

Nec frequentior E correpta finalis, alternans interdum non solum cum aliis vocalibus sed etiam abiecta ipsa aut servata consona terminali varians per dialectos: cambr. *cale*, *cala*, *caly* (penis) Leg. 2, 1. 27. 36. 67, sed arem. *calch* (veretrum) Cath. cambr. *camse* (tunica) Mab. 2, 218, sed corn. *cams* (alba) Voc. 9ᵇ, arem. *camps* Cath. corn. *banne* (gutta) Voc. 9ᵇ, *banna* P. (cf. p. 754), arem. *bannech* Cath. Buh. 100, 12. MJ. 144 b. (*banhech* restituendum MJ. 201 a), *banne*, *bannec'h* Man., hod. *banne*, sed trec. *bannec'h*, ven. *bannah* masc. Cf. cambr. *doe* (heri) Mab. 1, 17. 23. 33 et hodie, corn. *doy* Voc. 8ᵇ, sed arem. *dech* Cath., hod. *dec'h*, *deac'h*. In aliis aut *j* abiecta videtur, ut in cambr. *gwore* (ludus: *ar gwore hwnnw* masc.) Mab. 2, 63, corn. *eure* (aurifex), *idne* (auceps) Voc. 7ᵇ, aut *v*: cambr. *bore* (mane) Mab. 1, 6. *boreu* 2, 242; hodie usitatius *boreu*, *goleu* (lumen) quam *bore*, *gole*.

E productae finalis cambrica exempla alternantis cum *ui* in nominibus vetustis iam sub Ê cambrica enumerata sunt (p. 96). Alia nomina desinentia in *oi*, *oe*, *ui*, *wy* (= *ê*): *(Lann)timoi*, *(Lann)bedui* (nomina locorum, quorum pars posterior est nomen viri) L. Land. 209. 221. *Tissoi* (alumnus S. Dubricii) 178. *Elinui* 262. *Guennonoe*, *Guinnonui* 170. 182. *Guernonoe* 205. *Guoronui*, *Guronui* 260. 261. *(Lann)guoronoi*, *(Lann)guronoi* 230. 236. *Iunabui* 70. *Guinabui* 115. *Guernabui* 72. 74. Quibus addenda nomina propria e Mab.: *Gilvaethwy* 3, 190. *Math uab Mathonwy* 3, 189 sq. *Eryr gwern abwy* 2, 333. *Hunabwy* 2, 209. *Ronabwy* 2, 372 sq.

Concordant aremorica vetusta desinentia in *oe*, *oi* e chartulario Rhed.: *Suloe* 2, 31. *(Treb)hinoi* 1, 45. *Keboi* 1, 54. *Haeswalloe* (cf. nomen *S. Winwaloei*, abbatis Landevenecensis, Boll. Mart. 1, 250) 1, 3. *Grenbidoe* 1, 54. *Warbidoe* Mor. 304. *Matwidoe* Mor. 305. *Riskipoe* 1, 2. *Nominoe* fq. *Benitoe*, *Venitoe* 1, 8. 2, 16. *Portitoe* 1, 9. 2, 14. 16.

Appellativa cambrica eiusdem terminationis: *mackwy* (puer; *magu*, nutrire)

Mab. fq. *mympwy*: *gwna dy vympwy* (fac voluntatem tuam; e *mynnu*) Mab. 3, 158. *meudwy*, *meidwy* (eremita) 1, 257 masculini generis; feminini *motrwy* (annulus: *y votrwy honn*) 1, 14, nisi composita sunt haec omnia. Conferenda tamen est terminatio participii *-dwy* (p. 532).

B. Derivatio consonarum simplex et duplex.

1. Derivatio liquidarum.

L subiuncta radici vel antecedenti derivationi in vocibus britannicis *a*) nuda invenitur post vocalem: *hail* (largus) Voc. 8ᵃ. L. Land. *hael*, *hel* Mab. Buh. *moel* (calvus) Mab. 2, 208. *cul* (macer) Voc. 10ᵃ. cambr. hod. *hil* (semen); vel emollita consona radicali: *mail*, *mael* (p. 101 sq.). corn. *strail* (tapeta) Voc. 10ᵃ. Eadem sicut ceterae liquidae haud infrequens est post consonas, quamquam haec vocabula secundum ea, quae supra (pp. 166 sqq.) exposuimus, aremorice tantum respuunt vocalem, cambrice alternant cum formis, in cornica dialecto solis fere usitatis, quae vocales praesertim *y* vel *e* intercedentes habent. Ut iam in gl. Ox.: *sumpl* (gl. stimulus; hod. *swml* m., pl. *-au*, sed etiam *swmwl*, *swmbwl*, pl. *symbylau*), *rascl* (gl. sartum; *raskyl*, radula, e cod. Demetico, Leg. Wall. II. 865; hod. *rhasgl* f., pl. *-au*) B. 42ᵇ; recent. *cwbl* (totum, summa) Mab. 2, 25, sed *cwbwl* 2, 21, *cwbyl* 1, 12 etc. *mevyl*, *mefyl* (dedecus; hod. *mefl*, pl *-au* masc.; hib. vet. *mebol*, *mebul*) 1, 19. 26. 263, *meuel* Leg. 2, 1, 36. arem. *guefl* (gula) Cath., sed cambr. *gweuyl* (labium; hod. *gwefl* fem., pl. *-au*) Mab. 2, 210. *dyscyl*, *dysgyl* (lanx; hod. *dysgl* f., pl. *-au*) 1, 248. 295; in adi. *amyl* (numerosus, frequens; hod *aml*; cf. hib. *imbde*) 1, 250. 2, 64. Item in transumptis cambr. hod. *dysgybl*, pl. *-ion* (discipulus), *teml* (templum) f., pl *-au*, *cengl* (cingulum) f. arem. *disquibl*, *desquebl* (discipulus) Cath. Buh. 118, 6. *articl* (articulus), *fabl* (fabula), *popl* (populus), *templ* (templum) Cath. Contra cambr. *torcigel* (gl. ventris lora) Ox. B. 43ᵃ. *perykyl*, *perigyl* (periculum) Leg. 1, 7, 21. Mab. 2, 49; corn. *discebel* (discipulus) Voc. 8ᶜ. *tempil*, *tempel* (templum) D. 314. 355, ac geminata liquida *tempyll* P. 91, 2. 209, 3. Plura exempla praebent derivationis conexae formulae TL, CL, de quibus infra agetur. Ab omnibus his abesse solet vocalis accedente flexione: arem. *dazlou* (lacrimae) MJ. 4b. 190a. 204a. *disquiblion* (discipuli) Buh. 118, 22, *disquiblyen* MJ. 19b. 47b. 76b; cambr. *disgyblon* Mab. 2, 25. 56. *cegleu* (lora) 2, 18. 65. *gwarthafleu* (stapiae; hod. *gwarthafl* f.) 2, 200 sq.; corn. *dyskyblon*, *dyscyblyon* D. 457. 462, *dyscyplys* P. 52, 2. *templys* (templa) 30, 3. Quamquam contraria his inveniuntur cambrica derivata, non solum in Leg.: *dadaleu*, *dadeleu* (v. infra), sed etiam vetustissima: *datolaham* (gl. lego) Ox. 5ᵇ. *cenitolaidou* (gl. natales) 39ᵇ. *ircenthiliat* iuxta *centhliat* (gl. Dauida, canorum) Cb. 7. 49.

b) Cum vocalibus correptis praeter interpositas, de quibus modo actum est.

EL (interdum *-ell* scripta, praesertim in P.) in substantivis: cambr. *awel* (aër, ventus; hod. fem., pl. *-on*) Mab. 2, 227, corn. *auhel* (aura) Voc. 8ᵇ. *awel* O. 1147. D. 1209, arem. *auel* (flatus, ventus; hod. *avel*, ven. *avel*, trec. *aouel* f.) Cath. Buh. 14, 9. 92, 21. cambr. *twel*, pl. *tyweleu* (gausapa; hod. *tywel* masc., pl. *tyweli*) Mab. 1, 17. 5, arem. derivatum *touaillon* (manutergium; hod. cornug.

toal; *touul*, ven. *tuell* f., pl. *tiou*, *-eu*) Cath. corn. *esel* (membrum, hib. vet. *asil*) Voc. 7ᵃ, pl. corn. *esely* etc., arem. *isily* p. 284. corn. *bresell*, *bresel* (altercatio, pugna) P. 160, 3. 238, 1, arem. *bresel* (guerra; hod. *brezel* masc., pl. *-iou*) Cath. et in nominibus virorum vetustis *Breselwobri*, *Breselmarchoc*: arem. *ahell* (axis) Cath.; aliis, quae per infectionem huc transierunt. In adiectivis: cambr. *taguel* (silens, in comp. *taguelguiliat*) gl. Ox. 5ᵃ, hod. *tawel*. corn. *tebell* (malus) P. fq., *tebel* 130, 13. camor. corn. arem. *isel* (inferus, humilis); ac quibus hibernice convenit *a*: cambr. *uchel* (altus; hib. vet. *uasal*) Mab. fq., corn. *vghell* (altus) P. 162, 2, *vghel* 207, 4. 229, 2, arem. *vhel* Cath. Buh. 12, 10. 14, 9. 112, 18. arem. *auel*, *nuel* (humilis; hib. vet. *umal*) Cath. Buh. 100, 6.

AL, OL, UL rariores sunt derivationes. In subst. masc. cambr. *aual* (malum, pl. *aualeu*) Mab. 2, 200. 1, 237, arem. *aual*, *aval* (pomum) Cath. MJ. 49, corn. (*aval* O) 823. 879, pl. *avalow* O. 176, sed *avel* O. 267. P. 6, 3, *avell* 152, 4. Cum infectione cambr. *gebel*, (gl. dolabra) Ox. B. 42ᵃ = *geueyl* (forceps; hod. *gefail* f., pl. *gefeiliau*) Mab. 3, 89, corn. *gevelhoern* (munctorium) Voc. 9ᵇ, arem. *gueiel* (forceps) Cath. corn. (9) *gofail* (officina; cambr. hod. *gofail* vel *gefail* f., pl. *-eiliau*; *gof*, faber) Voc. 7ᵇ; arem. *gouel* (fabrica; hod. *gofel*, *govel*, ven. trec. *gnel* fem.; pl. *-iou*, *-eu*, *-o*) Cath. corn. *kigel*, *kygel*, *kegel* (colus; cambr. *cogail* m., pl. *cogeiliau*) Voc. 9ᵇ. O. 367. 415, arem. *queiguel* (hod. *kegel*, *kegil*, trec. *keiel* f., pl. *-iou*) Cath. *beguel* (umbilicus; cambr. hod. *bogail* m., demetice fem., pl. *bogeiliau*) Cath. *Ii*) *medol*, *medwl* (meditatio; hod. *meddwl* masc., pl. *meddyliau*, unde verb. *medylyaw*) Mab. 1, 258. 2, 13. 211. cambr. *morthol* (gl. seta) Ox. B. 42ᵇ = *mysthwl* (malleus; hod. *myrthwl* masc., pl. *-ion*) Mab. 3, 89, arem. *merzol* (malleus) Cath. MJ. 135b. 157b, corn. pl. *mortholow* O. 1002. Pertinet huc discordans a cambrica forma *tywyll* (cf. infra) adi. arem. *teval* (obscurus; hod. *taival*, *teval*, trec. *teoual*, ven. *tiouel*, *teoel*) MJ. 11b, *theffhal*, *teffoal* Cath. et eabst. derivatum formae pluralis corn. *tivulgou* (tenebrae) Voc. 8ᵃ, *tewolgow* P. Dr., singulativum arem. *teffoulligen* (caligo, obscuritas; hod. *tevalijenn* fem.) Cath.

c) Cum vocalibus productis vel diphthongis. Formulae frequentiores sunt AL, IÂL, ICAL (cf. pp. 98 sqq.), derivantes adiectiva e substantivis, praesertim cambrica. *gwrawl* (virilis) Mab. 2, 24. *duyuaul* (divinus) Leg. 1, 43, 20. *breinaul*, *breyhyaul* (privilegio praeditus) 2, 1, 7. 11, 29. *kefreythyaul* (legalis) 1, 16, 10. *engiriaul*, *engiryaul* (fortis, immensus) Mab. 2, 41. 3, 301. *brawdoryawl* (fraternus) 3, 300. *anbithaul* (gl. fervida) Cb. 61. *budicaul* (victoriosus) gl. Ox. 39ᵃ. *creaticaul* (genialis), *ringuedaulion* (gl. arcana) 38ᵃ. Plura vetustiore eiusmodi in *-ol*, *-iol*, plur. *-olion*, e glossis Lxb. supra enumerata sunt (pp. 94. 289).

Sunt substantiva et verba eiusdem derivationis, orta ex adiectivis; ut cambr. *eliaul* (pullus equinus, hod. *ebol*, pl. *-ion*), *ebawlwarch* (equus iuvencus) Mab. 3, 32. 2, 9, pl. *ebolyon* Leg. 1, 12, 7, corn. *ebol* (pullus) Voc. 8ᵇ *ebel* D. 177. 193. 201. 219. 321, arem. *ebeul* (hod. *ebeul*, *eubeul*, pl. *-ien*, ven. *ebol*, pl. *-ion*) Cath., e subst. *ep*, hib. *ech*. cambr. *gwennawl* (hirundo; f. ut hod. *gwennol*, pl. *-iaid*, hib. vet. *fannal*) Mab. 2, 200, corn. *guennol* Voc. 8ᵇ, arem. *guennel* (hod. *gwennel*, ven. *gwiguel* coll., sing. *gwennoli*, *gwennelik*, ven. *gwignelenn* fem.) Cath. cambr. *meawl* (marc) Mab. 2, 211. *montol* (gl. ratina: hod. *mantol* fem., pl. *-ion*) Ox. 71. *mantol*.. pl.) (gl. fornilium, i. e. ligna minuta) Ox. B. 44. Verba

e subst. cambr. *pedoli* (pedes equi soleis munire) Mab. 2, 12; ex aui. *meynnyholi*, *meynholy* (minuere; adi. *mein*) Leg. 2, 1, 26. 4, 7.

d) Duplicata liquida derivans frequentior est in formula ELL (interdum scripta *el*), alternante cum ALL (et ILL), in substantivis cambricis femininis (nonnunquam transumptis) significantibus instrumenta vel utensilia: *buyall*, *bwyall* (securis) Leg. 1, 35, 9. 2, 1, 4. Mab. 1, 280, *bahell*, *bael* gl. Ox. B. 42ᵃ. (hod. *bwyell*, pl. *bwyeill*, internae flexionis, p. 282, ut sequentia; hib. vet. *biáil*, *biail* Sg. Tr. Corm.) *gwaell* (acus, fibula) Mab. 2, 384. *cawell* (corbis; hod. *gwaëll*, *cawell*, pl. *gweyll*, *ceiwyll*) 3, 304. *kyllell* (cultellus, sica, forceps; hod. *cyllell*, pl. *cyllyll*) 2, 226. 236, pl. *kylleill* 1, 3. 12. 263; cf. *cultel* (gl. artuum), *celtell* (gl. culter) Ox. B. 42ᵃ. *mantell* (pallium) Mab. 1, 3, pl. *mentyl* Leg. 2, 1, 6. *estauell*, *ystauell*, *ystafell*, plur. *ysteuyll* (cubiculum; hodie tamen pl. *ystafelloedd*) Leg. Mab. fq. *gratell* (gl. graticula; hod. *greidell*, pl. -*i*, demet. *gradell*, pl. *gredyll*) Ox. B. 42. Magis minusve discrepant flexione: *padell* (sartago, hod. pl. *pedyll*, *padelli*) *crauell* (pala fornacea; hod. *crafell*, pl. -*i*, -*au*) Leg. 1, 18, 13. 39, 4. *guopell*, *guapell* (gl. sudaris, gl. ultia; hod. *gobell*, ephippium, pl. -*au*) gl. Ox. B. 43ᵃ. *ffrowyll* (flagellum; hod. *ffrewyll*, pl. -*au*) Mab. 2, 11. Genere quoque discrepat *pebyll* masc., plur. *pebyllyeu*, *pebylleu* (tentorium, hib. vet. *pupall*, p. 161) Mab. 1, 25. 239. 253. 277. 278. 2, 382 sq., quamquam hodie tam *pabell* fem., pl. *pebyll* extat, quam *pebyll* masc., pl. -*au*. Concordant cornica: *padel* (sartago), *steuell* (triclinium) Voc. 10ᵃ. *mantel* (mantellum) 9ᵃ. D. 1186. 2531. *logel*, *logell* (loculus, cambr. *llogell*) Voc. 9ᵇ. P. 233, 3, *logol* R. 2179. *kelegel* (calix) Voc. 9ᵇ. *kethel* (cultellum, cultellus) 9. 10ᵃ. *collel* (cultellus) 10ᵃ. *collell grauio* (scalprum, scabellum) 8ᵃ. *scudel* (discus; cambr. *ysgudell*, scutella, lanx) 10ᵃ. P. 43, 3. Differt *bool*, *bool* (securis) O. 1001. Cr. 2282; ac prorsus differt *towyll* (instrumentum; angl. *tool* transumptum) P. 156, 4, *toul* D. 2678. Aremorica: *mantell* (chlamys, mantellus; hod *mantell*, cornug. *mintell*, fem. sicut sequentia, pl. -*ou*), *contell* (cultellus, culter; hod. *kontell*, *kountell*, ven. *koutell*, pl. *kontilli*, *kontellou*), *scudell* (scutella, lanx; hod. pl. *skudilli*, *skudellou*), *pezel* (catinum), *fraeill* (verberaculum, flagellum; hod. *frel*, pl. -*ou*) Cath. plur. *bouzellou* (viscera; ven. *boelleu*) Cath. MJ. 98 b. Contra hod. *bouc'hal*, *boc'hal*, *boc'hel* (securis), pl. *bouc'hili*, redit ad *bouhazl*, vid. infra.

ALL, ILL (ELL) in aliis substantivis et in adiectivis. In subst.: cambr. *aballen*, *auallen* (malus), *Auallguid* (nomen viri) L. Land. 164. 197. 217, corn. *auallen* (malus) Voc. 9ᵃ arem. *auallenn* (pomus) Cath. iuxta *aual* significans fructum (p. 818). cambr. *Cauall* (nomen canis Arthuri, *cabal* p. 136; = caballus) Mab 2, 22. 239. 242; cui propter scriptionem -*al* pro -*all* addo *keffyl* (equus vilis; cf. Cabillonum Caes.) 1, 238. In infinitivo cambr. *seuyll*, *sefyll* (stare) 1, 7. 2, 209. In abstractis et adi.: *tywyll* (obscuritas; item adi.) Mab. 1, 24. *guedhyll* (quod residuum est, cf. *guedy*, post) Leg. 1, 30, 6. *adrythyll* (admodum viridus, hilaris) Mab. 1, 2. *trutheryll* (admodum acer) 1, 283. *musgrell* (iners) 1, 240. Corn. *skentyll*, *scyntyll*, *skyntyll* (sapiens) P. 8, 1. 134, 1. 216, 1. Arem. *contrell*, *contrel* (contrarius) Cath. MJ. 197 a. (daemon) 84 b; cf. tamen cambr. *kythreul* (hod. *cythraul*) Mab. 1, 36.

Derivationi infinitivi cambr. -*yll* respondet corn. arem. -*ell*, cuius exempla supra enumerata sunt (p. 535 sq.)

Exempla, in quibus *-ell* videtur terminatio deminutiva, supra (p. 297 sq.) proposita sunt. In hodierna lingua cambrica eadem in alia quaedam invenitur transgressa: *ffynnonell* (fontanella, fonticulus), *iyrchell* (hinnuleus).

Rariores sunt formulae OLL, ULL: corn. *cugoi* (gl. cuculla, cambr *cwcwll* m.), *ofergugol* (gl. casula) Voc. 9ᵇ, arem. *cougoull* (hod. masc.) Cath. arem. *coroll* (chorea) Cath.

e) Derivationis conexae exempla:

TL frequentissima in substantivis varii generis cambricis: *chwedl*, *chwedyl*, pl. *chwedleu* (sermo, narratio: *y chwedyl hwnn*, *hwn* masc.; at hod. *chwedl* fem.) Mab. 2, 19; 1, 10. 11. 38. 2, 26. 3, 305; 2, 6. 12. 202. *datl* (gl. forum), *datlocou* (gl. fora) Ox. 38ᵃ. *dadl* (gl. contio) 8ᵃ. (causa iudicialis; hod. *dadl* fem., pl. *dadlau*) L. Land. 113, pl. *dadleu* Leg. 2, 11, 50. *dadeleu* 1, 9, 11. 11, 12. 34, 8. *dadaleu*, *daetleu* 2, 11, 34. *sodleu* (calces; cambr. hod. *sawdl* f., pl. *sodlau*, calx, pars postica calcei) Mab. 1, 13. *banadil*. *banadyl* (genista; hod. *banadl*, *banal*, *banad*, coll.) L. Land. 204. Mab. 2, 218. *anadyl* (spiritus; hod. *anadl*, *anal* f., pl. *-au*) Tal. carm. 7. *cenetl* (genus) cod. Lichf. *kenedl* Mab. 3, 301. *kenedyl* (hod. *cenedl* fem., pl. *-oedd*) 1, 26 etc. *kenedel* Leg. 1, 18, 14. *hoedel*, *hoedyl* (vita; hod. *hoedl* fem., pl. *-au*) Mab. 2, 218. 3, 267. 268. *gwystyl* (obses, pignus; hod. *gwystl*, pl. *-on* masc.) 1, 284. Derivatum adiectivum: *seuydlawc* (stans; hod. *sefydlog* e rad. *saf*) Mab. 2, 211. Cornica: *kinethel* (generatio), *enchinethel* (gigas), *guistel* (obses), *datheluur* (contionator) Voc. 7ᵇ. *banathel* (genista) 9ᵃ. *bistel*, *bystel*, *bystyl*, *bestyll* (fel; cambr. *bustl* masc., pl. *-au*) 7ᵃ. D. 2977. R. 2601. P. 202, 2. *whelth* (narratio, fabula) P. 109, 3, pl. *whethlow* D. 369. R. 608. 901. Derivatum verbum: *gustle* (spondere) P. 249, 4. Aremorica: *guentl* (dolor parturientis) Buh. 92, 15. 94, 22, plur. *guentlou* 90, 21. *quehezl* (nuntius) 30, 15, pl. *quehezlou* ('rumor, novum'; hod. *kelou*, trec. *keloio*, ven. *kevell* f., pl. *-eu*) Cath. *guizneel*, *guinhezl* (venator) Buh. 30, 15. *bouhazl* (securis), *haezl* (stiva, hod. *heal*, *hell*), *seuzl* (talus; hod. *seul*, ven. *sell* masc.) Cath. *bestl* (fel; hod. fem.) MJ. 143a. *goestl* (vas, pignus, hod. *gwestl*, ven. *gloestr* m., pl *-ou*, *-eu*) Cath. Derivatum verbum: *goestlaff* (pignorare) Cath. *goestlas* (spopondit), *goestlo* (spondebit) Buh. 158, 14. 204, 11. Dissimulatur eadem terminatio transpositione: *alaen* ('anhelitus'; hod. *alan*, sed ven. *anal* fem.), *balaznenn* ('myrica'; coll. hod. *balan*, trec. *baelan*, ven. *belan* iuxta *banal* masc., genista) Cath.

CL rarior in subst. cambr. *mynwgl*, *mynwgyl*, pl. *mynygleu* (collum, cervix; hod. *mwnwgl* masc., pl. *mynygl*, *mynyglau*) Mab. 1, 17. 18. 3. *cudygyl* (receptaculum, cella; hod. *cuddigl* masc., pl. *-au*) 1, 257; arem. *merel* (ferrugo) Cath.

Praeterea huc pertinet AEL rarissima derivatio, ut in cambrico subst. verbali frequenti *kafael*, *kaffael*, saepius *kaffel* (sumere; hib. vet. *gabál*, *gabáil*), unde compositum *dyrchauel* (erigere) Mab. 2, 37. 385, corn. *drehevel* P. 195, 4. 203, 3. Vix in adi. *amryuael* (varius; hod. *amryfal*) Mab. 1, 7. 2, 20. 31, plur. *amryuaelon*, *amryuaelyon* 2, 31. 3, 304, quod compositum videtur conferendum cum *pedryual* (quadratus, quadrangularis; hod. *pedryfal*) 3, 99.

M derivans rarior est britannice quam ceterae liquidae. Accedentis ad radicem nudae exemplum vix invenias praeter pauca, quae aut peregrina vi-

dentur aut vetustatem indeuropaeam redolent, ut arem. *armou*, cambr. *arueu*, corn. *arvow* (arma) Cath. Leg. Mab. P., cambr. hod. corn. arem. *palf* (palma) Voc. 7ᵃ. Cath., cambr. corn. *pryf*, *prif* (vermis; arem. hod. *prev*, *preño*, *preon*), cambr. corn. arem. *haf* (uestas; vet. *ham*), corn. *goyf* (hiems; cambr. vet. *gaem*), cambr. *enw* (nomen; hib. vet. *ainm*). Atque in his ipsis saepius interponitur vocalis, ut in cambr. *gayaf*, arem. *gouaff* (hiems) Leg. Mab. Buh.; in cambr. *kalaf* masc. (calami, stipulae; hod. fem. *calaf*, *cala*) Mab. 3, 154, corn. *cala* (*kala gueli*, stramentum, Voc. 9ᵇ) D. 680, arem. sing. *colouenn* (stramen; hod. *koloenn*, e *colo*, masc.) Cath. Forsitan tamen huc pertineant cambr. *law* (manus; hib. vet. *lám*) Mab., corn. *lef*, *le* (p. 95), atque interposita vocali *kuref*, *kuruf* (cerevisia; hod. *cwrw*, *cwrwf*, e *curmi*, *corma*, p. 115) Leg. 1, 19, 9. 35, 6. corn. *coruf*, *coref* Voc. 10ᶜ. Rara quoque sunt exempla simplicis *m* accedentis cum vocalibus: cambr. *etem* (gl. instita; *adau*, pl. *adaued* Mab. 2, 241. 374) Ox. 37ᶜ. *guillihim* (forceps; *gwelleu* Mab. 2, 204. 225. 242, hod. *gwellaif*, pl. *gwelleifiau*), *nedim* (gl. ascia, hod. *neddai*, *neddyf*, runcina) Ox. B. 42ᵇ; fortasse *uuidimm* (gl. lignismus) ibid., si conferendum est *gudif*, *gudhyf* (scalprum) Leg. 1, 38, 7. 2, 1, 4, hod. *gwyddif* m., pl. *-au*; sed cf. hib. *fidhba* (falcastrum) St. gl. 797. Certius huc referenda sunt *diprim* (gl. essum; i. e. cibus) Lxb. *erchim* (poscere) cod. Lichf. *molim* (laudare) Cb., aliaque infinitivi exempla, de quibus supra actum est (p. 536 sq.) Praeterea corn. arem. *enef* (anima; hod. *ene*, trec. ven *ine*, *ineañ*, dubii generis) fq. Ac forsitan addenda sint e glossis Lxb.: *tigom* (gl. naevi), *douohinnom* (gl. austum, i. e. haustus, conferendum aut hod. *gwehyn*, exhaustio, aut verbo *doguorennam*, gl. profundo, ibid.).

In quibusdam statui debet MM: corn. *eȝom*, *ethom* (necessitudo, inopia; arem. hod. *ezomm*, *izomm*, ven. *ec'homm* masc.) P. 50, 3; 155, 3. D. 182. 533. 862. 917. *othom* O. 967. R. 596, pl. *othommow*, *ovthommow* O. 2684. D. 952; fere orta per assimilationem, ut in corn. arem. *lam* (saltus; cambr. hod. *llam* masc.; hib. vet. *léimm*) P. 53, 3. O. 470. D. 1125. 1464. 2782. 2913. Cath., in corn. *cam* (passus, cambr. *cam*, arem. *kamm* masc., hib. vet. *ceimm*), de quo cf. p. 754. Plerumque tamen haec ad duplicem derivationem MAN referenda esse, frequentiorem in vetusta lingua hibernica, probatur cornicis potissimum exemplis pluralis formae supra (p. 293 sq.) prolatis. Eodem spectant cambr. vet. *linom* (gl litura) Lxb., cf. hib. *ua lenomnaib* (gl. a lituris) Sg. 3ᵇ. cambr. *kulym* (nodus; hod. *cwlwm*, plur. *cylymau*) Leg. 1, 35, 7, arem. *coulm* Cath., conf. corn. *colmen* P. 131, 4, *colmennow*, *colmmenow* 76, 2. 212, 3. 131, 3; et hib. vet. *colmene* (gl. nervus) Sg. 221ᵃ; arem. *liam*, *lyam* (ligamen) Cath. MJ. 174b. Eadem formula *m* servatae subst. corn. arem. *garm* (clamor; hod. masc., pl. *-ou*, at cambr. fem., plur. *garmoedd*; hib. *gairm*) P. 4, 2. 207, 4. Cath., e quo nuper nomen Germanorum deductum est (p. 778, not.**), subiacere videtur, cum ex *m* singulari expectanda sit *f*, ut in *arfeu* (arma), *kuref*, *kwrf*, *kwrw* (curmi, cerevisia). Contra num recte scriptum sit *seithum* (septimana) Voc. 8ᵇ, dubitare licet propter eiusdem vocabuli formas corn. *sythyn* R. 30, arem. *sizun* Cath., quibuscum conferendae sunt formae arem. *testeni* (testimonium) Cath., corn. *dustuny*, *dustyny* P. Dr. Ceterum etiam sine iusta causa geminatio facta est in transumptis ut loco simplicis *m*: *decum*, *degum* (decimae) Leg. 1, 8, 8. 9. 24, 3; pro *nd* (*nn*): *ofrum* (oblatio; hod. *degwm*, *offrwm*, pl. *-ymau*, m.) Leg. 1, 8, 7.

24, 5; cf. hod. *saffrum* (vel *saffrwn*, crocus), *llatwm* (orichalcum, angl. *latten*) Item pro simplici *n* in corn. *venym* (venenum) O. 1779, arem. *uenim* (hod. *binim* m.) Cath. *velim* (infamis, *vilain*) MJ. 114b; cf. hod. *patroum* (vel *paetroun*, patronus).

N derivans britannica. 1. terminalis thematis non servatur nisi in paucis formis pluralibus supra (p. 293 sq.) enumeratis, quae praeter vetustissima antiqua vocabula cambr. *cun*, *cwn*, corn. *kuen*, *ken*, arem. *con* (canes) et cambr. *ychen*, corn. *ohan*, arem *ouhen* (boves) ad derivationem MAN fere redeunt, ut corn. *hynwyn* (nomina) *bommyn* (ictus), *tymmyn* (frusta) *bremmyn* (pedita). His nescio an addi possit peregrinum cambr. *llatron*, *lladron*, corn. *laddron*, arem. *lazron* (latrones); ad eandem tamen formam *-on*, *-ion* (*-ien*) accesserunt plurima exempla (pp. 288—290).

2. Contra in thematis vocali terminatis frequentissima est *n* derivans: *a*) ad radicem accedens nuda vel postea demum interposita vocali (p. 166 sqq.) in infinitivis supra p. 536. allatis, quibuscum conferendum est cambr. *amwyn* (defendere: hod. *amwyn* iuxta *amygu*, subst. *amug*, *amug*) Mab. 1, 240. Praeterea cambrice: *etn* (avis: hod. *edn*) in comp. *etncoilhaam* (gl. auguro) gl. Ox. 6ᵃ, iuxta pl. *atinet* 40ᵇ, *kolhenen*, *kolouen* (columna; hod. *colofn*) Leg. praef. 1, 7, 21. *dafyn* (gutta hod. *dafn*) masc.; du. *deu dafyn*, pl. *dafneu* Mab. 1, 260. *kefyn* (dorsum hod. *cefn*) 1, 37, unde *drachefn* (retro) 1, 20, *drachefen* 1, 10, *drachefyn* fq *lludyn*, *llwdvn*, pl. *llydnot* (bestia; hod. *llwdn* masc., pl. *llydnod*) Leg. 1, 36, 9. Mab. 1, 9. 3, 199. *ouyn*, *ofyn* (timor: hod. *ofn*) 2, 241. 375; item in nominibus propriis: *Gwadn* iuxta *Gwadyn*-Mab. 2, 209. 210; *Dumn*, *Gurdumn* Chron. (p. 111) et *Duun*, *Conduun*, *Domnguaret*, *Dofngarth* L. Land. (p. 114); adi. *dwvyn* (profundus: hod. *dwfn*) Mab. 2. 41. *iaun*, *iawn* (rectus, iustus) Leg. Mab. Cornice: *hethen*, *ethen* (avis) Voc. 8ᵇ O. 1111, cum derivato *idne* (auceps) Voc. 7ᵇ *chein* (dorsum) 7ᵃ, *keyn* O. 1298 etc. *own* (timor) P. 53, 4. 57, 2. 68, 3. *lon* (bestia) Cr. 1569 = *lodn* 1471. 2477. *down* (profundus) P. 66, 4. *eun* (iustus) 18, 2. 147, 2, *ewn* 218, 4 (*eyn* 207, 4. 235, 4), atque in comp. *eunhinsic* (iustus) Voc. 8ᵃ. Aremorice: *ezn* (avis; hod. *ezn*, *evn*, ven. *een*, *eün*) Cath. *columpnenn* (columna; sing.) Cath. *queyn*, *quein* (dorsum, tergum; hod. *kein* m.) Cath. MJ. 105b. *loezn*, plur. *loznet* (bestia; hod. *loen* ven. *lon*) Buh. 32, 4. 30, 18. *aoun*, *oun* (formido; hod. *aoun*, trec. cornug. *aon*, ven. *eün* f.) Cath. item Buh. 94, 7. 162, 6. *don* (profundus; hod. *don*, leon. *doun*) 4, 11. *dou*[*n*] Cath *effn*, *ehaffn* (rectus; hod. *eeun*, ven. *eaun*, *eünn*) Cath. Buh. 172, 15.

Item accedente terminatione: cambr. *mechny* (vadimonium, *mach*, vas) Leg. 2, 6, 20. corn. *folneth* (stultitia; adi. *fol*) R. 961; arem. *cozni* (senectus; adi. *coz*) Buh. 136, 11. *furnez* (sapientia; adi. *fur*) 110, 1.

b) Cum vocalibus correptis *a* et *i* frequentiores sunt formulae

AN in substantivis cambricis varii generis: *gulan* (gl. lana) Ox. 40. Leg. 2, 1, 4. *creman* (ligo) gl. Ox. B. 42ᵃ. Leg. l. c., pl. *crummanhuo* Cb. 77, *cremaneu* Leg. l. c. *breuan* (molina) Leg. 1, 35, 9. *hossan* Mab. 1, 149, pl. *hossaneu* (braccae) Leg. 1, 32, 3. *cussan* (osculum) 2, 1; 19. 22. *brecan*, *brechan* (lodix) 1, 43, 2. 2, 1, 4. Mab. 2, 374. *crochan* (vas, olla; hib. *crocan* St. gl. 56). Mab. 1; 17. Pluralem hodie quoque formant *cusan*, *cryman*, *crochan* (*brycan*)

masc., *hosan*, *breuan*, *brevan* fem., in *-au*; contra alia ipsa quoque varii generis in *-od*, *-iaid*, *-edd*, in vetusta lingua *-ot*, *-iait*, *-ed* (p. 291): *alanot* (animalia, hod. *alan* fem., pl. *alaned*) Mab. 1, 250. *croysan*, *croessan* (scurra, hod *croesan* masc., pl. *croesaniaid*) Leg. 1, 12, 6. *rianed* (puellae, hod. *rhian*, *rhiain* fem., pl. *rhianedd*, *rhianod*) Mab. 1, 240. *kalanet* (habitatores) 2, 372. Est *au* etiam in priore loc duplicis derivationis: *galanus* (homicidium, homicidii satisfactio), *gwassanaeth* (servitium) Leg. Mab. fq. In cornicis. *yluan* (lana) Voc. 9. *louan* (funis; hib. vet. *loman*) 8ᵃ. O. 1297. 1347. D. 2060, *lovan* D. 2761 P. 105, 4, pl. *louonou* D. 2520. *garan* (grus) Voc 8ᵇ. *fosaneu* (calcias, pl.) 9ᵇ. In aremoricis: *gloan* (lana) Cath. Buh. 170, 6. *saouzan*, *souzan* (cura) 38, 21. 136, 16. *garan* (runcina), *louffan* (ligamen; hod. *louan*) Cath.

In adiectivis cambricis: *buan* (celer; vivax? cf. *byw*, *bwo*, vivus), qud plur.) *buenion* (gl. conciti) Lxb. *truan* (infelix; e primitivo *tru*, bib. vet. *tróg*, pp. 23. 99, cf. Trogué, p. 23) Mab. 1, 28 287. 2, 54. *bichan*, *bychan* (parvus; hib. vet. *beco*) gl Ox. 22ᵇ. Mab. fq. *litan*, *llydan* (latus) L. Land. 247. Mab. fq. In cornicis: *laian dislaian* (fidelis, infidelis) Voc. 8 / *boghan* (parvus) Voc. 10, *beghan*. P. 53, 3. 166, 2, *byhan* O. 397. 810. 1269. D. 91, *byan* O. 1673. 2682. D. 2082. 3004, *byen* O. 806. *ledan*, *ledan* (amplus, latus) O. 2261. P. 237, 2. In aremoricis: *buhan* (celer; hod: *buan*, *buhan*) Buh. 12, 9. 24, 2. 28, 17, *buan* Cath. *bihan* (parvus; hod. *bian*, *bihan*) Cath. Buh. 32, 16. MJ. 5ᵇ. *ledan* (amplus) Cath., *lean* in comp. *leanty*, *leandy* (monasterium) Cath Buh. 18, 15. et derivato *leanès* (monialis) 18, 2. 20, 8. 12. Cath.

Plerumque certe hinc profecta est per infectionem (p. 83) formula derivans EIN non infrequens in vocibus cambricis, etsi restant dubiae originis quaedam, quibus non respondent cornicae aut aremoricae. Exempla e Mab. *llien* (linteum; hod. *lliain*, *llian* masc.) 1, 4. 15; cf. corn. *lien gueli* (sindo), *lien duilof* (manutergium l. mantile) Voc. 9. 10, *lyen* (linteum) D. 3204. R. 1693; arem. *lien* ('tela'; hod. *lien*, *lian*, ven. *liein* masc.) Cath., *lyen* MJ. 152a. 154b. *celein* (cadaver, hod. *celain*, *celan* fem.) 1, 248. 272. *putein* (meretrix; hod. *putain*; iuxta roman. *putena*, *putana*, ut *carreit* iuxta *carrata*, *carrada*) 1, 286. *pedrein* (tergum equi; hod. *pedrain* fem.) fq.; cf. corn. pl. *peydrennow* D. 2094. *ynys prydein* (insula Britannia; hod. *Prydain*) fq. *diaspadein* (vociferatio; hod. *diaspedain* inf.) 1, 16. *llundein*, *kaer lundein* (Londinium; hod. *Llundain*) 3, 297. 298. Ita iam in glossis Ox. *gueli liein* (gl. cabile) Bl 44, et ap. Nenn. p. 80: *Cair Lundein* (Londinium). Item in Leg. 2, 6, 2: *pap Ruuein* (papa Romanis). in Mab. 3, 274: *kaer ruuein* (urbs Roma, hod. *Rhufain*).

EN in subst. cambr.) *assen*, pl. *assennoed* (asinus) Mab. 2, 391, corn. *asen* Voc. 9ᵃ. P. 27, 3. 28, 2, arem. *asenn* (hod. *asen*, pl. *ezen*, *azened*), fem. *asenes* Cath. In adi. cambr. *llawen* (laetus, hilaris) Mab. fq., corn. *louen*, *lowen* Voc. 10ᵃ. O. 719 etc., arem. *louen* Cath. Buh fq., *laouen* (ut hod.; ven. *leüen*) Buh. 98, 4.

IN in substantivis cambricis varii generis: *tetyn* (praedium; leg. *tedyn*, hod. *tyddyn* masc.) Leg. 2, 1, 59. *blwydyn* (fem., annus) fq. *telyn* (harpa; hod. fem.) Leg. 1, 14, 3. Cornice alternant *i* et *e*: *benen* (sponsa) Voc. 7ᵃ. (mulier) O. 161. 315, *benyn* P. 33, 2. 35, 1. *blipen*, *blyȝen*, *blythen*, *blethen* (annus) Voc. 8ᵃ. P. 228, 3. D. 351. O. 2103, pl. *blethynnow* O. 657. *cudin* (coma) Voc. 7ᵃ,

telein (cithara) 7ᵇ. Aremorice item: *blizien* (anni spatium; hod. cornug. *blizen* masc.) Buh. 4, 5.

Adiectivum: cambr. *melyn* (flavus) Mab. fq. Corn. *milin* (fulvus, flavus) Voc. 8ᵇ, *melyn* (ibid. in marg.) O. 1965. Arem. *melen* (croceus) Cath.

ON et UN rariores sunt terminationes, interdum alternantes cum *-an*. In substantivis femininis cambricis: *auon* (amnis, fluvius; hod. *afon*) Mab. 3, 94. 264. *hinon* (serenum caelum) 1, 8. *calon* (cor), *gwidon* (saga; hod. vulgo *gwiddan*) fq. Cornicis: *auon* (fluvius) Voc. 9ᵇ. *talon* (venter) 7ᵃ. *cudon* (palumba; cambr. hod. *cuddan* fem.) 8ᵇ. *colon* (cor) 7ᵃ, fem. O. 1758. Aremoricis: *cudon* (palumbes), *auonn* (fluvius) Cath. *calon* (cor; hod. *kalon*, leon. *kaloun* f.) Cath. Buh. MJ. *ytron*, *itron*, *itronn* (domina; hod. *itroun*, *itron*, ven. *iñtron*) Buh. 204, 6. MJ. 160b; 161b; Cath. In masculinis cambricis: *anutonou*, *anutonau* (gl. periuria; hod. *anudon* masc.) gl. Ox. 45ᵃ. Cb. 21. *yspardunen* (calcaria; hod. *ysbardyn* masc.) Mab. 1, 13. Cambr. *barwn*, *barwnyeit* (baro, barones) Mab. respondet arem. *baron* Cath. Cambrico hod. *chwegrwn* respondet corn. *hwigeren* (socer) Voc. 7ᵇ. Contra aremorica quaedam in *-on*, *-ion* redeunt ad primitivas formas *-an*, *-ian*: *goasoniez* (ministerium; cambr. *gwasanaeth*) Buh. 54, 26. *guirion*, *guirionez* (verus, veritas; hib. vet. *fírian*) Buh. fq.

In *-in* et *-on* exeunt nomina virorum cambrica et aremorica, in quibus dubium esse possit, brevisne sit vocalis an longa. IN in cambricis: *Eithin* L. Land. 136. *Elfin* 150. In aremoricis: *Haelin* Chart. Rhed. 1, 8. *Haelmorin* 1, 41. *Conmorin* 1, 12. *Winmorin* 1, 5. *Wotalin* 1, 2. *Jarnhitin* 1, 7. 20. *Datlin* 2, 31. *Hoiernin* 1, 26. ON in cambricis (ex *-awn*?): *Panon* Mab. 2, 243. *Nwython* 2, 208. 238. *Mabon uab Mellt* 2, 238. *Mabon uab Modron* 2, 225. 232. *Teirnon* 2, 208. *Amaethon* 2, 222. *Saranhon*, *Gouannon* (cf. p. 162). In aremoricis: *Sulon* Chart. Rhed. 1, 1. *Winon* 1, 7. *Woron* 1, 6. *Leison* 2, 23, quibus addenda *Milun* 1, 27. *Jarun* 1, 21. Sunt etiam desinentia in ION: cambr. *Teithyon* Mab 2, 243; arem. *Galion* Chart. Rhed. 2, 22. Potius tamen productas vocales quam correptas indicant appellativum frequentissimum cambr. *brenhin* (p. 86), hod. *brenin* (rex), et nomina virorum cambr. *Digon* (adi. *dygawn* Leg. 2, 11, 21, hod. *digawn*, sufficiens, quod compositum videtur sicut *guocaun* in *Catguocaun*, *Catgocon*; cf. *conedd*, *gogonedd*, gloria) Mab. 2, 205, cambr. *Judguallon*, arem. *Catwallon*, *Catlon* (cf. pp. 82. 128. 182).

Formulae duplicis M-N contractae et assimilatae exempla quaedam supra prolata sunt (p. 821). Illis addenda sunt servantia utramque consonam cum intermedia vocali: cambr. *porthmon* (hospes, caupo; hod. *porthmon moch*, *defaid*, mercator suarius, oviarius) Mab. 2, 47; arem. *locman* (hod. *loman*, sed ven. *lokman*, gall. hod. *lamaneur*, germ. lotse) Buh. 8, 18.

Infectam *m* habent duae formulae derivationis, si sunt derivationis, non compositionis, *-men* et *-man*.

MEN (hod. *-fen* fem.) ortum e MON comprobare videtur cambr. vet. or, *achmonou* (gl. inguinibus) Ox. 41ᵇ, plur. ex *achmon*, hod. *achfen*, ab *ach*, generatio. Eadem formatio inest in obscura voce *aqrimonou* (gl. scrata) gl. Lxb. Hodiernum cambr. *tyngedfen* (fortuna, sors, praedestinatio) est *teketuen* Leg. 2, 11, 49, *tyghetuen*, *tynghetuen* Mab. 1, 283. 3, 206. 304.

MAN abstracta formans (per derivationem an per compositionem cum subst.

man, de quo cf. p. 4 not., sicut infra proferentur composita cum *ma?*) e substantivis vel verbis (cambr. hod. *-fan* masc.): cambr. *kwynuan* (lamentatio; subst. *kwyn*, fletus, verb. *kwynaw*, flere, Mab. 2, 234) Mab. 1, 8. *kwynuan a griduan* (lamentatio et vociferatio; *gryd*, clamor, *grydiaw*, vociferare) 2, 234. *ehetuan* (volatus; hod. *ehedfan*) 3, 211; corn. *tarnutuan* (plantasma) Voc. 8ᵇ; arem. *goeluan* (luctus), *queinuan* (gemitus) Cath. *reposuan* (requies) Buh. 26,11. Quibuscum comparare licebit nomina propria terminata a *-man*, una cum vetustis *Germani* (p. 773) ac vix non composito *Cenomani*,* ut cambrica: *Iliman*, *Illiman* L. Land. 193. *nant eichmann* 232. *Gwrvan*, *Tecuan* Mab. 2, 208. 209. cambr. arem. *Catman* Chron. cambr. in praef. Leg. Chart. Rhed. Mor. 300. Aremorica: *Morman* Chart. Rhed. 1, 2. 7. *Virmanan* (nomen feminae; conferendum nom. fluvii bavar. *Wirmina?* adi. cambr. hod. *gwrm*, fuscus?) 1, 13. *Querman* 1, 24 *Rannimanus* Mor. 294. *Kentlaman* (cf. *Kenetlor*, p. 95) Chart. Kemperleg. Mor. 431. 454.

c) Vocales productae cum liquida derivant frequentiores *á* et *é*, rariores *í* et *ó*.

ÂN. Cambr. *-aun*, *-awn* frequentissima in peregrinis ut *cristawn* (Christianus) Mab. 1, 262. 266. *ffynnawn* (fons; hod. fem.) 1, 1. 8 etc. Redit subst. *dayoni* (bonitas, humanitas) Mab. 1, 238 cum aliis supra enumeratis (p. 815) ad adiectiva in *-aun*, *-iaun*. Corn. arem. *-ên* in subst. *funten* (fons) Voc. 9ᵃ, *fynten* P. 224, 2. 4, *fenten* O. 771. 836. 1845. 2436. *feunten* Cath. *feunteun*, *feunten* Buh. (p. 96). *cristen*, *christen* (Christianus) Cath. Buh. 132, 22, plur. *christenien*, *christenyen* (p. 290). IÂN in nominibus regionum cambricis: 'Guorthigirnus ad regionem, quae a nomine suo accepit nomen *Guorthigirniaun*, effugit.... Pascent regnavit in duabus regionibus, Buelt et *Guorthigirniaun*.' Nenn. ed. San-Marte pp. 59. 60. 'mons *Cruc maur* in regione quae vocatur *Ceretîciaun*.' id. p. 78. *pedwar cantref keredigyawn* (quattuor c. regionis C.) Mab. 3, 189. Item in corn. *crystyon* (Christianus) R. 970; contra eliso *i* (ut cambr. arem.) pl. *crystunyon* D. 1545, *crystenyon* D. 1564. R. 365, *cristenyon* D. 979. Ac cambr. nomen viri *Meirchawn* prodiit e forma primitiva *Merchiawn* (p. 83).

ÊN in substantivis varii generis: *guiannuin* (ver, hod. *gwanwyn* masc.) gl. Ox. 40ᵇ. *colwyn* (catulus) Mab. 1, 293. *morwyn*, pl. *morynyon* (puella) Mab. fq.; transumptis: *postoloin* (gl. antella; hod. *pystylwyn* masc., med. lat. postilena, tegmen equi) Ox. B. 43ᵃ. *kerwyn* (lebes; fem. ut hod.) Mab. 3, 211. 302. *cadwyn* (catena) 1, 8. *gwennwyn* (venenum) 3, 301. Cornicis: *moroin* (puella) Voc. 7ᵇ. *coloin* (catulus) 9ᵃ. *keroin* (cupa) 10ᵃ. *guaintoin* (ver) 8ᵇ. *guenoinreiat* (veneficus) 8ᵃ. De *moren*, *moran* O. 2649. R. 1044. cf. p. 96, sicut de aremoricis: *colen* (hinnuleus), *colen qui* (catulus), *chaden* (catena; hod. *chadenn*, *jadenn*, ven. *chalenn* fem., pl. *ou*, *-eu*) Cath. Contra huc transiit corn. *haloin*, *halein* (sal) Voc. 10ᵃ. cum *haloinor* (salinator) 8ᵃ, quibus non solum arem. *holen* (sal; hod. *holenn*, *c'hoalenn*, ven. *halenn*, *haleinn* masc.) et *holener* Cath. respondent, sed etiam cambr. hod. *halan*, *halen* et *halenwr*, atque hib. vet. *salann*.

IN in substantivis et adiectivis statui debet, quae hodie quoque cambrice

* Brevem *a* in hoc nomine ostendit versus vetustae inscriptionis Mediolanensis ap. Grut. 1161, 6: Te iubet agnatos visere Cenomanos. Itaque *a* principio brevem in nomine Germani affirmare licebit, productam a Romanis ob congruentiam cum adiectivo suo *germânus*.

et aremorice servant *i* ut in subst: cambr. *eguin*, *euyn* (unguis; hod. *ewin* f.) gl. Ox. 23ᵃ. Leg. 1. 2, 3, corn *euuin* Voc. 7ᵃ, arem. *iwin* (hod. *iwin* masc) Cath. cambr. *elin* (cubitus; hod. *elin* fem., angulus, cubitus) Mab. 1, 2, corn. *elin* (ulna, angulus) Voc. 7ᵃ. 9ᵇ *elyn* D. 2310, arem. *elin* (cubitus; hod. *ilin* m.) Cath. cambr. *chwerthin* (ridere, risus) Mab., corn. *hwerthin*(Voc. 10ᵃ: *wherȝyn* P. 222, 1, arem. *huerzin* (ridere) Cath., hod. *c'hoarzin*, ven.) *c'hoarc'hein*, ut in transumpto cambr. *melin*, corn. *melin* Voc. 10ᵃ, arem. *melin*, *milin* (molendinum). Quamquam quibusdam hibernica respondent quorum vocalis est correpta, ut *budin* (turma, agmen, fem. ut hod. *byddin*, pl. *-oedd*: *or vydin honno* Mab. 2, 378: cf. cambr. vet. *bodiniou*, gl. phalanges, Lxb. et hib. vet. *hobaidnib*, gl. copiis, Ml. 34ᶜ) Mab. 1, 30. 2, 377 sq. In adi. cambr. *cyffredin* (communis), *meinin* (lapideus), *heyernin* (ferreus), *eurin* (aureus), etiamsi idem scribitur *eurvn* Mab. 3. 31. 35. Item in dupliciter derivatis, ut *mabinawg* (iuvenilis), *gwylltineb* (feritas).

ON in subst. cambr. *eilun* (imago, forma masc. hod. *eilun*) Mab. 1, 27. 34; item vocalis producta principio videtur correpta in voce *mywn* (medium; hod. *mewn*) Mab. fq. ob hib. vet. *medón*.

d) Duplicata *n* derivans in pluribus statuenda videtur, in quibus etsi simplex scriptio liquidae iam in libris vetustis invenitur (p. 112), saepius tamen alternat cum duplicata.

AN, ANN: cambr. *capan* (pilleus, tegmen capitis viri) Leg. 1, 12, 8. Mab. 2, 377. 3, 269. *capann* tegmen capitis feminae; cf. *capanna*, casula, Isid., hisp. *cabanna*, gall. hod. *cabane* et nomen vet. *Capellatiam*, limitis transrhenani ap. Amm., utrumque fortasse tegmen significans) 1, 294. Corn. *guilan* (alcedo, hib. vet. *foilenn* Sg.) Voc. 8ᵇ. Arem. *goelann* (ulula) Cath.

EN, ENN, IN, INN: cambr. *elinn* (gl. novacula) Ox. B. 42ᵇ, *ellyn* (hod. masc.) Mab. 1, 17. Item nescio an statuenda sit geminatio in nota singularitatis *-enn*, *-en*, *-inn*, *-in*, ad quam pertinere videntur cambr. hod. *ffunen* (ligamentum), pl. *funenneu* Leg. 1, 27, 3. *brethyn* (pannus, vestimentum) Mab. 2, 382, pl. *brethinnou* (gl. cunae, i. e. involucra) gl. Ox. 39ᵃ; arem. *laesen*, *lesen* (lex; hod. *lezenn* fem.) Buh. 12. 11. 26. 20. *laesenn* Cath., pl. *laesennei* Buh. 150, 9.

Nec vero negandum est, in multis ob pronuntiationem duriorem substitui duplicem scriptionem pro simplici, quacum alternat ut in *assen*, *assennoed* (asinus) Mab. 2, 391. *kyflauann*, *kyflauan* (laesio) 1, 267. In aliis quaeritur an geminata *nn* per assimilationem sit orta ex *nd*, *nt* (cf. pp. 147. 162): *gelynn* (inimicus), *dyffrynn* (vallis flumine permeata) Mab. 1, 6. 252. 257. Unde certe orta est in transumptis cornicis: *scriuen* (epistolam; cf. hib. vet. *scribend* p. 487) Voc. 8ᵃ. *lyen* (hib. vet. *légend*): *maplyen*, *mablyen* (clericus, scholasticus, i. q. hib. *mac-léighin*) D. 553. O 2600. *offryn* (oblatio; hib. *oifrend* Corm. B) O 504. 530. 1316; aremoricis: *leenn* (legere;) *lenn* Man. ut hod.) Cath. *pedenn* *peden* (precatio) Cath. Buh. 124, 8, pl. *pedennou* 108, 12. *offerenn* (missa) Cath *oferen* Buh. 26, 21, *offerennou* 130, 23.

Vix statuenda sunt ONN, UNN in subst. *calon* (cor) Mab. fq., pl. *calonneu* Leg. 1, 10, 8, et adi. *gwrthunn* (indecorus) Mab. 1, 18. *ysgymunn* (maledictus, hod. *esgymmun*) 1. 248. *eskemun* Leg 2, 1, 13 e lat. *excommunicatus* transumpto.

e) Conexa liquida derivans nisi cum *r* non invenitur.

ARN in substantivis: cambr. *hayarn*, *haearn*, arem. *hoiarn*, *houarn* (ferrum; cf. p. 104 sqq.), masculini generis, ut mox sequentia, (a quibus excipitur fem.) cambr. *eskeiarn* (auris. hod. *ysgyfarn*) Leg. 2, 1, 30, corn. arem. *scouarn* (hod. *skoarn*, leon. *skouarn*) Voc. 7ᵃ. Cath. MJ. 98 b. Cum hac formula non solum alternat ERN cornice: *louuern* (vulpes; *lowarn* O. 895, arem. *louarn* Cath. Buh. 32, 8) Voc. 8ᵇ. *lifern* (talus) 7ᵃ. *hoern* (ferrum) 9ᵇ. 10ᵃ; aremorice: *auel gualarn* ('boreas', hod. *awel gwalarn*) Cath.; sed etiam ORN: corn. *scovern* (auris) P. 71, 2. 3 81, 2, *scoforn* D. 1144. 1150, pl. *scovornow* 1361. 1391; sicut corn. *lugarn* (lucerna; cf. arem. *luguaerniff* Cath.; hib. vet. *luacharnn*) Voc. 9 respondet cambr. hod. *llygorn*. In adi. cambr. arem. *cadarn* (firmus, fortis, strenuus; cf. *cadar*, clipeus, et *cad*, pugna?) Mab. fq. Buh. 166, 2.

ERN, IRN in subst. notissimo cambr. vet. *tegirn*, *tigirn* (in nominibus compositis p. 85), rec. et hod. *teyrn* (dominus), arem. vet. *tiern* (p. 137), unde compositum arem vet. *machtiern* ('tyrannus'), corn. *mygtern*. *myghtern* (rex), p. 192, cambr. hod. *mechdeyrn*.

URN. ORN in substantivis generis masculini, ut cambr. *cilurnn* (gl. urnam, hod. *celwrn*) Cb. 40. arem. *quelorn* (sinum mulctrale) Cath. cambr. *cesseilworn* (fasciculus ligni, tantum quantum implet brachium, *cesail*) Mab. 2, 373. *ascurn* (os, ossis) Leg. 1, 11, 6, *ascwrn*, *asgwrn* (hod. *asgwrn*, pl. *esgyrn*) Mab. 1, 3. 9. 17, corn. *ascorn* Voc. 7ᵃ; O. 112. R. 2598, arem. *ascorn* (leon. *ascourn*) Cath. Nisi forte compositio est statuenda, praesertim in arem. *arzorn* (ulna; cf *dorn*, manus) Cath. vel cambr. *loscurn* (cauda) Leg. 2, 1, 27. *loscwrn* (hod. *llosgwrn*, pl, *llosgyrnau*) Mab. 1, 271, cui respondeat corn. arem. *lost* O. 1454. Cath. et cambr hod. *llost*.

R derivans britannica *a*) ad radicem vel derivationem praecedentem accedit sola per se (ut ceterae liquidae iuxta formas, quae interponunt vocalem, p. 166) iam in vetusta lingua cambrica tam in adi.: *cadr* (decorus) gl. Lxb. *guichr* (= cambr. hod. *gwychr*) Ox. 20ᵃ. iuxta *guichir* (ferus) Cb. 27, quam in subst.: *dacr* (lacrima) in comp. *dacrlon* (uvidus) gl. Ox. 8ᵃ. *dubr* in comp. *camdubr* (curva aqua) cod. Lichf. Item in Mab. *kelydr* (nomen viri) iuxta *kyledyr* 2, 238. *hagr* (deformis) 1, 6. 28. *dwfr* (aqua; sicut hodie masc.: *y dwfyr hwnnw* 3, 301) 1, 13. contra *ochyr* (margo; hod. *ochr*, pl. *au* fem.) 1, 263. cum aliis l. c. prolatis, plurima derivationis TR. Eadem accedente flexione vel derivatione: *cipriou* (tigna; hod *cebr*, pl. *ceibr* fem., unde sing. *ceibren*, pl. *-i*) gl. Lxb. *llivreu* (libri) CN. carm. 10. *dyfred* (aquae, hod. *-vedd*) Mab. 3, 299. *hacraf* (deformissimus) 1, 4. *modreped* (materterae), hod. *modrybedd*) gl. Ox. B. 43.

In aremoricis nominibus vetustis eadem scriptio invenitur, ut in chart. Rhed. in nomine fluvii *Atr* Mor. 300, et in recentioribus adi.: *loffr* (leprosus) Cath. Buh. 196, 21. *ouffr* (deditus, favens) 66, 2. *caer* (bellus, pulcher), *hacr* (obscenus, turpis), *lampr* (lubricus) Cath. Subst. *queпr* (tignum: hod. *kebr* m., pl. *ou*, sed ven. *kibr* coll., sing. *-ienn* fem.), *gaffr* (capra), *reffr* (anus, culus; hod. *reor*, trec. *reaor* masc.) Cath.; transumpta: *poultr* (pulvis), *feltr* (filtrum), *podagr* (podagra), *cambr* (camera), *marbr* (marmor) Cath.

Contra in cornicis vix sine vocali: *lyffrow* (libri) P. *lyfryow* D. *dagrow*, *daggrow*, *dagrennow* (lacrimae) P. *dour* (aqua, amnis) Voc. 9ᵇ. P. 45, 3. O.

1666. iuxta *douer* Voc. 10ᵃ. Interposita vocali non modo: *hveger* (socrus), *keber* (tignum), *cober* (cuprum), *carder* (leg. *cader*? speciosus, decorus). *gauar*, *gaver* (capra), *hager* (turpis), *liuer, lyvyr, leuyr* (liber), sed etiam *hvigeren* (socer), *modereb* (amita, matertera), *moderuy* (armilla) Voc., cf. p. 168.

b) Praemittit vocales correptas, e quibus frequentiores videntur *a*, *e*, *u*

AR in subst.: cambr. *adar* (volucres) CN. carm. 10. Leg. 1, 10, 4. 5. Mab. 1, 8, cum nota singularitatis inficiente *eterinn, eterin* gl. Ox. 22ᵃ, e cuius radice cum *n* derivante sunt *atanocion* (gl. aligeri) Lxb. et *etn*, *ætinet* (avis, volucres) gl. Ox. *llachar*, *tanllachar* (splendor, ignis) Mab. 3, 304. cambr. corn. arem. masc. *lavar* (verbum, sermo) fq. arem. *glachar* (dolor, hod. *glac'har* fem.) Buh. MJ. fq.

In adiectivis: cambr. *helabar* (eloquens) gl. Ox. corn. *aflauar* (mutus) Voc. 8ᵃ. *bothar* (surdus) 8ᵃ. O. 2013, *boȝar* P. 25, 2. arem. *bouzar* (surdus) Cath. Buh. 154, 10. *clouar* (tepidus) Cath. (suavis) Buh. 54, 25. 62, 16. 92, 19. MJ. 9 b.

ER in subst.: cambr. *amser* (tempus) fq. *ucher* (vespera) Mab. 1, 24. 31. transumpto *nimer* (numerus) gl. Ox. 22ᵇ, *niuer*, *nifer* Mab. 1, 16. 22; masculini generis: *niuer a hwnnw* Mab. 1, 16. *yr amser hunnu* (contra fem. hib. *aimser*) Leg. praef.; pl. *-oed* (hod. *-oedd*): *niueroed, amseroyd* (p. 292). Corn. *amser* (tempus), *gurthuher* (vespera) Voc. 8ᵇ, *gorthuer* (id.) R. 1304. Arem. *amser* (tempus; hod. *amzer* fem.), cum transumpto *niuer* (numerus; hod. *niver* masc.) Buh. fq.

Infecta EIR in subst. *llesteir* (impedimentum; hod. *llestair* masc., pl. *llesteiriau*) Mab. 1, 5 convenit cum derivante *-ein*.

OR primitiva correpta rarior est, fortasse in cambr. *ragor* (praegressio) Mab. 2, 36, frequentior ex *ur* nata, ut in corn. *sichor* (siccitas), *glibor* (humor) Voc. 8ᵇ; cf. arem. *gluebour* ('madiditas'), *langour* (languor), *largezour* ('lardarium'), *mezelour* (speculum) Cath. Cambr. vet. *caitoir* (pubes) gl. Ox. 41ᵃ. est *kedor* Leg. 2, 1, 27, hod. *cedor* m., arem. *quaezour* Cath., hod. *kezour*, *kaezour*.

UR derivans inesse videtur in frequentibus substantivis cambricis desinentibus in *-ur*, *-wr* vel *-iur*, *-ywr*: *guylur*, *gwylwr* (vigilator) Leg. 1, 37, 1. Mab. 1, 32. *twyllwr* (deceptor) 1, 26. 32. *bratwr* (proditor) 1, 26. *yspeilwr* (spoliator) 1, 37. *yslipanwr* (politor) 2, 228. *gellyngwr* (dimissor) 2, 227. *treissiur* (oppressor) Leg. 2, 11, 50. *yspyttywr* (hospitii fundator, gubernator) Mab. 1, 37; quamquam tractantur haec velut composita cum subst. *gwr* (vir), plur. *gwyr*: *reyhur*, *reythur* (vir legis, iudicii), plur. *reythuyr*, *reihtwyr* Leg. 2, 8, 4. *amodur* (pactor, e subst. *ammod*, pactum, ibid.), plur. *amoduuir* 2, 8, 1. *milwr* (miles) Mab. 1, 7, plur. *milwyr* 2, 231. 235. *ryswr* (vir ferus, heros) 2, 236. 243, plur. *ryswyr* 2, 245. Derivationem tamen probare videntur tam vetusta nomina Vecturius, Vecturiones, Mamurius (de quibus cf. p. 156), quam formationes cambricae: *Arthur* (n. propr., hib *Artur*) fq. et cum *i*: *milwryeid* (militaris) Mab. 2, 24. *popuryes*, *pophuryes* (pistrix; masc. hod. *pobwr*, pistor) Leg. 1, 31, 8. *golchuryes* (lotrix; cambr. hod. *golchwr*, lavator) 1, 31, 11. 42, 1. *kennadwri* (legatio) Mab. 1, 280. Cornica eiusdem formationis modo tanquam composita scribuntur: *datheluur* (contionator), *gueidvur*, *gueiduur*, *veidvur* (faber), *araderuur* (arator), *helhvur* (venator), *cadvur* (miles, athleta), *ancredvur mor* (pirata) Voc. 7ᵃ, modo tanquam derivata ut *guicgur* (mercator, negotiator) et transumptum *emperur*

(imperator), plerumque *u* in *o* mutato: *bathor* (nummularius), *harfellor* (fidicen), *heirnior* (ferrarius), *teleinior* (citharista) 7ª. *haloinor* (salinator), *liuor* (pictor), *maidor* (caupo) 8ª. *darador* (ostiarius) 9ᵇ. *redior* (lector) 7ª. *grauior* (sculptor) 8ª, cum femininis *rediores* (lectrix), *canores* (cantrix) 7ª; *pystryor* (incantator) D. 1767. *gwecor* (negotiator) P. 40, 1. pl. *guycoryon*, *guykcoryon* D. 331. 1804. *guythoryon* (fabri) O. 2331. *tyorryon* (tectores) O. 2486. Aremorica in *-our*: *badezour* (baptista; item hod.) Cath. MJ. 104 a. *achantour* (incantator; sed hod. *achañter*) Cath. MJ. 76 b. *prezegour* (praedicator) 104 a. *breutaour* ('placitator'), *marhegour* (eques) Cath.

Transumpta videtur terminatio memorabilis cambr. *-dur* (praesertim *-adur*, respondens lat. *-âtor*), etsi hodie non tantum in peregrinis invenitur ut *awdur* (auctor), *pechadur* (peccator), sed etiam in genuinis: *pasgadur*, *pasgiadur* (pabulator), *cysgadur* (dormitor), *cofiadur* (memorator), *penadur* (princeps), interdum alternans cum *-awdr* et *-awdwr*, ut *llywiadur* (gubernator), fem. *llywiadures*, iuxta *llywiawdwr* et *llywiawdr*, fem. *llywiodres*, *llywodres* Cornica huiusmodi exempla: *piscadur* (piscator), *ruifadur* (remex, nauta) Voc. 7ᵇ. *cuscadur* (dormitor) 8ª. *pehadur* (peccator) P. 8, 2, pl. *pehadoryon* 5, 3. *sylwadur* (salvator) R. 800. 1152. 1733, *sylwador*, *sylwader* D. 304. R. 2008. Aremorica: *marchadour* (mercator) Cath., pl *marchadouryen* MJ. 76 b. et, ni fallor, *penedour* (afflictione gravatus: *castizet ha loffr meurbet ha penedour*) Buh. 196, 21, sed etiam *-der*: *guiader*, *guyader* (textor), fem. *-es* Cath. De terminatione *-adur* = lat. *-atura* vid. infra.

Contra nativa est terminatio TER, DER, formans abstracta ipsa quoque masculina ex adiectivis. Cambrica exempla: *guander* (debilitas) Leg. 1, 10, 5. *cochter* (rubedo) Mab. 1, 257. 260. *dicter* (indignatio) 3, 155. *esmwythter* (hilaritas) 3, 146. *praffter* (firmitas) 3, 30. *gwynder* (albedo) 1, 257. *iawnder* (aequitas) 2, 21. *kyflawnder* (plenitudo) 2, 33. *blinder* (fatigatio) 2, 19. *dogynder* (sufficientia) 2, 27. 40. *balchder* (superbia) 2, 7. *amylder* (varietas) 2, 20. 27. *cymedrolder* (vicissitudo) 2, 8. 32. Eiusdem est variatio sive ampliatio cambrica TRA: *esmwythder*, *esmwythdra* (luxuria, laetitia) Mab. 2, 32. 34. *gwychdra* (strenuitas) 2, 66. *ehouyndra* (intrepidus animus) 3, 153.

Cornica: *caletter* (durities) O. 1524. *tekter* (pulcritudo, deliciae) O. 766. D. 33. R. 186. *hacter* (deformitas) Cr. 289. *gwander* (debilitas) P. 68, 3. 171, 3. 173, 4. *tumder*, *tomder* (calor) Voc. 8ª. P. 58, 3. *yender* (frigus) D. 1223. *dader* (bonitas) D. 1296. 3096, *dadder* O. 973.

Aremorica: *caleter*, *caletder* (durities) MJ. 11 a. Cath. *douczder* (dulcedo) MJ. 3 b. 41 b. *salvder* (salus) 3 b. *sclaerder* (claritudo) 212 b. *crizder* (crudelitas) 234 b. *hirder* (longitudo) 10 b. Buh. 12, 17. *lemder* (acumen), *duder* (nigredo), *glasder* ('viriditas'), *guennder* (candor, albedo), *breinder* (putredo), *berrder* (brevitas), *brasder* (granditas) Cath.

c) Cum vocalibus productis derivantis *r* formula frequentior est ÂR in substantivis masculini plerumque generis.

Cambrica exempla: *callaur* (hod. *callor*, plur. *-au*, masc., sed fem. arem. hod. *kaoter*, pl. *-iou*, et iam *caldaria* ap. Greg. Tur. de glor. conf. c. 98, ital. *caldaja*, gall. hod. *chaudière*) carm. Cb. *hestaur*, pl. *hestoriou* (sextarius; hod. *hestor*, pl. *-au*, fem.) gl. Ox. 22ᵇ. Viros significantia: *pispaur* (leg. *pippaur*? ti-

bicen) gl. Ox. 38ᵃ. *heusawr* (pastor) Mab. 2, 215. 216. *porthawr* (portarius; hod. *heusor*, *porthor*, pl. *-ion*) 1, 1. 2, 201. *carcharawr* (captivus) 1, 254. 2. 231, plur. *karcharoryon* 2, 372; concordantia forma et flexione cum adi. in *-aul*, *-auc* (p 289). Compositum cum subst. *awr* (hora) videtur *neithawr* (nuptiae: hod. *neithior* fem.) Mab. 2, 221. 223

Cornica. *caltor* (cacabus; = cambr. *callaur*), *dinair* (nummus) Voc 10, *dynar* (id.) P. 36, 1, plerumque tamen in *-er*, ut *dyner* D. 536. 1514. 1538 item in Voc.: *soler* (solarium) 10ᵃ. Viros significantia: *prounder* (sacerdos, i. e. praebendarius) 7ᵃ. *peber* (pistor) 10ᵃ. *conseler* (consiliarius) O. 1566. 1579. *ke-doner* (debitor) D. 502. Sed quaeritur an huc pertineant aliqua ex iis, quae in *-or* exeuntia supra posuimus sub *-ur*.

Aremorica in *-er* (p. 96): *diner* (denarius) Cath. Buh. 162, 2. *piler* (pila; hod. *diner pillier* m., pl. *-ou*) 54, 12. Cath. *cauter* (cacabus, caldaria; hod. *kooter*, ven. *kauter*, *koter* fem.) Cath. Viros significantia: *barner* (iudex) Cath. MJ. 121 a. Buh. 152, 7. *noter* (notarius) 156, 22. Cath. *croeer*, *crouer* (creator) Buh. 22, 11. 90, 15. 124, 20. 176, 1. *diuiner* (divinator) 82, 22. *tromper* (deceptor) MJ. 76 b. Cath. *alhuezer* (clavicarius), *clocher* (campanarius), *bacheler* (baccilarius), *balbouzer* (balbus), *barber* (barbitonsor), *beller* (bellator), *guileher pe touser* (tonsor), *baraer* (pistor), *manheguer* (chirothecarius; hod. *maneger*, ven. *manegour*), *groaer* (actor, factor) Cath. Plur. *-erien* (p. 290). Interdum *-eur* ut hodie: *eareur* (amator) Cath.

In ÊR desinens transumptum totum videtur cambr. *magwyr* fem. (maceries) Mab. 2, 284, arem. *moguer* (paries) Cath.

Transumpta terminatio e lat et roman. *atura*, *-tura* videtur aremorica *-adur*, e verbis formans substantiva abstracta ut: *pligadur* (voluntas, beneplacitum) Cath. Buh. 40, 1. 48, 28. *croeadur* (creatura, infans) 48, 24. 100, 20. 102, 7 Cath. *gluipyadur* (humectatio), *benadur* (sculptura), *liuadur* ('tinctura'), *gueadur* (textura), *pentadur* (pictura), *losquadur* (arsura), *queladur* ('alabrus'; i e. dolabra) Cath. Hodierna ita terminata sunt masculina, ut *breinadur* (putredo), *gwaskadur* (compressio), e quibus addita *-ez* (= cambr. *-aeth*) prodeunt feminina, ut *breinadurez*, *deskadurez* (institutio), *berradurez* (breviatio), *magadurez* (educatio). Eodem pertinet cambricum hodiernum *creadur* masc. (creatura), pl. *iaid*, corn. *croadur* Voc. 8ᵇ (*creator* R. 191. 259); dubium, utrum eodem an ad lat. (*torium* nomina cambrica instrumentorum, tam masculina: *geiriadur* (vocabulum), *mwyadur* (microscopus), *tremiadur* (telescopus), *glaniadur* (munctorium), *calaniadur* (fasti), pl. *-on*, quam feminina: *gwniadur* (digitabulum), *pladur* (falx), pl *-iau*.

d) ÊR derivans non invenitur.

e) Conexa derivatio TR, variata ut supra, mares significat in cambr. *ewythyr* (avunculus, patruus), corn. *euiter*, arem. *eontr* Mab. Voc. Cath.. cambrico *gualatr*, *gualatyr*, hod. *gwaladr* (gubernator) in compositis nominibus cambr. arem. supra allatis (p. 169), cornico *cusulioder* (consiliarius) Voc. 7; aremoricis *melinher* (molendinarius); *pesquetr* (piscarius), *pechezr* (peccator); arem. *-es* Cath.; quibuscum conferri possunt transumpta cambr. *amherawdr*, *amherawdyr* (imperator) Mab. fq pl. *amherodron*: *amherodron mein*, *amherodron vein* (imperatorii lapides) 3, 265 266. cambr. *lleidr*, *lleidyr* (latro) 3, 156, corn. *lader* Voc.

P. 74, 4, arem. *lazr* Cath. MJ. 139 b. 140 b. 141 a. b arem. *auoeltr* (adulter) Cath. arem. *empalazr hac empalazres* (imperator, -trix) Cath.; frequentius eadem designat masc. gen. instrumenta ut cambr. *aradyr* (aratrum; hod. *aradr*, *arad*) Mab. 2, 222, corn. *aradar* Voc. 8ᵃ (*araderuur*, arator, 7), arem. *arazr*, *ararz* (hod. *arar*, *alar*, ven. *arer*) Cath. cambr. *tarater*, *tarudyr* (terebra; cambr hod. *taradr* masc.) gl. Ox. B. 42ᵃ. Leg. 2, 1, 4, corn. *tardar* O. 1002, arem. *tarazr* (hod. *tarar*, *talar*, ven. *tarer*) Cath. cambr. *paladar*, *paladr*, *paladyr* (hastile) Leg. 2, 1, 65. Mab. fq., arem. *palarz an breoh* (lacertus) Cath. cambr. *cruitr* (gl. pala) Ox. 14, corn. *croider* (cribrum) Voc. 10ᵃ, arem. *croezr*, *croerz* (hod. *krouer*, *kroer*, ven. *klouer*, *klouir*) Cath. corn. *loder* (caliga; cambr. hod. *llawdr*, bracca) Voc. 9ᵇ. arem. *lezr* (corium; hod. *ler*), *leuzr* (temo; hod. *leur*), *louazr* (alveus; hod. *laouer*, ven. *louer*, *loer* fem.; hib. *lóthur*) Cath. corn. *kenter* (clavus) P. 154, 4, arem. *quentr* (calcar) Cath. cambr. *llestr* (vas), pl. *llestri* Leg. Mab., corn. *lester* (navis), pl. *luulistri* (classis) Voc. 7ᵇ, arem. *léstr* (vas, navis) Cath. Peregrina quoque sunt fere masculini generis ut cambr. *cepister*, *kebyster* (capistrum; hod. *cebystr*) Ox. B. Leg., arem. *cabestr* Cath., feminini tamen hodie cambr. *ffenestr* (fenestra), pl. *-i*, sed masculini arem. *fenestr*, *penestr* (hod. *prenestr*, trec. *prenest*) Cath.

2. Derivatio spirantium.

Praeter S praevalentem in derivatione inter spirantes etiam J et V derivantes in pluribus formulis ostendunt nomina gallica vel britannica vetusta (pp. 782—784). Utramque hanc derivantem servat cambrica lingua.

J derivantem licet statuere in terminatione plur. *eion*, ut in *gwesteion* (hospites) Mab. 1, 271, quod nostra scriptione esset *gwestejon*, e *gwestei*, vel ut hodie scribunt *gwestai*. Huius derivationis nomina virorum vetusta cambrica in *-ei* desinentia supra prolata sunt (p. 127), convenientia cum vetustis gallicis in *-ejus*, *-eja*. Eiusdemque sunt hodierna non infrequentia appellativa in *-ai*, pl. *-eion*, generis communis: *gwestai* (visitator, visitatrix), *blotai* (farinae mendicator, -trix), *cardotai* (mendicus, mendica), *magai* (nutritor, nutrix), *dyhuddai* (pacificator, pacificatrix). Amplius generant derivata in *-eiad*, *-eiaeth* etc., et ipsa prodierunt e verbis denominativis in *-a*, *-aw* (*-o*), ut *gwesta*, *dyhuddo*.

Ceterum conferenda videntur nomina in *-ui*, *-oi* desinentia supra (pp. 96. 816) proposita.

V terminalis tam post consonas quam post vocales simplices et diphthongos exemplis supra (p. 129 sqq.) illustrata est. Eadem in duabus praecipue formulis AV et IV servata consonae munere perspicue fungitur in duplici derivatione *awic*, *-ewic*, ut in *Lletewic*, *Lledewic* (e Letavia oriundus; = Litavicus, cf. Litaviccus Caes; plur *Letewicion** ap. Nennium) Mab. 2, 238. 239. 242, e *Llydaw* (Letavia, Britannia aremorica) Eodem modo formari poterit *Cernywic* e *Cernyw* Mab. fq., nomine regionis Cornubiae, eodemque nomine locorum,

* A vetuste interpolatore Cambro: nos illos, Britones aremoricos, vocamus in nostra lingua *Letewicion*, id est, semitacentes, quoniam confuse loquuntur. Nenn. ap. Gale c. 23, Nenn. et Gild. ed. San-Marte p. 44, not. (cf. Mab. 3, 275. 294). Est falsa interpretatio e cambr. *lled* (semi-, dimidium) et *tewi* (tacere).

i. e. Cornoviae (cf. Durocornovium, Brit. loc., Itin. A., sed etiam *Κορναούιοι*, pop. Brit., ap. Ptol.), cuius *-ov* in recentiore lingua transiit in *-iv*. Simplex, indeque finalis, utraque derivatio extat in *kylchauc* (confinia) Mab. 3, 34. 197, *gressauo* (salutatio) cum denominativo *gressawu* (salutare) fq., *eilyw* (forma, figura, hod. *eiliw* masc.; cf. *eilun*, imago) 3, 202. atque in pluribus exemplis, vetustis praesertim nominibus, tam cambricis quam aremoricis, supra l. c. enumeratis formarum *-au*, *-iau* (lat. *-iavus*), *-iu* (lat. *-ivium*), hodie *-aw*, *-yw*. His autem addenda est alia forma (cambr. vet. *-ou*, rec. et hod. *-eu*) in substantivis et adiectivis. In subst.: *genou* (os, hod. *geneu* m.) L. Land. 231. *agheu*, *angheu* (mors, hod. *angeu* m.) Mab. 1, 36. 2, 237. *goleu* (lux, lumen, hod. masc.) in nomine mulieris *goleudyd* (lux diei) 2, 197. *eisseu* (defectus; hod. *eisieu* m.): *or bei eisseu dim arnaw* (si quippiam deerat ei) 2, 208. *keneu* (catulus, animal iuvencum, hod. *ceneu* masc.; e rad. *cen* pro *gen*, p. 38) 2, 226. 236. Eadem vox *keneu* in nominibus propriis virorum, tam simplex quam composita: *Chanao* Greg. Tur. 4, 4. *Morcenou* L. Land. 136. *Riceneu* 162. Suntque alia eiusdem terminationis nomina virorum: *Bleideu* L. Land. 147. *Cinbleidiou* L. Land. 188. *Llacheu* (fil. Arthuri) Mab. 2, 390. Minus certa, quorum deest forma hodierna: *blodeu* (flos) Mab. 1, 241. *arueu* (armatura: *on arueu*, una armatura) 2, 47, vix separanda a plurali forma *blodeu* 2, 218. *arueu trymyon* (gravia arma) 3, 304. In adiectivis: *asseu* (sinister) Mab. 1, 275. 2, 200. 387. *dehou*, *deheu* (dexter) L. Land. Mab. *teneu* (tenuis) Mab. 1, 259. 2. 382. *gwineu* (fuscus) fq.; in adverbio *kynneu* (modo, paulo ante) Mab. 2, 38 (pp. 398. 619). Hodie *aseu*, *deheu*, *teneu*, *gwineu*, *cynneu*. Ceterum extant hodiernae formae alternantes: *cenaw* (catulus), unde plur. *kenawon*, *kynawon* Mab. 3, 28. quocum conferendum hod. *alltraw* (sponsor), ac non solum *eisiw* (indigentia), *asw* (sinister; *assu* iam Leg. 2, 1, 36 11, 10), sed etiam frequentior *aswy*.

Cornica substantiva et adiectiva eiusdem formae *-ou* e Voc.: *ancow* (mors), *golou* (lux) 8ᵇ. *garthou* (stimulus), *bisou* (anulus) 8ᵃ. *altrou* (victricus) 7ᵃ. *dehou* (dexter) in nomine herbae *dehoules* (abrotanum) 9ᵃ; e Dr. et P. *-ow*: *uncow*, *ankow* (mors) P. 174, 4. 234, 2. *golow* (lux) 64, 3. 79, 1. *ganow* (os) fq. *dyghow* (dexter) P. fq., *dyhow* Cr. 65, *dyov*, *dyow* D. 1487; 1829. R. 1582. *tanow* (tenuis) R. 2462.

Aremorica quoque sunt et nomina virorum desinentia in *-ou* (quamquam in quibusdam videtur legendum *-on*), *-iou*: *Guorasou*, *Dinaerou*, *Loiesbritou* Chart. Rhed. 1, 7, 17. Mor. 267. *Cadou*, *Saliou* Chart. Kemperl. Mor. 431. *Periou* Coriosop. Mor. 378. 379; cf. *Poatou* (Pictavia) Cath.; et appellativa atque adiectiva: *ancou* (mors; hod. *añkou*, ven. *ankeu*) Cath. Buh. 10, 1, *anoquou* 144, 5. *golou* (lumen, lux; hod. *goulou*, cornug. *gouluou*, trec. *golo*, ven. *goleu* m.) Cath. Buh. 100, 3, *goulou* 184, 7. 192, 4. *guenou* (os; hod. *genou*, *ginou*, cornug. trec. *geno*, ven. *geneu* m.) 66, 2. Cath. 166, 15. *besou* (anulus; hod. *bizou*, ven. *bizeu* m.) Cath. *autrou* (dominus; hod. *aotrou*, cornug. *autrou*, *otrou*, trec. *uotru*, ven. *eutreu*) Cath. Buh. MJ. *dehou* (dexter; hod. *deou*, cornug. *deo*, trec. *deo*, *deo*, ven. *deeu*) MJ. 141 a, *deho* Cath. *tanau* (tenuis; hod. *tano*, ven. *teno*) Cath.

Derivatio conexa TV mutata ut in aliis exemplis (p. 131) inesse videtur in cornicis substantivis in *-adow* desinentibus, quae veremur ne parum recte supra (p. 287) plurali tribuerimus: *pesadow* (precatio), *arhadow*, *arghadow* (man-

datum), *plegadow* (placitum), *falladow* (vitium), *danvonadow* (missio), *govynnadow* (postulatum), *gorhemmynnadow*, *gorhemynnadow* (iussum), item in *ynnyadow* (compulsio) O. 999. *dythewadow* (promissum) O. 1871. *kelladow* (iactura) O. 2117.

S derivans simplex forsitan statuenda sit in verbis denominativis cambricis desinentibus in *-aam* (*-aham*, *-haam*), *-aaf* (inf. *-a* et *-au* pp. 534. 537). Quamquam in his suspicari possis *g* primitivam derivantem, si compararis formas hibernicas (p. 795). Vetustis exemplis supra enumeratis (p. 506) addo alia ipsa quoque causativa e Mab.: *ef agadarnhaei* (ipse affirmabat; adi. *cadarn*) 3, 301. *ac ae hofnockaei yn gymeint* (et terrebat eos adeo; i. e. timidos fecit, adi. *ofnawc*) 3, 299. Eiusdem tamen formae sunt denominativa neutra: *megys ygnottayssei* (ut consueverat) Mab. 3, 304. *hyt trabarhaawd yoes* (donec manebat vita eius) 3, 299. *ny cheit byth trabarhaei bwyt a llynn* (non caperetur unquam, castrum, donec maneret cibus et potus) 1, 252. *tristau*, *arafhau* (tristem, quietum fieri) 1, 26. 2, 381. Ac propter *h* praemissam in plerisque eodem certe iure *s* derivantem consonam conicere licebit. Cornica praesertim a comparativis: *guella* (meliorem reddere) D. 1050. R. 2242. *byth ny wyla* (nihil proficit) D. 1407. *lyha*, *lygha* (minuet) O. 1772. 1787. D. 1909. *guethe* (male tractare, destruere) O. 689. R. 1416. *lowenhe* (exhilarare, laetari) R. 1690. D. 1427. Aremorica: *neuezhat* (renovare) Buh. 14, 2. *louenhat* (exhilarare) MJ. 9b. 211b. Buh. 28, 22. *bihanhat* ('minorare'), *trugarecat* ('misereri'), *ysselhat* ('infimare') Cath. Hodierna eiusmodi verba ex adiectivis vel substantivis e dial. Leon.: *bihanaat* (deminuere, deminui), *gwellaat* (meliorem reddere), *c'hoantaat* (desiderare), *peoc'haat* (pacare).

Servata eadem sicut hibernice non invenitur nisi geminata (vel per assimilationem ex *cs*, *st*, *ns* progressa) etiamsi simplex scripta est: *a*) annexa radici: cambr. *camse* (camisia) Mab. 2, 218, corn. *cams*, arem. *camps* (gl. alba) Voc. 9ª. Cath.

b) Accedens cum vocalibus correptis, e quibus frequentiores sunt *a* et *u*, si sequitur flexio vel altera derivatio, geminata SS scribi solet (cf. p. 120).

AS in cambricis substantivis femininis abstractis e substantivis: *dinas* (munitio, oppidum: *yr dinas honn* Mab. 1, 290) Mab. 1, 16. *vrdas* (honor, dignitas) 3, 298. *kymmwynas* (communicatio) 2, 12. *kyweithas* (societas) 1, 23. *kedymdeithas* (societas) 1, 236. 261. *galanas* (occisio, homicidium) Leg. fq. *priodas* (nuptiae) Mab. 1, 21. *teyrnas* (dominium: *yny teyrnas honn* 2, 379) 1, 247. 3, 297. 298. Geminatio scripta in plur.: *dinassoed* 3, 274. 298. *teyrnassoed* 3, 298. *gwintasseu* (caligae) 3, 265; in verbo denominativo: *ymgedymdeithassu* (associari inter se) 3, 149. Vix in cornicis ut: *coweȝas* (sodalitas; = cambr. *cyweithas*) P. 110, 2. vel *hanas* (susurrus? cambr. hod. *hanes*, hib. *sanas*) 79, 4; differunt certe pleraque, quorum *as* substituitur loco primitivae *at* (p. 154). Nec huc pertinet adi. corn. *ogas* (vicinus), quod respondet cambr. *agos* (hib. *acus*). Quamquam eadem terminatio extat in nominibus virorum cambricis, ut *Gildas* Mab. 2, 22. 391.

ES in cambricis collectivis generis feminini: *llyghes*, *llynghes* (classis; e *llong*, navis) Mab. 3, 264. 269. 300, e quo nom. pr. *Lyggesuuc* L. Land. 140.

i. e. Cornoviae (cf. Durocornovium, Brit. loc., Itin. A., sed etiam *Κορναούιοι*, pop. Brit., ap. Ptol.), cuius *-ov* in recentiore lingua transiit in *-iv*. Simplex, indeque finalis, utraque derivatio extat in *kylchaw* (confinia) Mab. 3, 34. 197, *gressaw* (salutatio) cum denominativo *gressawu* (salutare) fq., *eilyw* (forma, figura, hod. *eiliw* masc.; cf. *eilun*, imago) 3, 202. atque in pluribus exemplis, vetustis praesertim nominibus, tam cambricis quam aremoricis, supra l. c. enumeratis formarum *-au*, *-iau* (lat. *-iavus*), *-iu* (lat. *-ivium*), hodie *-aw*, *-yw*. His autem addenda est alia forma (cambr. vet. *-ou*, rec. et hod. *-eu*) in substantivis et adiectivis. In subst.: *genou* (os, hod. *geneu* m.) L. Land. 231. *agheu*, *angheu* (mors, hod. *angeu* m.) Mab. 1, 36. 2, 237. *goleu* (lux, lumen, hod. masc.) in nomine mulieris *goleudyd* (lux diei) 2, 197. *eisseu* (defectus; hod. *eisieu* m.): *or bei eisseu dim arnaw* (si quippiam deerat ei) 2, 208. *keneu* (catulus, animal iuvencum, hod. *ceneu* masc.; e rad. *cen* pro *gen*, p. 38) 2, 226. 236. Eadem vox *keneu* in nominibus propriis virorum, tam simplex quam composita: *Chanao* Greg. Tur. 4, 4. *Morcenou* L. Land. 136. *Riceneu* 162. Suntque alia eiusdem terminationis nomina virorum: *Bleideu* L. Land. 147. *Cinbleidiou* L. Land. 188. *Llacheu* (fil. Arthuri) Mab. 2, 390. Minus certa, quorum deest forma hodierna: *blodeu* (flos) Mab. 1, 241. *arueu* (armatura: *un arueu*, una armatura) 2, 47, vix separanda a plurali forma *blodeu* 2, 218. *arueu trymyon* (gravia arma) 3, 304. In adiectivis: *asseu* (sinister) Mab. 1, 275. 2, 200. 387. *dehou*, *deheu* (dexter) L. Land. Mab. *teneu* (tenuis) Mab. 1, 259. 2. 382. *gwineu* (fuscus) fq.; in adverbio *kynneu* (modo, paulo ante) Mab. 2, 38 (pp. 398. 619). Hodie *aseu*, *deheu*, *teneu*, *gwineu*, *cynneu*. Ceterum extant hodiernae formae alternantes: *cenaw* (catulus), unde plur. *kenawon*, *kynawon* Mab. 3, 28, quocum conferendum hod. *alltraw* (sponsor), ac non solum *eisiw* (indigentia), *asw* (sinister; *assu* iam Leg. 2, 1, 36 11, 10), sed etiam frequentior *aswy*.

Cornica substantiva et adiectiva eiusdem formae *-ou* e Voc.: *ancow* (mors), *golou* (lux) 8ᵇ. *garthou* (stimulus), *bisou* (anulus) 8ᵃ. *altrou* (victricus) 7ᵃ. *dehou* (dexter) in nomine herbae *dehoules* (abrotanum) 9ᵃ; e Dr. et P. *-ow*: *uncow*, *ankow* (mors) P. 174, 4. 234, 2. *golow* (lux) 64, 3. 79, 1. *ganow* (os) fq. *dyghow* (dexter) P. fq., *dyhow* Cr. 65, *dyov*, *dyow* D. 1487; 1829. R. 1582. *tanow* (tenuis) R. 2462.

Aremorica quoque sunt et nomina virorum desinentia in *-ou* (quamquam in quibusdam videtur legendum *-on*), *-iou*: *Guorasou*, *Dinaerou*, *Loiesbritou* Chart. Rhed. 1, 7, 17. Mor. 267. *Cadou*, *Saliou* Chart. Kemperl. Mor. 431. *Periou* Coriosop. Mor. 378. 379; cf. *Poatou* (Pictavia) Cath.; et appellativa atque adiectiva: *ancou* (mors; hod. *añkou*, ven. *ankeu*) Cath. Buh. 10, 1, *ancquou* 144, 5. *golou* (lumen, lux; hod. *goulou*, cornug. *gouluou*, trec. *golo*, ven. *goleu* m.) Cath. Buh. 100, 3, *goulou* 184, 7. 192, 4. *guenou* (os; hod. *genou*, *ginou*, cornug. trec. *geno*, ven. *geneu* m.) 66, 2. Cath. 166, 15. *besou* (anulus; hod. *bizou*, ven. *bizeu* m.) Cath. *autrou* (dominus; hod. *aotrou*, cornug. *autrou*, *otrou*, trec. *aotro*, ven. *eutreu*) Cath. Buh. MJ. *dehou* (dexter; hod. *deou*, cornug. *deo*, trec. *dec*, *deo*, ven. *deeu*) MJ. 141 a, *deho* Cath. *tanau* (tenuis; hod. *tano*, ven. *teno*) Cath.

Derivatio conexa TV mutata ut in aliis exemplis (p. 131) inesse videtur in cornicis substantivis in *-adow* desinentibus, quae veremur ne parum recte supra (p. 287) plurali tribuerimus: *pesadow* (precatio), *arhadow*, *arghadow* (man-

datum), *plegadow* (placitum), *falladow* (vitium), *danvonadow* (missio), *govynnadow* (postulatum), *gorhemmynnadow*, *gorhemynnadow* (iussum), item in *ynnyadow* (compulsio) O. 999. *dythewadow* (promissum) O. 1871. *kelladow* (iactura) O. 2117.

S derivans simplex forsitan statuenda sit in verbis denominativis cambricis desinentibus in *-aam* (*-aham*, *-haam*), *-aaf* (inf. *-a* et *-au* pp. 534. 537). Quamquam in his suspicari possis *g* primitivam derivantem, si compararis formas hibernicas (p. 795). Vetustis exemplis supra enumeratis (p. 506) addo alia ipsa quoque causativa e Mab.: *ef agadarnhaei* (ipse affirmabat; adi. *cadarn*) 3, 301. *ac ae hofnockaei yn gymeint* (et terrebat eos adeo; i. e. timidos fecit, adi. *ofnawc*) 3, 299. Eiusdem tamen formae sunt denominativa neutra: *megys ygnottayssei* (ut consueverat) Mab. 3, 304. *hyt trabarhaawd yoes* (donec manebat vita eius) 3, 299. *ny cheit byth trabarhaei bwyt a llynn* (non caperetur unquam, castrum, donec maneret cibus et potus) 1, 252. *tristau*, *arafhau* (tristem, quietum fieri) 1, 26. 2, 381. Ac propter *h* praemissam in plerisque eodem certe iure *s* derivantem consonam conicere licebit. Cornica praesertim a comparativis: *guella* (meliorem reddere) D. 1050. R. 2242. *byth ny wyla* (nihil proficit) D. 1407. *lyha*, *lygha* (minuet) O. 1772. 1787. D. 1909. *guethe* (male tractare, destruere) O. 689. R. 1416. *lowenhe* (exhilarare, laetari) R. 1690. D. 1427. Aremorica: *neuezhat* (renovare) Buh. 14, 2. *louenhat* (exhilarare) MJ. 9 b. 211 b. Buh. 28, 22. *bihanhat* ('minorare'), *trugarecat* ('misereri'), *ysselhat* ('infimare') Cath. Hodierna eiusmodi verba ex adiectivis vel substantivis e dial. Leon.: *bihanaat* (deminuere, deminui), *gwellaat* (meliorem reddere), *c'hoantaat* (desiderare), *peoc'haat* (pacare).

Servata eadem sicut hibernice non invenitur nisi geminata (vel per assimilationem ex *cs*, *st*, *ns* progressa) etiamsi simplex scripta est: *a*) annexa radici: cambr. *camse* (camisia) Mab. 2, 218, corn. *cams*, arem. *camps* (gl. alba) Voc. 9ᵃ. Cath.

b) Accedens cum vocalibus correptis, e quibus frequentiores sunt *a* et *u*, si sequitur flexio vel altera derivatio, geminata SS scribi solet (cf. p. 120).

AS in cambricis substantivis femininis abstractis e substantivis: *dinas* (munitio, oppidum: *yr dinas honn* Mab. 1, 290) Mab. 1, 16. *vrdas* (honor, dignitas) 3, 298. *kymmwynas* (communicatio) 2, 12. *kyweithas* (societas) 1, 23. *kedymdeithas* (societas) 1, 236. 261. *galanas* (occisio, homicidium) Leg. fq. *priodas* (nuptiae) Mab. 1, 21. *teyrnas* (dominium: *yny teyrnas honn* 2, 379) 1, 247. 3, 297. 298. Geminatio scripta in plur.: *dinassoed* 3, 274. 298. *teyrnassoed* 3, 298. *gwintasseu* (caligae) 3, 265; in verbo denominativo: *ymgedymdeithassu* (associari inter se) 3, 149. Vix in cornicis ut: *cowezas* (sodalitas; = cambr. *cyweithas*) P. 110, 2. vel *hanas* (susurrus? cambr. hod. *hanes*, hib. *sanas*) 79, 4; differunt certe pleraque, quorum *as* substituitur loco primitivae *at* (p. 154). Nec huc pertinet adi. corn. *ogas* (vicinus), quod respondet cambr. *agos* (hib. *acus*). Quamquam eadem terminatio extat in nominibus virorum cambricis, ut *Gildas* Mab. 2, 22. 391.

ES in cambricis collectivis generis feminini: *llyghes*, *llynghes* (classis; e *llong*, navis) Mab. 3, 264. 269. 300, e quo nom. pr. *Lyggesuuc* L. Land. 140.

dauattes (grex ovium; *dauat*) Mab. 2, 215. Item in *llawes* (manica; hib. vet. *lámos*, e *lám*, manus) 3, 269, plur. *lleuys* (hod. *llewys*) Leg. 1, 12, 6. *gormes* (afflictio, miseria) Mab. 1, 293; in transumpto: *neges* (negotium; *yneges honno* Mab. 1, 260), pl. *negesseu* Mab. fq., *nekesseu* Leg. 1, 13, 14; corn. *negis*, *nygys*, *negys* P. 62, 2. 63, 2. 69, 2. O. 699. 720. 733. 912. Cr. 1737, pl. *nygyssow*, *negyssyow* O. 1004. Cr. 1883. Cf. arem. *garlantes* ('flameum', i. e. corona, sertum; hod. *garlañtez* fem., pl. *-ou*) Cath. Differt genere masc. cambr. arem. *maes* (campus, planities; e simpl. *ma*, *mag*, p. 4 not.), corn. *mes*.

Frequentissime vero eadem terminatio ES format substantiva feminina e masculinis, respondens graecolat. *-issa* et gall. hod. *-esse*.

Cambrica exempla: *leeces* .i. *mulieris* (gl. maritae) Cb. 80. *kor ar gorres* (pygmaeus et pygmaea, *corres* 1, 241) Mab. 1, 243. *unbennes* (domina; masc. *unbenn*) 1, 14. 289. *iarlles* (comitissa) fq. *arglwydes* (domina; *arglwyd*) 1, 17. 251. *marchoges* (eques femina) 1, 255. 294. *manaches* (sanctimonialis) 1, 251. *amherodres* (imperatrix; *amherawdr*) 1, 280. *camraes*, *camaraes* (Cambra) Leg. 2, 1, 58. 59. 61. Etiam IES: *pophuryes* (pistrix; hod. *pobwr*, pistor) Leg. 1, 31, 8. *golchuryes* (lotrix) 1, 31, 11. Plur. *mynachesseu* Mab. 1, 252; e libro recentiore: *arglwyddesau* 3, 330.

Cornica e Voc.: *caites* (serva) 7ᵇ. *laines* (nonna) 7ᵃ. *ruifanes* (regina), *arludes* (domina) 7ᵇ. *manaes* (monialis), *canores* (cantrix), *rediores* (lectrix) 7ᵃ. *hwirnores* (crabro) 8ᵇ. E P. et Dr.: *arluthes*, *arlothes* R. 1701. D. 1965. *cowethes* (socia, sodalis) O. 95. 652. *gwerghes*, *gwyrhes*, *gwyrghas*, *gwerhas* (virgo) D. 403. R. 154. O. 2663. P. 3, 2. 4, 3. *mygternes* (regina) 226, 2. *pehadures*, *peghadures*, *peghadores*, *peghadoras* (peccatrix) 32, 1. D. 491. R. 1094. 1097. *pestryores* (saga) O. 2668.

Aremorica: *heizes* (cerva) Buh. 30, 19. Cath. *guerches* (virgo) Cath. MJ. 157 a. Buh. 18, 16. 22, 7. 44, 9. 46, 2. (*guerchez* 92, 19. MJ. 66 b.) *leanes* (monialis) Cath. Buh. 18, 2. 20, 8. 12. 22, 5. *Bretones* (Britanna) 140, 3. Cath. *achantoures* (incantatrix), *magueres* (nutrix), *alhuezerez* (clavicaria), *baelec pe baelegues* (sacerdos) Cath. De plurali forma *-eset* vid. p. 293. Eadem interdum additur adiectivis: *santes*, *sanctes* (sancta) Buh. 46, 2. 140, 3. *brases* (praegnans; adi. *bras*, magnus, crassus) Cath. Buh. 74, 20. 92, 6, unde particip. *brasesset*, *braseset* (impraegnata) 42, 20. 46, 14. Hodierna scriptione *-ez*.

IS in substantivis: cambr. *ynys* (insula; fem.: *yr ynys honn* Mab. 1, 246) Mab. fq., pl. *ynyssed* Mab. 2, 391; corn. *enys* O. 2592; arem. *enes* Buh. 16, 1. 3, sing. *enesen* 6, 22. 80, 11, *enesenn* Cath., hod. *enez*, *enezen* f., sed ven. *iniz*, pl. *-i*. cambr. *euullys*, *ewyllys* (voluntas; hod. *ewyllys*, *gwyllys*, masc.) Leg. 2, 11, 38. Mab. 2, 24. 26. *gregys* (cingulum; hod. *gwregys* masc., plur. *-au*) Leg. 2, 6, 41; corn. *grugus* (cingulum, zona, cinctorium) Voc. 9ᵇ, arem. *gouris* (zona; hod. *gouriz*, ven. *grouiz* masc.) Cath. In adiectivis, nisi sunt composita: *dilis*, *dylis* (hod. *dilys*, certus, securus; hib. vet. *diles*) Leg. 2, 1, 54. 5, 2. *hyspys* (manifestus, certus) Mab. 1, 7. 11.

OS: corn. *airos* (puppis; hib. vet. *eross*) Voc. 7ᵇ. Cambr. subst. *kyfagos* (vicinitas) Mab. 1, 3. 31. 236, comp. ex adi. *agos* (vicinus) 1, 24. 25. 239. corn. *carogos* (affinis, consanguineus) Voc. 7ᵇ, *ogas* (propinquus) P. 19, 4. 140, 2. 189, 3. 200, 1. 249. 3. 253, 1. D. 1102, *oges* O. 184. 1141. D. 2660.

US (*-wos*) in paucis substantivis cambricis: *drws* (ianua; cf. hib. vet. *dorus*, *doros*; differt corn. *darat*, ostium, Voc. 9ᵃ.) Mab. 1, 15. 250. *madws* (tempus impletum, opportunitas) 1, 33. *amws* (equus) 2, 215.

c) Cum producta vocali frequentiores sunt formulae ÊS (ÎS) et ÔS, vix non profectae ab *-ens* et *-ons*.

In ÊS (= lat. *-ensis*) desinunt adiectiva cambrica: *tuscois* (gl. tuscus) Ox. 38ᵇ. *amdyfrwys* (aquosus; *dwfr*, aqua) Mab. 3, 265. 269. Item substantiva collectiva in *-wys*, arem. *-is*, supra memorata (p. 294). Discrepant cambrica fem. in *-uys*, *-wys* ut composita cum substantivo *gwŷs* (notitia): *mamuys* (maternitas; hod. *mamwys*) Leg. 2, 1, 59. *rackuys* (praecedentia; hod. *rhagwys*) 2, 2, 1.

Ad ÔS (= lat. *-onsus*, *-ôsus*) redit *-us* (interdum *-ius*), frequentissima terminatio, formans adiectiva maxime e substantivis. Cambrica: *goualus* (tristis; *goual*) Mab. 1, 244. *agkyghorus* (demens, consilii expers; *cyghor*) 2, 54. *gorawenus* (triumphans; *gorawen*, gaudium) 2, 385. 386. *galarus* (miser; *galar*, miseria) 1, 272. *enrydedus* (honorabilis; *enryded*, honor) 1, 33. 268. *ryuygus* (arrogans) 1, 242. 249. 253. *llwydyannus* (prosper) 2, 27. 3, 297. *cywelydyus* (inhonestus; hod. *cywilydd*, pudor) 1, 244. Compar. *iachussach* (magis sanus) Mab. 3, 271 ex *iachus* pro *iach* (sanus).

Cornica: *badus* (lunaticus) Voc. 8ᵃ. *priderus* (sollicitus) 10ᵃ. *faidus* (formosus) 7ᵃ. *gothus* (superbus; *goth*, superbia) 8ᵇ, *gothys* O. 899. 2221. Cr. 284. 306.

Aremorica: *ingingus* (ingeniosus), *auius* (aemulus) Cath. *anafus*, *anaffus* (perturbatus, sollicitus; *anaf*, perturbatio, Buh. 58, 19) B. 56, 19. 126, 14. *quenedus* (formosus; *quenet*, decor, Cath.) 148, 9. *morchedus* (tristis; *morchet*, sollicitudo, Cath.) 126, 9. 13. *flerius* (foetidus; corn. *flair* Voc., arem. *fler* Cath.) 68, 13. *orgouyllus* (superbus) MJ. 10a. *venimus* (venenosus), *afuyus* (invidiosus) 11a. *cassonyus* (odiosus) 11 b.

Per ÂS formatum subst. numerale cambr. *liaus*, *lliaws* (multitudo, multi; hod. *lluaws*) gl. Ox. 39ᵃ. Mab. 2, 245, corn. *leas*, *luas* P. (p. 95). *lues* O. 633. 1136. *lyes* D. 557. 749. 1755. 1995, arem. *lies furm* (multiformis), *quenlies* (tot), *quenliez guez* ('quotienscumque'), *lies* ('saepe') Cath. *alies* (saepe) Cath. Buh. MJ. Dubia res est de cambr. subst. *achaws* (causa; hod. *achos*, pl. *-ion*, masc.) Mab. 2, 35. 3, 98. 300, cum in hib. *accuis* (p. 151) brevis vocalis inesse videatur.

3. Derivatio mediarum.

B derivans in paucissimis vocibus certa est, ut in subst. cambr. *cledyf*, plur. *cledyfeu* (gladius) Mab. fq., corn. *cleȝe* P., *clethe* Dr., arem. *clezef*, *clezeff* Buh. 90, 10. 152, 3 ob hib. vet. *claideb* — quamquam hodierna forma arem. *kleañ* (fem., at leon. *kleze* masc., plur. *-ier*, p. 290) respondet hod. hib. gael. *cloidheamh*, *claidheamh* — et in adi. cambr. *araf* (mitis, placidus), unde verb. *arafhau* (quietum esse, quiescere) Mab. 2, 381, si recte conferuntur vetusta nomina gallica virorum Arabus, Intarabus, et fluviorum Arabo, Arar (p. 11, not., et 788). De aliis dubium est, utrum huc pertineant, an ad *m* derivantem: *guanaf* (horreum, series; hod. *gwanaf* fem., pl. *-au*) Leg. 1, 35, 9. *kynnedyf* (habitus, con-

suetudo; hod. *cynneddf* fem., pl. *-au*) Mab. 1, 276. 2, 50. 208. *twryf*, *twrwf*, *kynnwryf* (tumultus; hod. *twrf* masc., pl. *tyrfoedd*, *tyrfau*) 1, 8. 13. 29. 290.

D derivans multo frequentior est, praesertim cum vocalibus correptis *e*, *i*, quamquam vestigium non est ordinis posterioris in declinatione, ut hib. *tene*, gen. *tened* (ignis) respondet cambr. *tan*; rara tamen ipsa quoque cum productis. Ad comprobandam *d* primitivam addentur exemplorum hodiernae scriptiones cambricae per *dd*.

ED in substantivis abstractis ex adiectivis: pauca sunt diversae originis. Cambrica (hodie masculina, excepto *buchedd*, vita, fem., pl. *bucheddau*): *culed* (macies; hod. *culedd* e *cul*, macer) gl. Ox. 8ᵇ. *criched* (ruga; *crychedd*) 40ᵃ. *bicoled* (vecordia; cf. hod. *bwgwl*, minae, *bygylu*, minari) gl. Lxb. E Mab.: *diwed* (finis; hod. *diwedd*, hib. vet. *dead*, *diad*) 1, 3. *mawred* (magnitudo; hod. *mawredd*) 1, 10. *goruoled* (triumphus, gaudium; *gorfoledd*) 2, 31. *amgeled* (sollicitudo; *amgeledd*) 2, 37. 39. *dewred* (valor, fortitudo; *dewredd*) 1, 3. 247. 273. 2, 29. *trugared* (misericordia; *trugaredd*) 2, 376.

Quae inter vetustiora eiusdem terminationis inveniuntur, subst. *emed*, pl. *emedou* (aes) gl. Ox. 38ᵃ, *cared* (gl. nota) 38ᵇ. (gl. nequitiae) Cb. 86. et adi. *celmed* (efficax) gl. Ox. 5ᵇ, sunt hodie *efydd*, *cerydd*, *celfydd*.

Cornica: *deweth*, *dyweth* (finis) P. 40, 4. 166, 4. 186, 4. 200, 1. 236, 4; R. 348. O. 671. 1728. D. 2947. 2948. *guyryoneth*, *guyroneth* (veritas; cambr. *gwirionedd*) D. 1468. 1477. 1587. 1974. 2029; O. 702. 740. D. 735. *trueth* (miseria; cambr. *truedd*) D. 2437. 3182. R. 899. *tregereth* (misericordia, pietas) O. 454. 705. R. 1148, *tregeryth* O. 1015. *vfereth*, *euereth* (vanitas; cambr. *oferedd*) R. 950. 1262; 936. Alia aut incertae sunt derivationis ut *myghterneth* (regnum, imperium; cambr. hod. *teyrnedd*, sed *rhagdeyrnaeth* iuxta *rhagdeyrnedd*) D. 785. R. 313. 712. 720, aut indubie ad *-eth*, cambr. *-aeth* pertinentia.

Aremorica quaedam huc pertinentia: *buhez* (vita) Cath. Buh. 14, 1. 70, 1. 78, 12. MJ. 35 a. *diuez*, *divez* (finis) Cath. Buh. 102, 16. MJ. 91 b. *bihanez* (parvitas; cambr. hod. *bychanedd*) Buh. 72, 11. 182, 13, *bihannez* Cath. *truez* (pietas?) Cath. Buh. 120, 2. 122, 4, *truhez* 194, 19. *trugarez* (misericordia) Cath. MJ. 91 b. Buh. 80, 13. 106, 2. *guirionez* (veritas) fq., *guiryonez* Cath. *follez* (stultitia; cambr. *ffoledd*), *larguentez* (largitas) Cath. In hodiernae linguae lexicis invenio *divez*, *bihanez* tributa generi masculino, sed feminino *trugarez* (*trugare*), *gwirionez* (*gwirione*), *largeñtez* (ven. *largañte*), *buez* (*buhez*, *bue*), *truez* (*true*), *follez* (ven. *folèh*). In quibus facta esse videtur confusio cum derivatione *aez*, *-ez*, cambr. *-aeth*. Servarunt tamen hodie quoque genus masculinum substantiva in *-érez* actionem ipsam indicantia, ut *pokérez* (osculatio), *gwalc'hérez* (lavatio), *boudérez* (susurrus). Incertae terminationis sunt alia ut *marchadourez* (commercium; hod. *marc'hadourez* fem. collectivum, merx, merces), *quelingnadez* ('docimen') Cath.

ID (hib. *-id*) in substantivis cambricis significantibus viros exercentes artem vel officium: *medyd* (coctor mulsi; hod. *meddydd*, plur. *meddyddyon*) Leg. 1, 17, 1. *kynyd*, plur. *kynnydyon* (venator; hod. *cynydd*) Mab. 2, 209. 225. 244. *melinyd* (molitor; *melinydd*) 1, 278. 279. Inprimis derivatione duplici ETID, ITID (hod. *-edydd*, *-iedydd*; hib. *-thid*): *llemhidyd* (saltator) Mab. 2, 209. *Sugyn*

m. Sucnedyd (Suco Suctoris f.) 2, 210. *Medyr vab Methredyd* (Iaculans filius Iaculatoris; nn. propria, cf. p. 83) 2, 211, unde rectius erat *dremidyd*, minus bene scriptum: *Drem uab Dremhitit* 2, 6. *Drem vab Dremidyt* (*drem*, visus, lux, 2, 221) 2, 208.

In cornicis ita terminatis scribit tenuem more suo (p. 143) Voc.: *piphit* (tibicen), *brodit* (iudex; subst. *brawt*, iudicium), *pridit* (poëta; cambr. hod. *pibydd*, *prydydd*). Idem invenitur in Leg.: *kenyt* (venator) 1, 16, 1. *medyt* (medi coctor), *hebogyt* (falconarius) 1, 1, 1. *kanhuyllyt*, *kanuyllyt* (candelarius) 1, 1, 1. 9, 25.

Eadem terminatio in aliis subst. masc. significantibus res: *estid* (gl. sedile, gl. theatrum; cf. verb. hod. *eistedd*, sedere) gl. Ox. 6ᵃ. 38ᵃ. *gubennid* (cervical; *gobennyd*, pl. *gobennydyeu* Mab. 1, 2. 4, hod. *gobenydd*, pl. *-yddion* vel *-yddiau*) B. 44ᵃ. *cemecid* (gl. lapidaria; hod. *cyfegydd*) 42ᵇ. E Mab.: *mynyd*, pl. *mynyded* (mons; *mynydd*, pl. *-oedd* vel *-au*, p. 292) 1, 11. 27. 288. *bedyd* (baptismus; *bedydd*) 1, 265. 266. *crefyd* (religio; *crefydd*, hib. vet. *crabud*) 1, 16. *emennyd* (cerebrum; *ymenydd*) 1, 13. *cynnyd* (augmentum, valor; *cynydd*) 1, 262. *defnyd* (figura, materia; *defnydd*) 2, 219. *llewenyd* (gaudium; *llawenydd*) 1, 36. 2, 31. *lleueryd* (sermo, oratio; *llaferydd*, *lleferydd*) 2, 240. *kerennyd*, *karenhyd* (amicitia, favor; *carennydd*) fq. *lluossyd* (multitudo; hod. *lluosedd*) 2, 27.

Cornice ut aremorice vocalis *e* praevalere solet, cornice praeterea oblitterari media (ut *b* in *cleze*, gladius) in his: *lowene* (gaudium; cambr. hod. *llawenydd*) P. 30, 1. 65, 2. *kerense* (amor; cambr. *carennydd* = *cerentid*, *carantid*) 58, 4. 223, 3. D. 549, *kerenge* O. 1207. 1231. D. 483. R. 453. Servata tamen est in masc. *menit* (mons) Voc. 9ᵃ, *meneth*, plur. *menyȝyow* P. 16, 1. 170, 1.

Aremorica exempla: *menez* (mons, masc. hod.) Cath. MJ. 13a, plur. *meneziou* 10b. *carez* (reprehensio; opprobrium*; cambr. *cerydd*) 91b. 101b. Buh. 50, 4. *badez* (baptisma; hod. *badez*, *bade*) 52, 6. *leuenez* (gaudium; hod. *levenez*, cornug. trec. *levene*, ven. *lehuine*) 46, 17. 146, 3. 5. MJ. 120a. *carantez* (amor; hod. *karañtez*, *karañte*) Buh. 34, 7. 36, 11. 52, 10. 110, 4. Cath. MJ. 30a. (*quarantez* 41a.) *lauarez* (dicere) Cath. Transierunt hodie haec quoque ad genus femininum, excepto *menez* (trec. cornug. *mine*, *mene*, ven. *mané*).

Eandem terminationem exhibent adi. cambr. *llonyd* (hod. *llonydd*): *ny chysgaf hun lonyd* (non dormiam somnum tranquillum) Mab. 1, 284. *celuyd* (hod. *celfydd*) colligendum e subst. *celuydyt* (ars) Leg. 1, 43, 11. Mab. 3, 148. 153. cambr. *newyd* (novus; hod. *newydd*) Mab. 1, 3, corn. *nowyth*, *newyth* P. 107, 4. 233, 2, arem. vet. *nowid*, *negued*, *newed* (p. 91), rec. et hod. *neuez*, *nevez* (cornug. *neve*, trec. *neoue*, ven. *nehue*).

Frequentiora vero sunt adiectiva cambrica desinentia in EID (hod. *-aidd*) conferenda hibernicis in *-ide*, *-de*, nisi sunt composita (cf. *-eid*, suus, p. 387), formata e substantivis: *pebreid*, *pybreid* (piperosus) Mab. 2, 201. 203. *brenhineid* (regius) 3, 100. *teyrneid* (dominicus; *mackwy t.*, iuvenis dominicus, auctoritate domini praeditus) 2, 9. *hebogeid* (proprius falconis; *llygeit h.*, oculi quales sunt falconis) 2, 385. Sed etiam ex adiectivis: *bonhedigeid*, *anuonhedigeid* (nobilis, ignobilis; adi. *bonhedic*, nobilis, e subst. *bonhed*, hod. *bonedd*, genus, nobilitas)

* Ven. *gare* masc. nihil aliud esse videtur quam *care* fem.

Mab. 1, 160. 2, 385. Invenitur *-ieid*: *milwryeid* (militaris, militi conveniens; hod. *milwraidd*) Mab. 2, 24.

Producta vocalis derivans ÊD apparet in uno exemplo cambr. vet. *notuid* (acus; hod. *nodwydd, nydwydd* fem., pl. *-au*) gl. Ox. B. 42ᵇ, arem. *nadoez* (hod. *nadoz* fem., pl. *-iou*, trec. ven. *nadoue, nadoe*, pl. *-ien*) Cath. Nam cambr. *arglwyd* (dominus; hod. *arglwydd* vel *arlwydd*, pl. *-i*) Mab. fq., corn. *arlut, arluth* Voc. P., compositum videtur.

ÔD in subst. cambr. *muchud* (lapis niger; hod. *muchudd* masc.) Mab. 1, 251. 257. 283; in adi. *ufud* (oboediens; hod. *ufudd*) 3, 13, nisi est transumpta vox latina.

G derivans infectione perdita, quae statuenda est in vocibus quibusdam, ut in n. pr. viri *gelhi* cod. Lichf., quod ibidem scribitur *gelhig*, in particula *gwedy* (post, postea) e vet. *guetig*, aliis quoque supponi poterit exeuntibus in vocales.

Rariora sunt exempla mediarum in derivatione conexa etiam cum liquida nasali. MB et ND substituendae sunt formis infectis hod. cambr. *colomen* (columba) cum nota singularitatis e *colom*, corn. *colom* fem. Voc. 8ᵇ. O. 132. 1109. 1189, arem. *coulm* (hod. masc. ven. *klomm*) Cath. Buh. 116, 17; et *ysgrifenu* (scribere), *ysgrifenwr*, *ysgrifenydd* (scriptor), corn. *scriuiniat* (scriptor) Voc. 8ᵃ, aliisque cornicis et aremoricis supra (p. 826) allatis. Integra servata videtur formula NG in cambrico themate verbali: *ynhustyng* (susurrans; hod. *husting*, sibilare, ex *hust*, susurrus) Mab. 2, 54; fortasse in adi. *teilwng* (dignus; cf. hib. vet. *tualang*), unde *teilyngdawt* (dignitas) Mab. 3, 298; vix in verbis (cf. p. 534): *gestwng* (demittere), *gellwng* (dimittere; cf. *guollung*, gl. vacuus, Cb. 65), *hebrwng* (comitari, ducere) Mab. 1, 7. 31. 3, 145. Certe in verbo *hebrwng* inesse potius tenuem comprobatur tam cornicis formis *hembronk* (ducet) O. 1874. *hembroncas, hombronkyas* (duxit) D. 1205. P. 16, 1. 76, 3. 114, 3. *hembrenkygh, hembrynkeugh* (ducitis, ducite) D. 204. 1195. cum derivato *hebrenchiat*, *hebrenciat* (dux) Voc. 7ᵃ. 7ᵇ, quam arem. *hambrouc* (ducere, comitari; hod. *ambrouk*) Cath. MJ. 104b.

4. Derivatio tenuium.

P derivans rarior ceteris (sive primitiva est sive respondet hib. *c, ch*) in paucis his formulis invenitur.

EP in substantivis cambricis: *enep* (facies) gl. Ox. B. 41ᵇ, *huynep* Leg. 1, 2, 3, *hwyneb* Mab. 1, 240, alibi *gwyneb*. *motrep* (hod. *modryb*), quod colligendum est e plur. *modreped* (materterae) gl. Ox. B. 43ᵇ. Concordant corn. *eneb* (pagina) Voc. 9ᵇ, *modereb* 7ᵃ; arem. *enep* (facies) Cath. Buh. 124, 7 (cf. *aenep* p. 697), *mozreb* (matertera; hod. *moéreb*) Cath.

Frequentiores sunt formulae duplicis derivationis TAP, TEP, INEP, abstracta formantes ex adiectivis: *kyweirdeb* (apparatus), pl. *kyweirdabeu* (et *-dab* et *-deb* hodie quoque) Mab. 1, 5. 15. 237. 238. *kyssondeb*, *anghyssondeb* (consonantia, dissonantia) 2, 21. 46. *gwylltineb* (feritas) 1, 236. Masculina sunt haec hodie, ut *gwyneb* (facies), *godineb* (fornicatio), *cyweirdeb*, *cysondeb* etc.

IP in adi. cambr. *kyffelyp*, *kyffelyb* (similis; e *cyhafal*) Mab. 1, 5. 23. 247, unde derivatur verbum: *kyffelybu* (comparare) 1, 257. *ymgeffylybet bawp*

ohonawch aegilyd mal y mynno (nubat quaevis vestrum alteri, sicut volet) 1, 272. Respondent corn. *hevelep*, *hyuęlep* (similis, imago) O. 2337. R. 1705, *defalebys* (deformatus, foedatus) Cr. 1603. 1664 sq.; arem. *heuelep* (talis) cum derivatis *heuelebecat* ('similare'), *heuelebequaet* ('assimilatus') Cath. *diheuelebet* (foedatus) Buh. 124, 7. Eiusdem formationis exemplum esse videtur cambr. *gulip*, *gwlyp* (liquidus, madidus) Cb. 60. Mab. 2, 378, arem. *glueb*, *gleb* (madidus) Cath. Buh. 100, 13, unde corn. *glibor* (humor) Voc. 8ᵇ, arem. *gluebour* Cath.

T sicut proxima tenuis frequentior est derivans: *a*) accedens ad radicem non interposita vocali: cambr. *clot* (*clo-t*, gloria, hod. *clod* fem.) gl. Lxb. Mab. fq. *braut* (iudicium; hod. *brawd* fem.) Leg. praef. *aperth* (victima; = *átber-t*, hod. *aberth* masc.) gl. Ox. *kyuoeth*, *kyfoeth* masc. (potentia, hib. *cumachte*) Mab. fq. *nith* (sororis filia; cf. lat. *neptis*) Mab. 3, 200. Corn. *clos* (gloria) D. 3234. R. 164. 1290. *bres*, *brus*, *brues* (iudicium) fq. *noit* (gl. neptis) Voc. 7ᵃ; transumptum *pregoth* (praedicatio, hib. *precept*) P. 23, 1. 2. R. 2458. Arem. *breut* (iudicium) Cath. *nyz* ('neptis'; hod. *niez*, leon. *nizez*, accedente terminatione fem.) Cath.; praeterea in aremoricis vetustis nominibus compositis *-cart*, *-gent*, pro *carat*, *genet*.

b) Accedens cum vocalibus correptis. AT in substantivis plerumque masculinis duarum fere specierum:

α) *-at*, pl. *-eit*, plerumque *-iat* (cambr. hod. *-iad*, pl. *-iaid*) derivans masculina e verbis, interdum e nominibus: *llygat*, pl. *llygeit* (oculus) Mab. 1, 271. 2, 220. 385. (*licat* L. Land. fq. p. 90); corn. *lagat*, pl. *legeit* Voc. 7ᵃ, *lagas* O. 1109, pl. *lagasow* (cambr. hod. *llygaid* et *llygadau*) R. 1492; arem. *lagat* (hod. *lagad*, pl. *lagadou*) Cath. Buh. 120, 5. (*laguat* 104, 16. 106, 12). IAT infecta fere vocali antecedente: cambr. *orgiat* (gl. caesar; i. e. qui caedit) Ox. 7ᵃ. *grefiat* (notarius) cod. Lichf. *rodiat*, *rodyat* (dispensator) Leg. 2, 1, 28. 4, 8. *meichat*, *meichiat* (pastor suarius) Mab. 2, 198, pl. *meicheit* 3, 92. *eirchat* (negotiator) 3, 21. *offeirat* (presbyter) 2, 211. *kynweisat*, *kynnweisyat* (princeps ministrorum) 3, 92. *Clust uab Clustueinat* 2, 211. *disgwylat*, pl. *disgwyleit* (custodes) 2, 26. *centhiliat*, *centhliat* (gl. canorum, Davida) Cb. 7. 49. *doguohintiliat* (gl. inceduus) Ox. 5ᵇ. Cornica (interdum adi.) e Voc.: *cheniat* (cantor) 7ᵃ. *vurcheniat* (incantator), *renniat* (divisor), *helhiat* (persecutor), *guenoinreiat* (veneficus), *seuyad* (sartor) 8ᵃ. *guidthiat* (custos), *cherniat* (cornicen), *brenniat* (proreta) 7ᵇ. *guirleueriat*, *gouleueriat* (veridicus, falsidicus) 8ᵃ. 8ᵇ. *hebrenchiat*, *hebrenciat* (dux) 7ᵃ. 7ᵇ. *oferiat* (presbyter) 7ᵃ. *sinsiat* (tenax), *henbidiat* (parcus), *gunithiat ereu* (agricola), *scriuiniat* (scriptor) 8ᵃ; e P. et Dr. *gwythyas*, *guythyas*, *gwythyes*, *gwythes*, *(g)wothyas* (custos) O. 74. 692. 609. 576. Cr. 1194, pl. *guythysy*, *guyththysy* O. 2038. 2397. *sylwyas* (salvator) D. 252. R. 307. 1722. 2418. *nygethys* (avis) O. 914. Aremorica: *merdeat* (nauta), *dibriat bras* ('estor, manducus'), *quinyat* ('paraphonista', cantor), *briminyat* ('pedo'), *gouzyfyat* ('patiens') Cath. et vetusta nn. pr. virorum: *Winmochiat*, *Anbudiat* Chart. Rhed. 1, 17. 2, 21.

β) Eiusdem terminationis, sed diversae flexionis (conferenda hibernicis in *-iud*, *-ud*) sunt substantiva abstracta principio, etsi interdum mutant significationem, plurima in *-iat* (cambr. hod. *-iad*, pl. *-iadau*, nisi prorsus carent hoc

numero, masculina, pauca feminina, ut *caniad*, masc. cantus, fem. carmen, pl. *-au*). Cambrica: *taguelguiliat* (gl. silicernium; i. e. tacita vigilia) Ox. 5ª. *caryat* (amor) Mab. 1, 17. 21. 37. 2, 34. 35. 3, 300. *gwydyat* (cognitio) 3, 300. *dyuotyat, dyuodyat* (adventus) 2, 15. 23. 3, 300. *kymellyat* (compulsio) 2, 24. *edrychyat* (inspectio) 1, 29. *kanhyat, kennyat* (permissio) fq. Sic iam inter gl. Lxb. *guiltiatou* (gl. tonsurae) e subst. *gwallt* (caesaries)? Cornica: *golyas* masc. (vigilia, vigilare) P. 173, 1. 55, 4. D. 1067 sq. *anclethyas, anclythyas, anclethyes, enclethyes* (sepultura, sepelire) O. 869. D. 548. R. 439. D. 3103. 3161. *cummyas* (licentia, permissio) O. 410. 750. D. 3139, *kymmyas, cummyes, kummeas, kemeas* O. 79. 412. D. 3112. P. 230, 2. Aremorica: *gluyzifiat* ('anulus'), *doubloazyat* (biennium) Cath. *quemyat* (valedictio) MJ. 46 a, *quimyat* (licentia), *gourhiziat* (hinnire) Cath.

Rariora in *-at*, si excipias infinitivos cambr. *-at*, corn. *-as*, arem. *-at* (= *-aat*) p. 535. Cambrica: *gweryrat y meirch ac eu pystylat* (hinnitus equorum et eorum trepidatio) Mab. 3, 266. *toat y neuad* (lacunar curiae; hod. *gweryriad, pystylad, toad* masc.) 3, 265. *dillat, dyllat* (vestimentum) Leg. Mab. fq. *cannat* (vas, vadis) gl. Ox. 6ª. 8ᵇ. *kennat*, pl. *kennadeu* (hod. *cenad* fem., pl. *-au*, missio, itemque legatus) Mab. fq. *cawat* (tempestas; hod. *cawod, cafod, cawad* fem., pl. *-au*) Mab. 1, 8. 23. Cornica: *anuabat* (sterilitas), *valtovat* (fertilitas) Voc. 8ᵃ. *couat* (nimbus) 8ᵃ, *cowes* fem. O. 1080. *dillat* (vestis) Voc. 9ᵇ, *dyllas* P. 29, 3. O. 368. D. 221, *dylles* O. 1925. *orchinat* (calceamentum; cambr. *archenad* masc.) Voc. 9ᵃ. *cannas* (nuntius, legatus) D. 1041. R. 768. *darat* (ostium) Voc. 9ᵇ, *daras* (ianua) O. 349. R. 329, pl. *darasow* D. 3041. R. 81. *urat* (unguentum) Voc. 7ᵇ. Aremorica: *barat* (fraus; hod. *barad* masc.) Cath. Buh. 170, 10. *dillat* (vestimentum), *archenat* (calceus, calceamentum; hod. *dil'ad, arc'hennad* masc.), *cannat* (nuntius; hod. *kannad* masc., pl. *-ed*), *couhat glau* (imber) Cath.

Eodem pertinent, de quorum genere infra exponetur, substantiva aremorica mensuram significantia: *dornat* (manipulus), *bagat* (turba, caterva) Cath. pl. *podadou laez* (ollae plenae lactis) MJ. 201 b.

Rara sunt adiectiva derivata in *-at*: cambr. *guilat* (gl. hilaris) Ox. B. 45ª. *girat* (lamentabilis) Mab. 1, 16. 3, 302. *gwastat* (planus, aequus), *anwastat* (iniquus) 1, 31. 238. 2, 372. Arem. *haznat* (notus), *ung coffat* (couterinus), *trybloazyat, trigluizifyat* (triennis), *tridezguizyat* (triduanus) Cath.

Ex hac formula per infectionem (cf. p. 85) orta est cambrica EIT formans et substantiva et adiectiva e substantivis. Substantiva finientia mensuram nomine, e quo derivantur: *carreyt* (currus plenus, quantum currus capit; e *carr*) Leg. 2, 1, 34. *kawgeit* (quantum capit lanx; *cawc*) Mab. 1, 8. 13. *dyrneit* (manipulus, quantum manu capitur; *dwrn*) 1, 238. *corneyt* (cornu plenum), *gocreyt* (quantum cribro continetur; *gogr*) Leg. 1, 8, 6. 12, 16. 35, 14. *ffioleit* (quantum capit calix), *arffedeit* (sinus plenus) Mab. 2, 59. 373. *kerwynet, kerwyneit* (quantum continet cupa) 3, 302; praeterea *lloneit* (plenitudo, quantum implet) Leg. Mab. In chartis medii aevi legitur non solum *carrata, carrada* (quod currus capit, = cambr. *carreit*), sed etiam *carretum, carrotum, carradium* (cf. Cangium s. v.). Alius significationis substantiva ita derivata rariora sunt, ut *ireit* (unguentum: *ar ireit hwnn*) Mab. 1, 27.

Generis diversitate haec cum adiectivis fere congruunt. Inveniuntur enim

tam masculina: *tri korneyt*, *tricorneyt* Leg. 1, 7, 9. 19, quam feminina: *y ffioleit honn* Mab. 2, 59; eadem lege sine dubio, qua cambrica hodierna in *-aid* sunt masculina e masculinis, ut *caraid* e *car*, *cawgaid* e *cawg*, *dyrnaid* e *dwrn*, *cornaid* e *corn*, *gograid* e *gogr*, item *llonaid*, contra fem. e fem., *ffiolaid* e *ffiol*, *arffedaid* ex *arffed*, *cerwynaid* e *cerwyn*. Nec aliter aremorica lingua hodierna, quae servat terminationem *-ad* (= *-at*), genus primitivi transfert in derivatum, ut e masculinis *karr* (currus), *dourn* (manus), *pod* (olla), *boutek* (labrum) formantur masculina *karrad*, *dournad*, *podad*, *boutegad*, e femininis *bag* (scapha), *loa* (cochlear), *leur* (area) feminina *bagad*, *loaiad* vel *loiad*, *leuriad*.

Adiectiva eodem modo derivata maxime e nominibus metallorum extant cambrica: *eureit* (aureus) Mab. fq. *aryanneit*, *aryannhyeit* (argenteus) Mab. 3, 264. 2, 200. *llathreit* (splendidus) 3, 8. 11. 16. *llineit* (roscidus) 1, 283; ex adiectivo *didramwyeit* (infrequens; *didramwy* id.) 1, 236; e verbo *Bendigeid* (Benedictus) 3, 102 etc., *ymendigeit* (maledictus) 2, 219. 220, conferenda participiis cornicis et aremoricis (p. 532).

ET (hod. *-ed*) derivans ex adiectivis cum pauca substantiva, ut *sechet* (sitis; hod. *syched* masc.) Leg. 1, 10, 5. *lludet* (lassitudo) Mab. 2, 19, tum frequentissimas formas aequalitatis cambricae proprias, diversas a substantivis desinentibus in *-ed* (hod. *-edd* masc.), quarum exempla e Mab.: *duet* 1, 257. *gwynnet* 3, 8. *cochet* 1, 257. 3, 8. *dahet*, *daet* 1, 4. 252. *ysgawnet* 2, 207. *tecket*, *telediwet* 3, 145. *haccret* 2, 207. *drycket* 1, 267. *bychanet* 2, 51. *calettet* 2, 49. 51. *cadarnet* 1, 252. *brenhineidet* 2, 7, ex adi. *du* (niger), *gwynn* (albus), *coch* (ruber), *da* (bonus), *ysgawn* (levis), *tek*, *telediw* (formosus), *hagr* (deformis), *drwc* (malus), *bychan* (parvus), *calet* (durus), *cadarn* (firmus), *brenhineid* (regius); alia ut *isset* 3, 299. *uchet* 2, 233. 3, 273. *anhawsset* 2, 51 e comparativis *is* (inferior), *uch* (superior), *anhaws* (difficilior).

Ceteroquin rara terminatio praeter substantiva verbalia, quae infinitivorum vice funguntur (p. 535), pauca cambrica et cornica (nutantia inter *-es* et *-as*), aliquanto plura aremorica. Cambrica masculina: *pa gerdet yw hwnn* (quale iter est hoc?) Mab. 2, 55. *yn yr agherdet hwnnw* (in deviatione illa; hod. *angherdded* masc., pl. *-ion* item) 1, 266. Concordat forma, differt genere *delehedyon*, *deleedyon* (debita) Leg. 2, 1, 13 e *deleet*, hod. *dyled* fem., plur. *dyledion*. Alia formant pluralem in *-ou*, ut *cuntullet* (gl. collegio), *cuntelletou* (gl. collegia; *cynnull*, colligere, congregare) gl. Lxb. et transumptum *cilcet* (gl. stratorium, gl. tapiseta; culcita), *cilchetou* (gl. vela; forma conveniens cum hod. *cylched* fem., pl. *-au*) gl. Ox. B. 22ᵃ. A. 38ᵃ. Cornica: *luhet* (fulgur; cambr. hod. *lluched* coll.) Voc. 8ᵇ, *luhes* (coll.) R. 129. 296, *lughas* P. 209, 2, sing. *luhesen* (cambr. *llucheden* fem.) R. 293. *cuntellet* (congregatio, contio) Voc. 7ᵇ. *seghes* (sitis) D. 2974. 2978 sq. Arem. *luffet* (fulgur; hod. *luc'hed* coll.) Buh. 94, 1, sing. *luchedenn* (fulgetra, coruscatio; hod. *luc'hedenn* fem.) Cath. *sechet* (sitis; hod. *sec'hed* masc.) Cath. MJ. 139b. 142b. 143a.

Eadem derivatio in cambr. adi. *calet* (durus; hod. *caled*), cuius servata tenuis geminatur in forma supra allata *calettet* (cf. p. 153) pariter atque in verbis quibusdam derivatis cambr. *lletratta*, *llatratta* (latrocinari; hod. *lladrata*) Mab. 3, 156. 157. 158. *parattoi* (parare, expedire) 3, 299. 300. Corn. idem incerta

vocali ut alia: *cales* O. 2711. D. 927. 1008. R. 244, *calas* O. 1502. R. 2260, *calys* P. 196, 4. 209, 4, *cals* D. 62; arem. *calet* Cath. MJ. ut hodie.

IT in substantivis masculini plerumque generis. Cambr.: *bywyt* (vita) Mab. 1, 30. 2, 216. *iechyt* (bona valetudo, sanatio) 1, 283. *tristit*, *tristyt* (tristitia) 1, 5. 18. *kedernyt* (firmitas) 1, 249. 257. Constructio horum masculina in Mab.: *marw or cleuyt hwnn* (mortuus hoc morbo) 2, 198. *y kauarwydyt* (historia) 3, 297. Sunt masculina etiam hodierna cambrica *bywyd*, *iechyd*, *tristyd* etc. Feminina tamen alia ut *keluydyt* (ars; sicut hod. *celfyddyd*, pl. *-au*) Leg. 1, 43, 11. et hod. *gwerthyd* (fusus; *gurpait* gl. Lxb.), pl. *-au*.

Corn.: *gurhthit* (fusus) Voc. 10ᵃ. *gueret* (humus; cambr. hod. *gweryd*) 7ᵃ, *gweras*, *gwyrras* Cr. 2081. 2084. *yeghes* (sanatio) R. 1716, *jehes* O. 1794. 2630. *clevet* (morbus) Voc. 8ᵃ, *cleues*, *cleves* R. 1713. O. 1794. 1798, *clevas* P. 24, 3. 156, 3.

Arem.: *gwerzit* (fusus; hod. *gwerzid*, ven. *gwerc'hid*, *gourc'hed* fem., pl. *-i*) Cath. *yechet*, *iechet* (sanatio, bona valetudo) Cath. Buh. 46, 5. *quenet* (decor, formositas) 38, 8. 46, 6. 98, 23. Cath. *cleuet* (morbus) Cath. Buh. 174, 7. 202, 2, *cleffet* 8, 20. 198, 6. 200, 6. Hodie *iec'hed*, *kleñved* (ven. *kleiñhuet*) masc.; *kened* fem., at ven. *kinet* masc.

LIT (hod. *-llyd*), derivationis instar formans adiectiva, infra inter composita proferetur.

OT rarissima format adverbia cambr. corn. *isot*, *issot* (deorsum), *uchot* (sursum; cambr. hod. *isod*, *uchod*) Mab. 2, 200. Voc. 8ᵇ, nisi orta est vocalis ex *â*, *au*.

c) Accedentis cum vocalibus productis formulae inveniuntur hae.

ÂT in substantivis cambricis, verber vel plagam significans re aliqua vel instrumento inflictam: *cleuydawt* (ictus gladio illatus; leg. *cledyuawt*) Mab. 2, 213. *paluawt* (ictus palma, ungue inflictus) 3, 102. 1, 34. *dernaut*, *dyrnawt* (proprie plaga manu vel pugno facta, a *dwrn*, sed etiam quilibet ictus) Leg. 1, 7, 21. Mab. fq. Hodierna sunt masculina *dyrnod*, *cleddyfawd*, pl. *-odau*, e masc. *dwrn*, *cleddyf*, sed feminina *arfawd*, *palfod*, *ffonod*, *gorddawd**, *bolltod* e fem. *arf* (instrumentum), *palf* (palma), *ffon* (clava), *gordd* (malleus), *bollt* (hasta), sicut supra enumerata cambrica in *-aid*, aremorica in *-ad*.

Alia eiusdem terminationis substantiva: *aylaut*, pl. *aylodeu* (membrum familiae) Leg. 1, 5, 5. *aelawt* (membrum) Mab. 2, 199. *deuawt* (mos, ritus, consuetudo) 1, 1. 3, 272. *tauaut*, *tauawt* (lingua) Leg. 1, 11, 18. Mab. 1, 11. 2, 382. 388. *guyraut* (liquor, potio) Leg. 1, 10, 5. *diawt* (potus) Mab. 1, 238. *gwaelawt* (solum) 2, 201. 3, 302. 303. *ryuedawt* (miraculum) 3, 16. *yspydawt* (sustentatio, commoratio) 3, 101. 102, *yspadawt* 3, 102. *rynnawd* (momentum, tempus vel spatium parvum) 1, 3. 6. *bracaut*, *brachaut*, *bragaut*, *bragawt* (mulsum) gl. Ox. B. 42ᵃ. 44ᵃ. Leg. Mab. *pechawt* (peccatum) Mab. 1, 243. *medrawt* (n. viri) 2, 375. Variant haec quoque genere hodie, masc. *tafod*, *rhyfeddod*, *rhynawd*, *pechod*, *molawd* (laus), fem. *diod*, *defod*, *arfod* (opportunitas), comm. gen. *aelod*, *gwirod*, *trafod* (negotium), sed pluralem fere formant in *-odau*, etsi a masc.

* auctore Cambro viro doctissimo D. Silvano Evans, quamquam in lexicis masc. generi tribuitur.

gwaelod, *bragod*, *esgusawd* (excusatio) formatur *-odion*, a masc. *trallod* (afflictio) duplici forma *-odau* et *-odion*, a fem. *diod diodydd*, a *gwirod -au* et *-ydd*.

Adiectivum principio videtur *priawt* (proprius): *ef ehun yny priawt person* (ipse in sua propria persona) Mab. 3, 303. Inde subst. masc. *priawt* (sponsus, maritus) Mab. fq., et *priodas* (nuptiae) Mab. 1, 21.

Cornica substantiva: *tauot* (lingua) Voc. 7ᵃ, *taves*, *tavas* O. 767. 826. *diot* (potus, potio) Voc. 7ᵇ. 10ᵃ, *dewes* O. 1810. 1816. 1912. 1918, *dywes* D. 2980. R. 2600, *dewas* P. 201, 4. 202, 1. *bregaud* (mulsum) Voc. 10ᵇ. *peghes*, *peghas*, *pehes*, *pehas* (peccatum) P. 3, 4; 75, 4. D. 528; O. 1796; Cr. 2146, pl. *peghosow*, *pehosow*, *peghusow* O. 1866. 2259. D. 826, *pehasowe* Cr. 1170. *goles* (solum) O. 781. 2443. R. 2196, *golas* P. 184, 2. *gwyras* (liquor) D. 2975. *gur priot* (sponsus) Voc. 7ᵇ, *pryes* (maritus) O. 278. 294. (uxor) 646, *pryas* (maritus) Cr. 744. 886. 893. 1297. (uxor) 1012. 1308, *preas* (uxor) 1227.

Aremorica: *teaut* (lingua; hod. *teod*, ven. *teat*, trec. *teaod* masc.) Cath. MJ. 99 a, *teut* Cath. *diet* ('poculum', i. e. potio), *goelet* (fundus; hod. *gweled* masc.) Cath. *pechet*, pl. *pechedou* (peccatum) fq. *priet* (maritus) Cath. Buh. 126, 8. 13.

Duplicis derivationis formula TÂT, tota conveniens cum lat. *-tât* (cf. hib. vet. *-dóit*, pp. 782. 803), non infrequens in cambricis substantivis (hod. *-dod* masc., exceptis *trindod*, *awdurdod*, *cardod* fem.): *moruyndaut* (virginitas) Leg. 2, 4, 7. *guerendaut* (status puellae) 2, 1, 39. *escolectaut* (status scholaris) 1, 43, 11. *keudaud* (cavitas, praecordia) CN. carm. 34. *teilyngdawt* (dignitas) Mab. 3, 298. *agkemhendawt* (impudentia) 2, 65. *nychtawt* (tabes) 2, 207. Tota latina sunt *audurdaut* (auctoritas) Priv. Land. Leg. praef. *trindaud* (trinitas) CN. carm. 5. *kiwtawt* (civitas) Mab. 3, 298. 303. Corn. *huueldot* (humilitas) Voc. 8ᵇ. *arlottes* (dominatus) D. 1604. *denses* (genus humanum) R. 2514. 2531. 2609. 2621. *dovses*, *dvses* (divinitas) R. 2454. 2515. *drenses* (trinitas; perpetua infectione) D. 68, *drenges* Cr. 154. 1940. pl. *cousesow* (cavitates, intestina) D. 885. Arem. *guerchdet* (virginitas; hod. *gwerc'hted*, *gwerc'hded* masc.) Cath. Buh. 18, 8. 34, 17. 42, 3. *trindet* (trinitas) 72, 13. 98, 3. 186, 4. Cath. *lealtet* (legalitas) Cath. Buh. 28, 15. 68, 10. *vueldet*, *vuheldet*, *uueltet* (humilitas) 84, 14. 206, 17. Cath. *crueldet* (crudelitas) Buh. 92, 21. *coudet* (animus, mens) Cath. Buh. 62, 6. 72, 15. MJ. 9 b. 11 a. 81 b, *caoudet* Buh. 56, 2. (v. l. MJ. 9 b. 11 a). *queudet* ('urbs', civitas), *hegaratded* (benignitas), *pirchirindet* (peregrinatio), *escopdet* (episcopatus), *archdiagondet* (archidiaconatus) Cath.

ÊT in substantivis paucis: cambr. *aelwyt* (focus, domus; hod. *aelwyd* fem., pl. *-ydd*) Mab. 3, 299. *morduyt*, *mordwyt* (femur; hod. *morddwyd* fem., pl. *-ydd*) Leg. 2, 1, 23. Mab. 1, 267. corn. *oilet* ('frixorium', rec. *olas*, focus, Lh.) Voc. 10ᵃ. *mordoit* (femur, coxa) 7ᵃ, pl. *morȝosow* P. 229, 4. arem. *oalet* ('focarium'; hod. *oaled* fem., ven. *ueled*, *oueled* masc.), *morzat* (crus; hod. *morzed*, ven. *morc'hed* fem.) Cath. Differre videtur cambr. *breidwyt* (somnium; hod. *breuddwyd* masc., pl. *-ion*) Mab. 2, 392. 3, 264.

ÎT in quibusdam alternare videtur cum *-yt*, ut in cambr. *tristit* (tristitia) Mab. 1, 5. *rydit* (libertas; hod. *rhyddid* masc.) 1, 30, nisi hoc ad terminationem *-tît* referendum est (cum hodiernis formis rarioribus *rhydid*, *rhydd-did*); cf. hod. *odid* (ex adi. *od*), unde *odidawc* (singularis) Mab. 1, 2. et corn. *tristys*, *trystys* (tristitia) D. 123. R. 204, *trystyys* (i. e. *-îs*) O. 2094.

ÛT transumpta videtur in subst. cambr. *kenut*, *kynnut* (ligna, cremium; = comminuta? hod. *cynnud* coll.) Leg. 1, 38, 5. 6. Mab. 1, 31. 238, corn. *kunys* O. 1296. 1299. 1333. D. 1219. 1241, arem. (hod. *keuneud*, ven. *kened*) sing. *queuneuden*, *queuneudenn* (lignum) Cath.; in adi. corn. *menys*, *mvnys* (minutus, parvus) O. 2720. D. 438, arem. hod. *munud*; in subst. corn. *marȝus*, *marthus*, *marthys* (miraculum; = virtus?) P. 200, 4. 254, 4. O. 756, arem. *burzut* (miraculum; hod. *burzud*, ven. *burc'hud* masc.) Buh. 46, 10. 74, 4. 106, 19, *berzud* Cath.

Duplex derivatio TÙT, concordans cum lat. *-tût*, regulariter mutata *-tit*, vindicanda est substantivis abstractis e nominibus: cambr. *duiutit* (deitas) Cb. init. *gleyndyt* (puritas, sanctitas) Leg. praef. *ieuenctit* (iuventus) Mab. 1, 285. 2, 7. 29; hodie quoque masc. *duwdid*, *gleindyd*, *ieuenctyd*, *gwendid* (vanitas, e *gwan*), *calondid* (animositas). Corn. *-sys* alternans cum *-ses*: *densys* (humanitas, natura humana) P. 10, 4. 54, 3. *dewsys*, *deusys* (deitas) O. 2666. R. 2487. 2502. *drynsys* (trinitas) O. 1734. 2660, *drengys* R. 308. Cr. 126. 2008. 2239. *cowsys* (animus, mens) P. 15, 4. 36, 4. Arem. *meurdit* (maturitas) Cath.

d) Geminatae TT derivantis nescio an sint exempla cambr. *gwenith* masc. (triticum) Mab. 2, 221. 3, 154, corn. *gwaneth* Cr. 1066, arem. *guiniz* ('far, triticum'; hod. *gwiniz*, ven. *gunec'h*, *gunic'h*, trec. *gwenit* masc.) Cath. et cambr. *bygwth* (minae) Mab. 3, 272.

e) Conexae derivationis huius tenuis sunt formulae NT, ST, CT.

NT vocalibus *a*, *e*, *i* subiungitur. ANT, quae servatur thematum terminalis in pluralibus cambr. *neyeynt*, *nyeint* (nepotes), cambr. corn. arem. *kereynt*, *kerens*, *querent* (amici, cognati, parentes) p. 293 sq., quocum conferendum est collectivum cambr. *carant* Mab. 2, 30. 234, praeterea

α) pluralem infectione formans in paucis substantivis invenitur, ut in cambr. *bliant* (linteum) Mab. 1, 259, in arem. *azrouant* (hostis) Cath. (daemon) MJ. 115 a. Pluralis forma carens singulari videtur cambr. *eskeueynt* (pulmones) Leg. 1, 10, 8, corn. *scevens* (pulmo) Voc. 7ᵃ, arem. *squeuent* (hod. *skeuent*, ven. *skent*) Cath. Frequentissima eadem est derivatio in adiectivis aremoricis, ut *truant* (miser) Cath. Buh. 128, 11. 192, 10. *friant* (gulae deditus) 70, 12. Cath., fortasse translata e gallicanis, quorum satis magna copia invenitur in libris, ut *neant*, *prudant*, *imprudant*, *plesant*, *presant*, *vaillant* etc. Gallicanae certe originis est substantivorum terminatio *-ancc* (lat. -entia, -antia), maxime in peregrinis, interdum totis transumptis: *fizyancc*, *fizianc* (fiducia; hod. *fizians*, ven. *fians* fem.) Cath. Buh. 64, 12. *credancc* (fides) 8, 5. *setancc* (sententia) MJ. 120 a. *viltanoç* (coenum) Man. *financc*, *uengancc*, *ignorancc*, *inconuenianoc* Cath. Conferendum est tamen *Roiant-* iam in nominibus vetustis virorum compositis in chart. Rhed. et *Catloiant* ibid. 1, 8. 12. 55; conferenda item terminatio *-inti*, *-entez* substantivorum abstractorum: *nevezinti* (novitas) MJ. 19 b. *merzerinti* (martyrium), *mezuynti* (ebrietas), *falsentez* (falsitas), *larguentez* (largitas), *paurentez* (paupertas) Cath. *lausquentez* (ignavia) MJ. 197 a.

β) ANT, IANT in substantivis abstractis praesertim cambricis ortis e verbis (hod. *-ant*, *-iant*, plur. *-annau* masc.): *porthant* (provisio, nutritio) Mab. 1, 12. *molyant* (laus, gloria) 1, 11. 2, 391. *dylyant* (meritum) 2, 378. *medyant* (possessio. vis, potentia; hod. *meddu*, possidere) Leg. Mab. fq. *codyant* (laesio, offensio) Mab. 2, 24. *gogonyant* (exaltatio, gloriatio) 2, 33. *mwynant*, *mwyn-*

nyant (usus, utilitas) 3, 85. 2, 226. In eandem formulam transformatum *krissant* (crystallus, masc.: *blawt y krissant*, splendor crystalli; hod. *crisiant*) 1, 251.

Cornica eiusmodi variant vocalibus: *sylwans* (salus, servatio) O. 1958. R. 1574. P. 1, 4, *sylwyans* R. 2388. 2611. *cregyans* (fides) P. 44, 2. O. 1882, *cryyyans* D. 1813. R. 1174. 1537. 2389. *gorthyans* (veneratio) P. 1, 4. O. 476. 847. 1738. 1891. *scient, skeyens, skyens* (scientia, intellectus) Voc. 8ᵃ. O. 80. 82, *skyans* O. 167. P. 1, 3. 3, 2. *daserghyans*, *dasserghyens* (resurrectio) R. 2545. 2632. *dysquythyans*, *dysquythyens*, *dysqueȝyens* (manifestatio) O. 1733. 147. P. 236, 4. *dewyllyens*, *dewellens* (remissio) D. 826. O. 1173. *gevyans* (venia) O. 2249. P. 220, 2, *gevyons* 104, 3, *gefyens*, *geffyans* D. 1891. R. 1570, *gyuyans*, *gyfyans*, *gyffyans* D. 1816. R. 1576. O. 1808, *gyfyens*, *gyffyens* D. 2279. R. 1159. Diversa origine est eiusdem formae peregrinum: *vyngeans* (ultio) D. 1921. 1937. 2199, *vengyans* 2079, *venions* P. (p. 171).

In quibusdam invenitur duplex derivatio NANT (cf. *tairnant*, malagma, Voc. 8ᵃ?) masc. gen.: *mernans* (mors) P. 98, 4. 117, 2. 126, 4. 142, 2. 151, 2. 208, 2. 211, 2. 214, 2. O. 817. 1522, *mernens* O. 84. D. 740. *bewnans* (vita) P. 73, 2. 103, 1. 125, 1. 191, 4. 241, 1. 246, 3. O. 63. 89. 848, *bewnens* O. 701, semel *bewnas* P. 12, 1.

Aremorica eiusdem derivationis substantiva sunt paucissima: *squient* (sensus, sapientia; hod. *skiant* fem.), *badizyent* (baptisma; hod. *badiziant*, ven. cornug. *badient*, *badihiant* masc.) Cath.; dupliciter derivatum: *mernent* (pestilentia) Cath.

In quibusdam vocibus *a* ex alia vocali orta videtur, ut in cambr. *ariant*, *aryant* (argentum; cf. gall. vet. Argentoratum) Leg. Mab. fq., corn. *argans*, *arghans* Voc. 7ᵇ. P. 16, 2. 103, 2, *arhans* O. 771. 2097. 2500. D. 1514. 1537. R. 2231, arem. *argant* Cath. Buh. 10, 20. 26, 3, *archant* MJ. 15b. 83b. 85a. 86a.

Non infrequens in substantivis cambricis item abstractis generis masculini est derivatio EINT, cui primitiva *-ent* supponi potest (p. 86): *goueileint* (sollicitudo; *goual* 1, 18) Mab. 1, 5. *heneint* (senectus) 2, 29. *dremeint* (aspectus) 1, 250. *digyoueint* (indignatio) 1, 259. *diodevueynt*, *diodeiueint* (toleratio) 1, 271. 272; cf. corn. *trystyns* (tristitia) D. 731. 1023, *trystans* P. 222, 3. Addenda sunt contracta cambr. *breint* (privilegium) Mab. fq. (masc.: *y bryeint hunn*, Priv. eccl. Land., hodie tamen fem. *braint*), unde prodiit auctum *brenhin* (rex) Mab. fq., *breenhin* L. Land., corn. *bryntyn* (princeps) O. 1962. 2281. D. 1542 (i. e. *brigentin* an *brigantin*?), et cambr. *meint* (magnitudo), corn. *myns* (quantitas, multitudo) fq. masc. ut hod. *maint* (ex adi. *mawr*), arem. *ment* (quantitas; hod. fem. *meñt* cum hib. vet. *méit*) Cath. Primitiva *e* subest transumptis *koveint* (conventus, monasterium) Mab. 1, 251. *twrneimeint* (torneamentum) Mab. fq., pariter ac numeralibus *douceint*, *triuceint* compositis iam in cod. Lichf., quorum alteri parti *uceint* (*ugeint* Mab., hod. *ugaint*) subest terminatio *-ent* (hib. vet. *fiche*, viginti), cum *-ant* supponenda videatur formae *trimuceint* (cf. hib. vet. *-moga*) inter gl. Ox. (p. 319).

Etiam aremoricis nominibus virorum vetustis in chart. Rhed. 2, 16: *Brient*, *Nodent*, *Catloient*, et vici *Serent* Mor. 305. 329 subesse videtur *i* inficiens, quae apparet in nomine *Kerentin* (= *Carantin*) ibid. 1, 37.

INT in substantivis cambricis interdum: *dremynt* (visio; supra *dremeint*)

Mab. 2, 64. 3, 100, hodie *tremynt*. ONT licet supponere nominibus *dyfneint* (Domnonia) Mab. 2, 209, *Gereint* (Gerontius, pp. 90. 798).

ST in formula EST extat in paucissimis vocibus, ut in cambr. *lluest* (expeditio bellica, hod. masc., pl. *-au*; *llu*, exercitus) Mab. 1, 261 et transumpto *fforest* (silva, hod. fem., plur. *-ydd* vel *-au*) 1, 236. Vix pertinet huc corn. *legest* (polypus; cambr. hod. *llegest* masc., plur. *-od*) Voc. 8ᵇ, cui respondet arem. hod. *legestr* masc., pl. *-ed*; potius conferendum est *elester* (*strail elester*, gl. matta) Voc. 10ᵃ, cum nota singularitatis *elestren* (carex; cambr. hod. masc. *elest*, *elestr*, *elestren*) 9ᵃ, arem. *elestrenn* (gladiolus; hod. coll. *elestr*) Cath. Contra in eandem formulam transmutata vox peregrina inest in corn. *pellistgur* (pellicia, i. e. p. viri), *pellistker* (mastruca) Voc. 9ᵇ.

CT derivantis formula frequentissima est ACT, IACT, sicut hib. *-act* vel *-ect* e substantivis vel adiectivis formans abstracta generis fere feminini, ut: *duy kegheussuyth* (duae defensiones) Leg. 2, 11, 21 et *or uedhecynyaet* (a medicina) 1, 18, 14. *dwy iarllaeth* (duo comitatus) Mab. 1, 28. 290. *ti ageffy honno* (accipies illum, *iarllaeth*) 2, 59. *y vrenhinyaeth* (regnum) 3, 96. *y uudugolyaeth* (victoria) 3, 304; inveniuntur tamen masculina: *y gwassanaeth* (ministerium) 1, 291. *y gwassanaeth hwnn*, *y gwassanaeth goreu* (m. hoc, optimum) 1, 265. 2, 13. *ar tirogaeth* (et territorium) 3, 154. Hodierna quoque lingua genus femininum servavit in plerisque, ut *iarllaeth*, *gofaniaeth*, *cenedlaeth*, *lluddedigaeth*, *gweledigaeth*; in paucis masculinum ostendit, ut *gwasanaeth*, *hiraeth*, *amrywiaeth*. Pluralis, ubi formatur, hodie desinit in *-au*, ut in *cenedlaethau* (generationes), cui respondet iam inter gl. Ox. *cenitolaidou*. (De *-aid* vetustiore scriptione pro *-aeth* = *-act* vid. p. 150).

Cambrica exempla: *iarllaeth* (comitatus) Mab. 1, 21. 235. 2, 14. *guassanaith*, *gwassanaeth* (servitium) Priv. Land. Mab. *marchogaeth* (res equestris) Mab. fq. *amherodraeth* (imperium) Mab. 1, 292. Praeterea IACT: *bathoriayth* (ius nummorum) Priv. Land. *meccnyaeth*, *meichniaith* (securitas, vadimonium, officium vadis), *hebokyaeth* (officium primi falconarii; saepius minus bene scriptum *-yaet*) Leg. fq. *chwedylyaeth* (nuntiatio) Mab. 1, 287. *milwryaeth* (militia) 1, 19. 21. *brenhinyaeth* (regnum) 1, 275. 291. *kynnydyaeth* (venatio) 2, 225. Item derivata ex adiectivis vel participiis: *hiraeth* (longitudo, desiderium, sollicitudo) Mab. 1, 21. 2, 29. *tirogaeth* (territorium, masc.; hod. *tiriogaeth* fem.) 3, 154. *gweledigaeth* (visio) 1, 257. *darestyngedigaeth* (submissio, subiectio) 1, 255. *tebygolyaeth* (cogitatio, superbia; adi. *tebygawl*) 1, 240. 242. *budugolyaeth* (victoria; adi. *budicaul*, *budugawl*, p. 818) 2, 385. 3, 304. Frequenti in Mab. verbo *marchogaeth* (equitare) conferenda sunt verba denominativa *marchogaethu* (rem equestrem exercere), *gwassanaethu* (servire) Mab. fq. *medeginyaethu* (mederi) Mab. 1, 267. 2, 56.

Cornica exempla: *ruifanaid* (regnum) Voc. 7ᵃ. *medhecnaid* (medicina) 7ᵃ. *marogeth*, *morogeth* (equitare) O. 1960. 1971. 2145. P. 28, 4. *tyreyth* (tellus) O. 381, *tyreth* R. 346. 763. *hyreth* (desiderium, sollicitudo) D. 3176. R. 747. 775. 1169. Vix *-ieth*: *mythygyeth* (medicina) R. 1670. *lynnyeth*, *lydnyathe* (progenies) R. 1810. Cr. 2097, sed *lynneth* O. 315. 316. 1241. Contra frequentius *-n* inserto: *folneth* (stultitia) R. 961. *gokyneth* (dementia) O. 473. 1512. D. 1808. 1989. *gowegneth* (falsitas, mendacium) R. 906. *muscokneth*, *muscoghneth* (amen-

tia) R. 1128. D. 1283. 1990. Incerta, quae tamen propter analogiam dialecti aremoricae addimus: *skenteleth*, *skentuleth* (sapientia; adi. *skentyll*) D. 1804. 1809. *cosoleth* (requies; *cosel*) O. 518. 858. 1725. *drokkuleth*, *drocoleth*, *drokeleth* (maleficium) D. 2007. 1864. 2866. E derivatione *-tât* transgressa: *denseth* (humanitas) P. 223, 2. et peregrina *pytet*[*h*] (pietas, misericordia) 223, 2. 3. *bolungeth* (voluntas) O. 873. 1165. 1277, *bolnogeth* O. 2352. D. 957. 1072.

Aremorica in *-aez* vel *-ez*: *hiraez* ('plixitas', desiderium) Cath. *buaneguez* (ira) Buh. 70, 1. Cath. *amneseguez* ('confinitas'; hod. *amézéguez*), *goalleguez* (incuria), *gonideguez en douar* (agricultura; hod. *gounidégez*), *taluoudegaez* (valor), *siluidigaez* (salus), *losquidigaez* (ustio), *igouridigaez* ('aperitio, apertura'), *golchidigaez* (ablutio), *teulidigaez* (abiectio), *difforchidigaez* (separatio), *heuelebidigaez* ('assimilatio'), *lemidigaez* (acutio), *entrelazidigaez* (internecatio), *santidigaez* (sensibilitas), *pinuisigaez* ('gaza'), *padelez* (perennitas, sempiternitas), *doeelez* (deitas), *pesquezrez* ('pischolencia') Cath. In *-iez*: *droucyez*, *drouguyez* (malitia) Cath. MJ. 141 a. *lignez* (progenies) Cath. MJ. 120 a. *bergiez* (viridarium; hod. *verjez*), *meurzlargiez* ('carnicapium, carnibrevium'), *mezeguiez* (medicina), *cloareguiez* (clericatus), *marheguiez* ('militia'), *mibiliez* (pueritia), *quirintiez* (amicitia, parentela), *auoultriez* (adulterium), *autroniez* (dominatio) Cath. *goasoniez* (= cambr. *gwasanaeth*) Cath. Buh. 54, 26. *baeleguiez* (sacerdotium, clericatus) 178, 18. Cath. Eodem sunt referenda aremorica desinentia in *-nez*, *-inez*, *-élez* ex adiectivis: *furnez* (sagacitas, sapientia) Cath. Buh. 46, 12. 48, 24. 110, 1. *lofrnez*, *loffrnez* (lepra) 196, 8. Cath. *ancoffnez* (oblivio), *quernez* ('caricia'), *goyunez* (votum) Cath. *queffrinez* (attentio) Buh. 180, 6. *madaelez* (bonitas; hod. *madélez*, ven. *madéleah*) 86, 14. MJ. 6 b. *madelaez* 141 a. *pabaelez*, *pabaelaez* (papatus) Cath. *santelaez* (sanctitas), *priedelaez* (coniugium; hod. *priédélez*, *priédéleh*), *roantelaez* (regnum) MJ. 141 a. *rouantelez* (hod. *rouañtélez*, ven. *rouañtéleah*), *guiniuaelez* (partus, nativitas; hod. *ginivélez*), *cuffelez* (benignitas; hod. *kuñvélez*) Cath.

Sunt feminina hodie haec aremorica: *santélez*, *gwiziégez* (scientia), *pinvidigez* (opulentia), *gwazoniez*, *bélégiez*. His adnumeranda sunt alia feminina in *-ez* exeuntia cumulata derivatione, et in *-érez*, locum actionis significantia, ut *kigérez* (macellum), *baraérez* (taberna pistoria), et in *-adurez* (cf. p. 830), ut *berradurez* (breviatio), *deskadurez*, *kelennadurez* (institutio), *magadurez* (educatio); cf. *quiguerez* ('carnificina'), *magadurez* ('fotus, alimentum') Cath. Minus certa res est de aliis ut de *cristenez* (christianitas) Cath., quod Buh. 182, 10 significat religionem christianam; quamquam hodie quoque *kristenez* (ven. *krichenech*) respondet germ. christenheit (communio christianorum). In hac tamen voce, orta e subst. *cristen* (= cambr. vet. *cristaun*, christianus), non videtur alia derivatio statuenda nisi cambr. *-aeth*, *-iaeth*.

C derivantis britannicae, quae elisa vocali accedere videtur in corn. plur. *tiwulgou* (tenebrae) Voc. 8b, *tewolgow* P. Dr., cf. cambr. hod. *tywyllwg* iuxta *tywyllwch*, frequentiores sunt formulae quaedam cum vocalibus correptis et productis.

a) Cum vocalibus correptis. AC vix est expectanda, cum hib. vet. *-ach*

adiectiva derivans britannice producta vocali proferatur (pp. 16. 94). In illam desinentia sola novi nomina vetusta aremorica locorum e Chart. Rhed.: *Rannac*, *Lisranac* 1, 29. 2, 26. terra quae vocatur *Ranwinac* 2, 16. *Alarac* 2, 19. 26. plebs *Avizac* 1, 35. plebs *Malanzac* 1, 26. Item IAC: *Buiac* Mor. 340. ecclesia *Giliac* 1, 37. *Poliac*, plebs *Poilac* 1, 27. 29. ecclesia, plebs, vicus *Rufiac* 1, 38. 39. 41. 53. terra quae appellatur *Chenciniac* 1, 12. 2, 24. donavimus duas *Eriginiac tigran* et *Eriginiac Haelnou* 1, 4. plebs *Kempeniac* 1, 30. plebs *Motoriac* 1, 10. 2, 21. *Pirisiac* 1, 19.

Infecta tamen eadem derivatio, cambr. *-eic* (cf. *-ein*, *-eit*), corn. arem. *-ec*, inest in subst. fem. cambr. *gurehic* (mulier; = *gureic*) gl. Ox. B. 43ᵃ, *gureyc*, *gureic* etc. Leg. (p. 131), *gwreic* (hod. *gwraig*) Mab. fq., unde verb. *gwreica* (uxorem ducere) Mab. 1, 291; corn. *greg*, *grueg*, *grec*, *gruec* Voc. *gurek*, *gwrek* P. (vid. supra); arem. *gruec* Cath. Buh. 96, 7 (74, 25). MJ. 115b. 211a, *grec* 14a, hod. *grouék*, *groék*, *grék*. In cuius plurali redit integra *-ac*: cambr. *graget* Leg. 2, 1 init. *gwraged* (hod. *gwragedd*) Mab. fq., corn. *gvraget* O. 976, arem. *groaguez* Cath. MJ. 219a. *graguez* fq. (hod. *grugez*, *groagez*, *grouagé*).

EC in substantivis quibusdam (in plerisque, si non in omnibus, repetenda a pristina IC): cambr. *ritec* Cambriae fluv. (cf. *rit*, vadum) L. Land. 119. 120. *redec* (cursus; hod. *rhedeg* fem.) Leg. 1, 25, 5; inf. *redec*, *rydec* Mab. (p. 535). *yn ehedec* (evolans) 3, 304. *carrec*, pl. *cerric*, fem. (lapis, rupes; hod. *careg*, pl. *ceryg*, fem.) Mab. 1, 30. 31. 3, 265. *gwaec* (fibula; hod. *gwäeg* fem.) 2, 374. *pynnyorek* (sarcina, sagma; hod. *pyniorec*, *pynorec*, pl. *-au* fem.) 1, 238. *gwarthec* (armenta; nom. propr. viri *gwarthegyd* 2, 243) 2, 242. 373. Corn. *cassec* (equa; cambr. hod. *caseg*, plur. *cesyg* fem.) Voc. 9ᵃ. *blonec* (adeps; cambr. hod. *bloneg*) 7ᵃ. *guarthek* (armenta) O. 1065. pl. *karrygy* (lapides) O. 478; transumpta *manegow* pl. (manicae) R. 2589. *cloireg* (clericus) Voc. 7ᵃ. *medhec*, *methec* (medicus) 7ᵃ. R. 1648; eodem pertinere videtur adi. *morezek*, *morethek* (sollicitus) P. (p. 139) D. 3187. R. 749; inf. *resek* (currere, fluere) O. 773; mutata vocali: *flurrag* (prora; cambr. *fflureg* fem.) Voc. 7ᵇ. *guarac* ('diploma') 8ᵃ, *guarak* (arcus) O. 1244. Arem. *casec* ('iumentum'), *goarec* (arcus), *blonec* (abdomen), *benhuec* (utensile) Cath., pl. *binhuyou* MJ. 135b; inf. *redec* (currere) Cath.; transumpta *manec* (chirotheca) Cath. *cloarek* (clericus) Cath. Buh. 112, 13. 118, 2. 178, 13. *mezec* (medicus) Cath.

IC correpta derivans adiectiva e substantivis (hib. vet. *-ech*) vix invenitur, nisi forte in vetustis nominibus virorum cambricis in L. Land.: *Budic* (cf. hod. *buddug* fem., victrix, Victoria) 123. *Meilic* 153. 154. 170. *Erbic*, *Eruic* 115. 153. 154. 193. *Cremic* 226. *Etelic* 150. 170. *Letric* 140. 141; aremoricis in Chart. Rhed.: *Wrbudic* (cf. *Bodicus*, Britannorum comes, ap. Greg. Tur., p. 99) 1, 21. *Kethic* 1, 49. *Cowellic* 1, 45. *Bledic* 1, 2. *Liosic* 1, 49. 52. *Pascic*, *Hadric* Mor. 341.

Certius huc pertinent pauca substantiva (vix adiectiva) cambrica: *llewic* (animi deliquium; hod. *llewyg*, pl. *-on* masc.) Mab, 1, 237. 258, unde *datlewygu* (ad se redire) 1, 238. *rycic* (arrogantia; hod. *rhyfyg* m.) 1, 2; peregrina *medic*, pl. *medygon* (medicus; hod. *meddyg*, pl. *-on*) 1, 258. *lleyc* (laicus; hod. *lleyg*), pl. *lleycyon* Leg. praef. *tebic* (similis, verisimilis; hod. *tebyg*), unde *tebygu*, *tybygu* (putare) Mab. fq. Corn. transumptum *leic* (laicus) Voc. 7ᵃ, sed *lek* D. 38.

681 (sicut corn. arem. *medhec*, *meʒec* respondet cambr. *medic*, *meddyg*), contra arem. *lic* (laicus) Cath.

UC extat in nomine regionis cambricae *Morcanhuc*, *Morcannhuc*, *Morgannhuc* L. Land. p. 113, *Morganhuc* Mab. 3, 189 (cf. pp. 162. 814); eadem alternans cum OC in cambr. plur. *damcirchinnucu* (gl. ambages) Cb. 56. *datlocou* (gl. fora) Ox. 38ᵃ. Cambr. hod. *gwddwg* (vel *gwddw*, *gwddf*, masc.) respondet arem. *gouzouk* (collum; hod. *gouk*, leon. *gouzouk* m.) Cath. In multis nominibus vetustis cambricis et aremoricis *-oc* et *-uc* sunt pro *-auc*, *-âc*, sub qua formula mox sequentur exempla. In hodiernis *-wg* interdum iuxta *-wch* frequentiorem derivat substantiva abstracta ex adiectivis: *tywyllwg* (obscuritas), *trythyllwg* (alacritas).

b) Cum vocalibus productis. ÂC, IÂC frequentissima formula britannica, vocalem varie mutans per dialectos (p. 93 sq.), adiectiva potissimum derivat e substantivis.

Cambr. vet. *-auc*, *-oc*, *-iauc*, pl. *-ocion*: *marchauc* (equester, eques) gl. Ox. 41ᵃ. *rit lechauc* (vadum lapidosum) L. Land. 116. *buch laethauc* (vacca lac praebens) Leg. 2, 1, 34. *pont meiniauc* (pons lapideus) L. Land. 234. *Brecheniauc*, *Pepitiauc* (nomina regionum Cambriae derivata e nominibus virorum; cf. p. 807) 122. 227. 244. Inter gl. Lxb.: *euonoc* (spumaticus), *golbinoc* (rostratus), *atanocion* (aligeri; hod. *adan*, ala). In Mab. *-awc*, *-iawc*, plur. *-ogyon*: *oetawc*, *oedawc* (aetate provectus) 2, 24. 32. *koedawc* (silvester) 1, 31. 262. *aruawc* (armatus) 1, 16. 34. *mil pedwartroetawc* (animal quadrupes) 2, 207. *ki kanderawc* (canis rabidus; hod. *cynddeiriog*) 2, 221. *kyuoethawc* (potens) 1, 16. 18. 272. *carrecgawc* (lapidosus) 1, 262. *llidiawc*, *llityawc*, *llidyawc* (iratus) 1, 242. 268. 2, 385. *brenhin teithiawc*, *brenhin gwlat teithiawc* (rex legitimus) 2, 201. 222. *diuudyawc* (inutilis) 2, 226. Plur. *cyttirogyon* (contermini) 2, 29. *marchogyon* (equites), *cytuarchogyon* (rei equestri una dediti) 3, 298. 2, 30. *tywyssogyon* (principes) 3, 298. Fit interdum derivatio eadem ex adiectivo: *duawc* (subniger) Mab. 1, 13.

Eiusdem derivationis sunt multa nomina vetusta virorum in L. Land.: *Comauc* 205. *Matauc* (*Madawc* Mab. 2, 243) 73. *Guallauc* (*Gwallawc* Mab. 2, 25) 254. *Guassauc* 264. *Caratauc* (*Karadawc* Mab. 2, 379. 3, 271) 71. 155. 205. 248. 261. *Lyggessauc* 140. *Cimeiliauc*, *Cimeilliauc* fq. In his tamen saepius derivationis vocalis transit in *o* vel *u*: *Matoc* 194. *Matuc* 136. *Gualluc* 198. *Lounuc* 153. *Tutuc* 120. *Clotuc* 194.

Cornice *-oc* in Voc.: *chefuidoc* (potens, cambr. *kyfoethog*) 7ᵃ. *puludoc* (dives; cambr. *goludog* e *golud*, divitiae), *bochodoc* (inops, pauper; cambr. *bychodog*) 8ᵃ. *galluidoc* (potens) 7ᵇ. *gouhoc* (parasitus, mendax) 8ᵃ. 8ᵇ. *primusdoc* (lippus), *skientoc* (sapiens), *gurbulloc* (insanus) 8ᵃ. *denshoc* (dentatus) 8ᵇ. *croinoc* (rubeta, i. e. pellita; cambr. *croen*, pellis, corium), *scouarnoc* (lepus, i. e. auritus) 9ᵃ. *chelioc* (gallus; cf. *cala*, *cale* p. 816?) 8ᵇ. *teithioc* (vernaculus) 7ᵇ. *conerioc* (rabidus, amens, demens), *chuillioc* (augur) 8ᵃ. Recentius fere *-ek*, *-ey*, ut iam in Voc. *clafhorec* (leprosus) 8ᵃ, etsi non semper: *gallosek* (potens) O. 1494. D. 157. R. 752, *galosek*, *gallogek* R. 108. 2376. *ownek*, *ownek* (timidus; *own*, timor) P. 77, 2. O. 2158. *marrek*, *marreg*, plur. *marogyon*, *marregyon* (miles; = cambr. *marchauc*) P. 241, 4. 190, 2. 243, 1. D. 1613. *cronek* (rubeta, bufo) O. 1778. D. 2732. P. 47, 4. *colyek* (gallus) 49, 2. 86, 1, *kullyek* D. 903.

bohosogyon (pauperes) 36, 3. 37, 3, *bohosugyon* D. 543. 3108, *boghesegyon* D. 538. *othommek* (egenus), pl. *othomegyon*, *eȝomogyon* R. 2377. D. 2636. P. 26, 2. *gowek* (mendax) R. 55, pl. *gowygyon* R. 1478. 1510.

Aremorice item *-oc* in vetustis nominibus virorum chartularii Rhed.: *Haeloc* 1, 5. *Moroc* 1, 4. *Risoc* 1, 27. *Litoc* 1, 38. *Catoc* 1, 53. *Iarnoc* 1, 16. *Alunoc* 1, 5. 18. *Wetenoc* 1, 20. 38. *Moiaroc* 1, 4. *Loiesoc* 2, 14. 16. *Wesilloc* Mor. 331. *Tabioc* 2, 21; in nomine loci *Pascwentoc* 1, 29. Huius derivationis transeuntis in *-uc* exempla supra (p. 95) enumerata sunt. Eadem in *-ec* transgressa videtur iam in nomine viri vet. *Woletec* (cf. corn. *vuludoc*, dives, Voc.) Chart. Rhed. 1, 5. 22, sicut semper in recentiore lingua: *hoantec* (desiderio affectus; *hoant*, desiderium) Buh. 54, 19. 108, 2. 164, 10. *buanec* ('iratus') Cath. MJ. 14 a. *conniryec* (rabidus; *connar*, rabies), *bleuhec* ('pilosus'), *friec* ('nasosus'), *elguezec* ('mentosus'), *guennouec* ('buccatus'), *lostec* ('caudatus'), *aznauoudec* ('cognitor'), *saeec* ('tunicatus'), *maluennec* ('palpebrosus'), *abrantec* ('superciliosus'), *caillarec* ('lutulentus'), *lagadec* ('oculosus'), *barfuec* ('barbutus'), *gloanennec* ('lanutus'), *menec* ('lapidosus'), *quelyenec* ('muscosus'), *pourrec* ('porrosus'), *scoaziec* ('spatulosus'), *quicguec* ('carnosus'), *beguec* ('rostratus'), *mechiec* ('polyposus'), *dantec* ('dentosus') Cath. *baelec* (presbyter; cambr. *balawc* Mab.) Buh. 176, 5. Cath. *gounidec* (agricola), *marhec pe marhegues* ('miles'), *tiec* (oeconomus), *amnesec* ('confinis') Cath. Cf. hodierna *marc'hek* (eques), *madek* (bonus, benignus) etc.

Nec disiunxerim aremorica terminata *-ek*, quae indicant loca, in quibus nvenitur vel fit id quod significat primitivum, quamvis sint feminina hodie, cum primitus *bro* vel aliud substantivum femininum potuerit subintellegi, ut *rosec* (rosetum), *pechesec* (persicetum), *fauec* (faginentum), *linec* (linarium), *iruinec* (raparium), *ausillec* (salicetum), *quelennec* ('hussetum'), *queluezec* ('nuclearium', i. e. coruletum), *corsec* (cannetum), *blezuec* ('floralium'), *balaznec* (miricetum), *broennec* (iuncetum) Cath. Hodierna *kaolek*, *kanabek* (locus, ager brassica, cannabi consitus), *dervennek*, *avalennek* (quercetum, hortus in quo sunt mali arbores), *gwennadek* (locus inserviens insolandae cerae, insolandis linteis).

Substantiva huius formulae sunt pauca, ut cambr. *hebauc* (accipiter; hib. vet. *sebocc* Sg.) Leg. 1, 10, 7. *caiauc* (libellus) gl. Ox. 39a; corn. *lafroc* (femoralia) Voc. 9b; arem. *llaurec* (bracca, femorale, coxale; hod. *lavrék* masc.) Cath. Ac saepe, quae videntur substantiva, principio sunt haud dubie adiectiva, ut *plumauc*, *plufoc* (pulvinar) gl. Ox. B. 44a. Voc. 9b, *marchawc* Mab., *balawc* (clericus) 1, 287; fem. *keynyauc* (denarius) Leg. 1, 12, 6.

IC vocalem, cuius productionem testatur hod. et cambr. *-ig*, et arem. *-ic*, partim servasse videtur, ut in derivatione duplici *-tic*, *-etic*, partim correptam postea produxisse, ut in adiectivis ceteris (hib. vet. *-ech*), etsi eadem temporum differentia intercedit inter hib. *-ach* et brit. *-âc*.

Cambrica: *arbennic* (primarius, princeps; hod. *arbenig*, at hib. vet. *airchinnech*) Mab. 1, 241. 253. *teirnossic* (tres noctes natus) 2, 225. *chweric* (alacer; hod. *chwerig*) 1, 259. *pwyllic* (prudens; hod. *pwyllig*; subst. *pwyll*) 1, 259. *gwenwynic* (venenosus; hod. *gwenwynig*) 1, 273. *gwledic* (imperans, princeps; hod. *gwledig*; subst. *gwlat*, regio) Mab. fq. *ewyrdonic* (hibernicus; subst. hod. *Iwerddon*) Mab. 2, 386. *lletewic*, *lledewic* (letavicus) 2, 238. 242. Efficit duplicem ETIC, terminationem participiorum cambricam (p. 532), accedens ad simplicem

notam -*et* britannicam. Plur. -*icion*: *Letewicion* (Aremorici, p. 831), *arpeteticion* (miseri) gl. Ox. 38ᵃ.

Cornica e Voc.: *pendeuig* (princeps) 7ᵇ. *eunhinsic*, *camhinsic* (iustus, iniustus; *hins* = *hint*, via), *fadic* (profugus), *fodic* (felix) 8ᵃ. *treuedic* (rusticus, colonus) 7ᵇ. 8ᵃ. Eodem alia pertinere videntur ut *dysorygyk* (incredulus) R. 1369. 1519, pl. *dysoryggygyon* O. 1855. (1869).

Aremorica: *piuizic* (dives) Buh. 10, 4. 38, 1. *pinuizic* (id.), *euzic* (horribilis) Cath. *armoric* (aremoricus) Buh. 148, 21. *keritic* (Ceretica regio) 28, 24. *hegredic* (amicabilis; subst. adi. *hegarat*, amicus) 154, 11. *aounic* ('formidosus'; contra cambr. *ofnawc*, corn. *ownek*) Cath.; cf. peregrina *ipothetic* (hypotheticus), *lic* (laicus) Cath.

Rariora sunt substantiva huius derivationis: cambr. *euyc* (cerva; hod. *ewig* fem.) Leg. 1, 9, 22. 10, 11; peregr. *lleithic*, pl. *lleithigeu* (sedes, scamnum; hod. *lleithig* fem.) Mab. 3, 265. Corn. *euhic* (cerva), *sernic* (frutex) Voc. 9ᵃ. Arem. *eustic* (luscinia) Cath.; transumpta *fabric* (fabrica), *fisic* (physica), *music* (musica), *tisic* (phthisis) Cath. Addenda tamen sunt e dialectis ea, in quibus -*ic* terminatio est deminutiva (p. 297).

EIC praeter formulam supra memoratam invenitur in cambr. *ysgolheic*, pl. *yscolheigyon* (scholasticus; hod. *ysgolhaig*) Mab. 8, 157. 2, 22; corn. *scolheic* Voc. 8ᵃ.

c) CC geminatae locum concedo derivanti britannicae CH, quamvis incertus, utrum semper progressa sit ex hac geminatione (p. 151) an interdum ex *s* (cf. p. 125). Frequentiores sunt formulae ACH, UCH (rariores ECH, ICH) praesertim in substantivis abstractis cambricis, masculini fere generis.

ACH: cambr. masc. *gaflach blaenllym* (furca acuta cuspide; e *gafl*, hib. *gabul*) Mab. 1, 242, pl. *gaflacheu* (hod. -*au*) 1, 238. *bogsach* (gloriatio, hod. *bocsach*, pl. -*au*) 3, 331. 334; cf. nomina virorum *Diwrnach*, *Deorthach* 2, 224. 376. Fem. *ir gilfach* (ad angulum; hod. *cilfach*, pl. -*au*) 3, 399. *keuedac* (leg. -*ach*, sicut ibidem est *bucc* pro *buch*, *beckan* pro *bychan*; cambr. hod. *cyfeddach*, comessatio, epulae, fem., ut *cyfrinach*, secretum, *cyfeilliach*, amicitia, *cydgyfathrach*, associatio, plur. -*au*) Leg. 1, 19, 12. Femininum item cambr. *gwrach* (anus, pl. hod. *gwrachod*) Mab. 2, 247, corn. *gruah* Voc. 7ᵇ, arem. *groach* (hod. *groac'h*, leon. *grac'h*) Cath. Inde composita et derivata cambrica: *ymgyfathrachu athydi* (consociare se tecum) Mab. 3, 83. *ygyuathrachwr* (affinis eius) 3, 94. *ae gytgyfedachwyr* (et sodales eius) 1, 26.

ECH in fem. cambr. *disgrech uawr* (clamor magnus; cf. hod. *dysgyr*) Mab. 1, 30.

ICH: *eurych* (faber aurarius) Mab. 3, 149. Item in verbis: *yn chwennychu* (desiderantes; *chwant*), *llefrith awhennych rei* (lac dulce desiderabunt aliqui) 2, 29. 225. *rac eirychu* (ne dicatur; *geir*, verbum) 2, 218. *diguolouichetic* (gl. proditus) Ox. 41ᵇ, derivatum e simplici *lou* (p. 106), cf. hod. *llewych* (lux, splendor) masc., *llewychu* (illuminare), iuxta *llewyrch*, *llewyrchu*. Saepius tamen his subiacet formula -*wch*. Dubium est, num addendum sit adi. adv. cambr. *mynych*, *yn vynych* (frequens, frequenter; hib. vet. *menic*, *menicc*) Mab. fq., corn. *menough* P. 2, 3. O. 689.

UCH formans abstracta cambr. subst. masc. ex adiectivis: *diffeithwch* (vastitas, desertum; adi. *diffaeth*, corn. *mor difeid*, gl. pelagus, Voc.) Mab. 1, 3·

bohosogyon (pauperes) 36, 3. 37, 3, *bohosugyon* D. 543. 3108, *boghesegyon* D. 538. *othommek* (egenus), pl. *othomegyon*, *eȝomogyon* R. 2377. D. 2636. P. 26, 2. *gowek* (mendax) R. 55, pl. *gowygyon* R. 1478. 1510.

Aremorice item *-oc* in vetustis nominibus virorum chartularii Rhed.: *Haeloc* 1, 5. *Moroc* 1, 4. *Risoc* 1, 27. *Litoc* 1, 38. *Catoc* 1, 53. *Iarnoc* 1, 16. *Alunoc* 1, 5. 18. *Wetenoc* 1, 20. 38. *Moiaroc* 1, 4. *Loiesoc* 2, 14. 16. *Wesilloc* Mor. 331. *Tabioc* 2, 21; in nomine loci *Pascwentoc* 1, 29. Huius derivationis transeuntis in *-uc* exempla supra (p. 95) enumerata sunt. Eadem in *-ec* transgressa videtur iam in nomine viri vet. *Woletec* (cf. corn. *vuludoc*, dives, Voc.) Chart. Rhed. 1, 5. 22, sicut semper in recentiore lingua: *hoantec* (desiderio affectus; *hoant*, desiderium) Buh. 54, 19. 108, 2. 164, 10. *buanec* ('iratus') Cath. MJ. 14 a. *conniryec* (rabidus; *connar*, rabies), *bleuhec* ('pilosus'), *friec* ('nasosus'), *elguezec* ('mentosus'), *guennouec* ('buccatus'), *lostec* ('caudatus'), *aznauoudec* ('cognitor'), *saeec* ('tunicatus'), *maluennec* ('palpebrosus'), *abrantec* ('superciliosus'), *caillarec* ('lutulentus'), *lagadec* ('oculosus'), *barfuec* ('barbutus'), *gloanennec* ('lanutus'), *menec* ('lapidosus'), *quelyenec* ('muscosus'), *pourrec* ('porrosus'), *scoaziec* ('spatulosus'), *quicguec* ('carnosus'), *beguec* ('rostratus'), *mechiec* ('polyposus'), *dantec* ('dentosus') Cath. *baelec* (presbyter; cambr. *balawc* Mab.) Buh. 176, 5. Cath. *gounidec* (agricola), *marhec pe marheguez* ('miles'), *tiec* (oeconomus), *amnesec* ('confinis') Cath. Cf. hodierna *marc'hek* (eques), *madek* (bonus, benignus) etc.

Nec disiunxerim aremorica terminata *-ek*, quae indicant loca, in quibus nvenitur vel fit id quod significat primitivum, quamvis sint feminina hodie, cum primitus *bro* vel aliud substantivum femininum potuerit subintellegi, ut *rosec* (rosetum), *pechesec* (persicetum), *fauec* (faginentum), *linec* (linarium), *irvinec* (raparium), *ausillec* (salicetum), *quelennec* ('hussetum'), *queluezec* ('nuclearium', i. e. coruletum), *corsec* (cannetum), *blezuec* ('floralium'), *balaznec* (miricetum), *broennec* (iuncetum) Cath. Hodierna *kaolek*, *kanabek* (locus, ager brassica, cannabi consitus), *dervennek*, *avalennek* (quercetum, hortus in quo sunt mali arbores), *gwennadek* (locus inserviens insolandae cerae, insolandis linteis).

Substantiva huius formulae sunt pauca, ut cambr. *hebauc* (accipiter; hib. vet. *sebocc* Sg.) Leg. 1, 10, 7. *caiauc* (libellus) gl. Ox. 39ᵃ; corn. *lafroc* (femoralia) Voc. 9ᵇ; arem. *llaurec* (bracca, femorale, coxale; hod. *lavrék* masc.) Cath. Ac saepe, quae videntur substantiva, principio sunt haud dubie adiectiva, ut *plumauc*, *plufoc* (pulvinar) gl. Ox. B. 44ᵃ. Voc. 9ᵇ, *marchawc* Mab., *balawc* (clericus) 1, 287; fem. *keynyauc* (denarius) Leg. 1, 12, 6.

ĪC vocalem, cuius productionem testatur hod. et cambr. *-ig*, et arem. *-ic*, partim servasse videtur, ut in derivatione duplici *-tic*, *-etic*, partim correptam postea produxisse, ut in adiectivis ceteris (hib. vet. *-ech*), etsi eadem temporum differentia intercedit inter hib. *-ach* et brit. *-âc*.

Cambrica: *arbennic* (primarius, princeps; hod. *arbenig*, at hib. vet. *airchinnech*) Mab. 1, 241. 253. *teirnossic* (tres noctes natus) 2, 225. *chweric* (alacer; hod. *chwerig*) 1, 259. *pwyllic* (prudens; hod. *pwyllig*; subst. *pwyll*) 1, 259. *gwenwynic* (venenosus; hod. *gwenwynig*) 1, 273. *gwledic* (imperans, princeps; hod. *gwledig*; subst. *gwlat*, regio) Mab. fq. *ewyrdonic* (hibernicus; subst. hod. *Iwerddon*) Mab. 2, 386. *lletewic*, *lledewic* (letavicus) 2, 238. 242. Efficit duplicem ETIC, terminationem participiorum cambricam (p. 532), accedens ad simplicem

notam -*et* britannicam. Plur. -*icion*: *Letewicion* (Aremorici, p. 831), *arpetticion* (miseri) gl. Ox. 38ᵃ.

Cornica e Voc.: *pendeuig* (princeps) 7ᵇ. *eunhinsic*, *camhinsic* (iustus, iniustus; *hins* = *hint*, via), *fadic* (profugus), *fodic* (felix) 8ᵃ. *treuedic* (rusticus, colonus) 7ᵇ. 8ᵃ. Eodem alia pertinere videntur ut *dysorygyk* (incredulus) R. 1369. 1519, pl. *dysoryggygyon* O. 1855. (1869).

Aremorica: *piuizic* (dives) Buh. 10, 4. 38, 1. *pinuizic* (id.), *euzic* (horribilis) Cath. *armoric* (aremoricus) Buh. 148, 21. *keritic* (Ceretica regio) 28, 24. *hegredic* (amicabilis; subst. adi. *hegarat*, amicus) 154, 11. *aounic* ('formidosus'; contra cambr. *ofnawc*, corn. *ownek*) Cath.; cf. peregrina *ipothetic* (hypotheticus), *lic* (laicus) Cath.

Rariora sunt substantiva huius derivationis: cambr. *euyc* (cerva; hod. *ewig* fem.) Leg. 1, 9, 22. 10, 11; peregr. *lleithic*, pl. *lleithigeu* (sedes, scamnum; hod. *lleithig* fem.) Mab. 3, 265. Corn. *euhic* (cerva), *sernic* (frutex) Voc. 9ᵃ. Arem. *eustic* (luscinia) Cath.; transumpta *fabric* (fabrica), *fisic* (physica), *music* (musica), *tisic* (phthisis) Cath. Addenda tamen sunt e dialectis ea, in quibus -*ic* terminatio est deminutiva (p. 297).

EÍC praeter formulam supra memoratam invenitur in cambr. *ysgolheic*, pl. *yscolheigyon* (scholasticus; hod. *ysgolhaig*) Mab. 3, 157. 2, 22; corn. *scolheic* Voc. 8ᵃ.

c) CC geminatae locum concedo derivanti britannicae CH, quamvis incertus, utrum semper progressa sit ex hac geminatione (p. 151) an interdum ex *s* (cf. p. 125). Frequentiores sunt formulae ACH, UCH (rariores ECH, ICH) praesertim in substantivis abstractis cambricis, masculini fere generis.

ACH: cambr. masc. *gaflach blaenllym* (furca acuta cuspide; e *gafl*, hib. *gabul*) Mab. 1, 242, pl. *gaflacheu* (hod. -*au*) 1, 238. *bogsach* (gloriatio, hod. *bocsach*, pl. -*au*) 3, 331. 334; cf. nomina virorum *Diwrnach*, *Deorthach* 2, 224. 376. Fem. *ir gilfach* (ad angulum; hod. *cilfach*, pl. -*au*) 3, 399. *keuedac* (leg. -*ach*, sicut ibidem est *bucc* pro *buch*, *beckan* pro *bychan*; cambr. hod. *cyfeddach*, comessatio, epulae, fem., ut *cyfrinach*, secretum, *cyfeilliach*, amicitia, *cydgyfathrach*, associatio, plur. -*au*) Leg. 1, 19, 12. Femininum item cambr. *gwrach* (anus, pl. hod. *gwrachod*) Mab. 2, 247, corn. *gruah* Voc. 7ᵇ., arem. *groach* (hod. *groac'h*, leon. *grac'h*) Cath. Inde composita et derivata cambrica: *ymgyfathrachu athydi* (consociare se tecum) Mab. 3, 83. *ygyuathrachwr* (affinis eius) 3, 94. *ae gytgyfedachwyr* (et sodales eius) 1, 26.

ECH in fem. cambr. *diegrech uawr* (clamor magnus; cf. hod. *dysgyr*) Mab. 1, 30.

ICH: *eurych* (faber aurarius) Mab. 3, 149. Item in verbis: *yn chwennychu* (desiderantes; *chwant*), *llefrith awhennych rei* (lac dulce desiderabunt aliqui) 2, 29. 225. *rac eirychu* (ne dicatur; *geir*, verbum) 2, 218. *diguolouichetic* (gl. proditus) Ox. 41ᵇ, derivatum e simplici *lou* (p. 106), cf. hod. *llewych* (lux, splendor) masc., *llewychu* (illuminare), iuxta *llewyrch*, *llewyrchu*. Saepius tamen his subiacet formula -*wch*. Dubium est, num addendum sit adi. adv. cambr. *mynych*, *yn vynych* (frequens, frequenter; hib. vet. *menic*, *menicc*) Mab. fq., corn. *menough* P. 2, 3. O. 689.

UCH formans abstracta cambr. subst. masc. ex adiectivis: *diffeithwch* (vastitas, desertum; adi. *diffaeth*, corn. *mor difeid*, gl. pelagus, Voc.) Mab. 1, 3·

236. *digrifwch* (oblectatio; adi. *digrif*) 2, 34. 3, 14. *digrifwch adidanwch* (oblectatio et exhilaratio) 3, 31. *tristwch* (tristitia) 2, 371. *yscafalwch*, *yscaualwch*, *ysgaualwch* (oblectatio; adi. *ysgaual* in *kynnysgaualhet* 2, 35) 2, 33. 34. 35. *ynyalwch* (solitudo, regio non habitata) 1, 236. 238. *aflonydwch* (inquietudo) 2, 46. Cum pron. masc.: *ar agkyuartalwch hwnnw* (propter indecentiam istam; praecedit adv. *yn agkyfuartal*, indecenter) 1, 259. *yny dihirwch hwnn* (in hac aerumna) 3, 153; cf. nomen viri *Matholwch* 3, 83, regionis *Seissyllwch* 3, 36. Addo *hedwch* (pax) Mab. 3, 305 e simplici subst. *hed* (hod. *hedd*, pax, hib. vet. *sid*) et *cwwch* (cavitas; hod. *cwch*) 2, 200. Derivantur ex his verba: *gleduchu*, *gwledychu* (regnare) Leg. 1, 5, 1. Mab. 2, 66. 3, 16. *y gwledychwys* (regnavit; *gwledwch*, regnum) 1, 282. 3, 36. *pessychu* (tussire; *peswch*, tussis) 1, 19. Extant tamen etiam feminina: *trawswch* (barba) 2, 376; et hod. *buwch* (vacca), de cuius formis vid. p. 295.

Cornicum exemplum *pengugh grec* (mastruga, i. e. mitra mulieris, cambr. hod. *penguwch graig*) Voc. 9ᵇ.

d) Conexa NC derivat subst. cambr. *gwraync* (adolescentulus) Mab. 3, 205. 206; adi. cambr. *ieuanc* (iuvenis) Mab. 1, 28, corn. *iouenc*, *youonc* Voc. 7ᵇ, *yowynk* D. 19, *yonk* P. Dr. (p. 127), arem. *youanc* Cath.

Conexarum LC, SC vix extant exempla praeter singula cambr. *madalch* (fungus, masc.; hod. *madalch* iuxta *madarch*) Mab. 3, 193. et *delysc* (arundo) 3, 202. RC videtur derivare haec: cambr. *alarch* (olor) Mab. 2, 212. *pedeir tywarchen* (quattuor glebae; coll. *tywarch*, caespes) 2, 200. *ymdihauarchu* (confligere) 1, 37. *llannerch* (spatium apertum in silva) Mab. fq.; cf. hod. *llewyrch* (illuminatio). Corn. *elerhc* (gl. olor, cignus) Voc. 8ᵇ, *lanherch* (gl. saltus) 9ᵃ. Contra de arem. *quaserch* (grando; hod. *kazarc'h*, *kazerc'h*) Buh. 92, 23, cf. p. 158.

C. Derivatio consonarum multiplex.

Triplicis derivationis britannicae exempla quaedam. 1. Si praecedit ante duplicem derivationem simplex: cambr. vet. *diguolou / ich / et-ic* (manifestatus), *cre / at / ic-aul* (genialis) gl. Ox.; corn. *gow / eg / n-eth* (falsitas), *musc / ok / n-eth* (amentia) R. 2. Si sequitur simplex post duplicem: cambr. *gwel / ed-ig / aeth* (visio), *bud / ug-ol / yaeth* (victoria) Mab.; corn. *sk / ent-el / eth* (sapientia) D.; arem. *lem / id-ig / aez* (acutio), *pri / ed-el / aez* (coniugium), *mag / ad-ur / ez* (nutritio) Cath. Item cambr. hod. *llyw / odr-aeth / iad*, *llyw / iodr-aeth / iad* (exercens officium gubernationis, gubernator), e primitivo *llyw* (remus), per *llywyaw* (regere) Mab. 3, 297, *llywiawdr*, *llywawdr* (gubernator) progresso ad formas *llywiodraeth*, *llywodraeth*, cum verbo suo in *-aethu*, unde *llywodraethiad*, *llywiodraethiad*.

Quadruplicis derivationis exempla cambrica sunt adiectiva hodierna *budd / ug-ol / iaeth / us*, *budd / ug-ol / iaeth / ol* (victoriosus, triumphans), in quibus ad triplicem derivationem *budd / ug-ol / iaeth* accedit derivatio *-us* vel *-awl*. Quintuplicis exemplum aremoricum *heu / el-eb / id-ig / aez* (assimilatio) Cath.

Multo autem maior derivationum numerus in plerisque exemplis quae attulimus existeret, si separare liberet derivationes conexas ut cambr. *-aeth*, corn. arem. *-ez*, *-aez* (= *acht*) vel cambr. *-awdr* (= *at-or*).

CAPUT ALTERUM.

De compositione.

Compositionis facultate lingua celtica non cedit iis linguis affinibus, quae ut indica, graeca, germanica maxime ea excellunt, et longe superat illas, quae ut latina, slavica minus ea valent.

A vetusta linguarum affinium ratione componendi, qua tres vocales A, I, U thematum finales servantur in compositione, prisca gallica tantum differt, quod pro *a* proferre consuevit *o*, cuius consuetudinis exempla vetusta supra enumerata sunt (p. 763). Excipiuntur ab ea solae particulae desinentes aut in consonas (In-subres, Con-date, Ver-nemetum, Ad-minius, Ex-cincomarus) aut in *e* (Are-morici, Ate-boduus, Ante-camulum) atque una vel altera vox quae praesertim post mediam vocali facilius carere potuit (Lug-dunum iuxta pleniorem formam Lugodunum vel Lugudunum, Cob-nertus, Bod-vacius, Vod-goriacum). Contra interponi quoque solere *o* post themata consonis terminata, exemplo sunt nomina Cingeto-rix, Vercingeto-rix (hib. vet. *cing*, gen. *cinged*, bellator, vir fortis); aspernantur copulantem hanc vocalem voces quaedam terminatae syllaba *-is* (ut Atis-mara, Cartis-mandua, Ratis-bona).

Tres illas vetustas vocales compositionis, quae deficere incipiunt iam in prisca lingua, post Romanorum aetatem magis magisque defecisse inde colligendum est, quod nisi in inscriptionibus ogmicis ne in vetustioribus quidem monumentis aut hibernicae linguae aut britannicae ulla superest. Vestigia tamen excussarum relicta esse infecta consona principali vocis posterioris in compositione supra demonstratum est (p. 176).

Composita ipsa utriusque linguae vigentis, et hibernicae et britannicae, iam enumerabuntur secundum ordinem partium orationis. Subiungentur in fine decomposita, i. e. e pluribus vocibus composita. Hibernicis hic quoque praemittentur vetusta exempla gallica.

I. Compositio hibernica.

A. Nomina composita.

Idem semper est componendi modus, sive prior vox est genetivi vel alius casus obliqui loco, sive nominativi vel apposita, ut fit in dialectis celticis.

1. Substantiva cum substantivis. Vetusta gallica nomina plurima composita sunt e duobus substantivis, praesertim in quibus posteriorem locum tenent voces -rix, -reix (= reig-s; lat. rex, germ. -rîk), -dunum, -durum (castrum) etc., ut Dumnorix (hib. *domun*, mundus), Bituriges (hib. *bith*, cambr. vet. *bit*, mundus), Caturiges (hib. *cath*, cambr. vet. *cat*, pugna), Moridunum (hib.

muir, brit. *mor*, mare), Catuslogi (hib. vet. *sluag*, agmen), Esunertus (Esus nomen dei; hib. *nert*, cambr. *nerth*, virtus, valor). Forsitan eodem pertineant *Ταρόδουνον* (nomen loci ad transitum Abnobae, Zaraduna medio aevo, hodie Zarten) Ptol. et nomina virorum Deiotarus Cic. Caes., Brogitarus Cic.; denique patronymica frequentissima in -CNOS desinentia: *Iccavos Oppianicnos*, *Andecamulos Toutissicnos*, *Koisis Truticnos* (Coisis Druti filius), *Ateknati Trutikni*, *Tanotaliknoi* (Dannotali filii) Inscr., eiusdemque formae nomina propria: *Μουσανος Ἀριικνου* Murat. 643. Gobannilno (leg. -icno) Murat. 1384, 4. deo Taranucno (al. Taranuco) Orell. 2055. 2056. 2057, cum derivatis *Οὐεννίκνιοι*, *Οὐεννίκνιον* (*ἄκρον*; pop., promunt. Hibern.) Ptol.

Hibernica exempla duorum substantivorum compositione iunctorum: *mucofoil* (gl. hara, stabulum porcorum) Sg. 26ᵃ. *fidbocc* ((gl. arcus; i. e. arcus ligneus) 107ᵇ. *cenngalar* (dolor capitis) Wb. 17ᵈ. Inc. Sg. *lubgartóir* (gl. olitor) Sg. 92ᵇ. *rechttáircid* (legislator) 44ᵃ. *erochairchétlaid* (gl. tibicen) 12ᵇ. *rannagabáltaith* (participator) 39ᵃ. *marcír* (gl. strigilis; i. e. *marc-cír*, equi pecten) Pr. Cr. 27ᵇ. *tóisrenn* (materia, massa) Wb. 9ᵇ. 4ᵃ. *buadlia*, *buáidlia* (gl. fornix; i. e. lapis triumphalis) Sg. 69ᵃ. 113ᵃ. *inna cranchur* (gl. sortes, iaciuntur; cf. *di chor cruinn*, de iactu sortis, Tr. 4ᵇ.) Ml. 81. *scaterc* (gl. lucar; i. e. speculum, *scadarcc* SM. 124. 138, *scaideirc* 150. 152, i. e. *scath-derc*) Pr. Cr. 48ᵇ.

Colligo alia quaedam, in quibus idem substantivum saepius invenitur aut priore loco aut posteriore.

Priore loco *lám* (manus): *lámbrat*, *lambrat* (gl. gausape; *brat formtha*, gl. sagana, Sg. 51ᵇ) Sg. 128ᵃ. 132ᵃ. 172ᵃ. *lámtheoir* (gl. mantile) 92ᵃ; *muir* (mare): *muirbran* (gl. merges, i. e. mergus) Sg. 55ᵇ. *muirmóru* (gl. Siren) 96ᵇ.

Frequentius aliis priore loco extat *ban*, genus femininum sequentis substantivi, cui praecedit, significans: *banairchinnech* (gl. antistita) Sg. 66ᵃ. *banchu* (canis, fem.) 67ᵃ. *bandálem* (gl. caupona; i. e. copa, hospita) 63ᵃ. *bandea* (dea) 53ᵃ. 60ᵃ. 66ᵇ. *bánddé iffirnn* (gl. Parcae; i. e. deae inferni) 53ᵇ. *bandechuin* (pl., diaconissae) Wb. 28ᵃ. *bannamae* (gl. inimica) Ml. 26ᵃ. *inbannamit* (gl. hostem, occupat amplexu, Stat. ap. Pr. 5, 5, 27; i. e. hostem feminam) Sg. 67ᵃ. *banmil* (gl. miles, femina), *banogi* (gl. hospes, femina) 66ᵃ. *banscala* (servae) Wb. 10ᵃ. *banterismid* (gl. obstetrix; *terismid*, stator, obstator, e subst. *tairissem*, statio) Sg. 69ᵃ. Tam in exemplis enumeratis, in quibus substantivum praemissum est loco nominativi, in compositionem intrat forma *ban*, quae est alibi forma gen. pluralis (sing. nom. *ben*, p. 241), quam in quibus est genetivi loco, ut in *bandachlach* (gl. leno) Sg. 52ᵃ. *banrád* (gl. verbosae, viduae iuniores; i. e. mulierum loquella?) Wb. 29ᵃ. Praemissum etiam invenitur subst. *fer* (vir) in *fergnia* (gl. virago; *gnia*, scientia, O'R.) Sg. 52ᵃ. *fergus* (n. viri; cf. *oengus*, *dongus*) 114. Praemittitur item, quod postponitur in aliis linguis, subst. *dún* (castrum, oppidum) in nominibus urbium vel montium castris munitorum: 'ecclesia in cacumine montis, qui appellatur *Dundeuenel*. in cacumine montis *Dunbreten* ... quinta vero ecclesia *Dunedene*, quod anglica lingua dicta *Edenburg*. sexta mons *Dunpeleder*.' Vita S. Moduennae, Boll. Iul. 2, 309.*

---

* Prorsus seiungenda est formula *fius scél*, *fis scél* (nuntius), quae in codice Wb. solo usitata separatur scriptione. Exempla per casus singularis: *hóre dumndnic fius scél udib* (gl. ideo

Posteriore loco *tan*, *caill* (hortus, silva): *fíntan* (gl. vinetum), *rostan* (gl. rosetum) Sg. 53^{a}. *mirtchaill* (gl. mirtetum), *escalchaill* (gl. esculetum) 53^{a}. *olachaill* (gl. olivetum) 50^{c}. 53^{a}. *innan olachaille* (gl. olearum, frondibus) Ml. 25^{b}; *oirenid* (occisor): *athiroirenid* (gl. parricida), *tuistidoirenid* (occisor parentum) Sg. 12^{b}. *setharoirenid* (gl. sororicida) 13^{a}; *suide* (sedes, locus): *dálsuidæ* (gl. forum; i. e. locus contionis) Sg. 57^{b}. *trebuntuide*. *iúgsuide* (gl. tribunal) 50^{a}; *teg* (domus): *rigteg* (gl. praetorium) Wb. 23^{b}. *indidultaigæ* (gl. fani, antistita) Sg. 66^{b}.

Ut in aliis linguis item in hibernica et britannica posteriorem locum frequentius in compositione obtinent substantiva, non modo perspicua et usitata, sedet iam obsoleta, interdum tam obscurae significationis, ut videantur esse formulae derivationis. Hibernica eiusmodi hic enumerans conspectus causa congero in hunc unum locum quaecunque inveni exempla, sive cum substantivis sunt composita sive cum aliis orationis partibus. Sunt haec: *lach*, *rad*, *red*.

LACH: *tenlach* (gl. Toletum, nomen oppidi, in codice *tolletum*, quod glossator putasse videtur appellativum in *-etum*, quoniam addidit glossam *esgal*) Sg. 36^{b}. *teglach* (familia) coniciendum e gen. *teglig* (*óis teglig*, qui sunt familiae, familiares), dat. *isinteglug* (in fam.) Wb. 7^{b}. 21^{a}. *anacht noe a luchtlach* (servavit N. [et] eius familiam) Colm. h. 22. *isingoithluch* (gl. in palude; *góithlachde*, gl. paluster, Sg. 54^{b}) Ml. 33^{c}. *mátharlach* (gl. matrix) Sg. 69^{a}. *mimasclach* (gl. cardo) 62^{b}. Compositam eandem vocem cum adiectivis et particulis demonstrant haec: *óclach* (iuvenis, hod. *óglach*; adi. *óc*), unde derivata *óclachdi* (gl. iuvenilia) Wb. 30^{b}. et *hóclachus* (iuventus, quarta e sex aetatibus humanis) Corm. *colomna ais*. *treanaslach*, *ocaslug* (persuasione sua, in persuasione) Wb. 14^{a}. 30^{c}. *inmiaslaig* (gl. malae persuasionis) Ml. 28^{b}. *hondasluch messidiu* (gl. iudiciali suggestu) 26^{c}. *tre indlach* (gl. per diaeresin) Sg. 207^{a}. *cen indlach* (gl. sine ira et disceptione) Wb. 28^{b}. *cen nach indlach* (gl. sine ulla interceptione) Ml. 32^{a}. *ellach*, unde *ellachte* (unitus), *inelluch*, *inellug* (in unione; cf. p. 660) Wb. fq. pro *aithlach?* E quibus apparet subst. prioris ordinis ser. I.; mira igitur est infectio nominativi feminina in Wb. 7^{c}: *inchatlach inna fer* (universitas virorum; *cat* = brit *cant*, cum?). Radix *lang* (*fulang*, sustinere, *imfolang*, efficere, Ml. 23^{c})

---

consolati sumus fratres in vobis, 1. Thess. 3, 7; i. e. quia venit nobis nuntius de vobis) 25^{a}. *ropo irlam sochuide and dochretim ni ruanus fris im hóre nád robe tit armochiunn .i. doadbadar sunt furóil serce hopool doibsom issindi nadran ocprecept dondsochuidi arlaimi fesso scél ontechtairiu dochoid cucusom* (gl. cum venissem Troadem propter evangelium Christi et ostium mihi apertum esset in domino, non habui requiem spiritui meo, eo quod non invenerim Titum fratrem meum. sed valefaciens eis, profectus sum in Macedoniam, 2. Cor. 2, 12; i. e. fuerunt parati multi ibi ad credendum, non mansi in eo tamen, quia non fuit Titus coram me; id est, demonstratur hic abundantia amoris a Paulo erga eos eo quod non mansit docens ecclesiam propter acerbitatem nuntii de ministro qui iverat ad illos; *nadran* pro *nad roan*) 14^{a}. *cofius scél udibsi* (gl. consolatus est nos deus in adventu Titi; i. e. cum nuntio de vobis) 16^{b}. *cen fius scél udibsi .i. condísed ar muinter ó fius scél udibsi* (gl. propter quod non sustinentes amplius placuit nobis remanere Athenis solis, 1. Thess. 3, 1) 25^{a}. *fis scél ó bás* (gl. in nobismet ipsis responsum mortis habuimus, 2. Cor. 1, 9) 14^{b}. *cofesid fiss scéel udnni .i. confessid dam fiss scél udimse et arnabad toirsig dimchuimriugsa* (gl. Tychicum misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscatis quae circa nos sunt et consoletur corda vestra, Col. 4, 8) 27^{c}. Praecipue animadvertenda est in gen. *fesso scél* flexio in priore voce iuxta alteram non mutatam. In hac igitur formula praemittitur genetivo plur. subst. neutri *scél* (narratio, nuntius; p. 223) subst. *fius*, *fiss* (scientia): *cen fius dúib* (gl. vos dies ille tanquam fur comprehendit; i. e. ut non sit scientia vobis) Wb. 25^{c}. gen. *fessa et etarcni dæ* (gl. Christum adnuntiamus docentes omnem hominem in omni sapientia; i. e. scientiae et cognitionis dei) 26^{d}, unde compositum *robu anfiss dosom* (fuit inscitia ei) Sg. 148^{a}. De nomine cognato *fes* cf. p. 253; gen. compositi *anfess*: *dond dis anfiss* (aetati inscitiae, inscíis, cf. p. 364) Wb. 13^{b}.

patet e subst. *indlach*, collato cum verbo *indlung* (findo, p. 428), *indloingtis* (gl. dissecabantur) L. Ardm. 175b.1.

RAD, RED substantiva abstracta derivant e substantivis vel adiectivis, ut cambr. *rwyd*. RAD flectitur ut *lach*: *mrechtrad* (varietas; adi. *mrecht*, varius, diversus, Sg. 38ᵇ) Wb. 15ᶜ. Sg. 197ᵃ. Ml. 2ᵈ, gen. *fri inchosc inmrechtraidsin* (ad significationem huius varietatis) Sg. 197ᵃ, dat. *conumilmrechtrud* (cum multa sua varietate) 29ᵇ. *diuchtrad* (*isdo diuchtrad corporum et dochotlud corporum*, gl. sive vigilemus sive dormiamus simul cum illo vivamus, 1. Thess. 5, 10) Wb. 25ᵃ. *carutrad* (amor) 27ᵃ. 30ᵃ. Sunt tamen collectiva generis feminini: gen. *macraide* (filiorum) F. h. 16. *dondlaechraid* (bellatoribus) gl. marg. Sg. 112ᵃ. Discernenda vero ab his sunt illa, in quibus est formula derivationis duplex *-r-ad*, ut *slabrad* (gl. catena) Sg. 57ᵃ, fem.: dat. *inslabrid* (gl. in catena) Wb. 23ᵃ, unde amplius derivatum est *slabratae* (gl. catinensis) Sg. 57ᵃ; cf. *slabar cach cumang. esslabur cach fairsing* (*s.* quidvis angustum, *e.* quidvis amplum) Corm. *slábhradh*. RED (gen. neutr.) cum substantivo: *angaimredsa* (hanc hiemem) Wb. 31ᵈ; cum adiectivo: *asainredsa* (proprietas haec, hoc peculiare, unde derivatur *sainredach*, gl. peculiaris, Sg. 57ᵃ, adi. *sáin*, proprius, diversus) Wb. 32ᵃ.

2. Substantiva cum adiectivis. Inter vetusta nomina gallica non rara sunt eiusmodi exempla, ut quae in loco posteriore voces -marus (adi. *már*, magnus), -gnatus (hib. vet. *gnáth*, consuetus) ostendunt, partim supra enumerata (p. 16). His autem haud dubie adnumeranda sunt alia, quorum pars posterior minus usitata est, ut Bellovesus, Sigovesus (cf. subst. hib. vet. *fis*, *fiss*, scientia, Wb. Sg., cambr. hod. *gwys*, notitia; inprimis autem cambr. nom. viri *Madwys* Mab. 2, 205, = Maglovêsus, pp. 96. 101), Cassivellaunus (cf. cambr. *gwell*, melior, ex quo auctum videtur adi. *guallon* in nominibus propriis britannicis, pp. 87. 107. 132), Convictolitavis (sodalitate amplus? cf. adi. terminatione tantum differens cambr. vet. *litan*, hib. vet. *lethan*, latus, et subst. cambr. hod. *cywaith*, cooperatio) Cogidubnus Inscr. Orell. 1338. Cogidumnus Tac. (hib. vet. *domuin*, cambr. *dwfn*, profundus).

Hibernicum exemplum perspicuum est *cennmar* (gl. capito; i e. capite magnus) Sg. 52ᵃ. *linmár* (gl. numerosa) Ml. 45r.* Addenda censeo composita cum *bith* (mundus), quod est significationis intensivae in his: *bithbeo*. *bidbéo* (semper vivus, immortalis) Wb. Sg. *bithgairddi* (gl. perpetuo breves), *bithfotai* (gl. semper longi) Sg. 5ᵃ. 5ᵇ. *bidslán* (semper salvus), *bidfírian* (semper iustus) Wb. 4ᵈ. Item composita cum *leth*, *led* (dimidium), ut *ledmarb* (gl. emortuus; i. e. semimortuus) Wb. 2ᵃ.

3. Substantiva cum verbis composita, quorum loco in aliis quoque linguis substitui solent derivata, ut latina: *tergiversari*, *significare*, denominativa plerumque, ut *remigare*, *οἰκονομεῖν*, *οἰκοδομεῖν* ab *οἰκονόμος*. *οἰκοδόμος*, germ. rathschlagen a rathschlag, ne in celticis quidem linguis expectanda sunt. Nec aliter se habeat hibernicum exemplum: *ardóintam* (gl. in eadem dictione significamus, articulum et pronomen) Sg. 26ᵇ, si conflatum sit ex *arde* (signum) et *óintu* (unitas) vel *óinde* (singularis).

4. Adiectiva cum substantivis. Gallica vetusta: Dubnotalus (pro-

---

* Contra recte separantur scriptione *cruim már* (gl. curculio; i. e. vermis magnus) Sg. 47ᵇ.

funda fronte; adi. cambr. *dwfn*, subst. brit. *tal*), Maritalus (magno fronte; hib. *már*) Inscr. (Pict. Nouv. Ess. p. 42). Vergobretus (iudicio efficax? adi. cambr. vet. *guerg*, gl. efficax, p. 11 not., subst. hib. vet. *breth*, indicium, p. 10) Caes. Noviodunum Caes., Noviomagus, Nivimagus (hib. vet. *nue*, novus) Itin. Aus., Vindobona (hib. vet. *find*, albus) Aur. Vict. Cambodunum (hib. cambr. *cam*, *camm* e *camb*, curvus) Ptol. Itin. Cantobenna (album [?] cornu, e *cant*, cambr. *can*, albus, et *benn*, cornu), unde Cantobennicus mons, Cantobennensis crypta ap. Greg. Tur. Addendum est Marobodnus (magnus voluntate; de utraque voce celtica cf. p. 16 et 22 not.), nomen transformatum ore gallico, cui supponere licet germanicum formam aliam et diversae significationis, ut Marabathus (i. e. ἱππομάχος, Haupt. 7, 529).

Frequentissima sunt huiusmodi composita et in hibernica lingua et in britannicis, ut quae consuerint componere adiectiva, quae in aliis linguis separantur. Exempla hibernica: *ócmil* (gl. tyro; i. e. miles iuvenis) Sg. 47ᵇ. *luathchride* (gl. cardiacus) Ld. 26ᵇ. *ardlathi inbetho* (altae potestates, principes mundi; = *ardflathi*), *ardphersan* (alta, nobilis persona: *ammi techtiri ártphersine*, gl. non quaerentes ab hominibus gloriam neque a vobis neque ab aliis, cum possimus honori esse ut Christi apostoli, 1. Thess. 2, 7; i. e. sumus ministri sublimis personae. *árt* pro *ard*, pp. 26. 60) Wb. 1ᵃ. 24ᵈ. *ógdilgend* (gl. internecio; i. e. integra caedes) Sg. 52ᵃ. *derbaisndisin. derbfogir* (gl. ipsae pronuntiationes) 3ᵇ. *derbráthir* (gl. germane, rogo te) Wb. 24ᵃ. *nochtchenn* (nudus capite; germ. barhaupt) 11ᶜ. *sóirmug*, *sóirchele* (gl. libertus) 10ᵃ. *tromchride* (gl. iecur; i. e. cor grave) Sg. 65ᵇ. *inna monistre .i. inna coitchennbetath* (gl. coenobiorum; *coitchenn*, κοινός) Cr. 39ᶜ. Adiectiva ita composita, carentia igitur flexione interdum minus recte separantur in codicibus (sicut alia composita), ut in Inc. Sg.: *arnóib bríathraib rolabrastar cr.* (supra sancta verba, quae locutus est Christus).

Colligo adiectiva quaedam hoc modo frequentius composita.

Cáin (bonus): *trisincainaisndiis* (per bonam elocutionem) Wb. 12ᵈ. *cáinchomracc* (benevolentia; cf *imchomarc*, salutatio) 30ᵇ, gen. *cáinchumricc*, *cáinchomricc* 7ᵃ. 24ᵇ, adi. *cáinchomraccach* 30ᵇ. *arcáinduthracht* (gl. propter bonam voluntatem) 23ᵇ. *cáingním* (benefactum) Wb. fq. *cáinscél* (bonus nuntius) 23ᵇ. *cáinteist* (bonum testimonium), *cáintoimtiu* (bona cogitatio) 23ᵃ. *cáintol* (bona voluntas) 20ᵈ. *ho chaintaidliuch* (gl. satisfactione) Ml. 32ᵃ.

Dag (bonus): *dagairle* (bonus, contentus, animus) Wb. 29ᵃ. *tre dagcomairli* (per bonam voluntatem) 29ᵃ. *dagduine* (bonus homo) 6ᵃ. 16ᵈ. 18ᶜ. *donaib dagforcitlidib* (bonis praeceptoribus) 11ᶜ. *daggnim*, *dagním* (benefactum, bonum opus) 6ᵃ. 10ᵃ. *dagimrata* (bonae cogitationis) 3ᵃ. *dagtheist* (bonum testimonium) 25ᵃ. *dagmóini* (beneficia) 28ᵃ. Interdum *deg*: *degtacrae* (bona argumenta) Tr. 3ᵃ(81). *degním*, *degnimai* Ml. 14ᵇ. 14ᶜ, *innandegnimae* (benefactorum) Tr. 2ᵇ(55). *degmoini* Ml. 27ᵃ. 209, unde *mordegmainib* (magnis beneficiis) 25ᶜ.

Drog (malus): *droggním*, *drogním*, *drogníim* (malefactum, malum opus) Wb. 6ᵃ. 25ᶜ, *drochgnim* Ml. 14ᶜ. *inna drochomairle* (gl. consilii pravitate; i. e. mali consilii) Ml. col. 301. *innandrochgni* (malefactorum) Tr. 2ᵇ (60). *drogimrato* (malae cogitationis) Wb. 3ᵈ. *drogscéla* (mali nuntii) Wb. 26ᵇ. Idem extra

compositionem: *inna drochodoini* (gl. malos) Ml. 24ᵇ; contra comp. *inna drochdaini* 48r.

Fír (verus): *inna firaingliu* (veros angelos) Wb. 9ᶜ. *afírluge* (gl. iusiurandum), *hi firlugu* (gl. in iureiurando) Ml. 36ᵃ. Sg. 217ᵇ. *firbrithem* (verus iudex) Wb. 8ᵈ. Ml. 27ᶜ. *firmac aicnid* (gl. filius meus es tu) Wb. 32ᵃ.

Il (multus, varius) cum substantivorum numero plurali: *hua ilanmanaib* (a multis nominibus) Sg. 30ᵃ. *ó ilballaib, diilballaib* (e multis membris) Wb. 12ᵃ. *ó ilbélrib* (*labratar ó ilb.*, locuntur multis linguis), *labrad ilbéelre, ilbélre* (locutio variarum linguarum) 12ᵇ. 12ᶜ. 12ᵈ. *ní tre ilpersa s. p' filium di.* (gl. locutus est nobis in filio, deus; i. e. non per multas personas sed) 32ᵃ. *ilchathraig* (gl. aliquot civitates) Sg. 13ᵃ. *ilchenéle* (multa genera) Wb. 12ᵈ. *na ilchialla, innan ilchial* (multae significationes, multarum s.) Sg. 154ᵃ. 197ᵃ. *ildáni* (multa dona, variae facultates) Wb. 21ᵃ. *o illitrib* (a multis litteris) Sg. 71ᵃ. *ataat ilsenman* (sunt multi sonitus) Wb. 12ᶜ. *innan iltoimddensin* (multarum harum opinionum) Sg. 26ᵃ. Cum sing.: *ilmrechtrad* (p. 856).

Núe, núie (novus): *la nuelitridi* (apud novos, recentes scriptores) Sg. 5ᵇ. *nuiethicid* (gl. neophytus) Wb. 28ᵇ; cf. *nuietanioc cuccumsa* (gl. hospes meus; i. e. nuper venit ad me; gen. adverbii loco?) Wb. 7ᵃ.

Sáib, sóib (falsus): *sáibapstil, sóibapstil* (pseudapostoli) Wb. 8ᵃ. 17ᵈ. 28ᵃ. *inna soebapstal* (pseudapostolorum), *fri sáibapstalu* (contra falsos ap.) 16ᵇ. 18ᵃ. *sáibairde, sáibfirtu* (falsa signa, miracula, acc.) 26ᵃ. *inna sáibchore* (gl. syrtium; i. e. falsorum lebetum) Cr. 34ᵇ.

Sáin (diversus, singularis, proprius): *sainchenelæ* (genus proprium) Wb. 17ᵈ. *asainchomardesin* (singulare hoc signum) 26ᵇ. *sainecoscc, sainécosc* (proprius habitus, propria forma) Wb. 5ᵃ. Sg. 69ᵃ. *sainfolad* (propria significatio) Sg. 26ᵃ. *saingné* (proprius habitus) Wb. 5ᵃ. *hi saingnúis, huasaingnúis* (in, a propria forma) Sg. 71ᵃ. 208ᵇ. *sainláa* (proprius dies) Wb. 6ᵇ. *itheside sainchóim indríg* (hi sunt singularis clementia regis) Wb. 28ᵈ.

Sen (senex, vetus): *senathir* (avus; colligendum ex adi. *senathardae*, gl. avitus) Sg. 60ᵃ. *senmáthir* (gl. avia) Wb. 29ᵈ. *senduine* (vetus homo) 27ᵇ. *sengreic* (antiqui Graeci), gen. *inna sengrec* Sg. 6ᵃ. 9ᵃ. *inna senpecthe* (veterum peccatorum), *trisna senpectu* (per vetera peccata) Wb. 22ᵃ. 4ᵃ. *na sentinni* (gl. anus) 28ᵈ. *inna senchomrorcan* (veterum errorum) Ml. col. 1.

Uasal (altus, nobilis): *huasalgabdltaid arcon* (gl. arquitenens) Sg. 24ᵃ. *huasallieig* (gl. archiater) Cr. 35ᵃ. *huasalsichire* (gl. ariopagita), *huasalterchomrictid* (gl. archisinagogus) L. Ardm. 182b. 2. *inernaigthib huasalathrach* (in precationibus patriarcharum) Patr. h. *do huasalathrachaib* (patriarchis) Wb. 30ᵈ.

5. Adiectiva cum adiectivis. Gallica exempla haud dubie quaedam inter composita cum -marus, -gnatus, ut Virdomarus, Virdumarus (cf. cambr. *gwrdd*, fortis, strenuus) Propert. Caes., Cintognatus (cf. cambr. *cyn* = *cynt*, *cint* praestans, praecipuus) Inscr.

Hibernica: *dubglass* (gl. caeruleus) Sg. 70ᵃ. *saindiles* (proprius) Sg. fq. *sainsamil* (gl. potis) Sg. 39ᵇ. *sainsamail* (gl. optimas; cf. p. 768) 50ᵃ. Eodem pertinere videntur alia ut *arddmár*: *fid arddmár* (arbor alta) Sg. 53ᵃ. *camderc* (gl. strabo) 63ᵃ. Forma cum his congruunt derivata e compositis antecedentis ordinis: *senathardae* (gl. avitus, e subst. *senathir*, avus) Sg. 60ᵃ. *diutidúthrachtig*

(gl. sinceri; e subst. *diutidúthracht*, simplex voluntas) Wb. 23ᵇ. *mathmarcde* (gl. angustus; e subst. *mathmarc*, gl. augur) Sg. 60ᵇ.

6. Adiectivorum cum verbis compositio rarior est, sicut substantivorum cum verbis. Referri tamen poterunt huc: *mani cáinairlither* (nisi bene conformet) Wb. 5ᵇ. *cáineperr* (gl. bene dicitur, tam a poëtis quam a sine metro scribentibus, hic homo et homo hic) Sg. 215ᵃ. *madbocht* (*.i. maith roboinged*, bene messum est) Br. h. 29. Contra in *airdben* (interimit) et similibus formis statuenda videtur duplex praepositio *ar-di-*.

7. Numeralia cum substantivis vel adiectivis composita, ut esset formarum eorundem eodem loco unus conspectus, supra enumerata sunt (p. 301 sqq.).

B. Pronomina et verba composita.

Supra enumerata sunt pronomina secum vel inter se composita ut personalium emphaticae formae *snisni*, *sissi* (p. 325), demonstrativa *side*, *sodin*, *ade* (p. 349 sq.), pron. adi. *aile* (alius) tam secum quam cum substantivis: *alaile*, *indalarann* etc. (pp. 358—360). Item de composita formula: *fadesin*, *fessin* (ipse) vid. p. 366.

Verbum cum verbo non componitur. Eiusdem cum nomine compositi esset exemplum hibernicum: *ithemair* (edaces; verb. *ithim*, gl. mando, Sg. et adi. *már*) Wb. 31ᵇ, nisi potius esset derivatum.

C. Particulae compositae.

Frequentiora ceteris omnibus sunt composita cum particulis, e quibus quaedam non inveniuntur nisi in compositione, aliae non solum compositae sed etiam extra compositionem separatae. Illae, quae dicuntur inseparabiles, cum solis fere nominibus compositae, hoc demum loco enumerandae sunt. Separabilium particularum seu praepositionum, quae tam cum nomine, et substantivo et adiectivo, quam cum verbo compositionem ineunt, supra iam enumeratarum hoc loco formae aut eaedem, si servantur, iterum aut variatae, in quas transeunt saepius in compositione, exponendae sunt.

I. Particulae inseparabiles.

Possunt discerni particulae privativae, qualitatis, intensivae. Privativae particulae exemplum vetustum gallicum continet nomen Ancalites Caes., si confertur nomen Caletes (cf. arem. hod. *kalet*, *kaled*, durus, firmus, cambr. hod. *caled*, vet. *calut*, gl durili, Lxb.), fortasse Andarta (cf. tamen p. 867) Inscr.; eodem pertinet *ex-* in nomine Exobnus, Exomnus, et fortasse in Excingilla, Excincomarus (pp. 47. 125). Particulae qualitatis *su-* (bene) magis minusve certa extant exempla in nominibus Sucarus, Suessiones, Suasa, Suanetes (pp. 14. 93. 122). Frequentior ceteris est intensiva particula *ver-*, ut in his: Veragri, Vercassivellaunus (cf. Cassivellaunus), Vercingetorix (cf. Cingetorix) Caes., Vercundaris Liv. (epit. 137), Vertacomacori Plin., vertragus (cf. pp. 4. 145) Martial., Vernemetis Venant. Fort., Vernemetum, Verlucion Itin. Ant. In in-

scriptionibus: Vercombogius Grut. 758, 11. Vercobius Orell. 2728. Veriugodumnus Or. 2062. Forsitan addendum sit *ro-* e nomine populi hibernici Ῥοβόγδιοι (cf. hib. *robocht*, nimis pauper?) ap. Ptol., et nomine deae gallicae Rosmertae;* denique *ar-*, *er-*, e nominibus Ἀρκύνια ὄρη, Hercynia silva, Hercuniates (cf. pp. 46. 92, et infra sequens cambr. *er-*).

1. Privativae particulae linguae hibernicae veteris: *an-* (*am-*, *in-*), *neb-*; ac praepositiones: *es-*, *di-*.

AN, quamquam non inficit consonam sequentem, nisi huc pertinet *anchrist* (gl. ille iniquus; i. e. Antichristus) Wb. 26ᵃ, sed *cotichtin nancr.* (usque ad adventum Antichristi) 25ᵈ, servatur tamen ante *f* et tenues: *ond aneolus* (gl. inscientia; nom. *aneolas*) Cr. 37ᵈ. *anecne* (insipiens) Wb. 17ᶜ. *anfiss* (inscitia) Sg. 148ᵃ. *dond áis anfiss* (insciis) Wb. 13ᵇ, cum verbo derivato *in anfossigid* (gl. nescitis?) 8ᵈ. *anfissid* (gl. nihil sciens) 29ᵇ. *anfoirbthe* (imperfectus), *anfoirbthetu* (imperfectio) 6ᶜ. 12ᵈ. 29ᵃ. *anbsud* (gl. mendax), *it anbsidi* (gl. mutabiles; cf. p. 55) Ml. 64r. *inna brodscoad anglana* (gl. quisquilia immunda) Tr. 4ᵃ. *andach* (nequitia), *diananduch* (nequitiae eorum) Ml. 48r. *andgid*, *angid*, *andgaid*, *angaid* (nequam) Sg. Wb. Ml. (p. 793). *anglaine* (immunditia) Wb. 3ᵇ. *ancretem* (infidelitas), *ancretmech*, *ancreitmech* (infidelis) 5ᵇ. 10ᵃ. 12ᵈ. *ancride* (iniuria) Wb. 9ᵃ. Sg. 181ᵃ. Ml. 27ᶜ.

AM, quae est regularis eiusdem particulae forma ante labiales, invenitur tamen etiam ante *l* et interdum ante vocales: *amires*, *amaires*, *amiress* (infidelitas), *amiressach*, *amhiressach* (infidelis) Wb. fq. *o amlabar* (gl. a muto) Sg. 37ᵇ. *ammithiu* (tempus inopportunum, germ. unzeit) Wb. 14ᶜ. *intais amprom* (aetas improba, i. e. improbi) Ml. 31ᶜ. *indamprome* (improbitas) Sg. 42ᵃ. *isindambethu* (gl. beati quorum remissae sunt iniquitates, Rom. 4, 7) Wb. 2ᵃ. *amreid* (iniquus) Ml. 28r. Bern. 115a.

IN (cf. p. 5) in vocibus quibusdam apparet, ut in adi. *inderb* (incertus): *isinderb imasc. fá fem.* (gl. dubia sunt genera; i. e. est incertum, utrum sit masc. an fem.), *isinderb coich inmug* (est incertum, cuius servus) Sg. 61ᵃ. 209ᵃ. *indaimser inderb hisin* (gl. tempus incertum), *doslund aimsire deirbbae* (gl. pro certo tempore), *doslund aimsire inderbbae* (ad significationem temporis certi, incerti), *sluindid aimsir nindeirb* (significat tempus incertum) 66ᵇ; derivata *inderbus*: *des. naill ar inderbus hí mascul* (gl. longum diem; i. e. exemplum aliud de incertitudine in masculino, usu subst. dies, Pr. 5, 5, 26) ibid. *inderbamnacht* (gl. diffidentiam) Ml. 19r. Alia exempla: *indenmi* (gl. imbecilles; leg. *indenmi*, ex adi. *demin*, p. 777?) Wb. 11ᵈ. *indirge* (iniquitas; cf. adv. *díriug*, *diriuch*, recte, p. 609, subst. *dirge*, rectitas, Sg. 3ᵇ) Wb. 4ᶜ. *do fiur indligid* (gl. si fuerit cum alio viro, vocabitur adultera mulier; praecedit: vivente viro, gl. *a fer dligid*) 3ᵃ. *aris ingnad linn anadciam* (est enim insolens, mirum, nobis quod videmus) Ml. 16ᶜ. *ingir* (tristitia, maeror) Wb. 4ᵇ. 24ᶜ. *intudrachtai* (gl. inviti) Ml. 46r. Fortasse: *inderachtae* (gl. nunquam destitutum) Ml. 18ᵈ, nisi hic est acc. articuli *in*; cf. *indomae* (gl. inopem) 36ᶜ. *inerchelltae* (gl. ereptum) 19ᵃ.

---

* In inscriptione: DEO MERCVRIO ET ROSMERTAE CARANVS. Mém. des Antiquaires de France 13, 208. Iuxta Mercurium, i e. Teutatem gallice, Rosmerta ergo uxor Teutatis? In aliis inscriptt.: MERCVRIO ET NVNDINAE. Cf. Smertulitanus Namnes Orell. 188. L. Smerius (leg. Smertus) Grut. 742, 1. Σμέρτα (pop. Brit.) Ptol.

NEB, NEPH (cf. p. 62, interdum *nep* aut regulariter, p. 60, aut neglegentius; inficit consonas sequentes). 1. Cum substantivis, in quorum numero habendi sunt infinitivi: *tri nebairitin lóge* (non recepta mercede), *nebairiten neich* (gl. haec gloria; i. e. me non recepisse quidquam) Wb. 11ᵃ. 17ᵃ. *andligednisin nephaccomoil* (lex haec non iungendi, tres litteras in una syllaba) Sg. 7ᵇ. *nephimotacht* (non subsidium, ibid. *imotacht*) Wb. 33ᵇ. *bethu et nebmarbtu* (vita et immortalitas), *tech nebmarbtath* (habitatio immortalitatis) 29ᵈ. 15ᶜ. *nephmolad* (non laus) Ml. 6r. *innebmaldachad* (non maledicere) Wb. 5ᵈ. *nebchomaitect dó* (non conivere ei) 6ᵃ. *nephní* (gl. nihil; *ní*, res, aliquid) Sg. 95ᵃ. *do nephní* (gl. ad nihil) Ml. 36ᵃ. *nephdiall* (non declinatio: *ní chen dliged anephdiall*, gl. non absque ratione non declinatur) Sg. 75ᵃ. *nebthobe*, *nephthóbe* (gl. praeputium; i. e. non circumcisio) Wb. 1ᵈ. 2ᶜ. *nebthuad* (non plebs: *bid tuad domsa monebthuad*, gl. vocabo non meam plebem plebem meam, Rom. 9, 25) 4ᵈ. *hi nephchenéil* (gl. in non gentem) 5ᵃ. *tribarnebcongabthetitsi* (per vestram incontinentiam) 9ᵈ. *ónd nephchomfogur* (gl. literarum inconsonantia) Sg. 152ᵇ. *nebchretem* (non credere) Wb. 27ᵃ. *nephdenum neich diulç* (nihil mali facere) Ml. 23ᶜ. *do nebdénum* (ad non faciendum) Wb. 5ᶜ. *tre nebthabirt digle* (non ulciscendo), *innebthabirt digle* (gl. vos potentes estis; i. e. in non ulciscendo) 18ᵇ. Huiusmodi composita saepius sententiae negativae vice funguntur: *inepbuith diaréir* (gl. nequis eum spernat, Timotheum; i. e. eo quod non sit ad eius voluntatem, non oboediat ei) Wb. 14ᶜ. *arcor hifarselbudsi et epert ammi mogæ duibsi et arnebmóidem himagistrib ut gamalial et nebmes fornech condid messid incoimdiu cosechide humaldóit huáinse .i. fornebmóidem hi magistru et nebmess fornech immaid faolcc condid messed dia* (gl. haec autem, fratres, transfiguravi in me et Apollo, propter vos, ut in nobis discatis, ne supra quam scriptum est, unus adversus alterum infletur pro alio, 1. Cor. 4, 6; i. e. quod posuimus nos in ditione vestra et diximus: sumus servi vestri, et quod gloriati non sumus in magistris ut Gamaliel nec iudicavimus de quoquam donec eum iudicaret dominus, ut assequeremini humilitatem a me, id est, ne gloriaremini in magistros neve indicaretis de quoquam utrum bonus esset an malus, donec eum iudicaret deus) 8ᵈ.

2. Cum adiectivis vel participiis: *nephairmtith* (gl. impos; antecedit *comairmith* [sic], gl. compos) Sg. 67ᵇ. *nephascnaidid* (gl. impos; praecedit 105ᵇ: *comascnidaid*, gl. compos) 106ᵃ. *nephthairmthechtid* (gl. intransitivum) 189ᵃ. *iretaib nebaicsidib* (in rebus invisibilibus) Wb. 4ᵃ. *nephéscide* (gl. σκοτομήνη), *isinnepæscaidiu* (gl. in σκοτομήνῃ; i. e. nocte sine luna, *æsce*, luna) Ml. 29ᵈ. 30ᵃ. *nebleiscc* (gl. non pigri) Wb. 5ᵈ. *nephlax* (gl. inremissa) Ml. 51r. *nephriagoldai* (gl. anomala) Sg. 40ᵇ. *nephfoscat* (gl. ascia, loca) Cr. 35ᶜ. *nephdilledchaib* (gl. carentibus casu, dictionibus) Sg. 39ᵃ. *anephthairismech* (gl. instans; quod stare vix potest) Pr. Cr. 58ᵃ. Sg. 147ᵇ. *nephchorpdae*, *nephchorpde*, *reto nephchorpdi* (incorporeus, rei incorp.) 27ᵇ. 59ᵇ. 187ᵇ. *nephchostae* (gl. apes; sine pede) 102ᵇ. *it nephdimdi* (gl. est nihil) Ml. 64r. *nephimmaircide* (gl. inconveniens), *nephimfolngidi* (gl. inefficaces) Ml. 17ᵃ. 17ᵇ. *nephinducbaide* (gl. ingloriosus) 29r. *nephatdanaigthe* (gl. inremuneratum) 36r. *nephfrithgabthe* (gl. effrenata) Tr. 4ᵃ. *nephfograigthi* (gl. inconcinna; i. e. non pronuntianda) Sg. 138ᵃ. *nephfodlaidi* (gl. atomos, philosophorum), *nephfodlide* (gl. insecabilem, substantiam) 28ᵇ. 189ᵇ.

nephadnachte, *nephathnachta* (gl. asbestes) Sg. 20ᵃ. Pr. Cr. 8ᵃ. *itnephchumscaichthi na teora litreso* (gl. immutabiles sunt apud nos tres) Sg. 10ᵃ.

ES, É (= gall. vet. *ex-*, cambr. *eh-*, pp. 49. 125). Rarius invenitur forma plenior: *esrantaid cech maith* (gl. boni et utilitatis expers) Ml. 31ᵃ. *esreshtaid* (gl. exlex) Sg. 113ᵇ. *eter carit et escarit* (tam amicum quam inimicum) Wb. 30ᵇ. *imoara fá æscare* (sive est amicus sive inimicus; cf. p. 706) Sg. 12ᵇ. *isescomm im. dosuidiu* (gl. nihil commune nisi ei qui existimat quid commune esse), *is æsscon* (gl. illi commune est, Rom. 14, 14) Wb. 6ᶜ. *treanesconigud* (gl. quomodo gentes cogis iudaizare? Gal. 2, 14) 19ᵃ; cf. *escona* (p. 743). *eslabre* (gl. amabilia) Wb. 24ᵇ; cf. *esslabar* (amplus, solutus) Corm. *slabrad*. Ex hac tamen altera magis usitata progressam se probat eo, quod non inficit consonas sequentes: *énairt* (gl. enervus) Sg. 221ᵇ. *énirt*, *enirt*, *henirt*, *ǽnirt* (infirmus) Wb. fq. *arnénirtini* (infirmitatem nostram) Wb. 4ᵃ. *hí ædomenri* (gl. in amicitiam) Ml. 2ᵈ. *etuailngithe* (gl. indignatus) 41r. *étrumma* (gl. levia; *trom*, gravis) Sg. 10ᵃ. *toich di étoich* (probabile ex improbabili) Wb. 4ᵈ. *ecáin* (gl. indecens) Cr. 43ᶜ. *ecintech* (infinitus) Sg. 147ᵃ. *écóir*, *ecóir* (incongruus) 30ᵃ. 211ᵃ. *écoimtig* (inusitatus) 138ᵃ. *écrichthae*, *écrichde*, *écrichdæ* (gl. infinitus; *crích*, finis) 147ᶜ. 151ᵃ. 151ᵇ. *éicrichnichthe* (infinitus) Wb. 28ᵃ. *dondecuimliucht* (gl. ad incommodum) Ml. 35ᵈ.

Huc pertinent complures voces inchoatae litteris coniunctis *éc-*, *écn-*, *écm-*, ortis ex *é-co-*, *é-con-*, *é-com-*, *é-cum-*: *écsamil* (diversus, dissimilis; cf. *cosmil*, similis) Sg. 208ᵃ. 211ᵃ. *écsamlus* (diversitas) Sg. 211ᵃ. *cosmilius conécsamlus tra inso* (gl. quoniam per hominem mors et per hominem resurrectio, 1. Cor. 15, 21; i. e. similitudo cum dissimilitudine ergo haec) Wb. 13ᵇ. *écndairc*, *écndaircc*, *éicndirc* (absens) Sg. 138ᵃ. 148ᵃ. Wb. 25ᵈ. *éicndarcus* (absentia) 19ᵈ. *éicndag comnissim* (detrectatio proximi), *éicndag indraith diadi* (detrectatio gratiae divinae), *écndach cáich* (criminatio cuiusvis) Wb. 1ᵃ. 29ᵃ. 30ᵃ. *domæcnduch* (ad me criminandum) 11ᵃ. *am. nonæicdichtherni* (gl. sicut blasphemamur) Wb. 2ᵃ. *innan écndaigende* (gl. obtrectatorum) Ml. 2ᵈ. *écmacht* (gl. nequam: *arindí ndd cumaing maith do denom*, quia nequit facere bonum; = *écumacht*) Sg. 50ᵃ. *écmailt*, *écmuilt* (gl. inquies; i. e. inquietus) 66ᵃ. 102ᵇ. 130ᵇ. *indemilt* (gl. moleste; leg. *indécmilt*?) Ml. 36ᵈ. *ecmailt* (insolens) Tr. 2ᵇ. *écmailtiu* (gl. insolentior) Ml. 41r. *écmailtigidir* (gl. insolescit), *arna esmailtigetar* (gl. ne insolescant; ibidem: *inna comailte .i. inddísso noib*, gl. quietorum) 27ᵃ. 28ᵃ.

In quibusdam differt *éc-*, aliunde ortum, ut ex *edg-*, *aithg-* haud dubie in *ecne*, *écne* (sapiens, sapientia; = *aith-gne*, cf. p. 60), ex *aitho-* in aliis, ut *écosc* (habitus; = *aith-co-sech*?), *doécomnacht* (tribuit) non infrequentibus in Wb.

DI vel DE particula privativa rarior est: *ho nephairim l. in diarim* (gl. innumero, dierum est infinitum tempus) Ml. 17ᵈ. *disamlathar* (gl. dissimulat) 21ᵇ. *dimitin* (gl. immunis) Pr. Cr. 9ᵇ. *dithrub* (desertus, desertum): *robu dithrub ho christ* (fuit desertum a Chr.), *in dithrub pardais*, *parduis*, *indomuin* (in deserto paradisi, mundi) Tr. 1ᵃ. *indiththrub inbeotho* (in deserto mundi) Wb. 11ᵃ. *diing* (impossibilis): *massu diing*, *isdiing* Wb. 15ᵃ. 29ᵃ. *decming* (impossibilis, mirus; *de-cuming*): *ni decming* (gl. non mirum, 2. Cor. 11, 14) 17ᶜ. *ni bo decming*, *nibu degming* (non fuit mirum) 21ᵃ. 13ᵈ. *forcetlid doibsom timotheus et bráthir inhiris nipu decming cid icolin* (gl. Timotheus frater ecclesiae dei, 2. Cor. 1, 1; i. e.

praeceptor illis T. et frater in fide, non fuit impossibile, etiam in carne) 14ᵇ. *deserbdi .i. cen serbi pectho* (gl. azymi, estis, 1. Cor. 5, 7) 9ᵇ. Conferatur infra *di* praepositio. Eandem particulam compositam (*di-chon?*) continere videtur *dínnimu* (vilius, vas) Wb. 4ᶜ, sicut hod. *diombuidheach* (ingratus), *diombuan* (caducus), *diomolaim* (contemno) O'Don. 272.

2. Particulae qualitatis inseparabiles hibernicae: *su-*, *du-*, *mí-*.

SU, SO (scr. *su-*, gr. *εὐ*, bene), DU, DO (contrariae antecedenti significationis) saepius iuxta se opposita leguntur: *nihed asrúbart side bíth nech inógi cid sochumact no dochumact do* (gl. de virginibus praeceptum domini non habeo, 1. Cor. 7, 25; i. e. non hoc dixit ille: esto aliqua in virginitate, sive potens est sive impotens rei) Wb. 10ᵃ. *iscotarsne dondúalig insualig darahési* (est contraria vitio virtus pro eo) 9ᵇ. In eadem oppositione sunt voces quaedam a sola *s* vel *d* inchoantes: *eter sóir et dóir eter mug et coimdid* (gl. non est personarum acceptio apud deum, sed operum; i. e. tam nobilis quam ignobilis, tam servus quam dominus, cf. p. 656) Wb. 27ᵃ, unde subst. *sóire* (nobilitas, salus, libertas), *dóire* (ignobilitas, miseria, captivitas) iam memorata (p. 31). *di sóinmechaib et dóinmechaib* (gl. omnia concurrunt in bonum diligentibus deum; i. e. de bonis et malis rebus) Wb. 4ᵇ. *issóinmichi inna indocbale* (gl. in dextera dei sedens) 27ᵇ. *soinmichthe* (gl. prosperatus) Ml. 36ᵈ. *etir na doinmecha* (gl. inter adversa) 19ᵈ. 32ᵇ. *somme* (dives), *domme* (inops) 27ᵈ. 36ᵃ. 36ᶜ.

SU in substantivis: *sualig* (virtus), pl. *sualchi*, gen. *inna sualche* (benefacta) Wb. 9ᵇ. 29ᵃ. 22ᶜ. *suaicned* (proba natura, cf. p. 365) Sg. 61ᵃ. *suáichnid* (demonstratio, significatio; cf. *aidgne*, *aithgne* (cognitio?): *combad suáichnid leosom* (ut esset demonstratio illis) Wb. 26ᵇ, *issuaichnid* (est dem.) 3ᵈ. 10ᵃ, *issuáichnid* 28ᵃ, *isúaicknid* 16ᶜ. 23ᵈ, *ishuáichnid* 7ᵃ, *issuáignid* 8ᶜ, *issuáicnid* 13ᵃ. cf. gen. *suanemun*, acc. *suanemuin* (*suanem*, assiduitas? e radice *an*, manere? cf. Suanetes, Consuanetes) Wb. (p. 775). In adiectivis: *sulbir* (eloquens; i. e. bene loquens, cf. *amlabar*, mutus) Wb. 17ᵇ. 27ᵃ. *sonirt* (firmus, fortis; *nert*, vis, valor) 8ᶜ. 14ᵇ, dat. pl. *sonartaib* Ml. 4 r., comp. *sonortu* (firmior) Wb. 6ᵃ, unde subst. *sonirte* (firmitas) Wb. 12ᵇ. *suthin* (aeternus) 13ᵇ. 13ᵈ. 23ᵇ, *suthain* (gl. perpetuus; *tan*, tempus) Sg. 5ᵇ, unde subst. *suthine*: *adcither a suthine som* (gl. invisibilia eius conspiciuntur; i. e. conspicitur ipsius aeternitas) Wb. 1ᵇ. *soirthiu* (expeditior, celerior; *reth*, cursus) Sg. 15ᵃ. *sochoisc* (gl. docibilem; *cosc*, institutio) Wb. 30ᵇ. *sochrud* (gl. honestus, gl. venustus; *cruth*, forma, modus) Sg. 60ᵇ, *sochrud*, *sochruth* Wb. 6ᵃ. 11ᶜ. Praeterea in derivatis substantivis: *issuacaltmichi* (gl. in suavitate; subst. *accaldam*, appellatio) Wb. 15ᵈ. *somailse* (gl. dulcedo; adi. *milis*, dulcis) Sg. 52ᵃ. *soscéle* (bonus nuntius, *εὐαγγέλιον*; *scél*, nuntius) Wb. fq.; verbis: *sulbairiged* (bene loquatur), *sulbairichthe* (bene prolatum) Wb. 12ᵇ. *cosochenélaigidir* (ut nobilitet) Ml. 34 r.

DU: *dondúalig* (vitio) Wb. 9ᵇ. *cen dualaich* (sine vitio), *cen dualchi* (sine vitiis) Sg. 25ᵇ. 26ᵃ. *dualchi*, *nan dúalche*, *ó dúalchib* (vitia, -orum, -is) 20ᶜ. 27ᵃ. 27ᵇ. 30ᵇ. *duaibsib* (gl. nefastis, diebus) Sg. 106ᵇ. *na dulburiu* (gl. non bilingues, diaconos oportet esse) Wb. 28ᶜ. *dochruth* (turpis, inhonestus) 10ᵃ. 13ᵃ. *dochrud* (gl. indecor) Sg. 65ᵃ. 203ᵃ. *inna aisndisen dochuirde* (gl. cacephati causa; puto legendum *dochruide*) 203ᵃ. *dochruidigthir* (gl. turpatur) Ml. 28ᵇ. *doguilse* (mae-

ror), *doguilsi* (maerorem) Ml. 20^{b}. Wb. 14^{d}. Fortasse eodem pertinet: *ropo tochomracht linn* (gl. ita ut taederet nos) Wb. 14^{b}.

MI (idem significans quod *du-*, inficiens consonas sequentes): *inmiaslaig* (gl. malae persuasionis) Ml. 28^{b}. *du miimbirt, do miimbirt* (gl. ad decipiendum) Ml. 32^{c}. 33^{d}. *fri mífogur* (contra dissonantiam) Sg. 59^{a}. *mithoimtiu* (prava opinio, error): *ni mithoimtiu dúibsi is fír briathar dé* (gl. accepistis non ut verbum hominum, sed sicut est vere verbum dei) Wb. 24^{d}. *míduthracht* (malevolentia) 20^{b}. *arnaib mignimaib* (gl. pro male actis) Ml. 27^{c}. *mignethi* (gl. male facta) 28^{c}. *innammithule* (gl. malae voluntatis) 33^{d}. *míchloth.* (breviatum, lineola ducta per *h*; gl. infaustos) Sg. 34^{b}. *michlodcha* (gl. nefarias) Ml. 48r. *michruthaigthe* (gl. informis, mulier) Sg. 5^{a}. Nescio an huc pertineant etiam *miscuis* (odium) Wb. 4^{c}. 7^{d}. *ismiscuis do dia* (gl. inimica est deo, prudentia carnis) 3^{d}, *miscsech* (gl. exosus) Ml. 28^{a}, *romiscsigestar* (odio habuit) Wb. 4^{c}.

3. Particulae intensivae inseparabiles: *ro-, ér-, der-*.

RO cum subst.: *robarte* (profectus maris), *robartai*, *robarti* (gl. malinae, plur.; i. e. maiores, crescentes aestus maris) Cr. 20^{b}. 34^{c}.* *rogu* (electio) Wb. 9^{a}. Cum adi.: *romár* (nimis magnus, difficilis: *arná bad rómár leosom intsamil cr. fochetoir* (gl. imitatores mei estote sicut ego Christi; i. e. ne sit nimis difficilis illis imitatio Christi statim) Wb. 11^{c}. *romacdact* (gl. superadulta, virgo) 10^{a}. *ruclé* (gl. conspicuus, honore; *glé*, clarus, perspicuus, Wb.) Ml. 36^{a}. *róiba* (gl. vinolentum) Wb. 31^{b}. *roolach* (gl. crapulatus vino; cf. *imróol* infra sub *imme*) Ps. 57^{a}. In verbis eadem particula plus minusve secedens ab usu particulae verbalis: *roiccu, ruicim less* (indigeo) p. 429. *rolaumur, rulaimur* (audeo) p. 438.

ÉR (inficiens consonas sequentes): *erchosmil* (gl. persimilis) Cr. 35^{d}. *érchuilecha* (gl. tam nefarii ausus; *cuilech* (gl. profanus, Ml.) Ml. 16^{a}. *érdasachtaig* (gl. tam amentes, non eritis) 18^{c}. *érmall* (admodum lentus) Sg. 195^{b}. *eirgna* (gl. apertum et evidens) Wb. 14^{a}. Forsitan eodem pertineant: *erchoiliud, herchóiliuth* (interdum abbrev. *hércho.*, definitio) Sg. fq. *érchoiliud, aerchoiliud* (decretum) Ml. 22^{c}, *érchoilti* (gl. morti destinati) Wb. 9^{a}, *erchoilti* (gl. votivae) Ml. 66r. *remiriérchóil* (gl. praedestinavit) Wb. 4^{b}.

DER (item inficiens consonas sequentes): *dermar* (gl. enormis) Cr. 35^{d}. *indermár* (gl. in immensum) Wb. 17^{b}. *ó derchóiniud* (gl. abundantiori tristitia; in eodem loco amplius ter: *derchoiniud, derchóiniud*) Wb. 14^{d}, *derchóiniud in*

---

* Sunt hi duo loci, in quibus voces hibernicae indicantes aestum maris crescentem et decrescentem produntur. Beda de natura rerum, c. 39, ed. Basil. 2, 39: 'Aestus oceani lunam sequitur, tanquam eius aspiratione retrorsum trahatur eiusque impulsu retracto refundatur, qui quotidie bis adfluere et remeare, unius semper horae dodrante et semiuncia transmissa, videtur, eiusque omnis cursus in lidones (ita cod. Cr., supra scribitur *.i. hi contrachtu*), et malinas (*.i. hi robartai*), id est, in minores aestus dividitur et maiores.' Alter locus in Bedae libro de temporum ratione, c. 27, ed. Basil. 2, 117: 'Imitatur lunae cursum mare non solum communi accessu et recessu, sed etiam quodam sui status profectu (in Cr.: *.i. hi robarti*) defectuque (*.i. contracht*) perenni, ita ut non tardior solum quam pridie, verum etiam maior minorve quotidie redeat aestus. Et crescentes quidem malinas (*.i. robarti*), decrescentes autem placuit appellare ledones (*.i. contrachtu*).' Paulo ante etiam aliae denominationes leguntur: 'Luna in dimidio mensis spatio, hoc est, XV noctibus ac diebus quater decies terram circumlabitur, insuper et dimidium terrae semel. . . Mare per id temporis vicies novies adfluit (*.i. hi tuiliu*) simul et remeat (*.i in aithbiu*).' Subst. *tuile* est affluvium, germ. *flod, fluth* (gael. *tuil*, diluvium); ex *aithbe* (compos. *aith-be*) ortum videri poterit germ. *ebba, ebbe.* Voci *robarte* (fem. 4. ser.) conferendum est adi. *forbartach* (gl. superadulta, luna) Cr. 41^{d}, *forbartaig* (gl. exoletam, virginem; i. e. aetate provectam) Sg. 173^{a}; *contracht* (transumptum) masculinum probatur terminatione acc. pl. in *-u*, diversum a fem. in *-acht.*

aduersis (desperatio; opponitur: *úall de prosperis*, i. e. superbia, arrogantia) 15[d]. *amirisse l. deirchóintea derochóinet anicc trechesad cr.* (gl. filii diffidentiae, Eph. 2, 2; i. e. infidelitatis vel desperationis, desperant salutem suam per passionem Chr.) 21[b]. In aliis exemplis ac fortasse in hoc ipso origine et significatione differt *der*, particula duplex infra proferenda.

Si quae aliae voces sunt vel videntur intensivae, aliunde haud dubie sumptae sunt, ut nomina in his: *intsartol* (gl. libido; gael. *sàr* intensiva, subst. *sár* in Wb. 19[a]: *nirbo sár leu arcocéilsine*, p. 647, unde *rósáricheet*, violaverunt) Wb. 1[d]. *fírderb* (admodum certus, clarus: *nipi fírderb anadchither trithemel*, adi. *fír*) 12[a]; praepositio (cf. *tri*): *rii trembethe* (gl. regi saeculorum) 28[c].

Nec adnumeranda est his particulis vox intensiva *bith*, *bid* non infrequens, ut cum subst.: *imbithphennit* (in perpetua paenitentia) Wb. 24[a]. *imminbidbethid* (gl. ingemiscimus gravati, in hoc tabernaculo, 2. Cor. 5, 4; i. e. circa immortalitatem) 15[c]. Cum adiectivis: *act bid bidbéo. isbithbeo corp cr.* (gl. Christus surgens a mortuis iam non moritur), *bad bithbii in ihu cr.* (gl. viventes deo in Christo Iesu, Rom. 6, 9. 11) Wb. 3[b]. *dé bithbí* (di semper vivi, immortales) Sg. 39[a]. *bithgairddi, bithfotai, bidslán, bidfírian* (p. 856). Cum verbis vel formis inde propagatis: *bithbennach firu muman* (semper benedic viros Momoniae) Marian. Scot. ap. Pertz. 7, 481. *biddixnugud, bidixnichthe* (p. 813, not.). Vix enim aliud statuendum erit iam in nominibus vetustis Bituriges et Dumnorix, quam significatio intensiva substantivorum, quae hibernice sunt *bith* et *domun* (mundus), nec magna perhibenda erit differentia significationis illorum compositorum et derivatorum ex isdem substantivis Bituitus Flor. et Dumnacus Caes. (pp. 11. 14; cf. germ. Hermanaricus, Ermanaricus comp. cum *irmin-* intensivo, et simplicia Irmino, Herminones, nomina item virorum vel populorum). Particula britannica *byth* (adv., p. 620), etsi affinis significatione, discordat tamen usu et forma.

II. Particulae separabiles.

Extant particulae in nominibus compositis gallicis vetustis, quae haud dubie separatae praepositionum vice fungebantur. Particulas esse, non nomina, ex hoc ipso patet, quod aut non intercedit post eas vocalis, ut post *ad-*, *in-*, *con-*, *com-*, aut intercedunt, quae non inveniuntur in compositione nominum (p. 853), *a* et *e*, ut in *ate-*, *cata-*, *ande-*; in *i* desinunt solae *di-*, *tri-*, *ambi-*. Ex his quaedam videri poterunt inseparabiles, ut *ad-*, *ate-*, *ande-*, quia ne in hibernica quidem lingua vetusta sunt separatae *ad*, *aith*, *ind*; attamen etiam has principio extitisse separatas docemur tam cambr. *at* quam aliarum linguarum affinium praepositionibus, lat. *ad*, germ. *at*, *and*, gr. *ἀντί*. Exempla gallicarum particularum secundum eundem ordinem, quo hic memoratae sunt, proponam.

AD: Admagetobriga Caes. Adminius (al. Admimus) Sueton. Calig. 44. In inscriptionibus: Adlucca Messili f. Murat. 1353, 6. Adnamtus, Adnamatus, Adnamitus Orell. 422. 4983. 5060. Advolenus, Advolena Murat. 1621, 7. Adbogius Stein. 440. Adgentius Or. 2018. Adginnius, Adgennia Grut. 718, 9. Adginnius Orell. 4018. Adgonna Murat. 1621, 8. Itaque Adgandestrius ap. Tac. poterit esse quamvis germanicum, tamen sicut Maroboduus ore gallico transfor-

matum. Addendum est nomen belgicum Atrebates pro Adtrebates, assimilatione eadem, quae hibernice invaluit in vocibus *atreba* (habitat, possidet, p. 354), *accobor* (voluntas), *accomol* (adiunctio) Wb. Sg. fq., quarum compositio patet e formis *adrothreb* (habitavit, consedit) Ml. 17[b], *adcobroim* (gl. volo) Sg. 146[a], *adcomaltar*, *adchomlatar* (adiungitur, -untur) Sg. Cr. Cf. mox hib. *ad-*.

IN: Insubres Liv. Indutius Inscr. Or. 431. Indutiomarus (cf. p. 25 not.) Caes. Quaeritur num iuxta hanc sit alia particula *int-* ante vocales: Intarabus (deus; cf. Marullus Arabi fil. Inscript. Vesunnens. ap. Orell., et nomen fluv. Arabo; cambr. hod. *araf*, mitis) Orell. 2015. Ἰντουέργοι (nomen Germaniae populi Rhenum accolentis gallicum; cf. Vergobretus Caes., cambr. vet. *guerg*, p. 11 not.) Ptol. Separanda tamen videtur particula *in-* in hibernicis quibusdam vetustis significans habilitatem vel intensionem, quam significat hod. hib. gael. *ion-*.

CON: Consuanetes Plin. Convictolitavis, Conconnetodumnus Caes. Condate, Condatisco Itin. Greg. Tur. Condercum (Brit. opp.) Notit. dign. Condrusi Caes. Congavate (Brit.) Not. dign. Congennicia Inscr. Murat. 1778, 12. Contrebia (caput Celtiberorum; cf. Contreue villa, al. Contrave, Gentreue, ad Mosellam, Günth. cod. dipl. 1, n. 25) Valer. Max. Concangii (Brit. opp.) Not. dign. COM ante labiales: Comboiomarus (sic corr. Combolomarus) Liv. Combretonium (Brit. opp.) Itin. Ant. Vercombogius Inscr. Grut. 758, 11; eiusdem formae ante vocales sit exemplum, si debeat separari Com-ageni Tab. P. CO ante liquidas (?): Conamotuso (cf. Namuta supra p. 797) Inscr. Grut. 827, 1.

ARE: Aremorica Plin. 4, 17. Aremorica gens Auson. prof. 10. Arecomici Caes. Plin. Arebrignus pagus Eumen. (Panegyr. vett. 7, 6). Arebrigium, Arelape (loc. Noric.) Itin. Arelate (Gall. merid.) Caes. Plin. = Arelatum Itin., Arelas Auson. Apud Caesarem minus bene scriptum est Armoricae civitates, cum haud dubie in hoc nomine insit praepositio formae primitivae *are*, e qua prodiit hib. *air*, cambr. *-ar*, discernenda a particula inseparabili *ar-*, *er-* in nomine Ἀρκυνια, Hercynia.

ATE: Ateboduus Inscr. Grut. 758, 11. Ategnata Grut. 758, 11. 763, 6. Ataevortus Grut. 733, 1. Atecotti (Brit. pop.) Notit. dign., qui dicuntur Atacotti, Attacotti Ammiano, Aticotti, Atticotti Hieronymo (cf. Cottianum regnum Strab., Melocottius Orell. 437, *coth*, senex, p. 151). Absorbetur finalis vocalis vocali inchoante vocem sequentem: Ateula (cf. p. 35) Inscr. Orell. 3274. Atesui (Gall. pop., cf. Esunertus Inscr., Essui Caes.) Plin. 4, 18. Centullus Ateponis fil. (ex *ep*, equus) Inscr. Mur. 1281, 6. Ἀτεπόμαρος (p. 52) Plut. Ἀτεπόριξ Strab. p. 560. Ἀλβιόριξ Ἀτεπόρειγος Inscr. Ancyr. Murat. 643. Atoparno Mur. 1321, 4. Etsi separata nunquam invenitur hib. *aith-*, *-ed-*, cambr. *at-* (lat. *re-* inseparabilis), utraque orta ex *ati-*, *ate-*; eadem tamen affinitas intercedere videtur inter hanc particulam (got. *id-*) et infra sequentem *ande-*, graec. ἀντί, quae inter *cata-*, *con-*, *com-*, *co-* (cambr. hod. *cyd-*, *cyn-*, *cyf-*, *cy-*) et praep. cambr. vet. formae plenioris *cant* (hib. *con*, lat. cum).

CATA: Catamantaloedis fil. (cf. Mantala, Petro-mantalum, p. 766) Caes. Catalauni, campi catalaunici Eumen. Eutrop. Ammian. Iornand. Durocatalaunos Itin. Catasextus Momms. 352, 42. Catmelus (Gallorum regulus) Liv. 41, 5, pro Catamelus. Disparandum est subst. *catu* (pugna), quod servat *u* terminalem.

et conferenda forma cambr. vet. *cet-*, hod. *cyd-*, cognata praepositioni separatae *cant*. De dubia forma hib. vet. *cat-*, *cot-* infra disputabitur.

ANDE: Andecavi (Gall. pop.) Plin. Tac. Andematunnum, Anderitum, Andecamulum (Gall. oppida) Itin. Andecumborius (n. v.) Caes. Ex inscriptt.: Andecamulenses Orell. 1804. Anteroudus Murat. 1577, 3. Andebrocirigis f. Grut. 921, 2. Andedunis Arneth. 28. Andiourus Stein. 2379. et fortasse Andarta (dea; si pro Ande-arta, cf. tamen p. 859) Orell. 1958. Addo nomina locorum Andesagina, Andethannale e Vales., et formulam donationis andelangus (Grimm. Antiqq. iur. germ. p. 196). Cf. infra hib. vet. *ind-*.

DI forsitan addendum sit particulis, quas enumeravimus, e nomininibus Diablintres vel Diablintes Caes., Diablinti Plin., *δουηκαληδόνιος ὠκεανός* (transcaledonius oc.?) Ptol., Dicaledones Ammian.

TRI (praep. hib. vet. *tri*, *tre*, nisi in quibusdam est numerale *tri*): Trinovantes Caes. Tac. Triulatti Plin. *τριμαρκισία* Pausan. *Τρισάντων* (fluv. Brit.) Ptol. Triboci Caes. Plin. Tac. Tricastini Liv. Plin. Tricolli, Tricorium, Tricorii saltus Plin. Ammian. Cum *e* Trecasses Plin.

AMBI: Ambivareti, Ambibarii Caes. Ambitouti, Ambilatri Plin. *Ἀμβίδρανοι*, *Ἀμβίλικοι* Ptol., nomina populorum. Nomina virorum Ambigatus Liv., Ambirenus Arneth. 44. 66, fortasse Ambitoutus restituendum (Amretoutus) Stein. 1972. Etiam hic vocalis finalis absorptae exempla videntur Ambiliati Caes., Ambisontes, *Ἀμβισόντιοι* (Isonta fluv.?) Plin. Ptol., Ambarri (Arar fluv.?) Caes., ambacti Caes. Est haec prisca forma praep. cambr. *am*, hib. vet. *imme*, *imm* (pp. 5. 64. 84. 147). A particula separanda sunt nomina Ambiani, Ambiorix Caes., Ambillius Grut. 960, 1.

Hibernicae particulae separabiles ordine alphabetico: *ad-*, *air-* (*ar-*, *er-*, *ir-*, *aur-*), *aith-* (*ath-*, *id-*, *-ed*, *ad-*, *at-*), *as-* (*ass-*, *ess-*, *es-*), *cen-*, *con-* (*có-*, *com-*, *cum-*, *cot-*), *di-* (*de-*), *do-* (*t-*), *etar-* (*etir-*), *fo-*, *for-*, *fri-* (*friss-*, *frith-*), *iar-* (*iarm-*), *imm-* (*imme-*), *im-*, *ind-* (*int-*, *inn-*), *ó-* (*uad-*), *rem-* (*remi-*), *sechm-*, *tairm-*, *tri-* (*tremi-*); postremo loco *ol-*. De statu consonae sequentis, primitivo aut infecto, suo loco disseruimus (pp. 180. 183).

AD (lat. *ad-*, cambr. *at* separatim, in compositione tamen etiam *ad-*; sequentes consonas non inficiens); particula non dubia in his: *adeilliub* (devertar), *lasse adnelliub* (cum devertar) Wb. 14ª, *atdubelliub* (visitabo vos) 7ª, subst. *niba cuit adill cucuibsi* (non erit pars devertendi ad vos) 14ª. *admuchdursa* (gl. miror; i. e. admiror, subst. *machdad*, miratio) Sg. 6ª. *adgládur* (gl. appello), *adgládathar* (appellatur) Sg. 146ᵇ. 211ᵇ, *adgladathar* (gl. appellat) Ml. 4 r. *adlaig* (gl. contemptibiles) Wb. 9ᶜ. *adslig* 14ᵈ. *adgaur* (gl. convenio) Pr. Cr. 57ª, *adobragart* (gl. vos fascinavit) Wb. 19ᵇ. *adsuidet* (gl. defendunt) Sg. 4ᵇ. *oadcuaid* (postquam exposuit) Wb. 21ᵈ. *adcumdminim* (gl. assuesco) Sg. 144ª. *admuinur* (volo; cf. *domuinursa*, p. 438) Inc. Sg. *anadruirmed do abram* (gl. nobis reputabitur; i. e. id quod reputatum est A.) Wb. 2ª, *isní nim̄ atruirmed hiresche do* (reputata est fidelitas ei) 2ª, e verbo *adrimim* (adnumero, computo), unde plures formae: *adrimi*, *adrimther*, *adrimfither* etc., inter quas leguntur in Sg.: *atarimtis* (tradebant id una cum . .), *ataruirmiset* (adnumerarunt id) 188ª, *atarimet* (adnumerant eam) 26ᵇ. pro *addar.*, cf. exempla supra (p. 328) enumerata for-

marum *atom-*, *atob-*, *atab-* pro *addom-* etc. et *ataimet* (profitentur, i. e. *ad-daimet*, an *ath-daimet?*) Sg. 33ª. Sequentibus tenuibus saepius assimilatur media: *atreba* (possidet, habitat) Wb. Sg. *átrefea* (habitabit) Ml. 80, quod compositum esse cum hac particula patet ex *adrothreb*, *atrothreb* (assedit) Wb. 26ᵈ. Ml. 17ᵇ. Item spiranti *s* in *ascnam* (incessus, acquisitio): *huandascnom* (incessu) Sg. 69ᵇ. *ocascnam tíre tairngiri innambéo* (cum ingrederentur terram promissionis vivi) Wb. 11ª. *oc asgnam glo. et hono.* (in acquisitione gloriae etc.) 1ᵉ, cum decompositis *comascnidaid*, *nephascnaidid* (compos, impos) Sg. 105ᵇ. 106ª. Scriptio *ad-c.* et *acc.*, *ac.* promiscua est in his: *adci* (videt, novit) Wb. fq. *ma adced torbe innathect* (si videtis utilitatem in eius adventu) Wb. 11ᵇ, *am. adcethe* (acsi videretis) 19ᵇ, *aci anœscae* (vides lunam) Cr. 33ᵇ, *innaci* (gl. viden?) Sg. 15ᵇ, *innadnaccai*, *cani accai* (gl. nonne vides?) Ml. 17ᵇ. 25ᵇ. *adcobraim* (gl. volo) Sg. 146ᵇ. *accobor* (voluntas, cupiditas) Wb. fq. *accaldam*, *acaldam*, *acaltam* (allocutio) Wb. 3ᶜ. 4ᵈ. 15ª. Sg. 153ᵇ. In decompos. *adcomla*, *adcomaltar* (adiungit, adiungitur) Wb. 3ᵇ. Sg. 63ª, *accomlatar* (adduntur) Cr. 32ª, *accomol* (coniunctio) Sg. fq. Ml. 6r., *accomallte* (gl. socius) Wb. 5ᵇ. Interdum huius particulae confusio facta est cum *aith-*, *ath-*, et minus recte infectio sequentis consonae: *atchi* (videt) Wb. 24ᵉ. *animdibe adchi cách* (circumcisio quam videt quivis) 2ᵃ. *anadchither* (quod videtur) 12ᵉ. *adchobra* (vult; at recte ibidem *mát-chobra* = *ma ad-d-chobra*, si id vult) 28ᵇ. *adchomlatar* (adduntur) Cr. 32ª.

AIR (pro, ad, in) forma frequentior alternans cum IR, ER, AR (cf. p. 5): *intairdérgud arrudérgèstar dia* (gl. propositum dei) Wb. 4ᵉ, *arrudérged írúnaib inna deacte* (propositum est in mysteriis deitatis) 2ᵇ. *arenairema* (ut suscipiat) Cam. *airitiu* (receptio) Wb. fq. *eritib* (gl. susceptis) Tr. 3ᵇ. *ó eritnichi* (gl. acceptabilitate) Ml. 57r. *airdirc*, *irdircc* (conspicuus) Wb. *erdirc* Ml. (p. 5). *aires*, *iress* (fides, = *air-sess?*) Wb. fq. *airégem* (gl. querimonia) Sg. 51ª, *huanderegim* (gl. questione) Ml. 32r. *na erigmea* (gl. querellas) 26ᵇ, *arégi* (gl. queritur) 31ª, *anaranegi* (gl. conquerens) 18ᵈ, *aranéiget* (quod queruntur) 20ᵇ. *airle* (voluntas), adi. *airlam*, *irlam*, *erlam* (promptus), verb. *irladigur* (oboedio) frequentia in codicibus. *airmitiu*, *ermitiu*, *armitiu* (honor) Wb. Ml. fq. *irbág*, *arbágimse* (gloriatio, glorior) Wb. 16ᵈ. *irgaire* (vetitum) 3ᶜ. 12ᵈ. *mani airgara* (nisi vetat) 2ª. *airchellad* (raptus), *aridrochell* (id rapuit) Sg. 202ª, *ni erchéltar* (gl. non aufertur) Ml. 21ᶜ. *artroidfeasiu* (subicies), *mani erthroitar* (nisi subicitur) 48r. *airchinn* (principium) Wb. 21ᵉ. *airchinnech* (princeps) Wb. fq. *naueirchinniuch* (gl. nauiclero) L. Ardm. 188b. 2. *airchissecht* (gratia, indulgentia) Wb. 4ᶜ. *honderchissecht* (gl. propitiatione) Ml. 32ᵈ. *airchissi*, *arcessi* (indulget), *airchissea*, *arcessea* (parcat) Wb. 4ᶜ. 5ᵇ. Denique conferantur *anairtuáid* (inter orientem et septentrionem) Cr. 19ᵉ, *erthuaiscertach* (gl. euroaquilo) L. Ardm. 188b. 2. ER, IR formae alternantes: *na nachaib ersoilcfithe etir* (vos nequaquam apertum iri, credidit quivis), *biid ersoílcthi* (este apertae, portae) Ml. 98. *ærsoilcthe* (gl. aperta, porta), *ersolgud* (gl. rictus) Sg. 147ᵇ. 107ª. *dondirsolcoth* (gl. ad apertionem, oris mei) Wb. 22ᵈ. *erchrœ*, *tre erchrae*, *tre erchra* (gl. per eclipsin) Sg. 143ª. 169ᵇ. 192ª, *ar erchru* (gl. pro defectu) Ml. 31ª. *irchre* (interitus: *irchre flatho román*, interitus imperii Romanorum) Wb. 26ª. *irchride* (irritus) 11ª. 24ᵇ. *erchradach* (gl. mendax), *du erchradaitid* (gl. vanitati) Ml. 64r. *erchradchae* (gl. perfunctoriae) 44r. *irchoilltith* (gl. maledicus). *áis biis ocirchollud* (gl. maledici

qui aliis maledicunt) Wb. 9ᵇ. 9ᶜ. In his etiam *air-*, *ar-* scribi potuisse patet. Exempla alia, in quibus *er-*, notata plerumque *ér*, alternat cum aliis particulis, praecipue *as-*, mox sub hac sequentur. Scriptionis AUR rarioris pro *air-*, *ir-* exemplis supra memoratis (p. 7) addimus: *ciarudbói aururas form* (gl. licet cursim) Ml. col. 1.

AITH, ATH (vel *aid-*, *ad-*, *ed-*, *id-*, pp. 5. 73, e primitiva *ate-*, itaque inficiens consonas sequentes; lat. *re-*, iterum; cf. subst. *aithe*, talio, Wb. 14ᶜ), cuius significatio perspicua est in his: *athscribend* (gl. rescriptum; i. e. epistula rescripta, reddita) Cr. 40ᵃ. *aidchrochad* (crucifixio iterata, repetita) Wb. 11ᵈ. *aidchumtach* (reaedificatio) 26ᵃ. *ni adchumtig na aill* (non rursus poscit aliud quid) Sg. 211ᵃ. *duathmaldachad* (gl. ad remaledicendum) Ml. 22r. *adrogegonsa* (gl. repupugi), *adrothoirndius* (gl. repunxi, Pr. 10, 5, 32) Sg. 181ᵃ. Alia quaedam exempla purioris scriptionis: *anaithescc* (admonitio) Wb. 9ᵈ. *aithirge*, *indaithirge* (paenitentia) 20ᵇ. Sg. 137ᵇ. *nanglanad tri ithirgi* (purget se per paenitentiam) Wb. 11ᵈ. *aidrech* (paenitens) 5ᶜ. *aithgne*, *aidgne* (cognitio, recognitio) 1ᵇ. 1ᶜ. 19ᵈ. *adgenammar aséis* (gl. non ignoramus cogitationes eius; i. e. cognovimus sensum eius) 14ᵈ. *adbar* (causa; hod. *adhbhar*) 17ᵈ. *adbeir* (dicit) 5ᵃ. *adrubartmar* (diximus, rettulimus) Sg. 197ᵇ. *idméit* (gl. quotus, quantus; i. e. iterata magnitudo) 30ᵃ. *anaithne* (gl. depositum) 66ᵃ. *adroni* (deposuit, commisit; cf. *immeráni*, et decomp. *timne*) Wb. 29ᵈ. Saepius autem ea abnormitas oriri videtur, sequentibus liquidis vel mediis, ut induretur consona aut particulae finalis aut principalis verbi. Particulae consona indurata: *atluchur*, *atluchfam buidi* (refero, referamus gratias), *atlogud*, *adtlugud*, *attlugud* (relatio, gratiarum) Wb. 3ᵇ. 17ᵃ. 28ᵃ. *atligthe buide* (gl. gratiae, agantur) 14ᵃ. *atmuilniur* (gl. iterum dico) 18ᵃ. *attroilli*, *atroillisset* (meruit, meriti sunt) 2ᵃ. 4ᵃ. *atbail* (interit) Sg. 4ᵇ. Wb. 4ᵈ. *ætgnithi* (gl. intellecta) Wb. 1ᵇ; interdum potius cum infixo *d* coaluit: *atbeir* (dicit id) Wb. 10ᵈ. *ciatbela* (quamvis intereat; *ce-ath-d-bela*) Sg. 30ᵃ. *atgairith* (reclamatis ei, iniuriae) Wb. 9ᶜ; cf. *atobsegatsi* (praecipiunt vobis; supra *aithescc*) Wb. 15ᵈ. Induratae consonae proximae singulare exemplum videtur *idpart*, *edpart*, *edbart* (oblatio), cum verbo *adbartigim* (offero; cf. p. 5), servans consonam particulae, quae alternantibus vocalibus discordat ab *ad-* et cum hac nostra concordat; sed cf. decomposita cum particula *ód*. Coalescentis utriusque consonae in unam duram exemplis, ut *écne* (cognitio, sapientia, sapiens) iuxta *aithgne*, *epil* (perit) iuxta *atbela*, *atbelmis*, *epur*, *epiur* iuxta *atbeir*, aliis supra enumeratis (pp. 59. 60) addo *acre* (= *adgre*): *cid atobaich cen dilgud cech ancridi dognethe frib et nibethe friaacre* (gl. quare non magis iniuriam accipitis? 1. Cor. 6, 7; i. e. quid impellit vos ne remittatis quamvis iniuriam quae fiat contra vos neve sitis contra eius reprobationem?) Wb. 9ᶜ.

AS (ex) alternans cum ES (*as-*, *ass-*, *ess-*, *eis-*): *asoirc cách .i. air indi atreba æsorcuin* (gl. caesareus; i. e. caedit, excidit quemvis etc.) Sg. 33ᵃ. *esartae* (gl. expalmatus) Tr. 3ᵇ. *esartaib* (gl. caesis) Ml. 78. 80. *occo esorcuin* (gl. ferro sonat fraxinus; i. e. in excisione sua) Sg. 67ᵃ. *in esairenib* (gl. in plagis), *donaib essoircnidib* (gl. plagiariis) Wb. 15ᵈ. 28ᵃ. *isdoib asrirther lóg apecthe* (gl. mercedem quam oportuit in semet ipsis recipientes) Wb. 1ᵇ. *asfóite* (emittebatur) Tr. 4ᵃ. *ni esgaibter* (gl. nec excipiuntur) Ml. 6ᵇ. *esbae* (inutilis), *a esbatad*

E- (*eh-* ante vocales) cambricis quibusdam vocibus praemissa etsi augere videtur significationem, saepe tamen vix distinguit haec composita a simplicibus: *edrych* (videre; simpl. *drych* Mab. 2, 374, hib. vet. *derc*) Mab. 2, 374. 376. 380. *ymadrawd bangaw ehawn* (sermo nobilis effluens) 2, 379; cf. hod. *egwan* (debilis), *egwyddor* (rudimentum). Differt inficiens *e* in nomine viri *Edyrn*, *Edeyrn* (*teyrn*, dominus) Mab. 2, 23. 27, et hodiernis *efryd* (i. q. *bryd*, propositum, voluntas), *efrëu* (i. q. *brëu*, balare, mugire), *efrydd* (claudus, infirmus: *brydd*) etc., quibus haud scio an subsit omnibus vetustius *eu-* (p. 82).

Conferendum his videtur corn. *effreth* (claudus) D. 399.

II. Particulae separabiles.

Particulae vel praepositiones ordine alphabetico: *ad-*, *am-* (*em-*, *ym-*), *ar-*, *at-* (*et-*), *cant-* (*con-*; *ce-*, *cy-*; *com-*, *cem-*, *cym-*; *cet-*, *cyt-*), *cint-*, *do-*, *di-*, *es-* (*ys-*), *guo-* (*go-*), *guor-* (*gor-*), *gurth-*, *in-*, *rac-*, *tra-*, *tre-*.

AD (hib. *ad*, ad) primitiva forma videtur praepositionis, quae separata est *at*, *att* (p. 674). In compositis his confusio facta utriusque formae animadvertitur et inter se et cum *at-* (hib. *aith-*). Consonae enim sequentes inveniuntur modo destitutae modo aspiratae, ut destitutae: *adfwynder* (urbanitas morum; *mwyn*, tenuis, gracilis) Mab. 1, 246. *adrythyll* (vividus; pro *addrythyll*, ut videtur, cum adj. *trythyll*) 1, 2: item in decomposito *gouduein* (subgracilis; adj. *mein*) 2, 42. Aspiratae: *dyrnawt athrugar*, *diaspat athrugar* (plaga, vociferatio miseranda, immensa; = *adtrugar*, *attrugar*) Mab. 2, 57. 58, in decomp. *goathrist* (subtristis, aliquantum tristis) 2, 23. 37. 40, iuxta *goatcas* (vexatorius) 3, 301. Item hodiern. *athref* (mansio, possessio), *athrefig* (domesticus; = hib. *adtreb*, p. 868), iuxta adv. *adref*, *adref* (domum) Mab. 1, 20. 2, 231. Adnumerandum his est subst. *aper*, hod. *aber* (ostium fluvii), ortum ex *adber*, *atber* (p. 148). Forma primitiva etiamnunc servatur tam ante vocales quam ante consonas: *addoed* (tempus definitum, addictum), *addfwyn*, *addfwynder* (urbanus, urbanitas).

AM (circum): cambr. *hep amgnaubot* (gl sine mente; vid. infra) Ox. 38ᵇ. *amlais* (gl. demissa; i. e. circumsoluta, vestis) 39ᵃ. *isamraud* (gl. mens est) Cb. 78. *ystondard amlwc* (vexillum explicatum) Mab. 2, 385. In aliis (cf. hib. *imchenda*, anceps, p. 876) varietatem, multitudinem, intentionem significat: *amliw* (versicolor) Mab. 1, 278. *amryw* (diversi generis, diversus; opponitur *cyfryw*, eiusdem generis) 3, 96. *yn amgen* (alio modo), *nyt amgen* (non aliter) fq. *amryfael* (numerosus, varius) 1, 246. *amdrom* (praegravis, fem.) 3,156. *amdlawt* (egenus; cf. *didlawt*, dives, *tlodi*, paupertas) 2, 23. Corn. *ambos* (pactum, promissum) O. 1232. D. 2259, pl. *ambosow* O. 1235. D. 949. *kepar ha del ambosas* (pariter ac promisit) R. 915. Arem. *amnesec* (confinis), *amnesequez* (confinitas), *amparlet mat* (affabilis), *amprefan* (rubeta, toxicum) Cath.

Forma variata hujus particulae est OM, ex qua EM, YM eodem modo ortae putari poterunt, quo *he-*, *hy-* e vetustiore *ho-*, *hu-* (p. 92 sq.). Inveniri tamen videntur tam *im-* quam *om-* jam inter gl. Lxb.: *ómcoblorit* (gl. apocant; i. e. calumnientur inter se? *cablu* Mab. 3, 267), *imrogalou* (gl. orgiis). Easdem formas habet cornica dialectus, rariorem *em-* (semel *emb-*), frequentiorem *yms* in Dr., *om-* (semel *um-*) in P. et Cr.: *ef a welas golow tek han meyn vmhely-* (is vidit lucem claram et lapidem conversum) P. 244, 3. *pu an ommelys* (quis eum convertit?) 253, 4. *ymbreyse* (iudicare) D. 1677. *emscumunys* (prorsus excommunicatus, maledictus) R. 2165. 2190. 2222, *emskemunys* D. 3091, *ymske-munys* D. 1415. R. 2089, *ymskemenys* D. 141, *omscumvnys* P. 17, 3, *omske-mynes* Cr. 1207. 1253. Arem. *em-* vid. infra.

Ut hibernica *imm-* (p. 876) item hac cambrica *em-*, *ym-* significatur actio reciproca vel mutua inter duo vel plures: *emdeveduch* (colloquimini), *emdhihan* (collocutio) Leg. 2, 11, 14. 48. *ymdidanu* (colloqui) Mab. fq. *ymlad* (pugna) Mab. 1, 235. *ymwan* (pugnare) 2, 17. *ymwelet* (videre inter se, visitare) 1, 20. 259. *ymgaru* (amare inter se, amplecti) 1, 25. *ymgyrchu* (adoriri inter se) 1, 24. *meint yd ymgerynt ac nyt ymganlynnassant* (valde se amabant, sed non comitati sunt inter se) 1, 285. Item in decomp. *ymgedymdeithassu* (associare inter se; e subst. *kedymdeithas*, societas) 3, 149.

Eiusdem significationis exempla cornica: *emloth* (caedere inter se, pugnare) D. 2509. R. 224. *the omlath* (ad pugnandum), *ef a embloth* (is pugnabit) O. 2142. 1661. *ymknouke* (inter se ferire) D. 2324. *ymcusylle gureny ny* (inter nos consulamus nos) R. 561. *ymsywe y a wra* (inter se illae secuntur, veritas et fides) D. 2450. *ymkener* (invicem canatur) O. 562.

Etiam frequentius significatur actio qua quis agit in se, reflexiva, atque interdum passivum ipsum, ut cambr.: *ymrithaw aoruc menw yn rith ederyn* (mutare se M. in formam avis) Mab. 2, 239. *ymdangos aoruc yuorwyn idaw* (monstrare se coepit puella ei) 1, 28. *arodi dwfyr y ymolchi aoruc y owein* (et dare aquam ad se lavandum Oweno) 1, 15. *amynet ruthur y wrthaw ac ymgudyaw* (et recedere paulum ab eo et abscondi, coepit puella) 1, 27. *yny ymegyr y holl welioed ynteu* (donec aperiuntur omnia vulnera illius) 2, 57. *ym-choelut aoruc, ymchoelut aorugant* (verti coepit, coeperunt; pro *ymchw.*) Mab. fq. Sic iam in gl. Ox.: *hep amgnaubot* (gl. sine mente, i. e. sui conscientia).

In cornica et aremorica dialectis maxime usitata est particulae significatio reflexiva. Cornica exempla: *emlathe y honan* (semet ipsum interficere), *ythem-wyskys* (ipse se perculit), *y honan ythymwanas* (ipse se percussit) R. 2073. 2067. 2065. *ymamendye* (emendare se) O. 1526. *ymweres*, *omweras* (se iuvare) O. 125. 1420. Cr. 1153. *te na yllyth omweȝe vn pres yn geyth na peghy pan omsettyas ȝe demptye* (ut tu non possis cavere ullum tempus diei, ne pecces, cum proposuit sibi temptare te, Satanas) P. 20, 3. 4. *ragon ny wor omweȝe* (a nobis nescit se defendere) 194, 3. *onweyth* (leg. *omweyth*) *lemmyn*, *ymwyth lemman* (defende te nunc) 92, 3. D. 2144. *ymthreheuel* (se erigere, surgere), *ymthysquethas* (monstrare se, apparere), *ymguen* (se movere, moveri) R. 395. 1496. 2097. *ymsaw* (serva te), *ymsawye*, *omsawya* (se servare) D. 2866. 2878. Cr. 2373. *a ymsensy den cref* (credebat se virum fortem) O. 2222. *then dor prag na ymwhelaf* (ad humum cur non prosterno me?) D. 2594. *may thomelly*

(ut prosternaris) Cr. 1114. *mar omwreyth claff* (si te facis aegrotum) P. 155, 2. *mar sota mar fur . . . del omwressys* (si tu es tam sapiens, quam fecisti te) 191, 3. *mab du ef a omwra* (filium dei ipse se facit) 143, 2. *mygtern neb a omwrello, mygtern a omwrello* (qui se regem fecerit) 121, 4. 146, 4. *ow ymwryl* (v. l. *ovth omwryl*) *map dev* (faciens se filium dei), *myghtern nep a ymwra* (regem qui se facit), *ythymwruk . . . dev ha den* (fecit se deum et hominem) D. 962. 2222. 2395. *me . . . a vyn scon ymgrcgy* (volo statim me suspendere), *Iudas eth ȝe omgregy* (Iudas ivit ad se suspendendum) D. 1516. P. 105, 3. *omȝyghtyn trussen an wlas* (paremus nos, fugiamus per terram) 246, 4. *ymdenne* (se convertere, recipere) O, 226. 1093. *ymden* (verte te) O. 1377. *ty a tew hag a ymden* (tacebis et recipies te) R. 985. *Pedyr a omdennas* (Petrus se convertit) P. 86, 3. *peb ȝe ves a omdennas, ȝe ves y a omdennas* (quivis, illi foras abierunt) 33, 4. 68, 2. *orth Ihūs a omgrme* (adversus Jesum se curvabant) 196, 2. *om gwethen ny* (tegamus nos) Cr. 858.

Aremorica forma *em* (cujus scriptio separata frequentior est): *emrentaff faez* (se dedere) Cath. *ezof em laquet* (ego me devovi) Buh. 28, 6. *pan off dan sanct em presantet* (cum viro sancto me praesentavi) 194, 7. 196, 6. *na hem daffny* (ne te damnes) 172, 15. *a te em doeto* (num haesitabis?) 172, 1. *me gourchemen ahanen em tennet* (posco, abite hinc) 60, 6. *da pinigen em tennet* (ad paenitentiam vos convertite!) 66, 10. *so diff em queuz em discuezet* (in aerumna mea mihi se manifestavit) MJ. 195 b. *ezeu . . . deomp ny . . . em discuezet, em discuezet . . . eu deomp ny* (nobis apparuit) 209 a. 211 b. *nem emellaf tam* (non immisceo me) 225 b. Hodie apud Venetos: *um* (*hum*) *gar* (amate), *um garet* (amate vos), *ni um gar* (amamus nos), *ind um gar unan en aral, ind um gar en eil egile* (amant alter alterum, amant inter se).

Interdum duplicata est particula: *dan ylis guen em em teniff* (ad ecclesiam albam me convertam) Buh. 34, 14. *en hoz quenet emem hetaff* (vestra formositate delector) 38, 8. *aman meurbet emem hetaff* (hic valde delector) 114, 10. *em em gourchemennaf* (me commendo) MJ. 198 a. *ma emem laetaff* (ut me vituperem) 197 a. *eguyt an boet hem em hetaf* (cenam non curo) 6 a. *antentic em em aplicquet* (honeste vos applicate, honestum te praebe) Buh. 38, 3; vel inde variata *en em*: *goa ann heny na duy den emdiffen* (vae illi qui non veniet ad se defendendum!) MJ. 179 a. Quae forma est vulgaris hodierna: *en em wiskann, me en em wisk* (vestio me), *en em wiskomp* (vestiamur), *en em garomp an eil egile* (amemus inter nos).

Saepius praecedunt pronomina tam personalia infixa quam possessiva, ut oriantur formulae variae, praesertim 1. pers. *mem, men, ma em, ma en* vel duplicata insuper particula *ma mem* (= *ma emem*), *ma men*, quarum exempla hoc loco colligo: *da pinigen memem teno da guir roen sent a mem rento* (ad paenitentiam me convertam, vero regi sanctorum me reddam) Buh. 42, 10. 11. *ahannen a mem teno* (hinc abibo; = *emem?*) 44, 2. *me Juzas . . . am em ro dihuy* (ego Iudas do me vobis) MJ. 97 b. *ouzouch en hoz drem memem clem* (de vobis apud vos conqueror) Buh. 38, 15. *me mem ro* (me offero) 20, 14. *me mem caffo dirac hoz drem* (inveniam me, ero coram vobis) 206, 10. *ahanen cren me men tenno* (inde protinus me recipiam) 166, 22. *ma men ten dan offerennou* (ut oblationes adeam) 130, 23. *ma em refferaf a graf me* (me refero

ego) MJ. 198 a. *eguit ma em descuez dezaff* (ad me monstrandum ei) Buh. 194, 15. *me men ma enten* (volo me convertere) 30, 2. *ne gallen muy ma mem difen* (non poteram amplius me defendere) 42, 24. *me men dre boas ma men croasaf* (ego volo e more cruce me signare) 142, 19. *me yel bed devy da mem recommant* (eo ad Davidagium me commendatum) 196, 13. *me ya sider dam mem guelhy* (eo statim me lavatum) 106, 26. *ham em marvaillaff a graf net* (et miror sincere) MJ. 217 a. 2. pers.: *an oll ez em collez* (totum te perdis) Buh. 72, 2. *esem guifi sot* (te invenies stultum) 88, 20. *eux ahanen da emten net* (hinc abi sincere) 4, 3. *dahem avys* (reminiscere), *da hem dihuz* (consolare te), *da hem laz* (occide te) MJ. 62a. 69a. 95b. *naz em esmae quet*, *naz em esma* (noli perturbari) 75 a. 220 a. *naz em douet quet* (noli haesitare) 214 b. 3. pers.: *an test expres en em descuez* (textus expresse demonstratur) Buh. 78, 9. *en em discuezas dan mam* (se manifestavit matri) MJ. 173 a. *an bet eo hemdetaill*, v. l. *en em detaill* (mundus dissolvitur) 148 a. Plur. 1. pers.: *da devy hon em supliomp* (Davidagio commendabimus nos) Buh. 128, 3. *on em queffomp entromp trompet* (nos inveniemus inter nos deceptos) MJ. 17 a. *non em cafemp quet re seder* (non inveniebamus nos, non eramus nimis laeti) 219 b. *non em doutomp tam* (nequaquam dubitamus) 163 b. *don em offraff* (ad nos offerendos) 69 b. 2. pers.: *hoz em quifit* (vos invenietis, aderitis) Buh. 152, 2. *pell ahanena hoz em tennet* (procul hinc abite) MJ. 42 a. *da pinigen houz em tennet* (ad paenitentiam convertite vos) 14 b. *houz em hastet* (properate) 227 b. *ho hem discuezet* (monstrate vos) 176 a. 3. pers.: *nep ho em abandon* (qui se dedunt) MJ. 12 b. *do em acuytaf* (ad se solvendos, fide) 214 b.

AR (ad) in cambricis: *anit arber bit* (gl. num vescitur) Cb. 92. *aruordir* (terra ad mare sita) Mab. 3, 204. *arwyd* (signum) Mab. fq. *y gwr aarwed y uaner* (signifer) Mab. 2, 389. *arbennic* (princeps) 2, 241. 253. Cornicum exemplum vix videtur adv. *arte*, *arta* (rursus) p. 621, contra mutata vocali: *ervyre* (animadvertere, observare) P. 20, 1. 60, 1. *my a yrvyr* (observo) O. 1219. Aremorica: *argoez* ('intersignum') Cath. = *cruoaz* Buh. 156, 1. 3. *armor* (maritima terra) Cath. *armory*, *armoric* (Aremorica regio, aremoricus; p. 111). Hodie quoque *arwez* (signum), *arvor* (terra ad mare sita), *arvorek* (aremoricus), *arvorad*, fem. *arvorades* (accola maris), *argaden* (incursus hostilis; *cad*, pugna).

AT (rarius *att-*, *ad-*, hib. vet. *aith-*, re-) in cambricis: *atail* (gl. vicem referre) gl. Ox. 42ᵃ. *atep*, *atteb* (responsum) Leg. 2, 6, 8. Mab. 2, 242. *atneuedu* (renovare) Leg. 2, 11, 48. *atnewydwys* (renovavit) Mab. 3, 297. *atueiryaw* (repellere; hod. *adjeiriaw*) 1, 28. *atwaenat*, *adwaeney* (cognoscebat) 1, 28. Scriptio hodierna particulae variat, *ad-* et *at-*.

Forma variata ET (hod. *ed-*): *etbinam* (gl. lanio) gl. Ox. 4ᵃ. *acetmet* (gl. et...retonde) Cb. 77. *etmyc* (reverentia, honor) Mab. 1, 259. 284. *eturyd* (restituere; hod. *edfryd*) 1, 253.

Cornica huius particulae exempla videntur: *aswon* (cognoscere) p. 603. *in atal* (in talionem) O. 427. *attamye* (redimere) P. 153, 4. *eddrek*, *edrege* (paenitentia, paenitere; hib. vet. *aithirge*) 220, 1. 4.

Aremorica: *aznauout* (noscere, cognoscere), *azrec* ('compunctio', paenitentia), *atcaret* ('adamare', denuo amare), *atcoezaff* (recidere), *atcoan* ('obsonium')

Cath. *atis* (consilium) Buh. 64, 10. 66, 17. 176, 7. *atfer* (dubium) 152, 7. 164, 17. *adarre* (iterum) Cath.

Praepositio britannica CANT (cum; inficiens, sicut ipsa infectione mutatur *gant*, *gan*) in paucis compositis cambricis invenitur: *kanhadu* (permittere; *kanh-*, *kann-* = *kant-*), *kanhadaf*, *kennhedy* (permitto, permittis), *kennat* (permissio) Mab. 1, 21. 2, 7. 45; decomp. *kanhymdeith* (consuetudo) 1, 27. *ymganlyno*, *ymkanlynnassant* (cf. infra *am-co-*). Mutata vocali forsitan huc pertineat cambr. vet. *cuntullet* (gl. collegio), *cuntelletou* (gl. collegia) gl. Lxb., cum *u* quae redit in formis cornicis: *cuntellet* (gl. congregatio, contio) Voc. 7ᵇ. *cuntullys* (congregatus) P. 88, 4. 92, 2. *me a guntell* (colligam), *cuntell* (collige) Cr. 1091. 1293; sed cambr. rec. *kynnullaw* (colligere, afferre) Mab. 1, 236, hod. *cynnull*, colligere (*cynnhull* Dav. Gramm. p. 147), unde subst. *cynnulliad*, *cynnulleidfa*. Eademque forma videtur subiacere aremoricis vocibus vetustis *compot*, *kemper* pro *combot*, *cember* (p. 192).

Denique magis huc quam ad formam *con-* videntur referenda cambr. *cyn-*, *cynn-* inficiens in adiectivorum formis ut *kynuonhedicket* (aeque nobilis) Mab. 1, 264. *kynnyxgaualhet* (aeque iucundus) 2, 35; corn. *kentrevek* (vicinus) O. 2231; arem. *quen-* comparativum, servatum ante quamlibet consonum (hod. *ken*, *ker*, *kel*, eadem formarum differentia qua articulus et pron. poss. 1. pers. plur. pp. 217. 384): *quen buan* (tam cito), *quenliez guez* (quotiescunque), *quentiz* (confestim, protinus; hod. *keñtiz*, ven. *kentec'h*) Cath. cum decompositis supra (p. 401) allatis.

Praeterea huius praepositionis partes suscipiunt formae variae etiam plures quam hibernicae, desinentes aut in vocalem (*o* vel *a*, *e*, *y*) aut in *n*, *m*, *t*.

CON (*can-*, *cen-*, *cyn-*, ante labiales *cam-*, *cem-*, *cym-*) ante consonas medias et tenues potissimum. Exemplum vetustum cambricum: *congrogu* (gl. congelo) gl. Lxb. In nominibus virorum vetustis multis etsi licet conicere hanc particulam, ut in *Concar* L. Land. 180. *Conteuit* 182. *Conguare* 183. *Congueithen* 179, sicut est in priscis gallicis Convictolitavis, Condrusi, Consuanetes, certa tamen non est ob congruentiam cum voce *cun*, *con* (p. 92), quae etiam postposita invenitur: *Elcon*, *Eloun*, *Britcon*, *Britcun* etc. In lingua cambrica recentiore consonae sequentes mutantur infectione nasali, cuius exemplis supra enumeratis (pp. 118. 205. 207) addimus hoc: *kynnal* (propugnare, sustentare; *dal*, tenere) Mab. 1, 19. 21. *hynhalyaf*, *cynhely* (tuebor, defendis) 3, 35. 2, 17. Assimilatio necessaria est ante *m*, *b*, *p*. Sequente *m* interdum duplex *m* scripta invenitur, saepius simplex (p. 112): *kammeint* (totidem, eadem magnitudo) Leg. 2, 6, 9, in aliis locis *cemeint*, in Mab. *kymeint* fq. Labialium *b*, *p* infectione nasali post finalem *m* particulae evanescentium exempla cambrica supra prolata sunt (p. 207). Ante *s* semper assimilatur *n* ut in *cysswllt* (iunctio) Mab. 1, 14. *kyssondeb* (concordantia) 2, 46. *cysthwn* (affinitas) 3, 270, quibus addendum videtur *kystal* (aequi pretii) 1, 9.

Exempla cornica: *kynyuer*, *kynyver*, *keneuer* (par numerus, tot) O. 1029. 1215. P. 228, 3; ante labiales: *comisc*, *cymmysc* (commixtio) Voc. 8ᵇ. *kymyskys*, *kemyskys*, *kemyskis*, *kemeskis* (commixtus) D. 2977. O. 1058. P. 202, 2; 58, 4. 219, 1. *kymmys*, *kemmys*, *kemys*, *kymmes* (= cambr. *cymeint*) P. 9, 4. 16, 3. 24, 2. 31, 4. 58, 3 etc.; 171, 2; 166, 4; 120, 1. *me a gymmyn*, *my a gemmyn*, *me a gemyn*

(commendo; cambr. *cymmyn*, *cymyn*) O. 2363. D. 2986. P. 204, 4. *kymer*, *kymmer*, *kemmer*, *kemer* (comprehende, sume) D. 806; O. 403. 849; 331; 823.

Aremorica: *quenderchell* (continere) Cath.; ante labiales: *quement* (tot, tantum, i. e. eadem magnitudo) fq. *quemesq* (miscere), *quempret* (capere), *quemeret* (captus), *quemenn* (nuntiare, mandare) Cath. *quemen* (mandatum) Buh. 154, 1.

CO (*ca*-, *ce*-, *cy*-), quae videtur inesse in cambr. vet. *cobrouol* (gl. verbialia; cf. cambr. hod. *brëu*, vociferari, mugire, et hib. vet. deriv. *briathar*, verbum) gl. Lxb., inficiens in recentioribus solet praecedere ante *w*: *kauuersit* (pretium, idem valor; i. e. *kywerthit*) Leg. 2, 6, 16. *kyweirer*, *kyweirwyt* (paratur, paratus est) Mab. 1, 253. *kyweithas* (societas) 1, 23; ante *ff*, *h*: *kyffroes* (excitavit) 2, 35. *yn gyhyt* (aeque longus; *kyhyt*) Mab. fq. *kehedet* (aequalitas) Leg. 2, 11, 28. *kyffelyp*, *kyffelyb* (similis; = *ky-heuelyp*?) Mab. 1, 5. 247. Cornice item: *cowyth* (sodalis) O. 95. 2061, pl. *cowythe*, *cowethe*, *coweȝe* (p. 292). *coweȝas* (societas) P. 110, 2. *kehavall* (similis) Cr. 2201. Aremorice: *quehit* (aeque longus), *quehidell* (aequinoctium), *queuaes* ('ager', i. e. *quemaes*) Cath.

Tam haec particulae forma *cy*- quam supradicta *cyn*-, *cynn*- potest praecedere ante adiectiva cambrica aucta terminatione aequalitatis -*et* (p. 300), quacunque consona inchoantur, destituta semper in hac conexione: *cywynnhet*, *cynwynnet* (aeque albus), *cyduet*, *cynduet* (aeque niger) Mab. 2, 377. 378. *kygochet*, *kyngochet* (aeque ruber) 2, 376. 378.

COM (*cem*, *cym*-, *caf*-, *cef*-, *cyf*-) videtur etiam ante tenuem extare in gl. Lxb.: *comtoou* (gl. stemicamina, i. e. stamina, contexturae; cui conferendum videtur *hantertoetic*, gl. semigilatis, in isdem glossis). Ante vocalem *cem*- in gl. Ox.: *cemecid* (gl. lapidaria) B. 42ᵇ. Forma *cim*- servatur in nomine viri *Cimeilliauc* L. Land. 225. 227. 246. 253. *Cimelliauc* 240, *Cimeiliauc* 252, pro quo alibi legitur *Ciueilliauc* (cf. p. 114). Conferenda sunt nomina vetusta virorum aremorica *Comalton*, *Comaltcar*, *Comal*, *Cowal*, *Cowellic* (p. 116). Eadem in vocibus cambricis recentioribus plerumque ante vocales et liquidas invenitur: *kauacos*, *kyfagos* (propinquitas, vicinitas) Leg. 1, 32, 6. Mab. 236. *kyfaillt* (amicus) 1, 11. *kyfarch*, *cyuarch* (salutatio) Mab. fq. *cyfyeith* (qui est eiusdem linguae) Mab. 2, 231. *kefuc*, *keuuc* (eiusdem altitudinis; = *kyfuch*) Leg. 1, 35, 7. 36, 8. *kyflauan* (crimen) Mab. 1, 267. *kyflawn* (impletus) 1, 17. *kefnesafyet* (proximi, cognati; sing. hod. *cyfnesaf*, proximus) Leg. 2, 1, 74. *kefran* (portio) 2, 11, 35. *kefreyth* (lex) Leg. fq. *kyfryw* (qui est eiusdem generis) Mab. 1, 237. His addendum est singulare exemplum obduratae *f*, *ff* ante *r*: *kyffredin* (communis) fq. cum decomp. *amgyffret* (vid. infra).

Congruunt exempla cornica et aremorica recentiora. Cornica: *chefals* (gl. artus; = *cyf-alt*) Voc. 7ᵃ. *keuelyn*, *kevelyn* (cubitus) O. 955. 957; 2529. 2541. *kevellyn*, *kevellen* Cr. 2260. 2262. Obdurata *f*, *ff* ante *r*: *kyffris*, *kefrys* (simul, pariter) p. 618. Assimilata *l* sequenti: *coullenwys*, *collenwys*, *colenwys* (impletus) O. 655. D. 436. P. 48, 2. *collenwel*, *colenwel* (implere) O. 1267. 1474. *collenweugh* (implete) O. 1211.

Aremorica: *queuer douar* (iugerum; cambr. *cyfar*), *queffelin* (cubitus) Cath. *queffrann* (pars) Cath. MJ. 52b. *queffrannec* (particeps) 14a. Cath. *queffret* (simul) Cath. MJ. 59b. 199a. Buh. 102, 4. 120, 9. 124, 10. *queffridy* (communio) 204, 18.

Ante *l* assimilata: *quelenn*, *quelen* (docere, instituere; cf. *goulen*) Cath. Buh. 12, 10. 18, 1. 52, 2. 78, 13. Hodierna aremorica etsi servavit *v* in formis acceptis: *kevren* (portio), ven. *kever doar* (iugerum), trec. ven. *kevret* (una), in novis tamen compositis adhibet *ken-* ante vocales et consonas, quae destituuntur: *kenober* (cooperatio), *kenveva* (vivere una; *beva*), *kenvreur*, pl. *kenvreudeur* (confrater), *kenvro*, *kenvroad* (popularis qui est eiusdem terrae, *ken-bro*; at cambr. *Cymro*, p. 207).

CET (*ced-*, *cyt-*, *cyd-*; gall. vet. *cata-*, nisi potius conferenda est praep. nominalis *kyt*, p. 695) ante vocales et consonas: *kytunbynn* (conprincipes, qui sunt una pr.) Mab. 2, 389. *kytuarchogyon* (qui sunt una equites) 2, 30. *kytsynnyawd* (consensit) 3, 298. *kydleydyr* (conlatro), *kidtiriauc* (confinis) Leg. 2, 4, 11. 11, 36. *kyttirogyon* (contermini) Mab. 2, 29. *kytgerdet* (una ire) 1, 27. Scriptio *ked-* in decompositis *kedymdeith* (comes, sodalis) Mab. 2, 28. 389, *kedymdeithas* (consuetudo, familiaritas, hod. *cydymdaith*, *cydymdeithas*; cf. hib. vet. *imthecht*) 1, 236. 285, iuxta *kytymborth* (idem victus) 1, 27. Cornica huius formae exempla videntur *chetua* (gl. conventus) Voc. 7ᵃ. *chespar* (coniunx) 7ᵃ. *kescolon* (consentientes) D. 2. 1076. *keskeweȝa* (sodales) P. 110, 4. Aremorica: *quetbreuzr* (confrater), *quetaerez* (coheres), *quetamnesec* (convicanus) Cath.

Ab omnibus his seiungendum videtur cornicum *ke-* immobile in: *kepar* (pariter; cf. p. 723) fq. et in decompositis: *kekyffris*, *kekyffrys*, *kekyfrys*, *kekeffrys* (eodem modo, item) P. 29, 2. 124, 2. 138, 3; 169, 4; O. 1673; 1557. D. 927. *kekemys*, *kekemmys* (quotcunque, quantumcunque) O. 54. R. 1348. 1554; in quibus perinde atque in *kettoth*, *kettel* (simul, simulac; pp. 618. 735) priorem partem *keth* statuimus (p. 398).

Denique seiungendum est CINT (ante, primus, hib. *cét* p. 307), quod etsi assimilatione mutatur in *cynn-*, *cyn-* destituens consonam, quae sequitur: cambr. *kynweisat*, *kynnweisyat* (princeps ministrorum) Mab. 3, 92. *kynnhaeaf*, corn. *kyniaf* (autumnus) Mab. 3, 154. Voc. 8ᵇ, nunquam tamen liquidam amittit, ne hodie quidem.

DI (hib. vet. *di-*, de, ex) praesertim in verbis ut in cambricis: *diheurau* (exculpare) Leg. 2, 1, 27. *dianghaf* (mortem effugio, superstes ero; *angheu*, mors) Mab. 2, 12. 16. *disgynnu* (descendere) 2, 241. *dilyssu* (dimittere) 1, 34. *dispeilaw* (gladium denudare), *difflannu* (evanescere) 1, 13. 31. *pedwar dyn ditholedic* (quattuor homines ablati) 3, 157. *dial* (ultio; hib. *digal*) 2, 232. *dieleist* (ultus es) 1, 262.

In cornicis: *dythane* (consolari, delectare; cf. hib. *didnath*) O. 152. R. 2526. *dyal* (ultio) O. 1209. 1210. 1233. 1250. R. 1753, *dyhal*, *dyel* O. 1227. 947. *dewyllyens*, *dewellens* (remissio) D. 826. O. 1173. *dijskynna*, *deyskynnas* (descendere, descendit) P. 4, 3. 5, 2. *dijskyn* (descende) 14, 4.

In aremoricis: *disquen* (descendit) Buh. 94, 13. 116, 19. *dilesell* (dimittere, sinere) 82, 6. Cath. *dinach* (abnegare), *dianc* (deviare), *diuerraf* (abbreviare) Cath. *dibunet* (divisus) Buh. 170, 2. *diancraff* (exancorare), *dideulell* ('deiactare'), *diarchenaff* (discalceare), *dizonaff*, *dizonet*, *dizonidigaez* (ablactare, -atus, -atio), *dizantaff*, *dizantet* (edentare, -atus), *diuisquaff*, (spoliare, exuere), *diuisquet* (spoliatus), *digolmaff* (denodare), *dibleuiff* (depilare), *diboellaff* (furere, insanire), *dizornet* ('demanicatus') Cath. *diprisonet* (e captivitate liberatus) Buh. 204, 25.

Ab his vix possunt seiungi composita cum substantivis supra prolata (p. 894), cum similis usus sit praep. *con-* in pluribus ut *cyfyeith*, *cymro* (homo qui est eiusdem linguae, eiusdem terrae) etc.

DO (*dy-*, *di-*, hib. *do-*, ad) in gl. Lxb.: *dodocetic* (gl. inlatam, i. e. adductam; verb. *duc*, p. 591), *dodipre*.. (gl. grassatur, pro crassatur? cf. corn. *dibbry*, p. 160, *diprim*, esus, in isdem glossis). E Mab.: *dynessau* (appropinquare) 1, 3. 261, *dynessu* 2, 29. *tra yndygyrcher* (quamdin adimur) 2, 203. *dygwydaw* (cadere; *cwyd.*) fq. *dyro* (da) 1, 265. *dyret* (accede, veni) p. 586. *D-* ante vocales: *diolchaf* (gratias agam; *do-iolch.*) Mab. 1, 266. *y danuonnet* (missus est; cf. *aanuones*, misit, 1, 280) 3, 191; cf. *del*, *daw* etc. inter verba anomala, *dandar-* etc. inter decomposita.

Corn. huc pertinere videntur: *doro*, *dro* (affer) p. 581 sqq. *dogoth*, *dogouth*, *degoth*, *deguth*, *degouth* (convenit, decet) D. 1981. R. 872. O. 641. 1925. D. 215. *dethywys* (promissus, promisit) O. 704. R. 796, *dythywys* (promissus, promisit) O. 842. R. 623, *dythewadow* (promissio) O. 1871. *me as deghes* (proicio id, argentum) D. 1515. *danvon*, *danfon* (mitte) D. 581. 1936.

Arem. *di-* e *do-* conici potest in verb. *digacc* (mittere; simpl. *cacc*, p. 204) Buh. fq. *digoezaff* (accidere), *dizoen* (deferre) Cath. Est enim etiam in decompositis *diou-* e *doguo-*.

ES, YS (ex) in paucis compositis cambricis, partim transumptis: *ystynnu*, *estynnu* (porrigere, extendere; hod. *estynu*) Mab. 1, 279. 2, 224. *eskemun*, *ysgymunn* (excommunicatus; hod. *esgymmun*) Leg. 2, 1, 13. Mab. 1, 248. EH, E ante vocales et medias: *ehetuan* (evolatus) 3, 211. *egweryt* (terra esecta, caespes; simpl. hod. *gweryd*) 3, 271. An etiam A: *agori* (aperire) 1, 7. 15?

Corn. *ystyn* (porrige, extende) O. 205. D. 2753. *yskyn* (ascende) D. 222, *yskynne* (ascendere) O. 156. R. 2640; *egery*, *egyry*, *ygery* (aperire) O. 382. D. 2999; R. 1325; 317. *ygor*, *ygor* (aperi) D. 1871. 1985.

Arem. *esteuziff* (extinguere), *esuezaff* (abesse), *astenn* (dilatare, propendere), *astennet* (expansus); *ehoazaff* (meridiari); *igueriff* (aperire) Cath.

GUO (*go-*, *gu-*, *wo-*, *gou-*, pp. 130. 131. 133. 124, sub) in cambricis compositis vetustioribus: *guobri*, *guobriach* (gl. gravis, gl. sapientior), *guodeimisauch* (sustulistis), *gubennid* (cervical), fortasse *guoguith* (gl. victus) gl. Ox. E Mab.: *prenn gooer* (arbor subfrigida, umbrosa) 2, 53. *gohen* (vetulus) 2, 13. 24. *dim gohir* (spatium longius) 2, 12. *godlawt* (cf. *amdlawt*, p. 897) 2, 24. *gogled* (septentrio; *cled*, sinister) 1, 235. *gowenu* (subridere) 1, 5. *yggouot y vlwydyn* (= *yngouot*, *yo-bot*, subsistente, manente anno) 1, 241. *gostwng* (succumbere) 1, 239. *gostwng penneu* (submittere capita; hod. *ystwng*, demittere, = *stwng*) 1, 240.

In cornicis: *goȝaff*, *goȝevell* (tolerare), *goȝevy* (tolerabat; cambr. vet. *guodeim.*) P. fq. *govyn*, *a wovynnys*, *a wocynys* (quaerere, interrogavit) P. 124, 4. 67, 1. 69, 1. *golok*, *goloc* (conspectus) O. 1530. D. 964. *war an wolok* (trans faciem) D. 2100. *gober*, *gobyr*, *gobar* (merces, praemium; cf. p. 812.) P. 44, 4. O. 2584. 2587. R. 376. 672. *gosteyth*, *gosteth*, *gostyth* (submissus, subiectus; cf. cambr. *gostwng*) O. 53. 1217. Cr. 894.

In aremor. vetusto adj. *wobri* (gravis, sapiens), frequentiore in nominibus virorum enumeratis supra (p. 98). In recentioribus: *goezreu* (oculorum morbus; cf. *ezreuell*, narrare?), *gollo* (vacuus), *golloet* (vacuatus, exhaustus; cf. hib. vet.

fullugaim, gl. abdo), *gozro* (mulgere), *gouzroncquet* ('balneare', cf. hib. vet. *fothrucud*) Cath. *goulenn*, *goulen* (petere, poscere) Cath. Buh. 20, 16. *golennet* (petitus) 34, 2. *gouzaf*, *gouzaff* (pati; corn. *goȝaff*) fq. *gopr*, *gobr* (merces), *gopra* (conducere) Cath.

GUOR (*gor-*, hib. vet. *for-*, super) induens eandem formam quam particula intensiva. Praepositionis significatio in cambricis: *goresgynnu* (superscandere fines, invadere regionem, vastare) Mab. 1, 252. *goruot* (superare) 1, 25. Aspirationem demonstrant etiam hodierna: *gorchadw* (superinspicere), *gorphen* (finis, hib. *foircenn*), *gorphenhaf* (finis aestatis, nomen mensis Iulii cambricum); sed conferas exempla iam prolata etiam infectionis destituentis (p. 194). In cornicis: *vurcheniat* (incantator; cambr. *gorcheiniad*) Voc. 8ª. *gorfen* (finis) O. 227 etc. *gorhery* (operire; cf. *egery*, aperire) D. 2655. *gorre* (ponere) P. 50, 2. 162, 3. 178, 4. Accedit *growethe* (iacêre, cubare) O. 624. 888, dissimulata forma, quam prodit quodammodo: *ȝe wroweȝe* P. 179, 1. 233, 4. In aremoricis: *gouruez* (cubare, procubare), *gouruezet* (cubitus), *gourffenn* (finis), *gourdrous* (minari), *gourren* (levare, attollere, exaltare), *gourre* (superficies, pinnaculum), *gourcher* (coopertorium; hod. *goulc'her*) Cath. *gorreif*, *gorreomp* (tollam, tollamus; cf. *dizreiff*, referre, redire) Buh. 42, 17. 54, 22.

GURTH (contra, re-) in cambricis compositis: *gurtheb* (respondere; = *atep*, *ateb*) Leg. 2, 11, 24. *gwrtheb* (*awnaeth*, respondit; sequitur mox *atteb*) Mab. 2, 241. *gvrthtvng* (in eodem loco *gurthuc*, *gurhtug*, pro *gurthtug*, iusiurandum oppositum; hod. *twng*, iusiurandum) Leg. 2, 6, 2. In cornicis: *gurthuher*, *gorthuer* (vespera) Voc. 8ᵇ. R. 1304. *gorthyp* (responsum) D. 512. 1839, pl. *gorthebow* O. 2155. *a worthebys* (respondit) P. 11, 4. 36, 4. 43, 1. *a worȝebys* 67, 3. 4. *y worȝeby* (respondere ei) 92, 4. *gortos* (expectare, = *gorth-dos?*) fq.

Aremoricum exemplum non invenitur nisi *gourtoet* (expectate) Buh. 22, 1. *gourtos*, *gortos* (expectare) 26, 11. Cath. *gorteomp* (expectemus) MJ. 6ª, respondens corn. *gortos*.

IN rara in compositis: cambr. *emennyd* (cerebrum; hod. *ymenydd*) Mab. 1, 13. Accedit hodiernum subst. *ynfer* (inlatio, i. e. influxus, ostium; = gael. *inbhir*, in nomine *Inbhirneis*, angl. *Inverness*, oppidi principis Gaelorum ad ostium Nessae) significans idem quod cum aliis praepositionibus composita *aper* (= *atber*), *kemper* (= *cember*) iam memorata.

Corn. *impinion* (cerebrum) Voc. = *empynyon*, *empynnyon*, *ympynnyon* (p. 290). *enclethyes*, *anclethyes*, *anclethyas*, *unclythyas* (sepultura, sepelire) D. 3103. 3161. R. 439. O. 869. D. 548.

Arem. *enclasq* (discutere, inquirere), *englenaff* (haerere, adhaerere), *engoestlaff* ('vadiare'), *enguehentaff* (coire), *emellaff* (intermittere) Cath.

RAC (prae) in subst. cambr. *ractal* (frontale; *tal*, frons) Mab. 1, 3. 239. *racynys* (insula praeiacens) 2, 240. *rackuys* (praecedentia) Leg. 2, 2, 1. Corn. exemplum unicum videtur: *rag leueris* (antedictus) P. 224, 1. Hod. *rhag-* frequentissima in compositione.

TRA (trans) separatim non extans nisi in adv. cambr. *trachefn* (retro, iterum), *trannoeth* (post noctem) fq. (p. 616), est intensivae significationis in adi. hod. *tragwiw* (admodum dignus, excellens), *trathyn* (admodum tenuis, nitidus).

TRE (per), forma praep. *troi*, *trwy* in comp. cambr. *treorgtim* (gl. perforo) gl. Lxb. In hodiernis compositis *try-*.

Corn. *tremene* (transire, perire) O. 1648. 2695. *trenyge* (transvolare) O. 1142. Arem. *tremen* (transire) Cath. Buh. 90, 19. 92, 4. 5. *tremenydy*, *tremènidy* (viatores) MJ. 200b.

D. Decomposita.

Nominum trium vel quattuor compositorum exempla vix inveniuntur praeter adiectiva illa cumulata (p. 892), ut *catuarch ffroenuolldrwt*, *catueirch ffroenvolldrut* Mab. 2, 65. 40. *yn llidiawcdrut gyflymwychyr greulawnffyryf* 2, 51. Frequentiora et memoria digniora quam eiusmodi sunt, ut hibernica, ita britannica, praesertim cambrica, composita, in quibus ante nomen vel verbum praecedunt duae vel plures particulae.

1. Decomposita cum duabus particulis.

AM, YM. CON-YM (*cyt-ym-*, *ced-ym-*, *cann-ym-*) in nominibus supra allatis *kytymborth*, *kedymdeithas*, *kanhymdeith*. DO-AM, transiens in DAM (= hib. vet. *do-imm-*, *timm-*): *ae damgylchynwys* (circumdedit eam) Mab. 3, 297. *damweineu* (casus, pericula) 2, 45. *damunet* (desiderium) 2, 35. GO-AM: *goamnoeth* (leg. *goamnoeth*, undique nudus) Mab. 2, 42. GUOR-YM: *gorymdeith* (processio, ambulatio) Mab. 1, 21. 27. In lexicis inveniuntur formulae *dam-*, *dym-* (= *dy-am*, *dy-ym-*) significantes idem quod simplices *am-*, *ym-*, contrarium tamen *di-am*, *di-ym-* (e *di-*, de). Praeterea *ad-ym-*, *gwrth-ym-*: *adymlid* (iterum persequi), *adymweled* (revisitare, iterum videre inter se), *gwrthymladd* (oppugnatio).

Arem. *dam-* (*dem-*), actionem inchoatam significans in hodiernis: *dam-zigor* (semiapertus), *dam-zigeri* (subaperire), *dam-glevet* (subaudire) etc.

AR. COM-AR: *kyfarwyd* (dux, historicus) Mab. 2, 47. 214. 392. *kauarwydyt* (historia) 3, 297. *cyuarwyneb* (oppositus, p. 694). *kyuaruot* (convenire, p. 573 sq.). Corn. *kevarwouth* D. 1043. DO-AR, DAR (= hib. vet. *do-air-*, *tair-*): *termisceticion* (gl. sollicitos; hod. *terfysgu*, turbare, sollicitare) Ox. 38ᵃ. *darmerth* (praeparatio alimenti, commeatus) Mab. 3, 299. *darparu* (praeparare) 1, 25. *darpar* (praeparatio) 2, 62. 3, 85. *darestwng* (proicere, devincere) 1, 37. *daruot* (perfici, finiri, p. 573). Corn. *darbar* (praepara) O. 2317. Arem. *darempret* („festinare"), *darempredlff* (frequentare) Cath. Separanda est formula DYR, orta e *do-er-*, *dy-er-*, de qua supra dictum est (p. 895).

AT. DO-AT, DAT (hib. vet. *do-aith-*, *taith-*): *datrithaw* (reformare, remutare, i. e. in formam pristinam restituere) Mab. 2, 235. *datrithwys* (restituit) 3, 161. *datkanu* (recitare, revelare) 1, 35. 2, 19. 391. DI-AT, DIT: *didanuud* (gl. elicio) Ox. 4ᵃ. Sed transit haec in eandem formam in quam praecedens, ut in hodierna lingua, iam in Leg. 2, 1, 31: *dadanhuder* (detegitur, revelatur et in Mab. 1, 238: *datlewygu* (ex animi deliquio restitui); pro *di-at-* cum verb. *lewygu*, linqui animo). Hodierna eiusmodi: *dadblanu* (transplantare, plantam), *dadgarcharu* (e carcere liberare).

Ut *et-* pro *at-* ita pro hac invenitur formula cambrica DET: *detwyd* (= *do-at-w.*, sapiens) Mab. 3, 299.

Cornica exempla utriusque formulae, *das*: *dascor* (dimittere, reddere) D. 1508. P. 204, 2. *dassergky* (resurgeret, resurgere) R. 375. 1028. *dasuewe* (reviviscere) R. 399; *dys*: *dysprenne* (redimere) R. 216. *dyscuthe*, *dysquethas*, *dysquethes* (detegere, manifestare) O. 1146. 1439. 1746.

Aremoricum vetustum adi. *detwid* in nominibus virorum compositis in chart. Rhedon.: *Detwidhael* 1, 19. *Haeldetwid* 1, 14. 2, 17. *Iarndetwid* 1, 41. Recentiora: *dazprenaff*, *dazprenet*, *dazprener* (redimere, redemptus, redemptor), *daczorch* (resurgere), *dazquilyat*, *dazguyliat* (ruminare), *dascompret* (‘cernere’, circuire), *dastum* (aggregare, colligere), *daczon* (echo) Cath. *datcaffout* (relevare) Buh. 78, 26. *dascorchas*, *dascorch* (resuscitavit, resuscita) 12, 25. 128, 20. *descuez* (manifestat, manifestare) 78, 9. 194, 15. *discuezet* (manifestatus) MJ. 195 b. 209 a. 211 b. *distreiff* (reddere) Cath. *dizreiff* (vertor, revertor?) Buh. 102, 20. Hodierna scriptio *das-*, *daz-*.

CON. AM-CO: *amcibret irmaut* (comprehensio pollicis) gl. Ox. 23ᵃ. *amgyffret milwr* (comprehensio militis, quantum comprehendit m.) Mab. 1, 247. *hyt yd amgyffret mor* (quousque mare circumfluit) 2, 204. *ymgyweiraw*, *ymgyweiryaw* (parare se) Mab. fq. *ymkanlyno*, *ymganlynnassant* (consuetudinem habeat, societatem habuerunt, una iverunt) Mab. 1, 274. 275. AR-CO: *argywedu* (vincere) Mab. 1, 265. *arganfot* (animadvertere, pp. 574. 575). DO-COM: *dygyforant* (surgent) Mab. 1, 264. GUOR-CO: *gorchymynnwys* (iussit) Mab. 3, 297. Item corn. *gurhemin*, arem. *gourchemen* supra memorata (p. 896).

DO. GUOR-DO: *gordyfynassei* (consueverat) Mab. 3, 14.

ES. AM-ES: corn. *emscumunys* (excommunicatus) p. 898. DO-ES: cambr. *dys*: *disgrech*, *disgyryein* (clamor, vociferatio; hod. *dysgri*, *dysgrïo*) Mab. 1, 30. 2, 388. Corn. *dysmygy*, *dysmegy*, *desmygy* (enuntiare; cambr. *dysmegu*) D. 1378. 1387. 2542. Magis cum particula privativa, cuius exempla supra (p. 895) attulimus, congruere videntur corn. *dyswul*, arem. *disober* (delere) etc., de quibus cf. verba anomala.

GUO. AM-GUO, AMO (hib. vet. *imm-fo-*, *immo-*): *Amguoloyt* (nom. propr. viri; adi. *loyt*, hod. *llwyd*, fuscus) Chron. cambr. in praef. edit. Leg. *amofyn* (quaerere) Mab. fq. Hodie quoque *ymofyn* (inquirere), *ymogwyddo* (labare; *cwyddo*) etc. DO-GUO, DOUO (hib. vet. *do-fo-*, *tó-*) formula servata in gl. Ox.: *doguomisuram* (mensuro) 3ᵃ. *doguohintiliat* (gl. inceduus; i. e. ambulator) 5ᵇ, ut in Lxb.: *doguorennam* (gl. profundo), *douohinnom* (gl. haustus; cf. hod. *gwehyn*, exhaustio?), *douolouse* (gl. depromis), sed transiens in DI-GUO iam in gl. Ox. in voce *diguolouichetic* (gl. proditus, i. e. ad lucem datus) 41ᵃ, in L. Land. p. 113 in *dyguadef* (*braut*, sufferre, accipere iudicium; = *doguodem*). DYO (= *dy-go-*) sicut in hodierna lingua, iam in Mab.: *diodevueint*, *diodeiueint* (tolerantia; rectius *dyo-*) 1, 271. 272, hod. *dyoddef* (tolerare, sustinere). Aremorice *diou-* in verbo hodie quoque usitato *diougan* (polliceri, promissum, pollicitatio) Cath. *diouganet* (praedictus; cf. adi. *diouguel*, supra p. 894, e *gouguel*, cambr. *gogel*, celatus, et priv. *di-*) Buh. 62, 3.

GUOR. DO-GUOR: *diguormechis* (testatus est) gl. Ox. 22ᵃ, ut supra *diguo-*. YM-OR: *ymordiwedawd* (confecit invicem, ad finem perduxit, devicit) Mab. 2,

23. 24. 239. 243. 244. *ymordiwes* (devictio) 3, 8. Item in lexicis: *amorchudd* (tegmen circum aliquid), *dyoresgynu* (subiugare), *dyorlwydd* (prosperari; *am-gor-*, *dy-gor-*) etc.

2. Decomposita cum pluribus particulis.

Trium particularum compositione coniunctarum exempla cambrica: *ymgyuaruot* (congredi inter se, pugnare) Mab. 1, 265. *ymgedymdeithassu* (p. 898). *gossymdeith* (sustentatio; *guo-es-ym*) 2, 21. *daroganwys*, *darogan* (praedixit, vaticinium; *do-ar-guo-*) 1, 262. 295. Nec rarae sunt eiusmodi iunctiones in hodierna lingua, sive ante duplices, ut *dam-*, *dym-*, *dar-*, *dad-*, antecedunt simplices particulae sive secuntur post eas: *darymrithio* (se praesentare, videri; *dy-ar-ym-*), *ymddadlewych* (reflexio mutua lucis, sui ipsius reflexio luminis; *ym-dy-at-*), *ymddadwreiddio* (eradicari; *ym-di-at-*). Eodem pertinere videtur arem. *dizremen* (remeare; *do-at-tremen*) Cath.

Quattuor particulae, ut in cambr. *diosymdeith* (non sustentatus; *gossymdeith* cum *di-* priv.) Mab. 1, 283, compositione iunguntur hodie quoque: *dadymoddef* (desinere tolerare simul), *dadymofidio* (desinere irasci, agitari aliqua re; *di-at-ym-go-*), *dadymorchuddio* (se revelare, tegmine celante se liberare; *di-at-ym-gor-*).

LIBER SEXTUS.

DE CONSTRUCTIONE.

Quae differentia orationis invenitur apud omnes populos, quicunque monumenta scripta reliquerunt, ut aut ad imaginem cotidiani sermonis sit composita, soluta quam dicunt, sive prosa oratio, aut poëtica vel astricta numeris, eadem differentia fuit celticae orationis, ex quo litteris mandari coepta est, ut vetustis illis temporibus, cum gallicae gentis adulescentes disciplinae Druidum traditi, ut ait Caesar, magnum numerum versuum ediscebant, quos fas esse non existimabant litteris mandare. Utriusque orationis proprietas et forma, tam prosae orationis quam poëticae constructio apud celticos populos, duobus huius libri capitibus exponetur.

CAPUT PRIUS.

De constructione prosae orationis.

In constructione prosae orationis vel ordinatione vocum sive partium orationis per sententias simplices, duplices, multiplices facta secundum communem sermonis consuetudinem, soluta numeris et modis orationis poëticae, celticarum prae ceteris omnibus linguarum percipitur proprietas illa, qua certis sententiae locis poni solent principales partes orationis. Accedunt proprietates ipsarum partium orationis principalium, nominis vel pronominis et verbi, tam leges constructionis, aut congruentiae aut rectionis, quam proprietas consuetudinis. Quae de particularum, adverbiorum vel praepositionum et coniunctionum, ac numeralium constructione minus singularia hoc demum loco exponi solent, supra in capitibus de illis orationis partibus tradita sunt, ut esset in isdem locis et formarum et exemplorum conspectus. Quae vero in libris grammaticis hodiernae linguae in parte de syntaxi proferuntur de infectione consonarum principalium, eclipsi, articuli formis etc., ea pertinent ad doctrinam de sonis vel

formis. Hoc ergo loco tractanda et exemplis e codicibus comprobanda non sunt nisi haec: 1. ordo constructionis, 2. nominis et pronominis constructio, 3. verbi constructio.

I. Constructio prosae hibernica.

1. Ordo constructionis.

Sententia asseritur aliquid de persona vel re aliqua; quod asseritur, praedicatum, id de quo asseritur, subiectum dicere consuevimus. Primi igitur momenti sunt in sententia eae voces quae asserunt vel praedicant; tacet qui asserere nescit. Sententia hibernice constructa voces praedicantes primo loco ponit.

a. Vox praeter ceteras praedicans est verbum. Quare primum locum in sententia hibernica obtinet verbum: *demnigid apollonius* (affirmat Apoll.) Sg. 158ᵇ. *berid cách brith forarele* (fert quivis iudicium de altero) Wb. 29ᵇ. *dobérat huili acoibsena isindlaosin* (gl. omnis lingua confitebitur deo), *taiccéra cách daráchen fessin* (gl. unus quisque nostrum pro se rationem reddet deo) 6ᵃ. *beoigidir inspirut incorp* (spiritus vivificat corpus) 13ᵈ. *taibred cách airmitin dialailiu* (quivis honorem alteri dato) 5ᵈ. Item frequentissime in narratione: *dulluid pátricc o themuir hi crích laigen... áliss pátricc dubthach... frisgart dubthach... asbert dubthach fri pátricc ... dubbert grád .n. epscoip foir ... 7 dubbert pátricc cumtach du fiacc* (Patricius Temora versus est in fines Lageniorum... rogavit P. Dubthachum... D. respondit... D. dixit ad P... contulit gradum episcopi in eum... et capsam dedit P. Fiacco) Tir. 11. *asbert side ... 7 dogni athirgi 7 luid ingrian foraculu* (dixit hic, ... et facit paenitentiam, et cessit sol retro; cf. p. 305) Ml. 16ᶜ.

Nec aliter in sententia negativa, vel interrogativa, nisi quod praecedunt particulae vel pronomen interrogativum: *nidénat firtu úili* (non omnes operantur virtutes), *nilabratar uili ó ilbélrib* (non omnes locuntur variis linguis) Wb. 12ᵃ. *ní derscigem nech dialailiu* (non differimus unus ab altero) 2ᵃ. *ní coméicnigedar na dliged insin* (gl. nulla ratione cogente; i. e. nulla lex cogit hoc) Sg. 61ᵃ. *incoscramni* (num nos destruimus?) Wb. 2ᵇ. *cia connesfea tuicsiu dé* (quis condemnabit electos dei?) Wb. 4ᵇ.

De flexionis diversitate in his animadvertenda, qua post negationem vel particulam interrogantem eadem verbi forma subiuncta adhibetur quae in verbis compositis, supra (p. 425) expositum est.

b. Etiam verbum substantivum, quod cum nomine praedicato coniunctum significationem habet verbi praedicantis, in sententia affirmativa hibernica sicut omnia verba praecedit (etsi idem in britannicis dialectis nomini praedicato primum locum concedit); post verbum sequitur nomen praedicatum vel quod substitutum est praedicati loco: *issiniu infer* (gl. Adam primus formatus est; i. e. vir senior est, muliere) Wb. 28ᵇ. *isbeicc limsa abrig* (gl. mihi pro minimo est) 8ᵈ. *iseola side* (ipse est sapiens, deus) 1ᵃ. *isdered inbetho inso* (est finis mundi hic) 10ᵇ. *isúaib fesin achenél* (gl. Epaphras est ex vobis) 27ᵈ. *itdássactig in-*

dóini hisiu (insani sunt hi homines) 12ᵈ. *itmaithi aarilti frib* (bona sunt eius merita de vobis) 16ᶜ. *itmóra na bretha* (sunt gravia iudicia) 17ᵇ. *bit goacha uili* (omnia, prodigia, erunt falsa) 26ᵃ.

In sententia negativa vel interrogativa idem ordo est post particulam praecedentem, si forma substantivi extat, ut *tá*, *ba*, *fil*, etiamsi solam consonam radicalem servavit inclinatam: *nitat foirbthi forngnimai hicr.* (non sunt perfecta facta vestra in Chr.) Wb. 8ᶜ. *nitat œcni huili* (non omnes sunt sapientes) 8ᵃ. *nitat apstil huili luct inna œcolsa* (non sunt apostoli omnes homines ecclesiae), *nitat forcitlidi uili* (non omnes sunt praeceptores), *nitat sóir huili oc tintuúth abélru innalaill* (non omnes sunt periti convertendi ex una lingua in aliam) 12ᵇ. *nifil fial* (non est velamen) 15ᵃ. *nibat chutrummi huili* (non omnes erunt aequales) 9ᵈ. *nipsa tróm fornech* (gl. nulli onerosus fui) 17ᶜ. *nipsa iudide ó béssaib* (non Iudaeus fui moribus) 10ᵈ.

Contra quod nomen praedicatum proprie dicitur, adiectivum vel substantivum, hoc, cum abest verbum substantivum, ut in interrogatione vel negatione, primum post vocabulum interrogandi vel negandi obtinet locum: *inmaith andubso* (num hoc atramentum bonum est?) Ml. 13ᵈ. *insí ameit friscomartatar* (num tantum offenderunt? ad verbum: num haec est eius meguitudo quod offenderunt?) Wb. 5ᵇ. *ní coimtig duine cen chomrorcain* (non frequens homo sine errore) Sg. 90ᵃ. *ni cóir infotha utmall* (congruum non est fundamentum mobile) 4ᵇ. *nisir atrab act is cuit fresligi* (gl. voluntas benefaciendi adiacet mihi, Rom. 7, 18; i. e. non longa habitatio, sed est pars adiacendi) Wb. 3ᵈ. *niuccu act isfáitsine* (non optio, sed est vaticinium) 30ᵈ. *ni fíu aserc ade* (gl. temporalia sunt; i. e. non est iustus amor horum) Wb. 15ᶜ. *ní corp intóin báll* (gl. corpus non est unum membrum) Wb. 12ᵃ. Item, si compositum est adiectivum cum substantivo: *ní gnáth choms. in ainmnidib* (non consueta est compositio in nominativis) Sg. 201ᵃ.

c. Ut in sententia simplici absoluta, ita et in subiuncta et in sententiae duplicis vel multiplicis partibus singulis idem est ordo verbi et nominis praedicati, quibus non praecedunt nisi coniunctiones vel aliae particulae in parte negativa, condicionali, relativa etc. Exempla: *combi diass mór indóengránne* (ut calamus magnus fiat unum illud granulum) Wb. 13ᶜ. *nonanich dia dicachimniud. nonanich dia calléic* (gl. ecce vivimus ut temptati et non mortificati) 16ᵃ. *dogéntar aidchumtach tempuil less et predchibid smactu rechto fetarlicce* (fiet reaedificatio templi per eum, et praedicabit ritus legis vetustatis, Antichristus) 26ᵃ. *o rofaillsig tra aingel na coemtechta do anmain adamnain na fisisea... ruc lais iarsin* (postquam angelus tutelaris monstravit animae Adamnani visiones has, .. perrexit cum eo postea) Vis. Adamn. ap. O'Don. p. 440. *ciatbela indalanái ni epil alaill* (quamvis intereat unum, non interit alterum) Sg. 30ᵃ. *nitairmthecht rechto mani airgara recht* (non est transgressio legis, si non vetat lex) Wb. 2ᶜ. *bid maith momenmese act rocloor forcáinscéilsi* (gl. ego bono animo sum cognitis his, bonis nuntiis de vobis) 23ᵈ. *isolc indindeiricc ismaid indílgud* (mala est vindicta, bona remissio) 25ᶜ. *itcorp inboillsin cit ili* (corpus sunt haec membra, quamvis sint multa) 12ᵃ. *rofitemmarni bes sonirt forniressi isnaib fochidib* (scimus fore firmam constantiam vestram in tribulationibus) 14ᵇ. *isfollus nandat foirbthi uili* (manifestum est, non omnes esse perfectos) 26ᵇ. *issi aciallsom ata comsuidigthi* (haec est illius opinio, ea esse composita), *isfollus isnaib do-*

briath. so ata coms. (gl. ostendunt adverbia abhinc, adhuc etc.; i. e. apparet in his adverbiis, ea esse composita) Sg. 201ᵇ. *arnamtomnad námminduine s. de.* (ne me existimet non esse hominem, sed deum) Wb. 17ᵈ. *ciasu airegdu infer arachuitsidi nirubi nechtar de cenalail* (gl. veruntamen neque vir sine muliere etc., 1. Cor. 11, 11; i. e. quamvis praestantior sit vir ratione huius, divini, non erit alter eorum sine altero) 11ᶜ. *mad slaán inball iarnagalar isdidnad donaib ballaib ailib* (si sanum est membrum post morbum suum, refectio est ceteris membris) 12ᵃ. *rosuidigestar dia óin chorp diilballaib conderna cech ball anastoisc dialailiu* (posuit deus unum corpus e multis membris, ut faciat quodvis membrum, quod necessarium est alteri) 12ᵃ. *am. dotéit side dogabáil báiguil intan nádnacastar et nádforchluinter isamlid dorriga dia dobráth intain nádtomnibther athichtu* (gl. dies domini sicut fur in nocte ita veniet) 25ᵇ. *ma eterroscra friafer ni téit cofer naile act bed ingenas. mad cotecht di cofer badhé afer incétne* (gl. praecipio: quod si discesserit mulier, manere innuptam aut viro suo reconciliari, 1. Cor. 7, 11; i. e. si secesserit a viro suo, ne eat ad alium virum, sed sit in caelibatu; si erit aditus ei ad virum, esto hic vir eius prior; ubi prima pars inciperet: *ma eterroscra inben friafer* etc., si appositum esset subiectum) 9ᵈ. *gaibit inna pronoa. aittrebthacha engraic anmæ dilis indaitrebthado arintan asthbiursa meus engraicigidir insin mo ainm dîles 7 nomrélu et nometargnigedar. conaich áicen mo no. dîles do eipert* (pronomina possessiva tenent locum nominis proprii possessoris, nam si dico meus, hoc loco est nominis mei proprii et me manifestat et notificat, ut nomen meum proprium non sit necesse dicere) Sg. 200ᵃ.

d. Si in sententia simplici vox vel pars quaedam cum emphasi proferenda est, constructio hibernica hanc partem, quae praemittitur in aliis linguis, cum verbo substantivo praemittere solet, ut oriatur nova sententia: *isdothabirt diglae berid inclaidebsin* (gl. non sine causa gladium portat, potestas; i. e. ad dandam vindictam portat gladium hunc, ad verbum: est ad dandam vindictam, portat gladium hunc) Wb. 6ᵃ. *isdia rodordigestar* (gl. a deo ordinatae sunt, potestates; i. e. est deus qui eas ordinavit) 6ᵃ, cuius sententiae simplex ordo esset sine emphasi: *rodordigestar dia* (eas ordinavit deus).

Frequens est eiusmodi solutio sententiae tam absolutae quam subiunctae ad praeferendam vocem aliquam vel partem sententiae. Ut cum verbo praedicante in posteriore parte: *ismesse rophroidech doib* (ego praedicavi eis) Wb. 10ᶜ. *ishé rofitir aurlatu et hiriss cáich* (ipse, deus, scit oboedientiam et fidem cuiusvis) 7ᶜ. *itboill inmefolnget corp* (gl. corpus non est unum membrum, sed multa; i. e. membra efficiunt corpus) 12ᵃ. *ithé rogabsat airegas* (gl. primum apostolos posuit deus) 12ᵇ. *hore isdúib predchim* (gl. vobis enim dico gentibus, Rom. 11, 13) 5ᵇ. *hore iscoburpi asbéram nuaill diarñgnimaib* (quia usque ad stultitiam dicemus aliud quid de factis nostris) 17ᶜ. *dobersom ainm bendachtan dondalmsin hore is labendachtin doindnagar* (dat nomen benedictionis eleemosynae quia cum benedictione tribuitur) 16ᵈ. *am. bid fiadib nocrochthe* (acsi coram vobis crucifigeretur, descripta est passio Christi; ad verbum: acsi esset coram vobis, quod crucifigeretur) 19ᵇ. *bid dúib doecmoised* (asci vobis accidisset) 5ᵈ. Cum verbo substantivo tam in parte posteriore quam in praemissa: *hires foirbthe 7 gnímai sainemlae .i. ishires astoisech ishisuidib* (gl. alterum altero suppletur; i. e. fides perfecta et facta praeclara, id est, fides est praeminens in his) Ml. 14ᵃ.

isduchrist asimmaircide insalmso (ad Christum pertinens est hic psalmus) 16ᵃ. *ised trede insin astoisechem do duiniu .i. bairgen rl.* (gl. haec tria primum obtinent locum) Ml. 20ᵈ. *ismé asapstal geinte* (gl. ego sum gentium apostolus) Wb. 5ᵇ. *fil ní de asfír* (gl. ex parte credo; i. e. aliquid ex eo verum est) 11ᵈ. *bith ituil dée biet huili* (in voluntate dei erunt omnes) 9ᵈ. *bid dibarnágsi ronbiani indocbál* (a vestro timore erit nobis gloria) 25ᵃ. *biit sualchi and itfoilsi* (gl. facta bona manifesta sunt, non alia; i. e. sunt bene facta, quae sunt manifesta) 29ᵃ. *diambed dim neu. farcétnu diull ropad farnóendeilb nobbiad aainmnid huath. 7 hil.* (si esset ergo neutrum secundum primam declinationem, secundum unum paradigma esset eius nom. sing. et plur). Sg. 90ᵇ. *robo duibsi cinirbo etruib robammarni* (gl. fiduciam habuimus ad vos loqui evangelium; i. e. fuit ad vos, etiamsi nos non fuimus inter vos) Wb. 24ᵉ. *combad air nobeth cum indiad* (ut ideo sit *cum* in fine) Sg. 203ᵃ. *combad sechmadachtae nobeth and* (ut esset ibi praeteritum) Ml. 27ᵇ. *insi ameit friscomartatar condositis huili. combad tothim cenéirge nobed and. nitha diaméit* (num tantum offenderunt ut caderent omnes, ut esset ibi casus sine surrectione? non est tantum) Wb. 5ᵇ. *combadhé dcrichdatusin nobed and* (gl. quidam nomen verbi hoc esse dicebant, verbum infinitum, Pr. 8, 8, 43) Sg. 148ᵇ. *combed hed nobed and* (ita ut hoc sit) Wb. 3ᵇ. *arihbad hi prono. tm. nobed foilsigud* (ut in pronomine tantum sit demonstratio) Sg. 211ᵃ. *nabad dorėir far colno beithe* (gl. carnis curam ne feceritis in desideriis) Wb. 6ᵇ. *am. bid emelides nobed and* (gl. Aemilianus Aemilii filius; i. e. acsi Aemilides esset) Sg. 33ᵃ. *ni arindi bed leth ngotho nobed indibsem* (gl. semivocales; i. e. non quod dimidium vocis esset in eis) Sg. 5ᵃ. *ní arindi bed hisui l. innachamthuislib nobed ingním l. incésad* (non quod in sui vel in eius casibus obliquis esset actio aut passio) Sg. 209ᵃ. *nibad samlaid mad ónchetnidiu nobed* (non esset ita, si a primitivo esset) Sg. 207ᵇ. *acht rop réforciunn robbé da* (si ante finem fuerit da, in dare, datus) Sg. 169ᵃ. *ithé ata mundus túas* (gl. divitiae mundi, divitiae gentium; i. e. sunt hae, gentes, τὸ mundus supra, quod est mundus supra) Wb. 5ᵇ. *itsib ata chomarpi* (vos estis coheredes) 19ᶜ. *isósib atá* (gl. iustitia dei in omnes et super omnes; i. e. super eos est) 2ᵇ

Fit eadem constructio post negationem atque interrogationem, sive abest verbum substantivum: *taccu nimé asbéo* (gl. vivo autem iam non ego, Gal. 2, 20) Wb. 19ᵃ. *ni uáinn fesine ataam fortectiri* (non a nobis ipsis sumus vestri legati) 15ᵃ. *ni sochude diib ataat and* (gl. non multi nobiles) 8ᵃ. *ce hé roscríb* (quis scripsit?) Sg. 197ᵃ, in quibus esset affirmative *ismé, isuáinn, issochude, ishé*; sive additur: *nitat huili itmaicc tairngiri* (non omnes sunt filii promissionis; constructione simplici *nitat maicc tairngiri uili*) Wb. 4ᵉ. *nitat huili robtar tuicsi... nitat huili robtar uilcc* (non omnes fuerunt electi, non omnes fuerunt mali) 11ᵃ. *ní pathé indíi beta thuicsi* (non hi erunt electi) 4ᶜ. *nífil ainmnid nobed acht inti theste inoen inna litersa* (gl. et hae quidem generales sunt nominativi terminationes, Pr. 7, 1, 2; i. e. non est nominativus nisi qui exeat in unam harum litterarum) Sg. 114ᵇ.

Sententiae duplicis dupliciter solutae, binarum ergo partium in quaternas solutarum exempla sunt: *nífil folad naill foraserntε in sosc. issin act cr. arishéside rofiugrad irrecht et adfiadar isoscelu* (non est alia substantia, de qua celebretur evangelium hoc nisi Christus, nam ille figuratus est in lege et enun-

tiatur in evangelio) Wb. 18ᵃ. *nitú nodnai:: acht ishé notail* (gl. non tu radicem portas, sed radix te, Rom. 11, 18) 5ᵇ. *ciasu icolinn am béosa isiress cr. nombeoigedar* (si in carne sum vivus, fides Christi me vivificat; ad verbum: si est in carne, quod sum vivus, est fides Christi, quae me vivificat; ubi *su* in prima parte est loco verbi substantivi) 19ᵃ. Item, si posterior pars sententiae secundum priorem compleatur: *isdo iscoir indocbáal arishúad cach necne* (gl. soli sapienti deo gloria, Rom. 16, 27; i. e. ei est iusta gloria, nam ex eo est omnis sapientia) Wb. 7ᶜ, existat: *arishúad ascach necne.*

e. Est autem alia quoque emphaseos ratio, ut substantivi nominativum tanquam absolutum praemissum sequatur aut simplex sententia cum pronomine infixo: *farsúli dosmbérthe dom* (oculi vestri, daretis eos mihi, i. e. oculos vestros daretis mihi) Wb. 19ᵈ. *nahuli dorigniussa fiadibsi dosngniithsi* (quaecunque ego feci coram vobis, facite vos) 24ᵇ; aut illa ipsa, quam supra diximus, constructio emphatica, ut fiat solutio sententiae simplicis in tres partes: *inspirut noib isheside aseola* (spiritus sanctus sapiens est; constructione simplici *iseola inspirut nóib*) Wb. 4ᵇ. *torad aláam ished dodtoisged* (gl. operantes manibus nostris; i. e. fructus manuum eius eum alebat, Paulum) 9ᶜ. *nach gnim umal badhé dongneith* (gl. non alta sapientes, sed humilibus consentientes, Rom. 12, 16), *ná maith robé badhed dogneid* (gl. providentes bona) 5ᵈ. *inrect rósórichset istriit atbélat* (per legem, quam violaverunt, peribunt) 1ᵈ. *na cumactte isdia rodordigestar* (gl. quae sunt, potestates, a deo ordinatae sunt) 6ᵃ. *inchaingnímai aili isiarcéin rofinnatar* (gl. quae aliter se habent abscondi non possunt, 1. Tim. 5, 25; i. e. cetera benefacta multo post sciuntur) 29ᵃ. *inna teoir rannasa isóin rann fardiñgrat* (gl. proprium est nominis substantiam et qualitatem significare, hoc habet etiam appellatio et vocabulum, ergo haec tria una pars est orationis, Pr. 2, 4, 18; ad verbum: hae tres partes, est una pars quam significant) Sg. 26ᵇ. Item immixta parte relativa: *lann segar and issi ede dulchinne inmilti* (gl. unus accipit braveum; i. e. palma quae accipitur ibi est remuneratio militiae; ubi perfectius esset *issi ede asdulchinne,* simpliciter constructum *isdulchinne inmilti lann segar and*) Wb. 11ᵃ. *innahi tiagta hí ster isóanmanaib dogrés biit sidi* (quae desinunt in *ster*, e nominibus semper sunt haec) Sg. 54ᵇ. *indaiocend bias forsindainmnid isé bias forsnaib camthuis.* (gl. obliqui casus generalem accentuum regulam servant, Pr. 13, 3, 14; ad verbum: accentus qui erit in nominativo, is est qui erit in casibus obliquis; leg. *intaiocend* ob pron. masc. sequens *é*) 207ᵃ.

Hae sunt leges ordinis, quem praecipuae partes sententiae hibernicae sequi solent. Nec tamen mirum, si interdum legitur exemplum minus accurate eas sequens, ut: *buith cen æcne fofera anfírinni* (esse sine cognitione profert iniustitiam) Wb. 2ᵃ. *fáilte cáich bad fáilte dúibsi. brón cáich bad brón dúibsi* (gaudium cuiusvis sit gaudium vobis, cura cuiusvis sit cura vobis) 5ᵈ, quae essent secundum regulam: *buith cen æcne ised fofera anfírinni. bad fáilte dúibsi fáilte cáich* etc.

f. In principio sententiae poni verbum, deinde praedicatum, ex iis quae supra disputata sunt satis patet. Post illa plerumque sequitur subiectum cum vocibus, si quae pendent ex ipso, post quod sequi solent, quae pendent ex verbo, et voces subiunctis denuo subiunctae, ut in Wb.: *isuisse lóg asaithir dochách* (gl. dignus est operarius mercede sua; i. e. est iusta merces laboris

sui cuique) 29ᵃ. *dorigeni dia corp ṅduini ó ilballaib* (fecit deus corpus hominis e multis membris) 12ᵃ. *arnaroib naċicmailt inellug inna ecailse* (ne quid inquietum sit in communione ecclesiae) 22ᶜ, et in exemplo supra allato e Sg.: *gaibit inna pronoa. aittrebthacha engraic anmæ dilis indaitrebthado.* Neque tamen tam constans est ordo harum partium posteriorum. Ut subiectum, quod antecedit ante obiectum verbi in exemplis modo prolatis, idem sequitur in his: *sluindith folad indepert* (significat substantiam vox) Sg. 25ᵇ. *ni dénat firtu uili. ni tectat rath dénma ferte uili* (non omnes faciunt virtutes, non omnes habent gratiam faciendi virtutes) Wb. 12ᵇ.

g. Extra ordinem sermonis communis procedere posse sermonem poëticum, ut in omnibus linguis, ita in hibernica, vix est quod memoretur. Ut vel genetivi antecedentis exempla, quamvis rara, inveniuntur in carminibus: *dorodba innunn arcolla cisu* (destruat in nobis nostrae carnis census; secundum glossatorem *cisa ḃrcolla .i. peccata*) Ult. h. 5. *nicair indomuin cathim* (non amavit mundi esum, i. e. comedere mundum) Br. h. 8.

2. Nomen et pronomen constructum.

a. Articulus hibernicus cum substantivo eodem modo construitur, quo in ceteris linguis, quae eo utuntur, ut in graeca. E. c: *fobéesad fir tête dochath argaibid side céil forbáas intan tête donchath* (gl. tanquam morti destinatus; i. e. more viri euntis ad pugnam, nam capit ille opinionem de morte, cum it ad pugnam) Wb. 9ᵃ. Propria, quibus differt hibernica, animadvertuntur haec.

Si e substantivo pendet substantivi genetivus articulo finiti vel nominis proprii, articulum pariter atque in lingua hodierna abesse solere ante prius, e pluribus exemplis patet, allatis in capite de articulo. Quamquam inveniuntur pauca, in quibus articulus adiungitur utrique substantivo. Neque vero pertinet haec lex ad ea, quae sequitur substantivum appellativum carens articulo, ut *ácenele ṅdoine* (genus humanum, germ. das menschengeschlecht) Wb. 5ᶜ. *do hicc in chenéli dóine* (ad salutem generis humani) 7ᶜ; vel cum pronomine demonstrativo (de quo vid. infra): *acenelæ fothairethesin* (hoc genus baluearum) Sg. 217ᵃ. *forsacenélæ metirsin* (de hoc genere metri, germ. über diese versart) 8ᵃ. *alaa ṫhbrithemnactesin* (haec dies iudicii) Wb. 6ᵇ.

Ante nomina propria articulus fere abest: *romuil doforsat incathraig ó eneas rocinnset indromain* (Romulus condidit civitatem, ab Aenea orti sunt Romani) Sg. 31ᵇ. *arindí atreba bésu aristotil* (gl. Aristotelicus), *atreba besu socráit* (gl. Socraticus) 33ᵃ. *ishé apoill insin* (gl. Latonae filius), *ishé romuil* (gl. Iliae filius) 31ᵃ. *istiamthe immeruidbed et ni roimdibed tit* (Timotheus circumcisus erat et non circumcisus Titus) Wb. 18ᵈ. *sliab ṅossa* (mons Ossa) Sg. 63ᵃ. Quamquam interdum invenitur isdem praemissus: *inscip emelendae* (gl Aemilianus Scipio), *incæsar octauienda* (gl. Octavianus Caesar) Sg. 31ᵃ. *indróm fil hi constan.* (gl. urbs Roma constantinopolitana), *airechas inna rómæ* (principatus Romae) 174ᵃ.

Gentilia quoque et patronymica modo cum articulo posita inveniuntur, modo sine eo: *arrucestaigser frissinnebride* (gl. cum Ebraeo disputans) Ml. 2ᵈ. *indromain* (Romani) Sg. 31ᵇ. *intsabindai* (Sabini) 28ᵃ. *innarcelldai* (gl. Marcelli), *inchornaldai* (gl. Cornelii) 30ᵇ. *indæneedai* (gl. Aeneadae), *romoldai* (gl. Romulidae) 31ᵇ. *arindí atrebat romáin und. atrebat lait. und* (habitant Romani, La-

tiatur in evangelio) Wb. 18ᵃ. *nitú nodnai:: acht ishé notaíl* (gl. non tu radicem portas, sed radix te, Rom. 11, 18) 5ᵇ. *ciasu icolinn am béosa isiress cr. nombeoigedar* (si in carne sum vivus, fides Christi me vivificat; ad verbum: si est in carne, quod sum vivus, est fides Christi, quae me vivificat; ubi *su* in prima parte est loco verbi substantivi) 19ᵃ. Item, si posterior pars sententiae secundum priorem compleatur: *isdo iscoir indocbáal arishúad cach necne* (gl. soli sapienti deo gloria, Rom. 16, 27; i. e. ei est iusta gloria, nam ex eo est omnis sapientia) Wb. 7ᵃ, existat: *arishúad ascach necne.*

e. Est autem alia quoque emphaseos ratio, ut substantivi nominativum tanquam absolutum praemissum sequatur aut simplex sententia cum pronomine infixo: *farsúli dosmbérthe dom* (oculi vestri, daretis eos mihi, i. e. oculos vestros daretis mihi) Wb. 19ᵈ. *nahuli dorigniussa fiadibsi dosñgniithsi* (quaecunque ego feci coram vobis, facite vos) 24ᵇ; aut illa ipsa, quam supra diximus, constructio emphatica, ut fiat solutio sententiae simplicis in tres partes: *inspirut noib isheside aseola* (spiritus sanctus sapiens est; constructione simplici *iseola inspirut nóib*) Wb. 4ᵇ. *torad aláam ished dodtoisged* (gl. operantes manibus nostris; i. e. fructus manuum eius eum alebat, Paulum) 9ᵃ. *nach gním umal badhé dongneith* (gl. non alta sapientes, sed humilibus consentientes, Rom. 12, 16), *ná maith robé badhed dogneid* (gl. providentes bona) 5ᵈ. *inrect rósórichset istriit atbélat* (per legem, quam violaverunt, peribunt) 1ᵈ. *na cumactte isdia rodordigestar* (gl. quae sunt, potestates, a deo ordinatae sunt) 6ᵃ. *inchaingnímai aili isiarcéin rofinnatar* (gl. quae aliter se habent abscondi non possunt, 1. Tim. 5, 25; i. e. cetera benefacta multo post sciuntur) 29ᵃ. *inna teoir rannasa isóin rann fardiñgrat* (gl. proprium est nominis substantiam et qualitatem significare, hoc habet etiam appellatio et vocabulum, ergo haec tria una pars est orationis, Pr. 2, 4, 18; ad verbum: hae tres partes, est una pars quam significant) Sg. 26ᵇ. Item immixta parte relativa: *lann segar and issi ede dulchinne inmílti* (gl. unus accipit braveum; i. e. palma quae accipitur ibi est remuneratio militiae; ubi perfectius esset *issi ede asdulchinne*, simpliciter constructum *isdulchinne inmílti lann segar and*) Wb. 11ᵃ. *innahi tiagta hí ster isóanmanaib dogrés biit sidi* (quae desinunt in *ster*, e nominibus semper sunt haec) Sg. 54ᵇ. *indaiccend bias forsindainmnid isé bias forsnaib camthuis.* (gl. obliqui casus generalem accentuum regulam servant, Pr. 13, 3, 14; ad verbum: accentus qui erit in nominativo, is est qui erit in casibus obliquis; leg. *intaiocend* ob pron. masc. sequens *é*) 207ᵃ.

Hae sunt leges ordinis, quem praecipuae partes sententiae hibernicae sequi solent. Nec tamen mirum, si interdum legitur exemplum minus accurate eas sequens, ut: *buith cen æccne fofera anfírinni* (esse sine cognitione profert iniustitiam) Wb. 2ᵃ. *fáilte cáich bad fáilte dúibsi. brón cáich bad brón dúibsi* (gaudium cuiusvis sit gaudium vobis, cura cuiusvis sit cura vobis) 5ᵈ, quae essent secundum regulam: *buith cen æcne ised fofera anfírinni. bad fáilte dúibsi fáilte cáich* etc.

f. In principio sententiae poni verbum, deinde praedicatum, ex iis quae supra disputata sunt satis patet. Post illa plerumque sequitur subiectum cum vocibus, si quae pendent ex ipso, post quod sequi solent, quae pendent ex verbo, et voces subiunctis denuo subiunctae, ut in Wb.: *isuisse lóg asaithir dochách* (gl. dignus est operarius mercede sua; i. e. est iusta merces laboris

sui cuique) 29ᵃ. *dorigeni dia corp nduini ó ilballaib* (fecit deus corpus hominis e multis membris) 12ᵃ. *arnaroib naéicmailt inellug inna æcaillse* (ne quid inquietum sit in communione ecclesiae) 22ᶜ, et in exemplo supra allato e Sg.: *gaibit inna pronoa. aittrebthacha engraic anmæ dilis indaitrebthado.* Neque tamen tam constans est ordo harum partium posteriorum. Ut subiectum, quod antecedit ante obiectum verbi in exemplis modo prolatis, idem sequitur in his: *sluindith folad indepert* (significat substantiam vox) Sg. 25ᵇ. *ni dénat firtu uili. ni tectat rath dénma ferte uili* (non omnes faciunt virtutes, non omnes habent gratiam faciendi virtutes) Wb. 12ᵇ.

g. Extra ordinem sermonis communis procedere posse sermonem poëticum, ut in omnibus linguis, ita in hibernica, vix est quod memoretur. Ut vel genetivi antecedentis exempla, quamvis rara, inveniuntur in carminibus: *dorodba innunn arcolla cisu* (destruat in nobis nostrae carnis census; secundum glossatorem *cisa arcolla .i. peccata*) Ult. h. 5. *nicair indomuin cathim* (non amavit mundi esum, i. e. comedere mundum) Br. h. 8.

2. Nomen et pronomen constructum.

a. Articulus hibernicus cum substantivo eodem modo construitur, quo in ceteris linguis, quae eo utuntur, ut in graeca. E. c: *fobéesad fir téte dochath argaibid side céil forbdas intan téte donchath* (gl. tanquam morti destinatus; i. e. more viri euntis ad pugnam, nam capit ille opinionem de morte, cum it ad pugnam) Wb. 9ᵃ. Propria, quibus differt hibernica, animadvertuntur haec.

Si e substantivo pendet substantivi genetivus articulo finiti vel nominis proprii, articulum pariter atque in lingua hodierna abesse solere ante prius, e pluribus exemplis patet, allatis in capite de articulo. Quamquam inveniuntur pauca, in quibus articulus adiungitur utrique substantivo. Neque vero pertinet haec lex ad ea, quae sequitur substantivum appellativum carens articulo, ut *ácenele ndoine* (genus humanum, germ. das menschengeschlecht) Wb. 5ᶜ. *do hicc in chenéli dóine* (ad salutem generis humani) 7ᶜ; vel cum pronomine demonstrativo (de quo vid. infra): *acenelæ fothairchesin* (hoc genus baluearum) Sg. 217ᵃ. *forsacenélæ metirsin* (de hoc genere metri, germ. über diese versart) 8ᵃ. *alaa nbrithemnactesin* (haec dies iudicii) Wb. 6ᵇ.

Ante nomina propria articulus fere abest: *romuil doforsat incathraig ó eneas rocinnset indromain* (Romulus condidit civitatem, ab Aenea orti sunt Romani) Sg. 31ᵇ. *arindí atreba bésu aristotil* (gl. Aristotelicus), *atreba besu socráit* (gl. Socraticus) 33ᵃ. *ishé apoill insin* (gl. Latonae filius), *ishé romuil* (gl. Iliae filius) 31ᵃ. *istiamthe immeruidbed et ni roimdibed tit* (Timotheus circumcisus erat et non circumcisus Titus) Wb. 18ᵈ. *sliab nossa* (mons Ossa) Sg. 63ᵃ. Quamquam interdum invenitur isdem praemissus: *inscip emelendae* (gl Aemilianus Scipio), *incæsar octauienda* (gl. Octavianus Caesar) Sg. 31ᵃ. *indróm fil hi constan.* (gl. urbs Roma constantinopolitana), *airechas inna rómæ* (principatus Romae) 174ᵃ.

Gentilia quoque et patronymica modo cum articulo posita inveniuntur, modo sine eo: *arrucestaigser frissinnebride* (gl. cum Ebraeo disputans) Ml. 2ᵈ. *indromain* (Romani) Sg. 31ᵇ. *intsabindai* (Sabini) 28ᵃ. *inmarcelldai* (gl. Marcelli), *inchornaldai* (gl. Cornelii) 30ᵇ. *indæneedai* (gl. Aeneadae), *romoldai* (gl. Romulidae) 31ᵇ. *arindí atrebat romáin und. atrebat lait. und* (habitant Romani, La-

tini ibi) 33^c. *docach cathrur di romanaib* (cuivis civi e Romanis) 33^c. *irchre flatho román* (interitus imperii Romanorum), *tóiniud flatho ó rómanib* (secessio imperii a Romanis) Wb. 26^a. *la laitnori* (apud Latinos), *la grecu* (apud Graecos), *la atacu* (apud Atticos) Sg. 5^b. 26^b. 147^a. *la iudeu* (apud Iudaeos) Wb. 5^b.

Additur articulus interdum contra communem usum. Ut ante substantivum: *ishé intecttaire maith condaig indocbáil diathigerni* (is est bonus legatus, qui quaerit gloriam domino suo) Wb. 8^d, ubi secundum usitatam constructionem esset: *ishé astectire maith*. Ante adiectivum numerale *cétne*, e loco, quem alias obtinet ante substantivum (p. 308), depulsum pronomine possessivo: *mad cotecht di cofer badhé afer incétne* (si aditus ei, mulieri separatae, ad virum, sit is eius vir prior) Wb. 9^d.

b. Casus substantivi nominativus et accusativus pariter atque in aliis linguis constructi inveniuntur, ut accusativus post verbum activum et praepositiones.

Paucis exemplis comprobatur accusativus temporis hibernicus: *arromertussa buith and angaimredsa* (gl. ad me Nicopolim, ibi enim constitui hiemare, Tit. 3, 12; i. e. esse hanc hiemem) Wb. 31^d. *cech naidchi* (quavis nocte) F. h. 30.

Genetivus substantivi ex substantivo pendens exemplis satis frequentibus in declinatione illustratus est. Inprimis memoranda sunt haec: *muince .iii. nungae* (torques trium unciarum) Tir. 6. *fer dénma bairgine* (vir faciens panem) Sg. 184^b. *bás etarscartha coirp et anme* (mors separans corpus et animam) Wb. 13^c. *anman inchoisc cenéuil* (nomina significantia gentem) Sg. 32^a. *sellach lan feich ocus sellach leith feich ocus sellach cethramthan feich ocus sellach slan* (spectator, sceleris, plenam multam debens et sp. dimidium debens et sp. quartam partem debens et sp. integer) SM. 240. Rarior genetivi causa est adiectivum, ut in his: *am tualang anetarcerta* (sum gnarus interpretandi eas, linguas) Wb. 12^a. *ammi tuailnge armbrethre* (sumus gnari verbi nostri) 17^b. *be sóir mo brethre* (gl. miserebor cui misereor) 4^a. *ba coir cenachomalnithe ropredchad mór namri dúib* (iustum erat ut id impleretis, praedicatum est multum miraculi vobis) 13^c. *imforlinged mór namri de* (factum inde multum miraculi; *amre*) 15^d. *dorrigeni mór nuilc frimsa* (fecit multum mali in me) 30^d. Saepius enim adiectiva, quae in aliis linguis cum genetivo vel alio casu construuntur, hibernice praepositiones postulant: *lán di uisciu* (plenus aquae) Inc. Sg. *inricci du báas* (digni morte) Wb. 5^c. *loor fricach réit* (contentus qualibet re) 24^b; atque eodem modo post neutrum adiectivi ac pronomina genetivus significatur praepositione *di*: *mór dimaid*, *mór dimaith* (multum boni) Wb. 4^b. 11^c. *ismó afius deitsiu andorigeni dimaith frimsa* (maior eius notitia est tibi, quod boni fecit mihi) 30^c. *cedurónath ní dimaith frimacou isrl.* (quamquam factum est aliquid boni in filios Isr.) 33^c. *nephdenum neich dúulc* (nihil mali facere) Ml. 23^c. Contra etiam post verbum substantivum invenitur genetivus possessivus, qualitatis, pretii: *is dæ intsoilse am. asndæ inna dorche* (dei est lux, ut dei sunt tenebrae) Ml. 26 r. *nirbu lánfolid* (non fuit pleni sensus, vox) Sg. 42^a. *isbeic lim*, *isbeicc limsa* (parvi mihi est) Wb. 8^d. *ba méite limm* (magni mihi esset) 29^d. Adverbii loco genetivus temporis: *itarcud indocbalæ domsa dia brátha* (gl. ad gloriam meam in die Christi) Wb. 23^c. *irlaim do dul báis cachdia* (parati ad subeundam mortem cotidie) 16^a; cf. p. 610.

Ante dativum vel ablativum praemittere praepositionem *do* lingua hibernica iam vetusta consuevit. A paucis his positionibus abest illa praepositio.

1. A forma adverbiali numeri singularis tam substantivorum numeralium, praemisso pronomine possessivo (p. 311 sq.), quam adiectivorum et substantivorum, praemisso solo articulo; item a forma adverbiali substantivorum pluralis numeri etiam omisso articulo, quorum exempla supra enumerata sunt (p. 608 sq.).

2. Post comparativum, cum omittuntur particulae comparationis *oldaas*, *oldate*, *indaas*, *indate* (p. 716), eodem modo quo in lingua latina adhibetur ablativus pro constructione cum particula *quam*. Exempla: *isudisliu cach céitbuid córe* (gl. pax superat omnem sensum; i. e. est nobilior omni sensu pax) Wb. 24ᵇ. *is ansu cech todœrnam an guin cosind loscud .i. anguin cosindsáigit áin* (gl. pro suplicio dolentis cruciatum adustionibus excedente familiare est; i. e. est gravius omni cruciatu vulnus cum adustione, id est vulnus factum sagitta ignea) Ml. 55 r. *ishuaisliu cech duil andoratad dondoinacht* (gl. omnem creaturam longe transgreditur) Ml. 25ᶜ. *isferr cach réit són* (melior omni re haec, caritas) Wb. 27ᵈ. *huilliu óin syll.* (gl. supra syllabam) Sg. 70ᵃ. *nabad lia diis no thriur dam* (ne sint plures quam duo vel tres quoque) Wb. 13ᵃ. *nídad ferrsi inchétnu* (non estis meliores quam primum; cf. p. 308) 8ᵉ. *isarnaib grádib nemdib. et ni bo decming rombed imthanad hisuidib combad uáisliu cach grád alailiu* (gl. constituens ad dexteram suam in caelestibus supra omnem principatum et virtutem, Eph. 1, 20; i. e. est supra gradus caelestes, et non fuit impossibile ut esset alternatio in his, ut esset nobilior quisque gradus altero) 21ᵃ. *ni diliu nech limm alailiu* (non carior mihi quisquam altero) 28ᵃ. *ni ferr nech alailiu and* (non melior quisquam altero) 2ᵃ. *ni mó brig cachhe alailiu* (non maioris auctoritatis quisque quam alter) 19ᵃ. *nand máasin abrig, ní maasin abrig* (non maior quam hoc, punctum, eius valor) Sg. 150ᵇ. Vestigium proprii casus, ablativi diversi terminatione a dativo, inest in hoc exemplo: *creitmech sin asmessa ancreitmech* (gl. infideli deterior, vidua) Wb. 28ᵈ. Ante pronomina tamen personalia hic quoque adhibetur praepositio *do*: *fodaimid nech asmessa dúib* (sustinete aliquem qui est deterior vobis) Wb. 17ᵇ.

Contra pro Latinorum ablativo mensurae hibernice substituitur praepositio *in* cum dativo: *corop máa inóensill. incomparit iss. aschóir* (ut sit maior una syllaba comparativus, quam positivus, hoc est congruum) Sg. 40ᵇ. *mad in dib ñuarib deac nammá bas laigu cach mí aescai oldaas trichtaige* (si duodenis tantum horis minor est mensis lunaris quam triceni dies) Cr. 3ᵇ. *teora cethramdin huare aequinocht indid mailliu atuile arcachóen laithiu* (dodrans horae aequinoctialis, eo tardior aestus maris singulis diebus) 25ᶜ. *acoic indid oa q. xxx* (quinque, eo minus quam triginta) 33ᵇ.

3. Idem casus inesse videtur in locutionibus quibusdam, unde eadem forma, quae sequitur verbum, transit in constructionem substantivi et derivatorum. Cuiusmodi tria maxime sunt exempla: *frecuirthe ceill* (gl. recole) Cr. 33ᵇ; subst. *frecor ceill* (gl. ἡ γυμνασία, exercitus) Sg. 106ᵇ. *freccor céil ídol et accobor atúare* (cultus idolorum et appetitus cibi eorum) Wb. 11ᵇ. *bad nesbae dam du frecur ceillsiu* (quod esset inutilis mihi cultus tuus) Ml. 58 r., gen. *recht frecoir chéill cruithnechtae* (gl. frumentaria lex) Sg. 35ᵃ, dat. *isocfrecur céill dæ atáa*

(in cultu dei est) Wb. 29ᵈ. Item e verbo: *araber biuth* (gl. degentis) Ml. 98. *ma arberaesiu biuth* (gl. si tu fueris . . . perfuncta) Ml. 52 r. *arambere biuth* (frui, quomodo oporteat te) Wb. 28ᶜ. *arnách airbirid biuth* (gl. nolite manducare) 11ᵇ. *airbir biuth* (gl. utere) 29ᵃ. *huanerbirmis biuth* (ex quo degebamus) Ml. 135ᵈ. *am. ni airbertis biuth* (gl. tanquam non utantur) Wb. 10ᵇ. *anarrubartatar biuth* (gl. freti) Ml. 75, non solum in substantivum (infinitivum) *airbert biuth* (vesci, frui, uti, degere): gen. *erbertae biuth* (gl. uescendi) Ml. 209, dat. *do airbirt biuth inna túaresin* (ad vescendum illis cibis) Wb. 10ᶜ. *ocairbirt biuth coirp cr.* (fruentes corpore Christi) 11ᵇ; sed etiam in composita et derivata: *echtar comairbirt thbiuth pecthae* (extra consuetudinem peccatorum) Tr. 4ᶜ. *a comairberte biuth .i. cumscugud a comairbertae biuth fri cech foirbtaid* (gl. atque omne studium suum depellendis uitiis admouerent; i. e. eorum consuetudinis, id est, commutatio eorum consuetudinis cum omni perfectione, leg. *foirbthetaid*?) Ml. 77. *indhúadairberthach bith* (gl. abusive) Sg. 3ᵇ. Tandem e locutionibus verbalibus: *coarmentar féid* (gl. ut . . . revereatur) Wb. 31ᶜ. *arammuinfetar feid huili doini talman trissanadamraesiu* (gl. ab his qui in terra sunt eum faciet honorari; i. e. reverebuntur eum omnes homines terrae per mirum hoc) Ml. 128. *ni adbartaigedar acht cotautaing 7 arasmuinethar feid* (gl. non paupertatem eorum auersatur; i. e. sed protegit et honestat eam) 36ᵃ, in subst. *aratartar airmitiu féid donaib preceptorib* (ut detur honor praeceptoribus) Wb. 15ᵃ. *airmitiu féid inchinn* (honor capitis) 7ᵈ. *dobeir airmitin féith donfiur* (dat honorem viro) 11ᶜ, ac derivatum: *olduas nermitnigthi feid* (gl. quam consecratione) Ml. 36 r.

c. Adiectiva congruentia cum substantivis genere, numero, casu hibernice sicut in aliis linguis, locum in communi constructione obtinent post substantiva. Sunt tamen quaedam propria hibernicae linguae in hac substantivi et adiectivi coniunctione.

1. Adiectivum omnis flexionis expers saepius praemissum invenitur substantivo. Est autem haec constructio nihil aliud nisi compositio adiectivi cum substantivo, quam in linguis celticis magis usitatam quam in aliis (cf. pp. 857. 891) comprobat infecta consona substantivi principalis in pluribus exemplis (p. 183). Compositio igitur statuenda est, etiamsi separatae sunt hae voces in codicibus, ut: *ni artu ní nim . . ar nóib bríathraib rolabrastar cr.* (non altius quidquam in caelo quam sacra verba quae locutus est Christus) Inc. Sg., pro *ar nóibbríathraib*.

A communi lege, e qua postponuntur adiectiva, excipiuntur adiectiva pronominalia: *aluile* iuxta postpositum *aile*, *uile* significans lat. *omnis*, *quivis* iuxta *uile* significans *totus*, quod postponitur tanquam mere adiectivum, item *cach*, *cach óen* (quivis), *nach* (aliquis); quorum omnium exempla prolata sunt inter pronomina (p. 358 sq.). Excipiuntur praeterea numeralia, et cardinalia simplicia et ordinalia affinia magis adiectivis, etsi cum his prorsus concordare *tánise* (secundus), distingui *cétne* (primus) et *cétne* (idem) probatur exemplis supra allatis (pp. 308. 309).

Adiectivi veri substantivo praepositi cum flexione pauca exempla mihi occurrunt haec: *inna dœrcœ fróich* (gl. vaccinia; i. e. rubrae ericae) Sg. 49ᵃ. *isna drocho doini* (gl. malos) Ml. 24ᵇ *saini laa saini aimsera requiem futurom aeternam* (proprios dies propria tempora) Wb. 33ᵇ.

2. Adiectiva post substantiva numeri dualis induunt formam pluralis numeri, tam hibernica quam cambrica. Ut in exemplis vetustis hibernicis: *etir da nainm cosmaili* (inter duo nomina similia) Sg. *da druith ægeptacdi* (duo druidae aegyptiaci) Wb. supra memoratis (pp. 279. 259).

3. Adiectivum generis neutri sine substantivo solum solo substantivi poni potest: *duthraccarsa amaithsin* (optavi bonum hoc) Wb. 14. *andubso* (nigrum hoc, i. e. atramentum) Ml. 13ᵈ. Adverbialis adiectivorum ablativus eodem videtur pertinere (p. 608).

Frequentius per se sola invenitur forma neutri pluralis, eodem plane modo, quo latina: *nifitir idal innainchlidi* (gl. nescit idolum occulta) Ml. 26r. *fudumme* (gl. profunda, dei spiritus scrutatur) Wb. 8ᵇ. *na cotarsnai* (gl. adversa, vobis) Ml. 20ᵃ. *comrama et baga poil frisnadedencha* (pl. cursum consummavi, 2. Tim. 4, 8) Wb. 30ᵈ. *inna caingnethi* (gl. bene acta) Ml. 22ᵈ. Eandemque formam nduit pron. dem. *intí*: *innahíi irrufollnastar siu* (ea in quibus regnavit hic) Wb. 13ᵇ. *madugneu innahii remiærburt. madudrignius ni dinaib remeperthib. madugneu inna remeperthi* (si facio ea quae ante dixi, si quid feci de antedictis, si facio antedicta) Ml. 23ᶜ. 23ᵈ. *innahí atá chosmailiu* (gl. verisimiliora, dicunt) 16ᵃ. *innahi batar buthi arthuus* (ea quae debebant esse principio; sing. 29ᵃ: *ani babuthi arthuus*) 23ᵃ.

d. Numeralium quae sunt propria in constructione et congruentia, ut unus esset conspectus, iam tractata sunt in enarratione formarum.

e. Pronominum haec sunt propria de congruentia et usu.

1. Pronomen interrogativum congruit genere cum substantivo, ad quod refertur, masc. *cia*, fem. *cesi*, *cisi*, addito generis disertius distinguendi causa pron. personali fem. *si*, neutr. *ced*, *cid* (p. 356). Etiam pronomen personale tertiae personae transiens in significationem demonstrativi, sing. masc. *é*, *hé*, fem. *sí*, neutr. *ed*, *hed*, plur. *é*, *hé* trium generum, sequitur tam genus quam numerum sequentis substantivi.

Sing. masc.: *ishe besad felsub* (hic est mos philosophorum) Wb. 27ᵃ. *ishé inglośndthe caracter inna liter* Sg. 3ᵇ, dat. *donglosnaithiu* (gl. ad normam) Ml. 35ᵇ. *ishé infogur cétna* (hic est idem sonus) Sg. 203ᵇ. *bahe angnímsom molad dæ* (hoc erat illorum officium, laudare deum) Ml. 24ᵃ. *isse arndíltuth dunni fanissin* (est haec abnegatio nostra ipsorum) Cam. *ishé inso innóibad* (gl. haec est sanctificatio vestra, ut abstineatis etc.) Wb. 25ᵇ. *ishé inso tuasolcud indimchomairc asrubart riam* (haec est solutio quaestionis quam protulit antea) Sg. 157ᵇ. *ishæ inso infognam donchoimdid nemdu* (hoc est servire domino caelesti) Wb. 27ᵃ, *ishe se incomdithnad* (gl. solacio mihi ipse esse possum, .. si quid etc., Pr. 6. 1, 1; i. e. hoc est solacium) Sg. 90ᵃ.

Fem.: *issi rún indforcillsin* (est hoc mysterium huius testimonii) Wb. 28ᵇ) *issi ticsdl archruche duun* (est haec nostra sumptio crucis nostrae) Cam. *issi intsillab diuit* (haec est syllaba sincera) Sg. 25ᵇ. *issi introcaire. issi indochra: de* (haec est misericordia, haec est deformitas) Ml. 23ᵇ. *issi indainm aslam dochomalnad recto dé ni incorpp* (gl. condelector legi dei secundum interiorem hominem. Wb. 3ᵈ. *issi indfoditingese asrubart riam* (haec est ea patientia quam dixit antea) 25ᵃ. *issi inbriathar insin* (hoc est illud verbum) 31ᵃ. *issi indetarceirt inson grecde* (haec est interpretatio, vox graeca) Sg. 207ᵇ. *isi adéne* (est haec eius celeritas)

Cr. 18b. *issi apennit dé* (haec est eius paenitentia) Wb. 26b. *issi aimthuge* (gl. induite novum hominem in iustitia) 22a. *bidsi afochrico* (gl. qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam) 20c. *issi aciall som* (haec est eius opinio) Sg. 201b. *issi inso fedb* (haecce est vidua) Wb. 28d. *isi inso indrún inso* (hocce est mysterium) 13d.

Neutr.: *ised ancride indermait buith cen chlain* (gl. iniuria oblivionis; i. e. haec est i. o., esse sine prole) Ml. 23d. *ished anoneste insin. ished didiu anhonestum* (hoc est illud honeste, hoc igitur est honestum) Wb. 25b. 10b. *ished inso anaithescc* (haec est admonitio) 9d.

Plur.: *ithe riaglori insin* (hi sunt regulares) Cr. 32a. *hit hé dodmainetar insin indí* (hi putant illud qui etc.) Sg. 5a. *ité inna noí* (haec sunt ea novem, pronomina) 197b. *ithé se inna briathra* (haec sunt verba) 4b. *hithé sin inna ranna aili asrubart tuas* (hae sunt ceterae partes, quas dixit supra) 22a. *ithe inso inna briath.* (haec sunt verba) 203a. *ithé inso bési* (hi sunt mores), *itha inso bésse inna fedb* (hi sunt mores viduarum) Wb. 28d. 29a.

2. Saepe praesertim in fine sententiae pronominis personalis vel possessivi loco adhibetur praepositio *do* cum eiusdem personae pronomine suffixo.

Pronomina personalia hoc modo significata: *nibad aóenur dó* (gl. rogavi eum veniret ad vos cum fratribus; i. e. non esset solus ipse) Wb. 14a. *imba immalei do* (gl. quis est qui condemnet? simul autem Iesus? Rom. 8, 34; i. e. num erit simul ipse?) 4b. *do inis maddoc dún .i. meisse 7 choirbbre* (ad insulam Matoci nos, ego et Coirpre) Sg. 194a. *dichlaind thessei dóib. di grecaib dóib huili* (gl. Thesidae, Cecropidae id est Athenienses; i. e. de genere Thesei ii, de Graecis ii omnes) 31b. *huare ní in óen diaithir doib* (gl. ab alio cuique centro absides suae exsurgunt ideoque diversos habent orbes motusque dissimiles, planetae, Beda de nat. rer. c. 14; i. e. quia non in uno centro ipsi) Cr. 18c.

Pronomina possessiva eodem modo circumscripta, substantivo antecedente: *condib dídnad domsa foirbthetu hirisse dúibsi* (gl. desidero consolari per fidem vestram; i. e. ut sit solacium mihi perfectio fidei vestrae) Wb. 1b. *itcarit domsa... iscland tuicse do dia* (sunt amici mei, est proles electa deo) 5c. *cáingnim doib* (gl. ut videant opera vestra) 5d. *eter baullu coirp dunn* (inter membra corporis nostri) 12b. *arachuitsidi is de corpore dissi* (hac ratione est de corpore eius) 12a. *bid icc disi tuistiu clainde* (gl. salvabitur per filiorum generationem; i. e. erit salus ejus, mulieris) 28b. Inprimis pro genetivo subiecti haec formula additur infinitivo vel substantivo verbali: *ronfitirni cach trechretim dúibsi* (gl. epistula nostra vos estis quae scitur et legitur ab omnibus hominibus manifesta; i. e. novit nos quivis per fidem vestram) Wb. 15a. *isfeidligud disi* (gl. 1 manet per se) Sg. 165b. *feidligthe disi inógi* (permansionis eius, ut permaneat illa in integritate) 16a. *batochu doibsom buid and* (gl. quanto magis hi, Rom. 11, 24; i. e. erat verisimilius hos esse ibi), *ramúinset doib buid and* (gl. hi qui secundum naturam, i. e. didicerunt esse ibi) Wb. 5b. *rommúnus imbed dom* (gl. scio abundare) 24b. *ropad maith limsa labrad ilbelre dúibsi* (esset acceptum mihi vos loqui multas linguas, locutio vestra) 12c. *combad ét leu buid domsa inirisi* (ut sit aemulatio eis esse me in fide) 5b. *buith dúnni issintodochidiu* (gl. cum venerit quod perfectum est; i. e. esse nos in futuro) 12a. *ba ferr limm in buith di inógi* (gl. beatior autem erit si sic permanserit, mulier, secundum meum

consilium, 1 Cor. 7, 40), *búith dúibsi ingógi* (gl. itaque dico fratres, v. 29; i. e. esse eam, esse vos in caelibatu, malo) 10ᵇ. Distinguitur ab hoc dativo praecedens pronomen possessivum in exemplis supra allatis e Cam.: *isee arndíltuth dunn fanissin. issi ticsál arcruche duun.*

3. Formulae pronominis demonstrativi *in-so*, *in-sin* includentis non solum substantivum, sed etiam, si una cum eo extant, adiectiva vel numeralia, exempla supra prolata sunt (p. 348). Fit idem, si adduntur aliae voces, ut genetivus e substantivo pendens: *forsacenélae metirsin* (gl. inter hendecasyllabos phalecios; i. e. hoc genus metri) Sg. 8ᵃ. *araaric acenelæ fothaircthesin* (gl. ad balneas pallacinas, Pr. 14, 3, 24; i. e. nam eius inventum hoc genus balnearum; praemittit glossator latine: *de nomine philosophi*) Sg. 217ᵃ. *conguibetar inna trechenel martre so* (continentur haec tria genera martyrii) Cam.

4. Pronomina interrogativa semper praecedere, plerumque cum solutione sententiae (1. *d*), praepositionem autem sequi cum relativo, comprobatur exemplis supra enumeratis (p. 355—357).

5. Relationem hibernice significari non solum pronominis relativi formis absolutis vel infixis, sed etiam propriis in activo saltem formis verborum simplicium, patet ex iis quae supra disputata sunt (pp. 340 sqq. 426 etc.). Consuetudini cambricae, qua pro casibus obliquis relativi pronominis ponitur in fine sententiae pronomen personale suffixum praepositioni vel possessivum ante substantivum (p. 392), conferri possunt pauca exempla hibernica, ut quae supra (p. 340) attulimus. Contra praemisso nomine vel pronomine facillime omittitur nota relationis, tum ubi subiecto vel obiecto locus erat, tum in sententiae solutione emphatica (1. *d*); legitime in quacunque sententia negatio *nach* (p. 742) adhibetur vel quae propria esse solent sententiae absolutae, verbi substantivi forma *is* et negatio *ni.*

6. Pronomina personalia infixa 3. pers., praeterquam quod relativi locum occupant, interdum plus minusve supervacanea videntur. Tum enim ad emphaticam constructionem efficiendam (1. *e*) adhibentur, tum forma *d* adiungitur coniunctionibus *ma* et *ce* modo ipsis verbi substantivi loco, modo per pleonasmum post particulas *ni*, *nu*, *ru*; exempla vid. supra (pp. 705. 710 sq.).

3. Verbum constructum.

a. Praecipua verbi tam hibernici quam britannici proprietas est eius constructio impersonalis, per quam sola tertiae personae numeri singularis forma ponitur, ad quamcunque personam numeri singularis vel pluralis pertinet. Construuntur hoc modo verbi substantivi formae *is*, *as*, *bid* etc., praesertim cum ob emphasin simplex sententia resolvitur in duplicem (p. 912), idque cum pronominibus absolutis, cum alia verba adhibita hac constructione postulent infixa. Ut in his exemplis: *ismé asapstal geinte* (gl. ego sum gentium apostolus) Wb. 5ᵇ. *asmmé móinur aridrochell* (gl. egomet rapui, intellegimus ego et non alius; i. e. quod ego solus id rapui) Sg. 202ᵃ. *tuccu nimé asbeo .i. isairi am beosa icolinn ambéosa* (nego, non ego vivo, id est propterea vivo, in carne vivo ego) Wb. 19ᵃ. *isnisni ata* (nos sumus . .; cf. p. 325) 10ᵈ. *am. bid me féin notheised oucut* (gl. suscipe illum sicut me; i. e. acsi ego ipse venerim ad te) 32ᵃ. *combad sissi doberad teist dimsa* (ut vos daretis testimonium de me) 18ᵃ. Verum etiam in

simplici sententia tam absoluta quam subiuncta: *ississi intempulsin* (vos estis illud templum) Wb. 8[d]. *combad snini formoidemsi* (gl. occasionem damus gloriandi pro nobis) 15[d]. Verbi substantivi tertia persona pluralis in uno exemplo: *itsib ata chomarpi* (vos estis coheredes) Wb. 19[c], errore scriptoris posita esse videtur pro *issib*. In his exemplis pronomen personale *mé* vel *snisni* etc. videtur potius obiectum actionis reconditae in verbo substantivo quam subiectum.

Eiusmodi certe constructio cum obiecto verbi impersonalis (cf. germ. es gibt männer, menschen) adiungitur verbi substantivi formae *fil*, *feil*, quae nunquam flexionem personalem induit et sequentem accusativum postulat. Exempla: *ni feil titlu remib ciasidciamni titlu re cechoin salm* (gl. non sunt suprascripti psalmi quidam; i. e. non sunt tituli ante eos, quamquam videmus titulos ante singulos psalmos) Ml. 2[b]. *nífil aimsir nadmbed* (gl. rex constitutus ex tempore quod utique non coepit aliquando; i. e. non est tempus, quo non sit; nom. *aimser*) 17[a]. *nifil chumtubairt ata nanman sidi* (non est dubium, quin sint nomina haec; nom. *cumtubart*) Sg. 154[b]. *ni confil nach rainn nád techtad cetnidetaid* (non est pars, orationis, quae non habeat originem primitivam; nom. *rann*) 188[a]. Conferantur pronomina trium personarum infixa inter particulas et verbum, quorum exempla supra enumerata sunt (p. 491). Accusativus praeter pron. inf. 3. pers. (2. *e*. 6): *cenodfil chotarsnataith etarru* (gl. quamvis habeat aliquid contrarium; nom. *cotarsnatu*) Sg. 29[b]. *cinidfil chairi linn* (gl. nos alienos a culpa; i. e. quamquam non est culpa in nobis; Ml. 28[c]: *incairi*, gl. notam, nom. *caire*) Ml. 30[a].

Verbi substantivi forma *tá* quamvis servaverit flexionem personalem in vetusta lingua (p. 488—490), tamen ipsa quoque non solum impersonaliter constructa invenitur, sed etiam cum accusativo ad instar formae *fil*, id quod comprobant haec exempla: *nimtha laám* (non sum manus) Wb. 12[a]. *nímptha fírion arachuitsidi* (gl. non in hoc iustificatus sum) 8[d]. *nintá airli armban* (non est nobis oboedientia mulierum nostrarum) 31[c].

Ceterum lingua vetusta hibernica verbum substantivum, ad quod plures radices pertinent, tamen etiam aliis quibusdam verbis significat. Ut verbi *gaibim* (capio) forma praeteriti: *am. bid cáet limsa moort dogabál darmchenn cein rongabus icarcair* (gl. quidam ex contentione Christum adnuntiant, non sincere, Phil. 1, 17; i. e. quasi sit contentio secundum me missionem meam sumendi pro me, quamdiu sum in carcere) Wb. 23[b]. *am. rongabusa* (ut ego sum) 9[d]. *biid am. rongabussa ingním et bésib* (este ut sum ego facto et moribus) 23[a]. *am. rongab indosa indrong briatharde pers. ta. in .as* (gl. coniugatio nominatur quod una eademque ratione declinationis plurima coniugantur verba, Pr. 8, 17, 93; i. e. ut est haec o vinculum verbale, persona secunda in as; sequitur enim mox ap. Prisc.: cum enim verba omnia, quae aequali regula declinantur, in o vel in or desinant, in o quidem terminantia, si primae sint coniugationis, in as efferunt secundam personam) Sg. 159[b]. *nifitetar am. rongab* (nesciunt qualis sit), *am. rongab comadnacul dúun atá comeisséirge* (sicut est consepultura nobis, est conresurrectio) Wb. 27[a]. *am. rondgabsat in optit* (gl. tam participia quam infinita verba ad similitudinem optativorum, Pr. 11, 4, 15; i. e. ut sunt in optativo) Sg. 190[b]. Ob infixum hic pronomen *d* 3. pers. sg. generis neutri (*n* praecedens sicut in ceteris exemplis est relativum infixum, quod postulat coniunctio

nominalis) licet suspicari in his loquendi modum per ellipsin hunc: incepi id, nimirum esse, i. e. sum. Verbi derivati *dixnigur* transeuntis ad eandem significationem exempla supra prolata sunt (p. 813, not.).

b. Activum verbi hibernici vetusti plenam flexionem personarum servavit, alienum ab impersonali constructione, quae in recentiore lingua etiam in hoc genus invasit, praesertim in gaelica, e qua e. c. affero praet. sing. 1. *do bhuail mi* (cecîdi), 2. *do bhuail thu*, 3. *do bhuail e* etc.; fut. sing. *buailidh mi, tu, se*, plur. *buailidh sinn, sibh, siad* (caedam, -es etc.; *-idh*). Hibernice quoque hodie iuxta personalem magis servatam adhibetur impersonalis, ut praes. sing. *ceilidh mé* (celo), *tú*, *sé*, plur. *ceilidh sinn*, *sibh*, *siad*. In vetusta lingua constructio impersonalis eiusmodi rara est, praeterquam in verbis iunctis impersonali constructioni verbi substantivi, ut supra in *aridrochell*, *notheised*.

Passivi tamen flexio personalis defecit iam in vetusta lingua, quae uti non solet nisi tertia persona utriusque numeri: *intain arallegthar aepis.* (cum recitatur eius epistula) Wb. 18ᵃ. *lase aralégatar* (cum leguntur, voces) Sg. 213ᵃ. Ceteras personas et singularis numeri et pluralis modo impersonali significari infixis formis pronominum personalium inter verbi tertiam personam singularis et particulas verbales *no*, *ro* vel praepositiones in verbis compositis, ut traditum est iam in systemate verbi (p. 411), patet ex exemplis ipsis supra enumeratis (p. 482).

Actio reflexiva in linguis celticis propria verbi forma non designatur. Hibernice significatae eiusdem particula praefixa *im-*, ut vulgo significatur britannice, vix unum vel alterum exemplum extat (p. 876). Solet infigi pronomen eius personae, quae in se agit: *nommmóidim* (glorior, i. e. laudo me) Wb. 14ᶜ. *nonmóidemni* (gl. gloriamur) 2ᵃ. *act ranglana* (gl. si emundaverit se) 30ᵇ.

c. Temporum et modorum usus et constructio, simplex in omnibus linguis celticis, ipso e systemate verbi et exemplis ad demonstrandas verborum formas prolatis affatim apparet.

Promiscuus usus temporum secundariorum, praesentis vel futuri et praeteriti, frequentior in cambrica constructione, iam animadvertitur interdum in vetusta hibernica: *atbélmis* (gl. sicut Sodoma facti essemus; i. e. interissemus) Wb. 4ᵈ, quod idem significat *interiremus*. Omissis enim particulis *no* et *ro* tollitur distinctio inter utrumque tempus, ut in pass.: *noberrthe* (calvaretur), *roberrthe* (calvatus esset; cf. pp. 447. 481).

d. Infinitivum hibernicum nihil esse nisi substantivum, cum ex formatione varia (p. 483 sq.) patet, tum ex eius constructione cum pronomine possessivo vel substantivi genetivo, cuius sunt exempla quaedam luculentiora: *tre fulang inna fochide* (tolerandis tribulationibus) Wb. 14ᵇ. *imradud inna réte domunde* (cogitare res mundanas), *cen imradud nanemde* (sine cogitatione caelestium, est sapientia carnis) 3ᵃ. *ni dil dún tabart testassa* (gl. non nobis necesse quicquam loqui, i. e. dare testimonium) 24ᵃ. *octabairt rúin*, *octabirt coibsen* (in proferendis mysteriis, confessionibus) 12ᵇ. 15ᶜ. *gabál desimrechte* (sumere exemplum) fq. Invenitur tamen aliter quoque constructus infinitivus, ratione duplici. Frequentissime enim substantivum positum in nominativo praemittitur infinitivo verbi, unde pendet, subiuncto cum praep. *do*: *istaschide timne dée dochomalnad* (necesse est mandatum dei impleri) Wb. 10ᵃ. *ismaith intóis áula do acoaldam* (est

bonum cum sapientibus colloqui) 3ᶜ. *augtortás apstalachte inso tra aainm fesin dosuidigud itossoch ña epistle* (gl. Paulus apostolus; i. e. auctoritas apostolatus haec ergo suum ipsius nomen ponere in initio epistolae) 14ᵇ. Quae si convertas in constructionem priorem, sint cum genetivo: *istaschide comulnad timni dée. ismaith accaldam indóesa éulach. isaugtortás apstalachte suidigud aanma fesin itossoch.* Rarior est similis constructio nominis subiecti, tanquam respondens Latinorum acc. cum inf., ut in his exemplis: *arisbés leosom indaim do thúarcuin* (nam est mos apud illos, boves triturare) Wb. 10ᵈ. *ar dofór maith fochricc dosom sochude docreittim diaprecept* (gl. saepe proposui venire ad vos, ut aliquem fructum habeam; i. e. . . multos credere eius praecepto) 1ᵇ. Contra subiecti nominis dativus saepius sequitur infinitivum: *isáiniu duibsi anasbiursa rafitir cid israhel cretim do geintib* (gl. sed dico: numquid Israel non cognovit? Rom. 10, 19; i. e. est nobilius, lectius vobis id quod dico ego, novit id etiam Israel, credere gentes) Wb. 5ᵃ. *asrochoili innachridiu buid dondingin inógi* (gl. iudicavit in corde suo servare virginem suam, 1. Cor. 7, 37; mox: *buith di inógi*) 10ᵇ. Item in carmine: *ni ágor reiñ mora minn dondlaechraid lainn oalochlind* (non timeo ne percurrat mare limpidum militia acris e Scandinavia) Sg. 203. Plura exempla pronominum sic constructorum vid. supra (p. 920).

Infinitivus cui praecedit praep. *oc*, praesertim cum verbo substantivo constructus saepius respondet participio praesentis: *bíu ocirbáig*, *biuusa ocirbáig* (sum glorians) Wb. 16ᵈ. 20ᵃ. *robóisom octatháir* (fuit vituperans) 23ᵈ. *robá oclegund* (fui legens) Sg. 148ᵃ. Eodem modo hodie participium praes. gaelice significatur, praepositione *ag* cum infinitivo. In vetusta tamen lingua hibernica non tam communis usus est ea constructio.

II. Constructio prosae britannica.

Vetustiores codices cambrici cum non sententiarum pleniorem conexum, sed singularum vel paucarum vocum glossas exhibeant, cornici autem et aremorici libri ampliores oratione poëtica scripti sint, regulam britannicam prosae orationis solae fere narrationes codicis rubri Hergestensis cambricae illustrant, recentiores illae quidem, quae tamen ostendunt constructionem universe congruentem cum vetusta hibernica, pauca proprietate differentem. Haec igitur monumenta esse pro ceteris et debent et possunt, quoniam cambrica dialectus ceterarum britannicarum, cornicae et aremoricae, dux est et princeps.

1. Ordo constructionis.

a. Voces praedicantes sententiae cambricae principium sibi vindicant, sicut hibernicae. Verbum ergo ante omnes praedicans primum etiam occupat locum sententiae, si rationem non habeas particulae verbalis, quae in sententia affirmativa absoluta semper est *yd*, *y* (p. 420), vel copulantis: *y dywedassant wynteu* dixerunt illae, feminae) Mab. 1, 36. *ac y dywawt arthur* (et dixit A.) fq. *ac y paeth peredur yr lle* (et ivit P. ad locum) 1, 266. *ac y bu ynkerdet ynyalwch fforestyd* (et est profectus per solitudinem silvarum) 1, 238. Idem ordo, etsi in sen-

tentia affirmativa simplici aliquantum ei detrahitur modis ordinis duobus, de quibus infra dicetur (sub *c.* et *e.*), servatur tamen non solum in sententiae multiplicis partibus affirmativis, sed etiam in simplici sententia negativa vel interrogativa: *nys attebawd yr iarlles* (comitissa ei non respondit) 1, 18. *nyt yspeilwys ynteu vi* (ille non spoliavit me) 1, 10. *nyt adwaeney neb or teulu euo* (nemo ex agmine illum norat) 1, 267. *adoy di y dangos ymi* (tune venies monstratum mihi?) 1, 293.

b. Locum verbi praedicantis obtinet nomen praedicatum, adiectivum vel substantivum (aut per se aut cum adiectivo) coniunctum cum verbo substantivo. Haec autem pars praedicati verbalis, quam dicunt copulam, nomini praedicato ut significantia ita loco cedit in constructione cambrica simplicis sententiae affirmantis, ac medium locum sibi sumit sine ulla particula verbali inter praedicatum, quod primum sibi vindicat, atque subiectum sequens: *llawen uu y iarlles* (laeta fuit comitissa) Mab. 1, 20. *llawen uu y uorwyn* (laeta fuit puella) 1, 239. *hir uu genyfi y nos honno* (longa mihi visa est illa nox) 1, 6. *garw uu ynteu. llawen uu ynteu* (rudis, laetus fuit ipse) 1, 7. 28. *yspeilwr uum i yma* (fui ego latro hic) 1, 37. *marw uydaf i or cleuyt hwnn* (moriar hoc morbo) 2, 198. *athewythyr wyf inneu* (et avunculus tuus sum ego) 1, 247. *gwir yw hynny* (verum est istud) 1, 260. *truan yw hynny* (miserum est istud) 1, 34. *gwr hagr yw ynteu* (vir deformis est ille) 1, 6. *cennadeu ym ni* (sumus legati) 2, 28. *cewri ynt oll* (omnes sunt gigantes) 1, 264. *vn mab mam athat oedwn i* (unicus filius matris et patris eram) 1, 2. Est idem ordo, si subiectum non additur: *gwr prud adoeth oed* (erat vir prudens et sapiens) 3, 298 *gwr idaw vydaf* (ero ei vasallus) 1, 243.

Item cornice: *gan off awos an dremas* (purus sum sanguine viri optimi) P. 149, 2. *mygtern oma* (rex sum) 102, 4. *dall en* (caecus eram) 220, 2; et aremorice: *guell ue gueneff* (mallem), *ret eu* (oportet) Cath. *ret eo pep tu ez conduhet* (in qualicunque parte eum, puerum, institui necesse est) Buh. 108, 14. *lamet eo an mez* (dempta est ignomina) 80, 14. *carguet eo a ioa ma calon* (cor meum repletum est gaudio) 76, 19. Idem ordo hodie solet servari: *iaouank eo ar vaouez ze* (mulier ista iuvenis est), *re uc'hel eo ann dud ze evidoun* (nimis ampli isti homines sunt mihi).

Est eadem collocatio praedicati, si loco verbi substantivi sunt verba *nominari, eligi* etc., quibus praemittitur particula *y*: *peredur uab efrawc ym gelwir i* (vocor P. filius E.), *gwalchmei ym gelwir i* (G. vocor) Mab. 1, 261. *iarlles y ffynnawn y gelwir* (comitissa fontanae vocatur) 1, 17. Post particulas tantum negativas, interrogativas aliasque, excepta copulativa, verbum substantivum praecedit ante nomen praedicatum (sicut in omnibus sententiis hibernice): *ny bu hir yr ymwan kei* (non diu pugnavit C.) 1, 23. *trauu vyw hi* (quamdiu ipsa fuit viva) 1, 36. *yny oed gyflawn* (donec erat impletus) 1, 17. Item post adverbia praemissa (cf. p. 928).

c. Tantum tamen abest, ut semper primum locum sententiae, quomodo hactenus demonstratum est, verbo vel praedicato concedant narrationes codicis rubri, ut saepissime in principio sententiae inveniatur nomen aut subiectum aut obiectum, post quod sequitur verbum praemissa particula *a*, ut: *peredur a gychwynnwys racdaw. peredur a gyfodes. peredur a chymryt y varch* (P. perrexit.

P. surrexit, P. sumere equum suum) 1, 244. 245. 246. *seithmeib aoed idaw* (septem filii erant ei) 1, 235. Est autem haec constructio sine dubio eadem solutio sententiae, per quam in vetusta lingua hibernica vox aliqua cum emphasi proferenda e regulari ordine vocum ad initium transfertur verbo substantivo praemisso vel sine eo posita absolute (pp. 912. 914). Invaluit is ordo cambrice adeo, ut saepius adhibeatur, etiamsi minor est emphasis vel nulla. A lege communi praemittendae *a* in hac constructione excipitur verbum substantivum cum compositis suis, ante quod modo adest particula, modo deest: *arthur aoed ygkaerllion arwysc* 1, 282, sed 1, 1: *yr amherawdyr arthur oed ygkaerllion arwysc*. Item: *drws y pebyll aoed yn agoret. achadeir eureit oed yn agos yr drws* (porta tentorii erat aperta, et sella aurea erat prope portam) 1, 239. *efrawc iarll bioed iarllaeth y gogled* (E. comes possidebat comitatum septentrionis) 1, 235.

Cum eadem particula *a* ante sequens verbum (quae contra *yd*, *y* particulam affirmativam absolutam dicenda est relativa, p. 420) praemittitur nomen obiectum: *karw a weleis yny forest* (cervum vidi in silva) 2, 7. *ae varch a gymerth y marchawc ar weirglod a gyrchwys* (et equum suum sumsit eques et pratum petiit) 1, 240. Eiusdem generis est frequentissima narrationis formula illa, ut post infinitivum sequantur verba auxiliaria activa *gorugum*, *gwneuthum* (feci, perfeci): *achyscu aoruc yr amherawdyr. agofyn aoruc kynon* (et dormire coepit imperator, et quaerere coepit C.) 1, 2. *adnabot awnaeth y gwr* (animadvertere coepit vir) 1, 6; quae essent secundum communem sententiae ordinem: *y kysewys yr amherawdyr*, *y gofynwys kynon*.

Ne alteram quidem illam constructionem emphaticam, ut praemissum in principio sententiae substantivum positum absolute postea excipiatur pronomine personali, alienam esse a dialectis britannicis comprobant haec exempla: *madawc uab maredud aoed idaw powys yny theruyneu* (Matoco filio M. erat Powisia intra fines suos; ad verbum: Matocus filius M., erat ei Powisia) 2, 371. *yr ymdidan goreu a wypom ninneu ni ae dywedwn itti* (ad verbum: narratio optima quam sciemus nos, nos eam narrabimus tibi) 1, 2; vel cum negatione: *afles nys gwnaf inneu* (incommodum, non faciam id equidem) 1, 256. *dim oc awch da nys mynnaf* (quidquam e vestris bonis, nolo id) 1, 272; item arem. *an re man list y da dianc* (hi homines, sinite eos abire incolumes) MJ. 73a.

d. In sententia duplici vel multiplici singularum partium principia, si particularum rationem non habeas, eodem modo occupantur, quo supra traditum est: *val y gweleis* (leg. *gwelas*) *y gwr gwynllwyt peredur yn dyuot kyuodi aoruc tu ar gaer* (simulac vir canus vidit P. venientem, surgere coepit ad castrum versus) 1, 245. *adrythyll oedwn a mawr oed vy rywic* (alacer eram, et superbia mea erat magna) 1, 2. *agwedy y beym uedw y deuei y kythreul bieu yllys honn. ac y lladei an gwyr oll. ac y dygei an meirch ninneu ac an dillat* (et cum essemus mente captae, venit daemon possidens castrum hoc, et omnes viros nostros occidit, et equos nostros et vestes abstulit) 1, 36. *ahyspys oed gan owein na welsei ef eiryoet gwreic kymryt ahi . . . aphann welas ef ywreic ennynu awnaeth oe charyat yny oed gyflawn pob lle yndaw* (et persuasum erat Oweno nunquam se vidisse mulierem aeque venustam atque eam, et cum vidisset mulierem, accensus est eius amore, donec esset plenus eius omni loco) 1, 17. Quibuscum

conferendum est aremoricum exemplum sententiae relativae: *an bleut maz rer an bara can* (farina, unde fit panis albus) Cath.

Duae vel plures sententiae si sunt constructione iunctae, verbis singularum partium affirmantium praegredientibus secundum regularem structuram additur particula *y*, *yd*, nisi praemittuntur coniunctiones primitivae *pei*, *cyn*, *cyt*, *can* etc., ut in multiplici sententia modo prolata: *y deuei . . . y lladei . . . y dygei . . .*; vel in altera parte duplicis huius: *pei gwyppei ymarchawc hynny ydeuei yth amdiffyn* (si sciret eques istud, veniret te protectum) 1, 32. Ac saepe eadem particula sententiae absolutae invenitur, ubi expectaveris relativam: *hyspys yw gennyfi y deuy di ac ef* (persuasum est mihi, te venturum cum eo, ad verbum: venies tu cum eo) 1, 259. *tebic yw gennyf i hagen y dygafi y marchawc gyd ami* (veri simile est mihi tamen, me abducturum equitem mecum; ad verbum: abducam equitem) 1, 259. *brodoryon ym ni ar gwr y buost neithwyr yny ty* (cognati sumus nos viro, in cuius domo fuisti nocte praeterita; ad verbum: cognati sumus nos viro, fuisti praeterita nocte in eius domo) 1, 247. Item in Leg.: *llety er egnat eu estauell ebrenyn er hon ebo en kescu endy* (domicilium iudicis est cubiculum regis illud in quo dormit) 1, 11, 4. *efeyryat eurenynes adely dyllat eurenynes er hun ypenytyo endav* (presbyter reginae debet habere vestem reginae illam in qua fecerit paenitentiam) 1, 24, 6.

At cum *a* alia exempla relativa in Mab.: *minneu avynnaf yr ymdidan da aedewit y minneu heb y kei* (ego volo narrationem pulchram quae concessa est mihi, inquit C.), *gofyn aoruc kynon yr hynn uadawssei arthur udunt* (petere coepit C. id quod concesserat A. eis) 1, 2. *tegach ync yr hacraf onadunt hwy nor vorwyn deckaf aweleist ti eiryoet yn ynys prydein* (formosior est maxime deformis ex eis, quam puella formosissima, quam vidisti tu unquam in insula Britannia) 1, 4. Solam enim *a* in parte relativa vel immissa vel subiuncta sententiae ampliori atque in constructione praemissi nominis subiecti vel obiecti exempla ostendunt plurima, tam modo allata, quam supra in capite de pronomine vel de particulis verbalibus (pp. 392. 420. 421). In quibus cum *a* sententiam relativam immissam vel subiunctam inchoans obtineat locum subiecti vel obiecti, particulam *y*, quae partem cui praeest, addito pronomine personali vel possessivo et abolito sensu relativo, paene solvit a relicua sententia, tum tantum adhiberi patet, cum in aliis linguis extat aut relativi casus obliquus e praepositione pendens vel genetivus aut coniunctio relativa *quod*.

Quare conicio, si absit praepositio, pro genetivo relativi (dativus enim pendet e praep. *y* = *di*, *do*), cuiusmodi exemplum non legi, ut in sententia latina: *mortuus est vir*, *cuius domum aedificavi*, eandem esse constructionem cambricam: *marw yw y gwr yd adeilieis y dy*, cum particula absoluta *yd* et pronomine possessivo *y*.

Etiam post coniunctiones nominales vel similes formulas loquendi ponitur particula absoluta: *ual y mae*, *ual yd oed* (ut est, ut erat; cf. Mab. 1, 259: *mal doeth aphwyllic y dywedy di*, instar viri docti et prudentis dicis tu, et hib. *amal* cum acc., p. 657) Mab. fq. *lle y gwelych eglwys kan dy pader wrthi* (quo loco videris ecclesiam, canas pater tuum ad eam) 1, 238. *gofyn aoruc ef ymi pale y mynnwn vynét* (quaerere coepit e me, quo ire vellem) 1, 7. *ny wys pa tu y mae* (incognitum, qua sit) 2, 225. 226. *yr awr y kenych*, *yr awr y rodes*

unllef arnaw (ex quo cecineris, ex quo dedit unum sonitum eo, cornu) 2, 65. 66. Item post quasdam coniunctiones praepositionales, ut *gwedy*, si non construitur cum infinitivo: *gwedy y beym uedw* (cum essemus mente captae) 1, 36. Ibi supplendum esse *gwedy hynn y beym* (p. 394), patet e constructione negativa facta cum particula *na*, quae vicissim occupare solet locum particulae *y* sententiae relativae affirmativae: *gwedy na welont hwy dydi drwc vyd gantunt* (cum non viderint illi te, aegrum erit eis) 1, 14, sicut post alias eiusmodi coniunctiones: *am nat wyt* (quia non es), *am na wn* (quia nescio) 2, 10. 13. *wrth nat atwaenat* (quia non norat), *yr nas gwelsei* (quamquam non viderat eam) 2, 12. 199. Eiusdem tamen originis coniunctiones *o* (*or*, *os*) et *tra* construuntur tanquam primitivae sine ulla particula verbali vel cum particula negativa absoluta: *or clywy*, *or gwely* (cum audies, videbis) 1, 238. *os gallafi* (si possum) 1, 256. *offoy di* (si tu fugis), *ony cheffy di ofut* (si non ceperis angorem) 1, 8. *o dianghaf*, *or dianghafi*, *oni dianghaf inheu* (si evasero, si non evasero) 2, 12. 16. *tra gudyych ti* (quamdiu tu celaveris) 1, 14. Cum iis concordant *yny* (donec), *pan* (quando). Contra etiam post *pei* condicionalem sequitur forma particulae negativae relativa *na*: *pei na bei*, *pei nam goganwch* (p. 725), et post primitivas *a*, *ac* (et), *no*, *noc* (quam) conceditur locus particulae *y*, *yd*, pariter acsi non sint additae.

e. In partibus posterioribus sententiae cambricae non magis certus est ordo, quam hibernicae. Solet tamen subiectum cum vocibus subiunctis praecedere ante obiectum cum ceteris: *pan dywettei arthur yr ymadrawd teckaf wrthyf or aallei. y dywedwn ynneu yr ymadrawt hwnnw ynhactraf* (leg. *yn hacraf*) *aallwn* (cum dicebat A. nuntium quam optimum mihi poterat, dicebam ego illum nuntium quam pessime poteram) 2, 375.

Descriptiones temporis et loci vel aliae adverbiales in cambrica sententia, in qua collocationis maior est licentia, interdum subiunguntur principio: *ac y bu deudyd a dwynos yn kerdet ynyalwch fforestyd* (et erat duos dies et duas noctes proficiscens per solitudinem silvarum) 1, 238. Immo saepius in ipso principio collocantur: *ar bore drannoeth y bu barawt march owein* (et mane post noctem paratus erat equus O.) 1, 12. *ac ygyt ar dyd peredur aglywei diaspat* (et una cum die P. audiebat tumultum) 1, 256. *pan hambwyllont hwy or lleon y deuant wy yth gyrchudi* (cum consuluerint, e castro Legionum venient ipsi ad te quaerendum) 1, 14. *ac yr fforest yd aei y mab beunyd* (et ad silvam ibat puer cotidie) 1, 236. *ac ar ol y llu hwnnw y gwelei ef gwreic velen* (et post hanc turbam ipse vidit mulierem flavam) 1, 17. Adverbia igitur tam simplicia quam composita frequentissime occupant principium sententiae: *ac yna ydeuth ef fford y lys . . . ac yno y gwelas ef gwraged* (et tunc perrexit ille ad aulam, et ibi vidit mulieres) 1, 36. *ac yno y clywei . . . ac uelly y bu ef yn hir yn yr agherdet hwnnw . . . odyna y cerdawd racdaw* (ibi audiebat . . . et ita fuit diu in regione illa invia . . . inde perrexit) 1, 266. 267. *ar hynny y dywawt arthur* (deinde dixit A.) 1, 2. *ac ar hynny wynt a welynt yn dyuot ymywn morwyn* (et tunc videbant illi venientem intro puellam) 1, 282.

Contra participium praesentis activi circumscriptum, quomodo circumscribuntur adverbia, in postremis sententiae locis reperitur: *ac ymperued llawr yr ystauell ydoed yr amherawdyr arthur yn eisted* (et in medio solo cubiculi erat

imperator A. sedens) 1, 2. *ac ygkenawl llawr y neuad ydoed pedwar gwyr yn eisted ar lenn* (et in medio solo aulae erant quattuor viri sedentes in pulvinari) 1, 282. *ac ual ydoed owein diwarnawt yn bwyta ar y bwrd ygkaerllion ar wysc nachaf uorwyn yndyuot* (et cum esset O. aliquando cenans ad mensam in castro Legionum ad Iscam, ecce puella veniens) 1, 26.

2. Nomen et pronomen constructum.

a. Articulus abest, sicut in hibernica constructione, ante substantivum quod distinguitur et finitur addito genetivo: *iarlles y ffynnawn* (comitissa fontanae) 1, 1. *presseb y march* (praesepe equi) 1, 33. *iarllaeth y gogled* (comitatus septentrionis) 1, 235.

Nomina propria solent carere articulo, ut: *y dywawt arthur*, *y dywawt kei* (dixit A., C.) fq. Additus tamen invenitur casibus obliquis: *yr beli mawr uab manogan y bu tri meib* (Belino Magno filio Manogani fuerunt tres filii) 3, 297. *mwyhaf oe vrodyr y karei lud y lleulys* (maxime inter fratres suos amabat Ludius Leulisum) 3, 298, ubi necessarius videtur inter duo nomina propria iuxta se posita. Idem casui recto additur post verbum defectivum *heb* (inquit): *heb yr arthur*, *heb y gereint* (inquit A., G.) 2, 27. 29. 30, post quod articulus praecedit etiam ante pronomen personale: *heb yr wynt* (dixerunt ipsi) 3, 269.

Adiectivo quoque praecedit articulus cambricus. perinde atque hibernicus (p. 916), si ante substantivum, cui appositum est, praecedit pronomen possessivum: *gwedy marw beli adygwydaw teyrnas ynys prydein ynllaw lud yuab yr hynaf* (mortuo Belino cecidit imperium insulae Britanniae in manus Ludi filii eius natu maximi) 3, 297; item si caret substantivo: *tegach yw yr hacraf onadunt* (formosior est maxime deformis ex eis) 1, 4. Pronomini demonstrativo idem additus invenitur, significanti hib. *inti*, *indí*, *ani*: masc. fem. *er hun*, *er hon* in Leg., neutr. *yr hynn* in Mab. (p. 395).

Articulum infinitum *un*, transumptum e numeralibus cornice et aremorice (p. 219), nondum recepit cambrica. Propius tamen ad hunc usum accedentis numeralis, instar pronominis positi, exempla inveniuntur in Mab.: *pedweryt mab idaw un lleuelys* (quartus filius ei erat aliquis L.) 3, 297. *kymer dy uarch un* (sume tuum equum aliquem, unum ex equis tuis) 2, 53.

b. Substantivi casus nominativus et accusativus pariter atque in aliis linguis construuntur. Statuendus videtur etiam accusativus temporis, quamquam ob defectum flexionis discerni non potest: *deudyd a dwynos* (per duos dies et duas noctes) 1, 238.

Genetivus non invenitur nisi constructus cum substantivo praecedente sine ulla casus terminatione (praeter pluralem, p. 281). Ceterum idem, sicut in hibernica lingua vetusta (p. 916), ita in cambrica interdum praep. *di* (de) significatur, ut inter gl. Ox.: *hin map di iob* (gl. Iove dignus; i. e. ut filius Iovis), vel in Mab.: *yn gyuagos yr gaer*, *ar dryll arall yr march* (cf. p. 217).

Dativus cambricus ut cornicus et aremoricus semper postulat praepositionem *di* (= hib. *do*, corn. *ʒe*, arem. *da*), quae in recentiore lingua fit *y*. Exempla vetusta in gl. Ox.: *di litau* (gl. Latio, addere), *dir arpeteticion ceintiru* (gl.

miseris patruelibus). Significantur igitur his praepositionibus hibernicis et britannicis genetivus et dativus eodem modo, quo in linguis romanicis praepositionibus *de* et *a*.

Genetivum vel ablativum latinae vel aliarum linguarum tam post substantiva et adiectiva, praesertim materiam vel plenitudinem rei indicantia, quam post verba lingua cambrica praepositione *o* circumscribere mavult quam alia. Exempla: *y rann mwyhaf or vlwydyn* (maxima pars anni) 3, 298. *y meint mwyhaf odrwc* (magnitudo maxima, plurimum mali) 2, 242. *kerwynet o dyfyr oer* (cupa aquae frigidae), *kerwyneit or med goreu* (cupa mulsi optimi) 3, 302. *carreyt or hyt goreu* (carrata frumenti optimi) Leg. 2, 1, 34. *arffedeit or us* (manipulus paleae) Mab. 2, 373. *peis o vliant teneu* (tunica lini tenuis) 1, 259. *dwy dorth o vara cann* (duo pista panis albi) 1, 239. *talym o uara gwynn* (frustum panis albi) 2, 14. *dwy gostrel yn llawn o win* (duae lagoenae plenae vini) 1, 239. *gwein yn llawn or dwfyr* (vagina plena aquae) 2, 246. *digawn o drwc* (satis mali) 2, 242. *cymedrolder o esmwythdra*, *kyflawnder o lewenyd* (abundantia hilaritatis, gaudii) 2, 32. 33. *amylder o amryuael anregyon*, *diwallualch o amryuael anregyon* (copia variorum donorum) 2, 20. 31. *diwallrwyd o bob peth* (sufficientia omnis rei) 2, 29. *diwallu y march o wellt ac yt* (providere equo stramen et frumentum) 2, 13. *kynnal y kyfoeth o vilwryaeth ac arueu. kynnal o uarch ac arueu amilwryaeth* (tueri imperium militia et armis, tueri equo et armis et virtute) 1, 19. 21. Eadem constructio post numeralia, ut *deunawweis o weisson*, iam memorata est (p. 314).

Cornica quoque et aremorica est haec constructio cum praep. *a* (= cambr. *o*). Cornica: *mab du a vur brys* (filius dei magni pretii) P. 14, 4. *box leun a yly* (capsa plena unguenti) 35, 1. *han sperys sans leun a ras* (et spiritus sanctus plenus gratiae) 3, 3. *mur a beyn a woȝevy* (multum doloris tolerabat) 54, 1. *glan off a wos* (purus sum a sanguine) 149, 2. *glan a bub fylte* (purus omni immunditia) 47, 2.

Aremorica: *den a laes* (vir exercens legem) Buh. 150, 1. *den bras den a choas hac a stat* (vir amplus, vir lectus et nobilis) 28, 23. *petra a mat a gra* (quid boni facit?) 18, 20. *lin a detin finaff* (linum fili tenuissimi) 168, 18. *leun a squient*, *leun a gracc* (plenus scientiae, gratiae) 4, 7. 48, 4. *cals a hirder*, *cals a poanyou* (multum desiderii, dolorum) 12, 17. 20, 7. *oll mar bech huy a vn opinion* (si sitis omnes vos unius opinionis) 22, 9.

c. Adiectiva cum substantivis, post quae sequi solent, congruunt sicut in aliis linguis: *morwyn benngrech uelen* (puella crispa flava; masc. *penngrych melyn*, p. 280) Mab. 1, 14. *yn wiscedic o arueu trymyon* (indutus armis gravibus) 3, 304. *danned hiryon melynyon* (dentes longi flavi) 1, 283. Habet tamen ut hibernica ita britannica constructio adiectivorum cum substantivis propria quaedam.

Praecedere quoque possunt adiectiva, sed eodem modo quo in lingua hibernica, carentia flexione, composita igitur cum substantivis, id quod exempla supra prolata (p. 891) demonstrant. Itaque compositio est statuenda, etiamsi separata sunt scriptione, ut in gl. Ox.: *a mein juniou* (gl. vittae tenues; adi. hod. *main*, plur. *meinion*), *a hir etem* (gl. instita longa). Interdum tamen etiam separatum antecedere adiectivum patet et ex isdem glossis: *creaticaul plant* (gl.

genialis praeda puellae), *dir arpeteticion ceintiru* (gl. miseris patruelibus), nisi forte nimium ordini latinarum vocum adhaesit glossator, et e Mab. 2, 31. 3, 304: *amryuaelon gerdeu*, *amryuaelyon gerdeu* (varii cantus), iuxta 2, 31: *amryuael anregyon* (varia dona).

Praecedunt substantivis adiectiva pronominalia *neill* (corn. *yll*), cuis forsitan compositio statuenda sit (p. 402), *paup* (quivis), *nep* (aliquis). At cum communi adiectivorum regula concordant *arall* (alius), *oll* (omnis), quae postponuntur.

2. Substantivis, quae post numerale II vel alia numeralia (p. 314) prae se ferunt formam numeri singularis, adiectivorum forma pluralis additur: *deu vaen rudgochyon* (duo lapides rubri) 2, 386. *deu vackwy wineuon ieueinc* (duo pueri fusci iuvenes) 3, 265. *pedeir meillonen gwynnyon* (quattuor trifolia alba), *pedeir ystondard melynyon* (quattuor vexilla flava) 1, 30. 2, 218.

3. At adiectiva quaedam post substantivi pluralem formam pluralis omnino non induunt, in his praeter simplicia quaedam, ut *mawr* (magnus), *tec* (formosus), et composita, potissimum derivata in *-ic*, *-awc*, *-awl* (quae pl. formarent, si adderetur flexio, *-igion*, *-ogyon*, *-olyon*), *-eid*, ac terminationes gradationis. Exempla: *dynyon tec awelsam ni* (viri formosi quos vidimus) 2, 203. *llygeit mawr hebogeid* (oculi magni accipitrini) 2, 385. *arueu trymyon estronawl* (arma gravia peregrina) 2, 386. *llygeit rudgochyon gwennwynic* (oculi rubri virulenti) 2, 388. *disgyryein gwyr aruawc* (clamor virorum armatorum) 2, 388. *deudec brenhin arhugeint evrenhined coronawc* (triginta duo reges coronati) 3, 263. *mein llywychedic gwyrthuawr*, *mein mawrweerthawc llywychedic* (lapides pellucidi magni pretii) 3, 265. *gweisson doethaf* (pueri prudentissimi) 3, 274. *ffuon cochaf* (rosae ruberrimae) 2, 218. *gwladoed teccaf a gwastattaf* (regiones pulcherrimae et planissimae) 3, 264. Adiectiva composita quae eandem formam servant post idem substantivum, sive est singularis numeri sive pluralis, videas inter adiectiva cumulata post substantiva supra memorata (p. 892).

4. De comparationis gradibus haec fere sunt memorabiliora. Aequabilis amplificatio cambrice significatur superlativis: *aphei vwyhaf vei y vrys ef. pellaf vydei hitheu ywrthaw ef* (et quo maior erat ipsius contentio, eo remotior fiebat illa ab ipso) Mab. 3, 17. *a phei vwyhaf y lladei ef ymarch* (*y varch*). *pellaf vydei hitheu ywrthaw ef* (et quo magis ipse exanimabat equum suum, etc.) 3, 17. 18. *goreu yw gennyfi heb y pwyll bo kyntaf* (eo melius mihi videtur, inquit P., quo prius fit) 3, 20. Cornice item: *moygha ȝoȝo drok a wre henna veȝa an guella gwas* (quo magis eum vexabat, eo melior puer existimabatur) P. 112, 4. Contra aremorice comparativis praecedente *seul*: *seul muy oarse so a pechet seul muy poan racse so dleet* (quo plus igitur est peccati, eo maior poena ideo debetur) MJ. 68[b].

Propria cambricae dialecti forma aequalitatis aut componitur cum praepositione *cyn-*, *cy-* (p. 300. 902), quam formam compositam sequitur *ac*, aut simplex adhibetur plane eodem modo quo in ceteris linguis substantiva. Ut non modo constructa cum verbo: *awelydi drycket y gyflauann* (videsne tu malitiam iniuriae, quam mala sit iniuria?) Mab. 1, 267. *ac mal y llathrei wynnet y cwn y llathrei cochet y olusteu* (et sicut candebat albor canum, fulgebat rubor aurium) 3, 8. *ac yna ymessurassant wynteu hyt nos uchet y gaer* (et tum mensi sunt

illi per noctem altitudinem urbis) 3, 273, vel cum praepositionibus: *rac dahet y gwybod ef* (propter urbanitatem illius) 1, 4. *rac daet y gwyr . . . achadarnet y ty* (propter virtutem virorum et firmitatem domus) 1, 252. *rac tywyllet y nos* (propter obscuritatem noctis) 3, 31. *nat oed ymadrawd dros wyneb yr ynys yr isset ydywettit* (ut non esset colloquium per faciem insulae, quamvis summisse diceretur) 3, 299; sed etiam intermixta substantivis: *sef aoruc pered*r *seuyll a chyffelybu duet y vran. agwynder yr eiry. a chochet y gwaet* (tum stare coepit P. et comparare nigredinem corvi et alborem nivis et ruborem sanguinis...) 1, 257, vel antecedentibus pronominibus: *rac vychwannocket y vrwydyr* (propter aviditatem meam, quia tam avidus eram certaminis) 2, 375. *rac y decket* (propter pulchritudinem eius), *rac y haccret* (propter deformitatem eius), *rac y ysgawnet* (propter levitatem eius) 2, 207.

d. Numeralium constructio et proprietas aut formarum expositioni ipsi supra praemissa est (p. 314), aut tradita in capite de compositione, cuius formam induere solent (p. 893).

e. E pronominum quoque constructione propria quaedam cambricae linguae aliena ab aliis supra proposita sunt, ut relatio significata (p. 391), possessivum absolutum significatum vocibus *eid* et *ein* (p. 387 sq.)

Pronominis demonstrativi genera distinguntur tria, masc. *hwn*, *hwnnw* cum masculinis, fem. *hon*, *honno* cum femininis substantivis constructum, *kyn*, *hynny* (forma pluralis) sine substantivo loco neutri abstracti: *gwir yw hynny* (verum est istud) Mab. 1, 260. Huius loco hodie invenitur *hi* (Spurrell. gramm. p. 62): *y mae hi yn bwrw gwlaw* (pluit; ad verbum: est id iaciens pluviam), *mae hi yn dywyll* (est obscurum); an corruptum ex *hyn*?

Etiam separatum a substantivo suo demonstrativum servat congruentiam generis, sicut in hibernica lingua: *py gynnwryf yw hwnn* (qui tumultus est hic?) 1, 290. *py ryw ormes yw hwnnw* (quod genus calamitatis est hoc? *ryw* masc., *gormes* fem.) 1, 293. *niuer kyhardet a honnw* (copia aeque comis atque haec) 1, 16. 17. *kerd kystal a honno* (cantus aeque dulcis atque hic) 1, 9. *bei dywetut ti ymi y peth a ovynnaf ytti. minneu a dywedwn y titheu yr hwnn aovynny ditheu* (si dicas tu mihi rem quam quaero ex te, ego quoque dicam tibi eam quam quaeris ex me), *beth yw hwnn heb y peredur* (quae res est haec? inquit P.; *peth* masc.) 1, 237.

3. Verbum constructum.

Constructionem verbi impersonalem vel tertiam personae singularis positam pro ceteris in activo genere nondum adoptavit lingua cambrica. In quibusdam tamen haec verbi celtici proprietas etiam in activo cambrico negari vix potest: *gouyn idaw ae ef gyntaf bioed y llys yd oed yndi. mi ysgwir heb ef ae hadeilawd a mi bieiuu y dinas ar castell a weleist ti* (quaerere coepit ex eo, an ipse primus possedisset aulam in qua esset. Ego revera, inquit, eam construxi, et ego possedi oppidum et castellum quod vidisti) 2, 14. In his *mi ae hadeilawd*, *mi bieivu* (*mi a bieiuu*) eodem modo construuntur, quo est hibernice in Sg.: *ismé aridrochell* (ego id rapui). His adnumerari possunt ea, in quibus verbi singularis numerus constructus est cum substantivo plurali: *gweisson doethaf*

or byt yw vymbrodyr i (pueri sagacissimi in mundo sunt fratres mei) 3, 274. *ar geireu hynny aaeth hyt att erbin* (et verba illa ierunt usque ad E.) 2, 34. *dyuot trimeib cledyf divwlch. gwyr agauas clot mawr* (venire tres filii Cl. D., qui viri ceperant gloriam magnam) 2, 243; alternans cum plurali: *y gwyr hynny ae gordiwedawd ac aovynassant idaw* (illi viri eum consecuti sunt et quaesiverunt ex eo) 3, 85. In principio sententiae ita solet verbi tertia persona singularis praecedere substantivi plurali numero: *arodes breenhined hinn ha thouyssogion cymry* (et dederunt haec, privilegia, reges et principes Cambrorum) Land. priv. p. 113. *y pellaei y gwyr y wrthaw* (removebantur viri ab eo; at mox: *y nesseynt wynteu attaw*, illi appropinquabant ei) Mab. 2, 375. *yna y kerdwys y kennadeu* (tunc profecti sunt legati) 3, 268. *ac ual y diffykyei eu meirch* (et ut deficiebant equi eorum) 3, 270. *yny dygwydawd y meirch ar |eu glinyeu* (donec deciderunt equi in genua sua) 2, 51. *yny golles y taryaneu eu holl liw* (donec perdiderunt scuta omnem colorem suum) 2, 51. *mal y barno goreu gwyr y llys* (ut indicaverint optimi viri aulae) 2, 25. *sef awnaeth y weisson* (id fecerunt pueri) 3, 264. Contra inveniuntur etiam exempla, in quibus verbi tertia persona pluralis additur collectivo substantivo singularis numeri vel pronomini: *ac y kychwynyssont y llu mawr hwnnw bop bydin yny chyweir* (et progressus est exercitus magnus ille, in suo quodque agmen ordine) 2, 379. *pawb a dybygynt* (quivis, omnes cogitabant) 2, 207.

De praevalente per dialectos cornicam et aremoricam constructione impersonali etiam activi supra actum est in capite de verbi flexione (p. 540).

Praecipue constructio cambrica impersonalis amplexa est passivum, cuius una tertia persona singularis per varia tempora extat, qua ceterae personae significantur quomodo expositum est. Exempla praebet flexio verbi passivi.

Differunt dialecti britannicae a ceteris linguis plerisque et ipsam hibernicam superant formis passivis verbi substantivi et auxiliarium quorundam, quae cum constructione et usu ipsae quoque supra traditae sunt (p. 539).

Actio verbi reflexiva vel reciproca, qua aut unus in se aut plures inter se agunt, in dialectis britannicis sola particula *im-*, *ym-* verbo praefixa significatur, de qua uberius disputatum est in capite de compositione (p. 898 sq.)

In temporum usu non semper primitivam et certam distinctionem servatam esse comprobat confusio praesentis et futuri primarii britannici. Eiusdem modi alternatio animadvertitur in temporibus secundariis, ut praesentis secundarii pro praeterito usus condicionalis (quemadmodum in hibernica lingua interdum, p. 923): *pei na bei drech noc ef nys dygei ynteu y eneit ef* (si non fuisset fortior illo, non abstulisset ipse animam eius; de actione perfecta, ad verbum: si non esset, non auferret) Mab. 1, 20. *aphei gwnelut ti vyghygor ny chyhyrdei ugyhyrdawd o galedi athi* (si fecisses tu consilium meum, non accidisset quod accidit difficultatis tibi) 2, 61. *ot archei ereint idaw peidaw ar gware hwnnw. ef abeidei vyth ynnllawen ac ef* (si oravisset G. eum, ut desisteret a ludo illo, ipse destitisset certe libenter ab eo) 2, 63. *aphany bei ueichawc hi nysgordiwedut ti* (et nisi illa esset praegnans, tu eam non esses consecutus) 3, 160. *pei ysgwypwn nydown yma* (si scivissem id, non venissem huc) 3, 85. *oed llessach yr march. pei assarchut yr meittyn* (erat commodius equo, si dudum id petivisses) 3, 19. *pei asrodei y neb y rodei wrth eir odgar brenhin iwerdon* (si daret id

cuiquam, dedisset ad verbum O. regis Hiberniae) 2, 240. *ac nawnaei wyr ynys prydein ylluydeu mawr hynny yneb namyn idi hi* (nec fecissent viri insulae Britanniae vias magnas illas cuiquam nisi illi, mulieri) 3, 272. Vel promiscuae inveniuntur duorum temporum formae: *pei asgorchymmynnasswt nysgadwn* (si id mandasses, non dimisissem eum) 2, 48. Contra cornice et aremorice formas praeteriti secundarii usurpari cum significatione praesentis (vel futuri) secundarii, exempla plura supra proposita ostendunt (p. 526 sqq.).

Infinitivus britannici verbi, sicut hibernici, naturam servatam substantivi prae se fert praemissis frequenter praepositionibus, ut *gwedy*, *heb*, *rac* etc. (cf. pp. 678. 679. 688). Cum certis quibusdam praepositionibus, ut cambr. *yn*, corn. *ow*, arem. *ouz*, infinitivus substituitur pro participio praesentis (cf. hib. *oc*, p. 924). Cuius usus communis dialectorum britannicarum exempla supra inter formas verbi allata sunt (p. 538).

Inprimis autem propria britannicarum dialectorum est illa constructio, qua infinitivus verbi finiti vice fungitur, non modo sicut Latinorum infinitivus historicus per se positus omissis, quae saepe adduntur, verbis *aoruc* vel *awnaeth* (fecit), sed etiam ut verbum finitum sequatur infinitivus cum coniunctione copulativa: *ac wynteu ae gomedassant adywedut* (et illi id recusaverunt et dixerunt) Mab. 1, 273. Quae constructio cornice in legem fere abiit: *may ȝeth war ben y ȝewleyn ha pesy yn ketelma* (ut procumberet in genua sua, et oraret hoc modo) P. 54, 4. Contra inverso ordine in oratione obliqua: *amenegi udunt uot y hiarllaeth yn wedu. ac na ellit y chynnal onyt o uarch ac arueu amilwryaeth* (et monstrare iis, esse comitatum suum indefensum nec posse servari nisi equo et armis et virtute bellica) Mab. 1, 20. 21.

CAPUT ALTERUM.

De constructione orationis poëticae.

Proprius habitus atque ornatus orationis poëticae, quo distincta recedit a similitudine sermonis cotidiani, admodum varians apud varios populos, modo temporum ratione efficitur, modo congruentia sonorum, cum alii nec hoc nec illo modo usi satis habeant parem syllabarum numerum versibus tribuisse ut Indi, aut sententiarum quandam aequabilitatem, parallelismum quem dicunt, construxisse ut Hebraei. A Graecis et Latinis, quorum carmina metro, quod dicunt, continentur vel certa ratione et ordine syllabarum longarum vel brevium, differunt nationes septentrionales Europae, quae pertinent ad familiam indeuropaeam*, ut gentes et Germanorum et Celticae, quarum omnium oratio poëtica secundum id quod exploratum est tam de Scandinavis, Saxonibus, Anglis, Baiovariis quam de Hibernis et Cambris vetustis, sonorum congruentia constituitur, tum principalium, tum finalium.

* Nescio an idem mos sit aliorum populorum diversae orginis, ut Tungusorum secundum ea, quae profert Gabelentius in grammatica dialecti eius nationis (Elémens de la grammaire mandchoue, p. 148).

Inter horum autem populorum ipsorum carmina ad sonorum congruentiam aptata intercedit altera quaedam differentia. Alii enim sola principalium sonorum congruentia (quam vocant allitterationem) observata, ut Germani, in sententiis poëticis vel versiculis binas vel ternas voces constituerunt eadem consona inchoatas vel vocalibus (quae omnes inter se concordant). Alii congruentiam sonorum non solum in principio vocum, sed etiam in extremis vocibus sectati sunt atque in mediis ipsis, quem ornatum iam vetusta habent et Hibernorum et Cambrorum carmina. Quamquam minor in mediis vocibus esse potest sonorum congruentia quam in extremis, ubi poëtae Hiberni et Cambri binas vel plures voces non eadem tantum consona, sed eadem syllaba terminare solent. Pleniore hac consonantia, eadem vocali eademque consona terminali binarum vel plurium vocum in eodem versu vel in compluribus positarum, iam Cambri veteres utuntur, eademque uti solent Hiberni, etsi vocalium varietatem concedunt, ut concordent inter se *-us*, *-is*, *-es*, vel *-im*, *-am*, *-em* finales eodem modo, quo concordant principales vocales diversae. Quae congruentia consonarum solarum maiorem vetustatem redolet et habenda est primitiva forma, postea demum ad plenam consonantiam finalem provecta, quam cultam potissimum a gentibus recentioribus Europae dicunt *rîmam**.

* E gr. ῥυθμός, rhythmus nomen ducunt. Quae vox quamquam longe aliam principio rem significavit, postea tamen in illum usum aberravit, qui per medium aevum viguit, ut rhythmicae compositioni, qua nomine notabantur versus celticae structurae, certi syllabarum numeri cum consonantia, opponeretur metrica, qua antiquorum metra imitabantur. Cuius consuetudinis exemplum praebet diaconi Lul epistula, quarta inter Bonifacianas ed. Serar.: „Obsecro, ut mihi Aldhelmi episcopi aliqua opuscula seu prosarum seu metrorum aut rhythmicorum dirigere digneris ad consolationem peregrinationis meae et ob memoriam ipsius beati antistitis.“ Nec alia desunt testimonia: „Versum scoticum noluerunt vel rhythmice seu metrice in Latinum verti.“ Vita S. Declani ap. Boll. (cf. 961 not.) „Apostolicae sedis pontifex non solum ea, quae beatus vir Notkerus dictaverat, verum etiam ea, quae socii et fratres eius in eodem monasterio S. Galli composuerant, omnia canonizavit, videlicet hymnos, sequentias, tropos, letanias, omnesque cantilenas, rithmice, metrice vel prosaice, quas fecerant.“ Ekkehardi Vita B. Notkeri ap. Goldast. 1, 236. „Parvuli latine pro nosse, medii rithmice, ceteri vero metrice quasi pro rostris retorice etiam episcopum affantur.“ Ekkehardi Casus S. Galli ap. Pertz. 2, 91. Quibuscum haec comparanda sunt ex O'Dav. glossario: *Metuir .i. comardugh in dana. ut est: amail rongab rithim arradh metuir .i. amail rogab rithim, i fil binnis cen certus, arradh metuir .i. binnis 7 certus, uair bid binnis co certus isin metar 7 binnis cen certus isin rithim* (metrum i. e. artificium carminis. ut est: *am. r. r. a. m.* i. e. ut est rhythmus, in quo est sonoritas sine numero, comparatus metro i. e. sonoritati et numero, quia est sonoritas cum numero in metro et sonoritas sine numero in rhythmo). Unde emendandum est alterum exemplum: *Arrath .i. afarradh. ut est: amail rogabh rith imarrath ineckuir* [leg. *rithim arrath metuir*] *.i. isamhlaid atait na baird arrath na filed .i. isamlaid atait na baird cintomus acu ifarrad na filed* (*arrath* i. e. in comparatione. ut est: sicut est rhythmus comparatus metro, i. e. sic sunt bardi comparati poëtis doctis i. e. sic sunt bardi sine mensura apud se (qui non didicerunt compositionem metricam) comparati poëtis doctis), quocum conferenda sunt, quae ibidem produntur s. vv. *colus* et *egin*. At nunquam in vetustis libris aut hibernicis aut britannicis computationem poëticam indicat vox *rim*, quamvis frequentis alias usus. Simplex hib. subst. in Sg. 181ᵃ: *dliged rimæ ocairli kal.* (gl. de ratione: cum ei qui nos pupugit talionem, id est, vicem a nobis redditam ostendimus, repupugi dicimus, quando vero de ratione vel kalendario loquimur, repunxi [gl. *adrothoirndius*] dicimus, Pr. 10, 5, 32). Inde deriv. *rimire* (computator): *is assu lasna rimairu* (est facilius computatoribus; cf. p. 304) Cr. 3ᵇ. Frequens est verb. comp. cum *ad-* (computare, imputare, putare, aestimare, saepius idem indicans quod *áirmim*, numero, et cum eo alternans): *mad iarnaicniud adrimther* (si secundum naturam computatur) Cr. 3ᵇ. *adciam ascenel cruche adrimther incoicsath. filus trechenelæ martre adrimiter arcruich* (videmus genus crucis imputari, existimari, compassionem; sunt tria genera martyrii quae computantur pro cruce) Cam. *tichtin inna epistle adrimisom arathichtin fessin* (adventum epistulae aestimat pro suo ipsius adventu) Wb. 14ᵈ. *donaib pecthachaib ni áirmisom ón archumscugud arisabás imbás dosuidib comscugud im. iustor. abás imbethith són adindrimisom* (gl. omnes quidem resurgemus sed non omnes immutabimur; i. e. peccatoribus non numerat id, resurgere, pro immutatione, nam est e morte in mortem illis, immutatio autem iustorum e morte in vitam, haec est, quam numerat) Wb. 13ᵈ. *adrimfiter*, *adrimfeter* (gl. sed haec postea

Disputandum igitur est accuratius de proprietate, siqua est, consonantiae, ut finalis, de qualiscunque consonantiae loco quem obtinet in versibus, de versiculorum constructione in carminibus, tam apud Hibernos quam apud Britannorum populos. De gallicae priscae formae poëticae reliquiis suspicandis apud poëtas latine scribentes etiam hic, sicut in aliis capitibus de aliis argumentis, dissereter una cum hibernicis vetustioribus poëticis.

I. Constructio poëtica hibernica.

Formam primitivam consonantiae finalis monosyllabam transgressi ad consonantiam bisyllabam, interdum vel trium syllabarum, et Hiberni poëtae et Latini, qui illam formam (qua conicere licet iam vetustos Gallos usos esse) latinis carminibus imitati sunt, saepius perrexerunt quam Cambri, qui primitivam illam monosyllabam fere servarunt, raro bisyllabam terminationum grammaticarum, ut *-ieu*, *-ion*, adhibuerunt. Apparet bisyllaba consonantia hibernica in vetustis sententiis hibernicis, quae videntur proverbia, ut: *isgnáth do cobir cach lobir ifochidib* (gl. qui consolatur humiles deus; i. e. consuetum est ei auxilium debilis cuiusvis in tribulationibus) Wb. 16ᵃ. Facile non solum hanc consonantiam suppeditarunt vocabula composita cum *su-*, *du-*, *s-*, *d-* sibi contraria, ut *somme*, *domme* (dives, inops), *sóire*, *dóire* (salus, miseria), sed etiam trisyllabam: *sochumacht no dochumacht*, *sualig dualig*, *sóinmiche dóinmiche*, *di sóinmechib 7 dóinmechib* (p. 863).

Recentior ars poëtica Hibernorum, in quorum carminibus plura genera versiculorum certis syllabarum numeris circumscriptorum inveniuntur, propriis nominibus distincta, ab arte poëtica ceterarum nationum recentiorum Europae, apud quas sola fere servata est consonantia vel assonantia finalis, atque ipsorum affinium Cambrorum hoc differt, quod hiberni poëtae maiore cura principalium sonorum congruentiam sectati sunt, quam dicunt allitterationem vel concordiam (*uaim*), minore congruentiam finalium. Finalis enim consonantiae imitatio quaedam viget, quae dicitur correspondentia (*comharda*): aut perfecta, si eandem vocalem aut non secuntur consonae aut eiusdem ordinis ut tenues vel mediae, aut imperfecta sive infracta, quae nihil est nisi assonantia vocalium (O'Don. Gramm. p. 415 sq.). Congruentia haec media inter consonantiam et assonantiam singularis est et propria artis hibernicae, ceterum antiqua, ut quae iam in vetustis carminibus extet iuxta consonantiam plenam. Contraria huic est illa congruentia, quam primitivam finalem suspicati sumus,

---

reputentur; i. e. reputabuntur) Sg. 153ᵇ. Pr. Cr. 60ᵇ. *adrimed* (gl. imputare) Ml. 21ᵃ. Alia composita et decomposita: *dorimiub* (gl. sermone digessero) Ml. 26ᶜ. *dorimther hi libur esaiae ásceluo* (narratur in libro Isaiae haec historia; cf. germ. *erzälen* e *zal*, numerus) Ml. 16ᵈ. *iscomfuirmed forgnúsa* (est collocatio formae, in mecum, non compositio) Sg. 203ᵃ. *remfuirmedcha* (gl. praepositivae, coniunctiones; = *remforim.*, p. 27) 212ᵃ. Hodie quoque est subst. cambr. *rhif* (= *rim*, numerus), e quo composita et derivata in Mab.: *cyfrif* (numeratio) 3, 155. *riuaw* (numerare) 3, 26. *riuedi* (numerus) 3, 28.

solarum consonarum cum alternatione vocalium (p. 935). In versibus, e quibus carmina construuntur apud Hibernos vetustos, secundum scriptionem codicum coniungi solent tanquam hemistichia bini versiculi certi syllabarum numeri, ut binis certe locis disposita sibi respondeat consonantia una, si non plures. Rariores sunt versus trium membrorum.

Per haec hemistichia consonantia qualiscunque disponitur, tam initialis, quam finalis, vel intermedia, si qua interdum addita est ornatus causa, certum locum non poscens. Allitteratio tum contraposita esse potest vel in hemistichii utriusque principio vel in mediis, tum consociata in duabus vocibus eiusdem hemistichii subsequentibus. Rara est alternans duarum consonarum aut per eiusdem versus membra aut per duo versus copulatos, non rara cumulata tam eiusdem consonae per totum versum quam per singula membra diversae.

Correspondentia aut contraposita est in fine utriusque hemistichii aut in fine duorum versuum copulativa. Solent simplici copulativa terminari posteriora hemistichia; sed interdum accedit altera in fine priorum, ut fiat copulativa duplex. Eadem continuata per paucos versus apud Hibernos negari non potest, per plures in cambricis carminibus praecipue continuatur. Nec infrequens est per media membra ad ornatum augendum dispersa altera praeter contrapositam vel copulativam in duabus vel tribus vocibus, quam dico lateralem.

Hemistichia singula certum syllabarum numerum continent, ut septenarum vel octonarum, vel pauciorum vel plurium, nec tamen necesse est idem numerus syllabarum sit in utroque hemistichio nec in singulis versibus eiusdem carminis. Numerum tam syllabarum, quae hemistichiis, quam versuum, qui strophis continentur, ex arbitrio constituit poëta, nisi mavult carmen sine certo versuum numero componere. Quamquam frequentius ceteris stropharum generibus est distichon vetustiore scriptione vel stropha quaternorum versuum recentiore, frequentior ceteris syllabarum numeris septenarius in hemistichiis vel versiculis.

Quaeritur, an syllabae acutae et gravatae in versiculis alternaverint e certa lege. Ut ex hemistichio septenarum syllabarum frequentissimo diversa collocatione accentus enucleari possunt rhythmica schemata duo, alterum quasi trochaicum:

$\acute{-}\ \smile\ \acute{-}\ \smile\ \acute{-}\ \smile\ \acute{-}$,

quasi iambicum alterum:

$\smile\ \acute{-}\ \smile\ \acute{-}\ \smile\ \acute{-}\ \smile$.

At nec in hoc versiculo vel hemistichio nec in aliis plurium aut pauciorum syllabarum eundem semper rhythmum observasse videntur hiberni certe poëtae, alternasse potius inter hunc vel illum magis minusve ex arbitrio. Tametsi enim prius schema conspicuum est in carminibus Mediolanensis codicis plerumque, in carmine de passione Christi cornico semper, alterum in Benedictione Hiberniae; tamen alternatio inter utrumque negari vix potest in aliis, ut in Fiacci Hymno in S. Patricium primi statim versus prius hemistichium secundum prius schema legi debet, ne acuantur syllabae aliquot formativae:

Génair pátraicc ínnemthúr.

Alterum autem non potest nisi secundum posterius legi, quia acutis syllabis principalibus, gravatis formativis, prodit in hunc modum:

ishéd adfét iscélaib.

An germanicus proferendi modus concedetur in hoc hibernico versu frequentiore ceteris et aequante fere germanicum versum usitatum, ut in singulis membris binae tantum syllabae maiore accentu proferantur? Et ut possit pronuntiari:

Genair pátraicc innémthur ‖ *ished adfét iscélaib.*

Animadvertendum est, interdum voces bisyllabas positas esse loco unius syllabae gravatae, ut voces *acus*, *firu* in his Benedictionis Hiberniae locis:

acus bíth bennách firu múman.

Apud Hibernos vetustos et Cambros constructio poëticae orationis universa, exceptis quibusdam quae sunt propria horum vel illorum, est eadem. Itaque, cum morum priscorum semper tenacissimi fuerint celtici populi, conicere licet, ne apud veteres quidem Gallorum Druidas et Bardos carminum constructionem fuisse diversam. E quibus etsi omnino nihil superest, tamen nimium audere mihi non videor, si affirmo, prima iam religionis christianae aetate in Gallia gallicam illam carminum formam translatam esse in carmina christiana. Quemadmodum igitur bellatorum res gestae celebrabantur a Bardis Cambrorum carminibus illius formae, quae etiamnunc extare creduntur, et a Bardis Gallorum, vel caerimoniae a Druidis, ita celebrantur religionis christianae mysteria vel christianorum martyrum virtutes hymnis eiusdem formae.

Itaque tam hymnorum consonantia quam aliorum carminum latinorum, quae e temporibus labantis imperii Romani vel in terra continenti Europae vel in Hibernia sunt composita, ante proponenda est, quam liceat progredi ad hibernica carmina.

1. Consonantia latina.

S. Ambrosium, episcopum Mediolanensem, in Gallia natum (a. 333, obiit a. 397), cultus divini publici hymnis, antiphonis etc. celebrandi primum auctorem fuisse eius notarius Paulinus refert ad S. Augustinum (Append. ad. opp. S. Ambros. ed. Bened., Paris. 1690, p. IV): "eo Ambrosii tempore primum antiphonae, hymni ac vigiliae in ecclesia Mediolanensi celebrari coeperunt, cuius celebritatis devotio usque in hodiernum diem non solum in eadem ecclesia, verum per omnes paene occidentis provincias manet."

Hymni S. Ambrosii tetrametro iambico* compositi sunt, sed accedit usus

* De metro iuxta consonantiam adhibito in iis hymnis Beda disputat in libello de arte metrica (ed. Basil. 1, 56): 'Metrum iambicum tetrametrum recipit iambum locis omnibus, spondeum tantum locis imparibus, quo scriptus est hymnus Sedulii: A solis ortu cardine etc. Sed et Ambrosiani eo maxime currunt, . . in quibus pulcherrimo est decore compositus hymnus beatorum martyrum, cuius loca imparia spondeus, iambus tenet paria. Recipit hoc metrum aliquoties, ut scribit Mallius Theodorus, etiam tribrachyn.' Tam allitteratio iuxta latinum metrum quam consonantia finalis, interdum etiam media, adhibetur a Gallis eiusdem aetatis poëtis, ut Ausonio, in epigr. 1:

Phoebe | potens numer*is*, | praese*s* Tritonia bell*is*,
Tu quoque ab aërio | praepe*s* Victoria lapsu,

consonantiae eodem modo, quo monosticha Columbani Hiberni mox proferenda, hexametro latino composita, consonantia vetusta hibernica induta sunt. Contraho hic stropharum quaternos versiculos hibernicorum codicum more in versus binos, quorum singula hemistichia sunt octonarum syllabarum, et signo allitterationem lineolis, litteris inclinatis consonantiam finalem, ut in exordio hymni martyrum:

Aeterna Christi | munera ‖ et | martyrum victorias,
| Laudes ferentes debitas, ‖ | laetis canamus mentibus,
| Ecclesiarum principes, ‖ belli triumphales duces,
Caelestis | aulae | milites, ‖ et vera | mundi lumina,
Terrore victo | saeculi ‖ | spretisque | poenis corporis
Mortis | sacrae com|pendio ‖ vitam beatam | pos|sident.

Monosyllaba tantum consonantia finalis, eaque lateralis et dispersa, vix contraposita, invenitur in hoc hymno (octavo editionis Bened. 2, p. 1222), sed eidem bisyllaba admista est in noni exordio:

| Somno refectis artubus ‖ | spreto cubili | surgimus,
Nobis, | pater, canentibus ‖ adesse te de|poscimus.
| Te lingua primum concinat, ‖ | te mentis | ardor | ambiat,
Ut actuum | sequentium ‖ tu, | sancte, sis exordium.

Consonantia est hic copulativa, eaque duplex, in prima stropha, contraposita in secunda. Consonantia finalis bisyllaba in aliis hymnis, quorum auctor vetustissimis testimoniis perhibetur Ambrosius (cf. editorum admonitionem in hymnos), ut in primi stropha sexta:

Gallo canente | spes redit, ‖ aegris | salus refunditur,
Mucro | latronis conditur, ‖ | lapsis fides revertitur.

Quin trisyllabae consonantiae et finalis et mediae sunt exempla vel vestigia, ut in quarti secunda stropha:

Non ex virili | semine, ‖ sed mystico | spiramine
| Verbum dei | factum caro ‖ | fructusque | ventris | floruit.

Come | serenatam | duplici | diademate | frontem
| Serta | ferens, quae | dona togae, quae | praemia | pugnae.
| Bellandi | fandique | potens Augustus, honorem
| Bis meret.

Cingulum . . . . . . cingulum meum contra morbum et curam; contra fascinationes mulierum eius fames, eius passio auxilium.
Cingulum Iohannis cingulum meum, qui legit sapientiam puram; opprobrat iras virorum, vertit fascinationem mulierum.
Cingulum serpentis cingulum meum, serpens circum me est, ne me vulnerent viri, ne me perdant mulieres, ad stellas me magnificavit, sub horam meam circa me est.
Sub pallio meus rex mihi, adhuc superest rex; . . . . . . sub cucullulo Mubii.
Mucholmoc me amavit propter intellectum, propter scientiam; propterea me amavit, quia est firmum cingulum meum."

Sunt versus quindecim, ita copulati correspondentia monosyllaba, quae praeterquam in disticho primo plena est consonantia, ut sex efficiantur disticha, quinta tamen stropha sit tristichos. Quinque versus (6 — 10) compositi sunt ex hemistichiis quinarum syllabarum, in sex aliis (1. 2. 4. 5. 14. 15) septenas syllabas excipiunt quinae, in relicuis admodum variat syllabarum numerus.

Lineas discernentes membra et indicantes allitterationem omisi, ne nimia multitudine deturparent poëmatium formosum. Est enim et initiali consonantia et intermedia ornatum. Allitteratio contraposita est in stropha secunda in

---

gonat, *naramillet*, continet partes *naram* (ne me, an hic subiecti loco?) et *tairthea*, quae ob aspiratam *th* solvenda videtur in *tair-* = *do-air-* (p. 880) et *tea*, coni. verbi *tiagu*? cf. subst. *tairthecht* (iter) O'R. suppl. an formam *cofotheasa* (gl. ut mordeam) Ml. 3ᵃ. *inséé* in codice cum lineola supra *i*, ergo *innséé*, vet. *séé* cum articulo. *timcellas*, forma relativa, *do-im-cellas* (p. 884; cf. *imtimcel*. p. 887). *intuáith*, in cod. *ituáith* cum lineola supra *i*, cf. *eter tuáith* Wb., inter plebem, inter homines laicos. *raucthi* part. necess. verbi alternantis *roucu*, *roiccu* (assequor, p. 429). *láin* pro *láine* (plenitudo), ut *uair* infra pro *uaire*? *induléan* in apographo, cum accentus saepius remotus a sua vocali inveniatur in codd., lego *induleán*, *indule án*: *indule* = *ionduile* (exoptabilis) O'R? *án* (nobilis, dives), cf. plur. masc. *ána* (divitiae) p. 240, nisi rectius conferetur *an .i. luath* (celer) O'Dav. *brond* gen. subst. *brú*, venter. *otamind*: *ota*, p. 713. *mind* = *m'ind* (apex, vertex meus). *fimieain* gen. nominis ignoti *fimiedn*, an *fimie din* (F. nobilis)? *galar*, morbus; *ces*, hod. *ceas*, cura, tristitia. *upta*, ap. O'R. *uptha*, fascinatio. *banmbeth* mire compositum allitterationis consociandae causa; est enim tam *ben*, *ban*, mulier, quam *bé*, pl. *béithe* O'R., cf. comp. et deriv. *betheigneachadh* (vet. — *ecnigud*), stuprum violentum, *betheach*, effeminatus. *afraech*, *adam* cum pron. poss., *fraech*, hod. *fraoch* (furor; fames) O'R. *suidi*, cf. *suithe* Amra Choluim Chille ap. St. 37 n. *daid*, eiusdem radicis cuius *dathar*: *ished dathar din* (gl. maledicimur quia speramus; i. e. hoc opprobratur nobis) Wb. 28ᵈ. *nathair*, *nathrach* (p. 259). *imátá* iuxta *imacuáirt* pro *imaatá*, circum est. Pro *uáramgonat* in apogr. postulatur *náramgonat*, ne me vulnerent, tenore sententiae. *fair* in apogr. cum puncto delente super *a*, ergo *fir* plur. *naramillet* pro *narammillet*, *nar-am-millet*, a *millim*, perdo, sicut *romóra* pro *ro-m-móra*, *imátá* pro *im-m-attá*. *fomóir unátá* in apogr. lego item *imátá*; *fomóir* = *fo-m-óir*. *fobrut*, sub pallio (*brat*) ut postea *fochochlan* (*fococlan* in apogr. cum signo aspirationis in utraque *c*), quod sine dubio est deminutivum vocis *cochull* (cucullus). At quae intercedunt, obscuriora sunt. *fosarabi* solvendum videtur in *fos* (= vet. *beos*, *beus*? p. 614) et *arabi* (*.i. is ferr*) O'Dav., cf. *arathá* p. 490, vix *doærbi* (gl. concîdit) Sg. 60ᵇ. *fotrochlanib*, in apogr. *fotrochlaib* cum linea super *a*; nihil simile invenimus nisi forte apud O'R. adi. *trochladh*, putridus, *trochlughadh*, profanatio. *mubi* (vivi mei), cf. *lambiu* (apud vivum meum) Fél. Iul. 22. *Mucholmoc* (cf. *oroit do gille mocholmoc u cencugain dorigni*, Inscr. vet. ap. O'Don. p. 228) eadem formatione qua *Muchoemoc* (monasterii Liathmorensis fundator saeculo septimo, Boll. Mart. 2, 280): 'eius nomen primum *Coemgin*, dein per dilectionem *Mochoemoc*, quod latine dicitur *meus pulcher juvenis*. Vita S. Moch. Boll. Mart. 2, 282; compositum ut nomina *Mochumbe*, *Mofecta* ibid. p. 287 (vel *Mobiu* supra), deminutivum i. q. *Colmanus* ibid. p. 286, i. e. *Columbanus* (cf. *colum*, p. 789). *ramcharastar*, vetustius *romchar*. *fégad*, visio. *airai*, vet. *airi*, ideo. *tend*, hod. hib. gael. *teann*, firmus, artus.

|*láin* et|*lurech*, consociata in sequentibus in | *banih*|*beth*, |*ferga*|*fer*, *nara* |*mille*|*mná*, *ro*|*móra* *fo*|*móir*. Primum autem distichon et duo ultima abundant fere omni consonantiae genere; primum ludens liquidis, repetens *m* cum vocalibus variantibus in initio et medio in vocibus *dumimdegail*|*imum* | *imacuáirt*, *naramtairthea*, *timcellas*, et subiungens consonantiam liquidae *n* in *finnáin*, *innsét*, *intuáith*. Paenultimum distichon praeter *fo* quater inchoantem et allitterationem consonarum *b* et *r* alternantem ornatum est consonantia laterali in | *brut mu*|ri, *fosara*|*bi in*|*rí*, interna in *fotrochlanib fochochlan*; postremum cumulata allitteratione, contraposita *ch* et consociata *f*: *Mu*|*cholmoc ram*|*charastar ar*|*fégad ar*|*fis*. *isairi ram*|*charastar uair istend mo*|*chris*.

E versiculis, qui certam formam certumque syllabarum numerum secuntur, illud genus, quod maxime usitatum esse supra (p. 937) diximus, quo quattuor hemistichia septenarum syllabarum disticho iunguntur, consonantia finali utitur aut copulativa, ut in hymno in laudem S. Patricii hibernico, aut contraposita, ut in carminibus codicis Mediolanensis et in disticho primo allato e codice Sangallensi. Item modo hanc modo illam formam habent plura alia carmina servata in codicibus minus vetustis.* Nec differunt structura poëtica gaelica Bardorum carmina, quae dicuntur Ossianica, etsi recentioris linguae habitum prae se ferunt, nisi quod maiorem licentiam adhibent in numero syllabarum, praesertim gravatarum, et in usu consonantiae.**

* Alternant inter utramque omnia carmina satis numerosa et ampla inserta narrationi vetustae hibernicae, quae prodiit a. 1808 Dublini inscripta: "*Deirdri*, or the lamentable fate of the sons of Usnach, an ancient dramatic irish tale, one of the three tragic stories of Eirin; literally translated into english from an original gaelic manuscript, with notes and observations. By Theophilus O'Flanagan." Est eiusdem historiae narratio duplex. Plura prioris carmina habent contrapositam consonantiam (p. 42. 56. 60. 64. 73), copulativam duo postrema (p. 108. 116). In posterioris narrationis carminibus invenitur consonantia contraposita item (p. 150. 166), copulativa in carminibus additis ab editore in fine libri, quorum unius auctor dicitur abbas Columba (hib. *Colum cille*, angl. Columkill), ceterorum Ossianus (hib. *Oisin*); tertio continetur fabula de Talco filio Treni (hib. *Talc mac Treoin*). Etsi antiqua sunt haud dubie haec carmina, vetusta narrationis ipsius lingua, tamen nec scriptio nec formae grammaticae sunt purae illae et genuinae nostrorum codicum vetustiorum. Dispositio versuum in editione est recentior, qua prodeunt strophae quaternorum versiculorum (p. 937). Rara in omnibus his est consonantia bisyllaba, frequentior monosyllaba, plerumque nihil nisi correspondentia; interdum omnino desideratur consonantia finalis. Quare praestat, ex hymno in S. Patricium proferre exempla, etiam ob varietatem consonantiae multo maiorem.

** Carmina Ossianica saepius iustum syllabarum numerum offerunt eundem, quem vetusta hibernica metri usitatioris, ut carmen inscriptum *Fionnghal* 5, 428 sq. (*Dàna Oisein mhic Fhinn*, *Dun-eidin* 1818, p. 182):

Shuidh Gall agus Oisian thall || *maille ri Suaran nan tonn*
Air bruaich Lubair b'uaine snuagh, || *bhuail mi a chlàrsach dha'n righ*.
Bha 'mhala o'n strì fo ghruaim, ||

Sed secuntur mox hemistichia vel versiculi (secundum editionem gaelicam), in quorum fine additur syllaba minoris accentus ultra iustum numerum:

thiondaidh e 'dhearg-shùil air Lèna,
Bha 'n gaisgeach fo bhèudh mu shluagh. || *Thog mi mo shealladh air Cromla*,
Is chunnaic mi mòr-mhac Shèma.

Hic vocum *Lèna*, *Cromla*, *Shèma* finalis *a* excedit numerum syllabarum communem, item mox *-ar*, *-ach* finalis. Et ut a fine sic ab initio eiusmodi syllabae adduntur, ut in *Cath Loduin* 2, 110 (ed. gael. p. 13):

A thriath Chrathmo, thuirt an righ, || *mhic Roinne, shealgair nan torc ciar*,
Gun bheud cha do thill thu o'n stri, || *a gharbh iolair a'tearnadh o'n t-shliabh*.

Voces *a*, *mhic*, *gun* inchoantes singula membra superant iustum syllabarum numerum. Rarius duae syllabae praemittuntur, ut *leam-sa* in Fionngh. 1, 163:

Pervetustus haud dubie est hymnus in S. Patricium, quem Hiberni tribuunt eius discipulo Fiacco, quamquam cum ceteris, quae Libro Hymnorum continentur, interdum vitiatus est corruptela formarum grammaticarum.*

Allitteratio, in eodem versu contraposita vel consociata, etsi fere adhibetur, interdum per duos versus pergit eiusdem consonae vel duarum alternantium, interdum tamen neglegitur omnino in uno versu. Maiore cura colitur finalis consonantia, ut in aliis, ita in hoc carmine saepius plena. Monosyllaba rarior, ut in disticho 27:

Leam-sa 's taitneach, thuirt ceannard nan triath.

Nec desunt loci qui pro his voculis, particulis plerumque, acutas quoque voces ostendunt.

Etiam in medio versu inveniuntur supervacaneae syllabae, ut sint duae syllabae gravatae loco unius, quod ipsum iam in vetustis hibernicis carminibus animadvertitur (p. 938). Ut in Cath Lod. 1, 3 vel Fionngh. 3, 392. 395:

Lùbadh cluaran mu Lora nan sian.
Shiubhail Roinne mar theine nan speur.
Ghluais Fillean mar cheathach ri tom.

Tam in primo versu *cluaran mu Lora nan* quam in secundo *Roinne mar theine nan* binos dactylos efficiunt loco binorum trochaeorum, in tertio *cheathach ri* unum dactylum.

Consonantiam in his carminibus, etsi saepius deest ut in primis versibus supra allatis, adhiberi tamen finalem, sicut in vetustis hibernicis carminibus, tam copulativam quam contrapositam, pauca haec probabunt exempla.

Correspondentiam copulativam habet carminis inscripti *Fionnghal* exordium:

Shuidh Cuchullin aig balla Thùra || *fo dhùbhra craoibh dhuille na f*uaim,
Dh' aom a shleagh ri carraig nan còs, || *a sgiath mhòr r'a thaobh air an fh*eur.
Bha smaointean an fhir air Cairbre, || *laoch a thuit leis an garbhchòmhrag,*
'Nuair thàinig fear coimhead a' chuain || *Luath mhac Fhithil nan ceum* ard.

Magis conspicua est consonantia in his, quae mox secuntur:

Eirich, a Chuchullin, èirich, || *chi mi loingeas threun o th*uath,
Grad ghluais, a chinn-uidhe na fèile, || *'s mòr Suaran, is lionmhor a shl*uagh.

Item a versu 18:

Chunnaic mi 'n ceannard, thuirt Moran, || *coimeas do 'n charraig an tr*iath,
A shleagh mar ghiubhas air scor-bheinn, || *mar ghealaich ag èirigh a sg*iath.

Contraposita invenitur in exordio carminis inscripti *Cath Loduinn* 11 sq.:

Mi coimhead air Lochlin nan sonn, || *ciar uisge Uthorno nan t*onn,
*O'n iar-chuan a' tearnadh mo r*igh. || *'s muir bheucach fo ghaoith a' str*i.
*'S neo-lionor glan òigridh nam b*eann || *tìr choigrich a' togail fo'n c*eann.

Quam sequitur mox copulativa duplex:

*Ghairm Starno o Loduinn fear f*aoin, || *chuireadh Fhionnghail gu cuirm nam fl*eagh,
Chuimhnich an righ an òigh chaoin, || *ghluais ardan a làmh ri a shl*eagh.

Eadem ante illos versus praecedit a v. 2:

*A chaoin aiteil, gun t' fhaicinn a ch*aoidh, || *lùbadh cluaran mu Lora nan s*ian,
*Thu air astar an caol-ghleann na g*aoith, || *c' uime thréig thu mo chluasa co d*ian? etc.

Allitterationem, ut hic in vocibus *chaoin chaoidh*, *lùbad Lora*, poëtae haud ignaro hibernicae vetustae structurae cognitam fuisse vix poterit negari. Invenitur haec duplex copulativa (consonantia versuum alternans secundum editionis distinctionem) etiam in medio carmine, ut in *Fionnghal* 1, a v. 101, ante quem praecedit consonantia contraposita.

Ahlwardtus in versione germanica Ossianicorum poëmatum, cum singulos versus ad syllabam exprimeret, suo iure cavit, ne consonantias quoque exprimeret. Quis enim finales illas, non dicam consonantias plenas, sed correspondentias in aliam linguam transferet?

* Nuperrime editus cum glossis et interpretatione a Whitleio Stokes in libro cui inscripsit: *Goidilica.* Nec ante a. 540 nec post saeculum octavum scriptum esse censet Leo in "Comm. de carmine vetusto hibernico in S. Patricii laudem" Halis Sax. 1845, p. 4. 5, ratione non improbabili, quod Temora caput Hiberniae aetate S. Patricii, sed orbata regno a. 540, iam desolata dicitur in carmine, et saeculo octavo Normannorum incursiones illum litterarum florem hibernicum delere coeperunt.

Anais tassach diaes || *intan* do|*bert comman dó*
as|*bert monicfed pátraicc* || | *briathar tassaig nirbu gó.**

"Mansit Tassacus post eum, cum dedisset communionem ei;
dixit mox venturum esse Patricium; verbum Tassaci non fuit falsum."

Item in distichis 29. 31. Bisyllaba usitata est. Sufficient exempli causa disticha 10. 17. 18. In horum altero accedit interna consonantia vocum *lucu*, *truscu*, *dosfiuscad*.

Tuatha | *hérenn tairchantais* | *dosn icfed sithlaith* nua
meruid co|*de aiartaige* || *bed fás* | *tir* | *temrach* tua.**

"Populi Hiberniae praesagiebant venturum esse regnum pacis novum,
mansuram usque ad diem eius prolem, fore vastam terram Temorae silentem."

Pridchad soscéla dochdch || *dognith* | *mórferta il*|lethu
iccaid | luscu *latr*uscu || | *mairb dosf*iuscad *dob*ethu.
| *Pátraic* | *pridchais do scotaib* || *rochés mórseth ill*ethu
immi contissat do | *bráth* || *incách dosfuc do* | bethu.***

"Praedicabat evangelium cuivis, faciebat magna miracula late,
sanabat claudos cum leprosis, mortuos suscitabat ad vitam.
Patricius praedicavit Scotis, passus est magnum laborem late,
cum ipso ut veniant ad iudicium, quemcunque attulit ad vitam."

Etiam trisyllaba plena extat in disticho 7:

Dochum nérenn dod|*fetis* || *aingil dé hi* | *f*ithisi
menicc atchithi hi | *fisib* || *dosnicfed ar*ithisi.†

"Ad Hiberniam eum ferebant angeli dei in viam,
frequenter id videbatur in visionibus, eum venturum esse rursus."

Correspondentiae solius, item vel monosyllabae vel bisyllabae, haec exempla appono: disticha 26. 30 monosyllabae, in qua saepius consonae ratio nulla habetur.

---

* Leguntur hi versus post annuntiationem mortis S. Patricii e rubo ardente factam ab angelo, et ante narrationem de ipsa eius morte. *Tassach* episcopus *Ráith cholptha* et faber aerarius Patricii. *di-a-és*, praep. nom. *diéis* (cf. *tarési-n*) cum pron. inf. *comman* transformatum e lat. communicatio: *adrat dia iemaith inchomáin dorat doib* (gl. gentes, dico, super misericordia honorare deum, Rom. 15, 9; i. e. adorant deum, est bona communicatio, quae data est iis) Wb. 6[c]. *isarachommáin dúib* 25[a] *asbert monicfed*, dixit mox (p. 418) venturum esse P. (*.i. cosabull* iterum), i. e. moriturum; *nirbu gó* (.i. quia venit patricius iterum *cosabull*).

** Hoc inter disticha, quae de desiderio adventus S. Patricii apud Hibernos referunt. *Tairchantais*, praes. sec. verbi *doarchanim, tairchanim* (p. 880). *síd*, *sith* (pax, p. 20); *sithlaith* i. e. *sithflaith*. *núa* pro *núe* (p. 858). *meruid*, rectius *méraid*, fut. sec., cf. *-mair*, *maraith* p. 430 sq. *codé* (*.i. cobráth*), ad diem iudicii, i. e. in aeternum. *iartaige* O'R. proles, posteritas, *iardaighe* O'Don. Suppl. postremus familiae. *temair*, gen. *temrach* (p. 259), urbs quondam princeps Hiberniae. *tua* (*.i. cenglóir*) silens, i. e. sine gloria.

*** *dognith mórferta*, in Wb. *dénom ferto*, *denum ferte* (facere miraculum, miracula, p. 486), *dénatar ferte* (fiunt miracula, p. 635), cf. *fertmaith* carm. Ml. 1. *illethu*, in latitudine, unde *lethit* (p. 805) et adi. *lethan*, latus. *luscu* (*.i. bacachu*) a *losc*, claudus. *la truscu* (*.i. laclam*) *mairb dosfiuscad*, ad verbum: mortui, eos suscitabat (p. 914), *do-s-fiuscad* = *do-fo-diu-* (*todiusg*. p. 888). Ceterum glossator interpretatur *dobethu* (*.i.* ad fidem). *seth* (*.i. sethair*), rectius *sáeth* (et *sáethair*, *sáithir*). *immi*, circum eum, i. e. cum eo, ut in dist. 26 *immut*. *contissat*, ut veniant (pp. 50. 468). Memoranda est hic constructio pluralis verbi et pronominis infixi *s* in *dosfuc* (*do-s-fo-uc*) iuxta sing. *incách*.

† Haec de viro sancto ante eius aditum Hiberniae. *Dochum* (p. 660). *dodfetis* (*.i. dobertis*), *do-d-f.*, pro *dodfedtis*. *fithisi* derivatum ut *semise* (p. 788), explicatur *slige no dlige* vel *seda* (i. e. *séta*, viae) ap. O'Don. Suppl. O'R. *menicc* i. q. *inmenicc* (p. 608). *atchithi* (i. e. *ad-d-chithi*) assimilatum pro *atchithe* (p. 480) congruit cum hod. forma *chidhthi*. *dosnisfed*, *doicfed* (p. 461) cum pron. inf. *-sn-* loco dativi. *arithisi*, *arithissi* Tr 4[b], apud O'Don. *aris* (*aridhis*) vel *doridisi*.

| *Ymmon dorroega itbíu* || *bid* | *lúrech díten* docách
| *immut i*|*l laithiu immessa* || *regat fir hérenn* dobráth. *

"Hymnus quem elegisti in vita tua erit lorica protectionis cuivis,
circum te die iudicii venient viri Hiberniae ad iudicium."

Huair assoith la | *hesu* || *ingrian fri bás inna* clóen
ciasu threbrech ba | *huisse* || *soillsi fri* | *éitsecht na* nóeb.**

"Quoniam resedit apud Iosuam sol ad mortem pravorum,
quamvis conveniens hoc, fuit iusta lux ad decessum sanctorum."

Bisyllabae exempla dist. 6. 15. 16. 21. 23. 28:

Inn | *innsib mara torrian* || | *airis innib adrí*mi
| *légais canóin la german* || *ised adfiadat* | *lí*ni.***

"In insulis maris tyrrheni mansit, in iis meditatus est,
legit canonem cum Germano, hoc referunt libri."

Islán | *tuaith* | *benna* | *bairche* || *nisgaibed* | *tart na* *lia*
| *canaid* | *cét salm* | *cech naidchi* || *dorig aingel fog*niad.
Foaid for | *léicc* | *luim iarum* || *ocus cuilche fliuch* imbi
ba | *coirthe aridadart* || *ni léicc a*|*corp hit*immi.†

"Slani in regione B. non eum capiebat sitis nec fames,
canebat centenos psalmos quavis nocte, regi angelorum serviebat.
Dormiebat in lapide nudo postea, et arundines madidae circum eum,
erat pila eius pulvinar, non commisit corpus suum in calorem.

For | *tuaith hérenn bai* | *temel* || | *tuatha adortais* síde
ni creitset in | *fírdeacht* || *inna trinóite* | *f*íre.††

"Super populum Hiberniae fuerunt tenebrae, gentes adorabant daemonia,
non crediderunt veram deitatem trinitatis verae."

Pátraicc diambai il|*lobra* || *adcobra dul do* | machi
do|*luid aingel arachenn* || *forsét im*|*medón*|*la*thi.†††

---

* Verba angeli e rubo S. Patricio mortem annuntiantis. *dorroega* i. e. *do-n- roega* (p. 448). *ilbiu*, in vita tua, dum vivebas; *biu*, alias adi. *díten*, gen. subst. *dítiu* (p. 264). *regat* (p. 453).

** Secundum pias Hibernorum narrationes sol post mortem S. Patricii per totum annum luxit, non intercedente nocte. Hoc refert poëta in dist. 28, addens hic, si iustum fuisset solem diutius lucere Iosua duce super stragem Canaanitarum impiorum, iustius fuisse eum lucere super baptismum piorum Hibernorum a S. Patricio ad fidem christianam conversorum. *huair*, i. q. *huaire*, *óre*. *assoith*, cf. *asaidhim* (resideo, maneo) O'R. *ciasu* (p. 711). *trebrech*, conveniens, unde *trebrigedar* Sg. 7[a]. *ba huisse* (glossatum: *ba coru*, i. e. magis conveniens), fortasse restituendum *uissiu* (p. 275).

*** De adulescentia S. Patricii refert poëta in primis hymni distichis, quae acceperat. *mara*, rectius *mora*. *torrian* gen. pl., Tyrrhenorum, si integra est terminatio. *adrimi*, numeravit, computavit i. e. meditatus est. *líni*, lineae, idem quod in dist. 29 *littri*, litterae, i. e. libri.

† Sunt haec quaedam, quae poëta de factis viri sancti in Hibernia narrat. *Slán* (i. nomen fontis; addit gl. marg.: *slana iarsindi baslan cech inobor tarateged ocus ic sabull ata*. repleuerunt *Ulaid* illam propter molestiam turbarum exeuntium ad illam). *tuaith*, loc. subst. fem. *tuath*. *canaid*, *foaid* praes. sec. formae absolutae (cf. Add. ad. pp. 425. 444) contra subiunctas *nisgaibed*, *fogniad*. *léicc*, dat. fem. *lecc*, lapis; *luim* a nom. *lomm* (gl. nudus) Wb. 13[a]. *coirthe*, lapis pilae, O'R. *aridadart* pro *afrithadart*, eius pulvinar contrapositum, suppositum, *adart* comp. cum *frith*. *ni léicc hitimmi*, non sivit, in calorem, i. e. lecto, lecti calore non fruitus est. *timme*, hod. *time*.

†† *Trinóite*, rectius *trindóite*, gen. subst. *trindóit* formati ut *humaldóit* (p. 804).

††† De morbo et morte S. Patricii refert poëta ex hoc disticho. *Diambai*, cum esset; *dian* alias si (p. 709). *illobra*, (i. *inngalur*), rectius *illobrai*; subst. *lobra*, *lobre* ab adi. *lobur* (debilis, infirmus). *dul*, ire, etiam active *dul báis* (subire mortem, p. 916). *domachi*, Macham, dat. a *macha*, quod etiam alibi extat pro pleniore nomine *ardmacha*, ut in dist. 25: *orddan domachi* (ordinatio Machae), item in Actis SS. (Boll. Febr. 1, 126. 164): "oppidum Macenum", "oppidum Macha", iuxta quod "campus Macha".

"Patricius cum esset in infirmitate, cupivit ire Macham,
venit angelus ad eum in via medio die."

Samaiges | *crich fri aidchi* || *arna* | *caite les* | occai
co|*cenn bliadne bai* | *soillse* || *ba hé* | *síthlaithe* *f*otai.*

"Imposuit finem nocti, ne consumeretur lumen apud ipsum,
usque ad finem anni fuit lux, fuit hic pacis dies longus."

Solent correspondere consonae eiusdem seriei, ut tenues *c*, *t*, tenues aspiratae *ch*, *th*, liquidae *m*, *n* inter vocales positae. Item si bisyllaba finitur consonis, ut in dist. 22:

In | *ardmacha fil rige* || *iscian doreracht* | emain
iscell mór | *dúnlethglasse* || *nim*|*dil ced di*|*thrub* | *t*emair.**

„Ardmachae est regnum, dudum surrexit Emania,
est ecclesia magna Dunum, non accepta mihi quamvis deserta Temora."

Vocalis quoque variatio invenitur in dist. 3:

Bai sé bliadna hi fognam || *maisse dóine nist*oimled
batar ile | *cothraige* | | *cethar trebe diaf*ognad.***

"Fuit sex annos in servitute, cibum hominum non edebat,
fuerunt multi cothraigi, quattuor vici quibus serviebat."

Trisyllabae exemplum dist. 24:

Do faith fades co | *uictor* || *ba hé aridr*alastar
lassais inmuine imbai || *asinten adg*ladastar.†

"Processit ad meridiem ad Victorem, hic eum convenit,
arsit rubus in quo fuit, ex igne allocutus est."

Utramque consonantiae finalis structuram alternantem in uno carmine, in disticho priore consonantiam copulativam, in altero contrapositam habet poëmatium eiusdem metri, haud dubie quondam celebratum in Hibernia††, S. Pa-

* Solis per annum lucentis miraculum refertur. *samaiges* (*.i. patraicc*), cf. *samaigther* (gl. ponitur) ap. O'Don. suppl. O'R. et subst. comp. *remsamugud* (antepositio) Sg. 212ᵃ. *caite* i. e. *caithithe*, praes. sec. *lés* (i. *cainnle*, candelae), cf. *lésboir* (p. 234). *occai*, alias *occo*, *occa* (p. 635), sicut postea *fotai* pro *fota*, *fote*, longus.

** Versus maxime memorabiles, quibus poëta viri sancti factis in Hibernia enarratis principalia insulae loca sua aetate florentia enumerat. Sunt *Ardmacha*, sedes primi episcopi e S. Patricii aetate, *Emain* vel *Emania*, sedes regia Ultorum, *Dunum*, quod in Vita S. Brigitae dicitur "*arx Lethglasse* ubi sepultus est Patricius", "*arx Ladglaisse*" (Boll. Febr. 1, 126), memoratum versibus ap. Giraldum Cambrensem in Topogr. Hibern. 3, 18:

"In burgo *Duno* tumulo tumulantur in *uno*
Brigida, Patric*ius* atque Columba p*ius*."

Item in Vita S. Brig. (Febr. 1, 163): "ad arcem *Leathglasse* sepultus est S. Patricius et B. Brigida et reliquiae beatissimi abbatis Columbae post multos annos collocatae in uno sepulcro." Deserta iam est Temora, aetate Patricii totius Hiberniae regia civitas. *doreracht* (p. 455). *nimdil*, *ni-m-dil*, non gratum mihi; adi. *dil* (*diliu*, *dilem*, p. 276. 278).

*** Hoc ex adulescentia S. Patricii. *Maisse*, hod. *maise*. Constructio eadem quae supra in *mairb dofiuscad*. *ile cothraige*, nomen C. explicatur: *.i. cetharaige .i. arinni dognith* (quia serviebat) *tribibus. iiii.*

† Narratur hic miraculum annuntiatae mortis S. Patricii per Victorem eius angelum custodem, a dist. 23, quod incipit: *pátraicc diambai.illobra* (P. cum fuit in infirmitate). *dofaith*, profectus est, i. q. v. 9 *dofaid*. *aridralastar* (*.i. arrále .i. cen dul dó doardmacha*) forma praet. depon. Eiusdem radicis: *conral cuairt fuiribsi* Wb. 7ᵃ. *arnarala forcubus airi* 11ᵇ. *anasirchride ished doralad hitos. .i. anassuthin im ished rolaad fodeid* (leg. *fodeud*; gl. non prius quod spiritale sed quod animale est, deinde quod spiritale est, 1. Cor. 15, 46) 13ᵈ. *lassais*, praet. v. *lassaim* (ardeo), unde *lasair* (flamma) et *lasairim* (ardeo). *asinten* (*i. asintened*) forma curtata.

†† Eius notitiam iam habuisse auctorem Vitae S. Brigitae scriptae circa a. 980, opinatur editor

tricio adscriptum, quod e codice quondam Mariani Scoti (obiit a. 1083) nunc bibliothecae Vaticanae in imitatione scripturae codicis ipsius legitur ap. Pertz. in tom. VII et tabula addita ad p. 481:

ol pátræc
A | *brigit anóebchallech* || *a* *bréo óir donadé*seb
tricha | *bliadan genchrédem* || | *bennach érenn darmése*.
| *Bennach* | *érenn in cechdú.* || | *bennach ultu es conachtu.*
| *bennach lagniu in cechtan.* || *acus* | *bith* | *bennach firu muman.**

(Boll. Febr. 1, 102), quippe quae haec referat (ibid. p. 171): 'ipsa iam sciens, quod dies remunerationis suae instabat, dicebat suis, quod vellet sepulcrum S. Patricii archiepiscopi visitare ante mortem suam. Ipsa autem sciebat se non reversuram quidem corpore, et iter faciens benedicebat totam Hiberniam ex omni parte, sicut praecepit S. Patricius episcopus moriens et dicens: Per triginta annos B. Brigida post mortem meam benedic Hiberniam. Et veniens sanctissima in aquilonalem plagam Hiberniae, videlicet in provinciam Ultorum, Brigida illico doloribus correpta est, et post breve spatium temporis inter multitudinem sanctorum, aetatis suae anno octogesimo, anno vero trigesimo post obitum S. Patricii, regnante in Temoria regnum Hiberniae Murchiartach mac Erc, felicissime obiit.'

Alii versus tributi S. Patricio produntur in Vita S. Declani ap. Boll. Iul. 5, 602: 'Sanctus Patricius archipontifex et patronus totius Hiberniae versum sequentem scotica lingua quasi quoddam oraculum vigorem legis habens eis cantavit. Quem versum familia sancti Albei et familia sancti Declani noluerunt pro se vel rhythmice seu metrice in Latinum verti. Et maioris auctoritatis ei conciliandae gratia illum proprio et genuino, quo pronuntiatus et compositus est a sancto Patricio, idiomate pro dignitate proferemus in medium. Ita igitur scotice ponitur ille versus:

Ailbhe umhal Padruig Muomhan mo guchruth
Declan Padruig na nDesi, na Desi ag Declan go bruth.

In quo decretum est, ut Albeus secundus Patricius et Momoniae patronus esset, et Declanus secundus Patricius et patronus esset Desiorum, et Desii sua dioecesis essent usque ad finem saeculi.' Sunt ita desumpti versus e codice collegii S. Isidori Romae, sed notat editor, paulo aliter legi eos apud Colganium et Usserium. Horum opera cum mihi praesto non sint, restituo meo arbitrio ita:

| *Ailbe* | *umal* | *ol pátric* || *pátric muman mo* | *co*|*cruth*
| *declan pátric nan*|*dese* || *in*|*desi oc* | *declan cob*rath.

"Albius humilis, inquit Patricius, sit Patricius Momoniae meus aequalis,
Declanus Patricius Desiorum, sint Desii cum Declano usque ad iudicium."

Est enim item metrum septenarium. *Cocruth*, eiusdem formae, aequalis, ut *sochruth*, bonae formae, honestus. In postremo membro in loco *indesi oc* vocales *i-o* coalescunt, aut sunt loco unius duae minoris accentus, ut in Benedictione in *bennach ultu-es conachtu*.

* Scriptio hic quoque congruit cum aetate codicis, ut destitutae *g* et *d* in *gen chrédem*, in quo praeterea flexionis neglectio est, pro vetustiore *cen chretim* (p. 244) e *cretem*, gen. *creitme*; item *in*, scriptum *i* cum linea, ante *c* in *in cechdú*, *incechtan*, ubi vetusta lingua postulabat *ic*. Forma aliae recentiores vel corruptae sunt *dona* dat. plur. pro *donaib*, *bliadan* gen. pl. pro *bliadne* *érenn* acc. pro *érinn*, *bennach* pro *bendach* (*benedicere*). Contracta tamen forma *es* particulae *acus*, postulata metro, vetustis iam poëtis videtur esse concessa (cf. *is* in hymno *Máilisu*). Sunt praeterea in his distichis voces vel res notatu dignae: *ol*, inquit (p. 504). *callech*, *caillech*, mulier velata pallio (*caille*), tam anus: *arni cundil mesce caillech* (gl. anus doce non vino multo servientes, Tit. 2, 3) Wb. 31ᶜ, hodie quoque hib. gael. *cailleach*, vetula; quam virgo religiosa. *bréo* (*.i. lasair*) Fél. Apr. 15, i. e. flamma. *óir* gen. subst. *ór* (aurum): *richisán .i. carmocol órdae .i. arachosmaili indóir fririchiss* (gl. carbunculus; i. e. propter similitudinem eius, auri cum carbone; cf. Wb. 22ᵇ: *arnéit inpectho et archosmili infognama dogníther doib*, gl. idolorum servitus) Sg. 47ᵇ. *donadéseb* i. e. *donaib désib*, Desiis. Terram *nandése*, *nan Desi*, Desiorum, frequenter memoratam in actis sanctorum Hiberniae, esse Momoniae partem patet e Vita S. Brigitae (Boll. Febr. 1, 171): 'Vir longe a civitate S. Brigidae habitabat, spatio itineris viantibus quatuor dierum, videlicet in Momonia in terra Nandesi in campo Femin.' Principalium regionum nomina, a populis principalibus enarratis in hoc carmine orta, dicuntur a Giraldo Cambrensi (saec. duodecimo) in Topographia Hiberniae *Momonia*, *Lagenia*, *Ultonia*, *Conactia*, hodie quoque *Munster*, *Leinster*, *Ulster*, *Connaught*. *tricha bliadan genchrédem*, triginta annos sine fide, refero ad Desios nondum totos ad religionem christianam traductos. Multum enim laborasse S. Brigitam in Momonia narrat auctor Vitae eius (Boll. Febr. 1, 166. 167): 'S. Brigida cum suis in campum *Cliach* in Momonia positum exivit et habitavit illic in quodam loco ad tempus... Multa

"Dixit Patricius:
O Brigita, o sancta mater, o flamma auri Desiis
triginta annos infidelibus, benedic Hiberniam post me!
Benedic Hiberniam omni loco, benedic Ultos et Conactos,
benedic Lagenios omni tempore, et semper benedic viros Momoniae!"

Ceterum etsi rarior est, invenitur tamen etiam metrica constructio finalis consonantiae expers, sed allitteratione magis ornata, ut in initio narrationis de fatis Usnechidarum posterioris in his Cathbadi Druidae oraculis (quae sine versuum distinctione leguntur in editione, p. 148):

Fot criol | brunn | becustar | bee
fhuiltt | buidiu | buidichais || | segaib | suiliub | seall gluasaibh
sian a|gruaidh | gormcorcra || fri dath | snechta | samhuimsi
sed a | deidgin | dianim || niamdo a | beoil partuingderg.
| be diam|bed ilairt|be || etir | Ulltaibh | esraduibh
geisis fot|bru | buirethar || | bee | fhinn | fhoto foltlephar.
imat | curudh | coisneat || | imat | airdrigh | iarfaigseat.
bhiaid iartur | trum|torthaibh || focli | choiccidh | Chonchubhair.
| biat a|beoil partuingderg || im a detai nemunto
| fris mu|formdigh airdrigo || | fria cruth n|digrais n|diainm

Primum membrum per se ipsum responsum Druidae continet, quae secuntur descriptionem eius, de quo responsum est. Praecedunt ibidem quaedam eodem modo prolata a Cathbado et Fedlimido, ante haec tamen etiam cum consonantia finali, quae Fedlimidus interrogat.

*Cia | deilm | dremon | derdr*ethar?
*Dremnus fot | bruinn | bui*rethar || | *bruidit | cluasaibh | cluin*ethar.
Gloim do dathuip | tren | tarmairt.
*Mor nuath ata na aig*thar || *mo | cruadi | cru | crechtnaig*thar.

II. Constructio poëtica britannica.

Vetusta carmina cambrica eiusdem fere sunt structurae, cuius hibernica vetusta. Syllabarum certi numeri et consonantiae qualiscunque idem usus idemque loci sunt. Hoc tantum differunt, quod consonantia finalis, quae fere monosyllaba ac semper plena est, per plures versus continuatur ad arbitrium poëtae, ut sit eadem saepius tam contraposita quam copulativa. Etiam in singulis carminum partibus maior est licentia versuum continuandorum, aut paucorum aut plurium iungendorum, nec ut in hibernicis carminibus praevalet

B. Brigida in regionibus Momoniensium fecit et plura loca et monasteria ibi signavit. Post haec iter arripuit venire ad civitatem suam in terram Lageniensium.' De hac propria S. Brigitae sede idem (p. 160): 'in patria sua magnum monasterium plurimarum construxit virginum, ibique maxima postea civitas in honorem B. Brigidae crevit, quae est hodie metropolis Lageniensium. Illa iam cella scotice dicitur *Killdara*, latine vero sonat *Cella quercus*. Quercus enim altissima ibi erat, quam multum amabat S. Brigida.' *darmése*, *darméisi*, *dar-m-ési* (p. 657). *dú*, locus: *isindiu itáa som* (gl. cum Christus apparuerit tunc et vos apparebitis cum illo; i. e. in loco ubi est ipse) Wb. 27[b]. *tan*, tempus, in frequenti particula *intan*, *intain* (tempore quo, cum). *bith bennach*, *bithbennach*, semper benedic (p. 865). *muman* a nom. *muma* (p. 264).

hemistichiorum contrapositio, quamvis inveniantur eius exempla, sed singuli versiculi distingui solent, praevalente consonantia continuata.

Consonantiae qualiscunque sine metro adhibitae exempla sicut hibernica extant incantationes vetustae, item cambrica inveniuntur, ut in nominibus propriis, quae terna esse solent secundum triadum morem cambricum, in enarratione militum et virorum Arthuri Mab. 2, 211 (cf. 2, 227, ubi sunt variata quaedam):

Bwlch. *achy*uwlch. *a sef*wlch. *meibon cledyf kyf*wlch. *wyron cledyf dif*wlch. || *teir* | *gorwen* | *gwenn eu teir ysgwyd.* || *tri* | *gouan* | *gwann eu tri* | *gwaew.* || *tri* | ben*yn.* | byn*eu eu trichledyf.* || | glas. | glessic. | gleis*at eu tri chi.* || | call | cuall. | *ca*uall. *eu tri meirch.* || *h*wyrdydwc. *a drw*dydwc. *a ll*wyrdydwc. *eu teir gwraged.* || *och. a*|*garym a diaspat. eu teir*[|*g*]*wyryon.* || *llu*chet. *aneu*et. *ac eissiw*et. *eu teir merch*et. || *drwc. a* gwaeth. *a*|gwaeth*af oll. eu teir morwyn.*

Constructionis metricae celticam formam communem cum proprietate cambrica (de qua re quae praeceperint Cambri artium scriptores saec. 13. et 14, videas apud Io. Williams ab Ithel in libro cui inscribitur: '*Dosparth Edeyrn Davod Aur*, or the ancient welsh grammar,' Llandovery 1856) iam prae se ferunt tres strophae primam linguae cambricae aetatem scriptione et formis grammaticis prodentes, quas e codice Iuvenci Cantabrigiensi post alios novissime ediderunt Wh. Stokes (Beitr. IV. 416) et W. F. Skene (The four ancient books of Wales, Vol. II. p. 2).

Quarum consonantias significabimus sicut supra hibernicas in versibus divisis secundum consonantiam praevalentem finalem:

| *Ni guorcosam* | *nemheun*aur
henoid. | mitel*u* nit *gur*|maur
| *mi* | am*f*ranc *dam* | anc*al*aur.
| *Ni* | *canu* | *ni guard*am | *ni* | *cu*sam
henoid. | cet *iben* | m*ed nou*el
| *mi* | am*frano dam* | *anpat*el
| *Namereit* mi* | *nep leguen*id
henoid. is | *discnirr** mi couu*idid
| *dou nam riceus unqu*etid.

Eiusdem modi strophae versuum ternorum minus regularium inveniuntur quattuor Mab. 3, 96. 213, ubi talia proferre dicitur cambrice '*canu eglyn.*'

Eiusmodi trias versiculorum regularium octonarum syllabarum, quam Taliessinus composuisse dicitur, extat Leg. 2, 2, 1:

| *Kik*leu *odures eu llauen*eu (hod. *llafnau*)
| *kan* | *Run en* | *rudher bedin*eu
*guir Aruo*n | *rudy*on *eu*|*redy*eu.

Item septenarum, quam profert Arthurus irridens Caium, Mab. 2, 237:

| *kynnllyuan aoruc* | *k*ei — "Funem fecit Caius
o uaryf dillus | *uab eur*ei — e barba Dillusii filii Eureii,
pei | *iach dy* | *angheu uyd*ei. — si salvus is, tua mors esset."

* v. l. *namercit.*
** v. l. *discuirr.*

Vel Mab. 3, 199, ubi tres fratres fideles filii G. laudantur:

| *Trimeib giluaethwy* ennwir.
| *tricheuryssedat kyw*ir.
*bleid*wn. | *hy*dwn. | *hyck*dwn | *hi*r.

Extant eiusmodi '*englynion*' vel epigrammatum series quaedam celebres inter Cambros, ut inscriptae '*Englynnio beddeu*, *Englynion y clywcid*' (strophae vel epigrammata sepulcrorum, auditnum, quae enarrant sepulcra bellatorum, vel hominum sapientium sententias auditas, i. e. celebres), quae modo servant, modo non servant syllabarum numerum, interdum consonantiam, ut haec (Myvyr. Archaeol. 1, p. 81 [Sk. II. 32] et p. 174):

Bet ẏ March bet ẏ Guÿthur
Bet ẏ Gugaun cletÿfrut
Anoeth bid bet ẏ Arthur.

A glyweisti a gant Credeiliad
Verch Ludd riain wastad
Digaun da diwyd gennad.

Talia igitur epigrammata modo constantis structurae sunt, modo solutae.

Eadem constructio orationis poëticae est in aliis carminibus recentioribus. Codice Nigro (*Llyfr Du*) Caerm., quondam Hengurti, nunc Peniarthi asservato, quem saeculo duodecimo Henrico II. regnante (1154—1189) conscriptum esse constat, continentur carmina 39, una cum ceteris quaecunque manserunt carminibus vetustioribus nuper edita a Guilelmo F. Skene (The four ancient books of Wales, containing the cymric poems attributed to the bards of the sixth century, Edinburgh 1868).

Inde e carminis 11. (Vol. II. p. 13) parte posteriore sumo versus hos, secundum hibernicam divisionem dispositos:

Arduireaue | *dev* || *yssi vn a* | *deu*
yssi tri | *hep* ev || | *hep* | *haut y amhev*
awnaeth | *fruith a* | *freu* || *a* | *fop amriffreu*
| *duu y env in* | deu || | *duyuaul y kyffreu*
| *duu y env in tri* || | *duyuuaul y inni*
| *duu y env in* vn || | *duupaul ac annhu*n.
Arduyreaue vn || *isẏ deu ac* un
issi tri arnun || *issi duu y hu*n.
Aunaeth | *maurth all*un | *a* | *mascul a* bun
ac nat kyuorun || *bas ac anotu*n.
Auneth tuim ac oer || *a heul alloe*i
allythir ig cuir || *a fflam im pab*uir
a | *serch in* | *sinh*uir || *a bun* | *hygar* | *h*uir
allosci pimp kaer || *otyueti* wir.

"Extollam ego duplicem, qui est unus et duo, qui est tres etc."

Infra modo inverso:

"Extollam unum, qui est duo et unus,
qui est tres insuper, qui est deus ipse;
qui fecit diem Martis et Lunae et marem et feminam etc.
qui fecit calidum et frigidum et solem et lunam etc"

eadem enarrationis longa et indefessa continuatione, quae est consonantiae.

In his consonantia finalis non solum contraposita coniungit hemistichia

quinarum syllabarum, sed saepius etiam continuata est, ut *eu* per quattuor versus, *un* per quinque, *uir* per duo vel tres. Allitteratio etsi neglecta est interdum, in pluribus tamen facile cognoscitur.

Orationis poëticae eandem constructionem cum habeant tam recentiora carmina cambrica quam antiqua, ut habent vetusta hibernica, quis negaverit esse vetustissimam atque usurpatam a vetustis poëtis, quorum nomina apud Cambros celebrantur, ut Aneurino et Taliessino?

Aneurini, poëtae vetustissimi e vetustis (*Cynfeirdd*, Bardis primitivis), cuius aetatem ab a. 510 usque ad 560 statuit index poëtarum in Myv. Arch., carmen inscriptum *Gododin* (= hib. *Fothudain*?),* quod inter vetustiora primo loco ponitur (Myvyr. Arch. 1, 1), exempli tam vetustioris quam amplioris causa inprimis hic memorandum est, quamvis omnia haec vetusta, non servata in codicibus aequalibus, in recentiorem scriptionem sint transcripta, interdum haud dubie a recentioribus, qui vetustiora non intellegerent et, ut fieri solet, in habitum recentiorem transformarent, mutata vel interpolata.

Primum affero primos carminis versus (Sk. II. 62), quos tam ob allitterationem, interdum quidem consociatam, saepius tamen per bina membra con-

---

* Scriptione hodierna *gododdin*, vetusta *guotodin*, ut apud Nennium in nomine regionis (ed. San-Marte, p. 72: 'Maileunus magnus rex apud Brittones regnabat, id est, in regione Guenedotae, quia atavus illius, id est, Cunedag, cum filiis suis, quorum numerus octo erat, venerat prius de parte sinistrali, id est, de regione quae vocatur *Manau Guotodin*.' Quae regio in parte sinistrali, i. e. a septentrione (*cled*, sinister, *gocled*, septentrio) contra Venedotiam, quae est Cambria septentrionalis, secundum ea quae disseruit Sk. I. 77 sqq., putanda est Cambrorum extrema regio ad septentriones, non illa quidem sita iuxta mare hibernicum, quae iam in Chronico saxonico ad a. 945, 1000 dicitur *Cumbraland*, hodie Cumberland, sed ad Bodotriam, ubi etiamnunc et palus vocatur *Slamannan* et regio *Clackmannan*, trans regionem Anglorum septentrionalium, quae appellatur Northumberland ab Humbro fluvio, amplectens minores duas, Berniciam et Deiram (cambrice ap. Nennium *Deur*, *Berneich* vel *Birneich*).

In illis regionibus facta sunt quae carmen hoc celebrat. Legitur enim apud Nennium (p. 72, cf. Sk. I. 231): 'Ida filius Eobba tenuit regiones in sinistrali parte Britanniae, id est, Umbri maris, et regnavit annis duodecim et struxit *Dinguaroi Guarthberneich*. Tunc *Dutigirn* in illo tempore fortiter dimicabat contra gentem Anglorum. Tunc Talhaern Cataguen in poëmate claruit et Neirin et Taliesin et Bluchbard et Cian, qui vocatur Gueinthgwaut, simul uno tempore in poëmate britannico claruerunt."

Idae primi Nordhumbriae regis initium in Chronico saxonico ad a. 547 notatur. *Dutigirn* (niger dominus) cognomen esse videtur eius regis, cui parebat populus *Guotodin*. In Nennii loco posui: *struxit Dinguaroi Guarthberneich*, pro corrupto: *unxit Dinguayrdi Guurthberneich*. Est enim *Dinguaroi* nomen cambricum castri Berniciae superioris (cambr. *guarth*, superl. *guartham*, extremus, p. 693), quod anglice dicitur *Bebbanburg*, hod. *Bamborough*, ut patet ex iis, quae mox secuntur ap. Nennium: 'Eadfered dedit uxori suae *Dinguaroy*, quae vocatur Bebba, et de nomine suae uxoris suscepit nomen, id est, Bebbanburch.' Inter nomina poëtarum apud Nennium *Neirin*, al. *Nuevin*, haud dubie corruptum est pro *Aneurin*; nomine *Bluchbard* significatur *Llywarch Hen* (*Lyuarchhen* iam L. Land. 138 in descriptione agri facta tempore episcopi Oudocei saeculo sextò exeunte; diversum est, quod extat in recentioribus chartis viri nomen *Leumarch* 208, *Loumarch* 230, vel *Lumarch* 141, i. q. *Luuarch* 143). Nomina *Talhaiarn* et *Cian* inter Bardos vetustos memorantur.

Regiones eaedem septentrionales memorantur in carminis inscripti *Gododin* strophis, quae Caeaucum celebrant, duabus posterioribus ita:

ket dyffei Wyned a Gogled e ranm
o gussyl mab Ysgyrran.

"conveniebat Venedotia et Septentrio (i. e. Cumbria) eius partem
consilio filii Scirani."

kwydei pym pymwnt rac y lafnawr
o wyr Deivyr a Brennych dychiawr.

"Ceciderunt quinque turmae coram eius laminis
virorum Deirae et Berniciae gemebundae."

trapositam, quam quia coniunctis binis membris versibus singulis singulae sententiae continentur, e cambrica serie usitata in hibernicam contrapositionem transpono.

| *Gredyf* | *gwr oed* | *gwas* || | *gwrhyt am dias*
| *meirch* | *mwth* | *myngvras* || *a dan vordwyt* | *megyr was.*
| *ysgwyt* | *ysgauyn lledan* || *ar* | *bedrein mein* | *vuan.*
kledyuawr | *glas* | *glan* || | *ethy* | *eur aphan.*

Ny bi ef a vi || *cas erof a thi.*
| *gwell* | *gwneif a thi* || *ar wawt dy uoli.*
kynt y waet elawr || *nogyt y neithyawr*
kynt y|vwyt y | *vrein* || *noc y argyurein.*
| *ku* | *cyueillt Ewein* || | *kwl y uot a dan vrein*
| *marth ym pa vro* || *llad un|mab* | *marro.**

"Indole viri erat iuvenis, vigor circa tumultum,
equi rapidi iubae spissae sub femore splendidi iuvenis,
scutum leve latum ad latus tenue celere,
gladius lividus purus, calcar aureum et plumae.

Non haec erit invidia inter me et te,
melius faciam tecum, elogio te laudare.
Prius sanguis eius ad solum quam ipse ad nuptias,
prius corvis eius cibus quam ad concursum.
Carus socius Oweni! damnum eum esse sub corvis,
certum mihi, in qua terra interfectio unici filii Marronis."

Versus denarum, hemistichia fere quinarum syllabarum. Perisse interdum videtur tam rectus syllabarum numerus quam allitteratio recentiore scriptione et infectione, restitui ergo restituta prisca scriptione, ut numerus decem syllabarum in versu tertio, modo scribas *scuit scamn letan*, vel allitteratio in his:

atan | *mordoit* | *megr guas,* | *guell* | *gunem athi* || *ar* | *guaut ti moli.*

Post hoc exordium heroem celebrans deinde poëta per aliquot strophas ampliori syllabarum numero in singulis versiculis adhibito adiungit maiorem sermonis ornatum. Frequens enim est praeter consonantiam finalem continuatam lateralis fere in eodem versiculo, diversa a copulativa continuata per stropham. Singulorum versuum esse solent novenae syllabae, quae ubi non sunt, quaeri

---

* Primum inter bellatores Cambrorum contra Anglos poëta celebrat iuvenem, sed in luctum mox vertitur de interitu eius in proelio. *myngvras*, vet. *mongbras*, adi. *bras*, crassus, densus, cum subst. *mong*, plur. *mogou* gl. Lxb., leg. *mongou* (gl. comae), hib. vet. *mong* (gl. cirrus) Pr. Cr. 63b. *argyurein*, *arcymr.*, primus conflictus ap. Ow.; eodem modo infra (p. 64) de Caeauci interitu poëta:

kynt y gic e vleid nogyt e neithyawr.
kynt e vud y vran nogyt e allawr
kyn noe argyurein e waet e lawr.

Prius eius caro lupo quam ipse ad nuptias,
prius eius fructus corvo quam ipse ad altare,
prius quam ad congressum eius sanguis ad solum."

nogyt nescio an sit forma composita pro vulgari *no*, *noc*, conferenda corn. arem. *ages*, *eget* (p. 732). Ceterum permulta obscura vel incerta manent, etiam post interpretationem viri doctissimi D. S. Evans (ap. Sk. I. 374 sq. II. 370 sqq.).

tur utrum causa sit recentior transcriptio, an haec tanta sermonis necessitas et structurae difficultas. Propono ob maiorem versiculorum amplitudinem servata eadem divisione, quae est in editione, strophas proximas duas (p. 63):

| *Kayawc* | *cynhorawc* | *men y* | *delhei*
| *diffun ymlaen bun* | *med a* | *dalhei.*
| *Twll* | *tal y* | *rodawr ene klywei*
awr *ny* | *rodei nawd meint dilyncei*
ni chilyei o | *gamhawn eny verei*
waet mal brwyn | *gomynei* | *gwyr nyt echei.*
Nys adrawd Gododin arllawr | *Mordei*
rac pebyll | *Madawc pan atcoryei*
namen un gwr o gant eny delhei.

| *Kaeawc* | *kynniwyat* | *kywlat* | *erwyt*
ruthyr eryr yn ebyr pan | *llithiwyt.*
E amot a vu not a | *gatwyt*
gwell a wnaeth e aruaeth ny | *gilywyt.*
Rac bedin | *Ododin* | *odechwyt.*
hyder gymhell ar | *vreithel* | *vanawyt*
ny nodi nac | *ysgeth nag* | *ysgwyt*
ny ellir anet ry|*vaethpwyt*
rac ergyt | *cat*|*vannan* | *catwyt.**

"Caeauc dux quocunque veniebat
exanimis coram femina mulsum tenebat.
Perforatus frons scuti eius. Cum audiebat
tumultum, non dabat veniam, quocunque incurrebat,
non recedebat e proelio, donec manaret
sanguis; ut iuncos succidebat viros, qui non recedebant.
Non memorat Gododinus in solo Mordeii,
prae tentoriis Matauci cum revertebatur,
nisi unum e centum viris qui venerant.

Caeauc congressor, patriae hasta,
impetus aquilae in egressum cum allecta est.
Eius pactum fuit signum quod servatum est.
melius perfecit propositum suum; non est recessum.
Contra exercitum Gododini insidiae structae sunt.

* In his duabus et duabus sequentibus strophis continentur laudes viri bellicosi cui nomen est *Caeauc*, in primis celebrati, quamquam ipse quoque occumbit in proelio. *men* i. e. *man* (= *magen*), quo loco, ubi. *rodawr* = lat. *rotarius*, a *rhod*, rota, i. e. clipeus, a forma dictus. *gawr*, clamor. *dilyn*, sequi, persequi. *ciliaw*, tergum vertere, a subst. *cil*, tergum. *camhawn*, *cammawn* (= gall. hod. *campagne*) proelium. *meru*, stillare, fluere. *comynu*, hod. *cymmunu* = lat. *comminuere*? *adgori*, reverti in patriam. *Mordei* nomen regionis, *Madawc* nomen reguli.

Cynniwyat, plur. *cynniwyeit* Mab. 3, 96, congressor, pugnator. *erwyt*, sudes. *ruthyr*, aggressio, invasio. *llithiaw*, allicere, praesertim esca. *amot*, hod. *ammod*, pactum, condicio. Sequentia indicant locum et modum interitus bellatoris, locati in insidiis. *godechu*, insidiari. *hyder*, i. e. *hydr. cymhell* = *cym-pell*, compellere, urgere. *breithell*, congressus, proelium, etiam alibi apud Aneurinum. *banhau*, conspicuum reddere. *nodi*, protegere, conservare, hod. *noddi* a subst. *nawdd*. *ny ellir*, constructione passiva verbi *gallu* (p. 528), non potest protegi. *anet*, hod. *annedd*. *maethpwyt*, congruens cum formis supra (p. 575) enumeratis, a verbo denom. *maethu*. *ergyt*, hod. *ergyd*, plaga, ictus. *catvannan*, comp. e *cat*, hod. *cad*, et *bannan*, hod. *banan*, tumultus? *catwyt*, hod. *cadwyd* a *cadw*.

audax compulsio ad proelium prolata est.
non conservari nec hasta nec scutum,
non potest habitatio, quae nutrita erat,
ab ictu bellici tumultus, quo pugnatum est."

Hic quoque vetusta scriptione restituta restituitur allitteratio in quibusdam: *ni* | *ciliei* *o* | *campaun*; *rac* | *b*odin | *guo*|*t*odin *guo*|*techuit*; *ar* | *breithell* | *banhauit*.*

Exempla consonantiae bisyllabae et internae praebet carmen Taliesino, aequali Aneurini, tributum in narratione de hoc poëta addita editioni narrationum codicis rubri (Mab. 3, 348. 349; cf. idem sed valde mutatum in Myv. Arch. 1, 36), quod revera Ionas *Athraw o Fynyw* composuisse fertur, inscriptum '*Bustl y Beirdd*' (bilis ira, Bardorum), quia Bardus vel potius Bardorum ordo invehit in Cleros vel reliquias Druidum ordinis delapsas in cantorum mendicantium pravorum statum.**

| *Cler o gam arf*er *a arferant*
| *Cathl annuw*iol *yw ei moliant*
| *Cerdd arwag ddiflan a ganant*
| *Celwydd bob amser a arferant*
*Gwir*ionion | *dd*ynion *a* | *ddyfalant*
Priodol wragedd hwy ai llygrant
*Gwir*ionion *forw*ynion *mair a halogant*
Au | *hoes au* | *hams*er *yn of*er *a dreuliant*
| *Gwir*ionion | *gw*einion *a ddyfalant*
*Y nos y meddwant y d*ydd *y cysgant*
*Yn segur heb laf*ur *ydd ymborthant*
Yr eglwys a | *gassaant ar dafarn a* | gy*rchant*
A lladron ac udion *a* | *gydfymiant*
*Llys*oedd *a gwleddo*edd *y amofynant*
| *Pob* | *parabl d*ibwyll *a gry*bwyll*ant*
| *Pob* | *pechod marw*ol *a ganm*ol*ant*
| *Pob salw*edd *fuch*edd *a arweddant*
| *Pob* | *pentr*ef | *pob tr*ef | *pob gwlad a grwydrant*
*Gafael*au *ang*au *nis pryderant*
*Lety a chard*od *fy*th *ny rodd*ant
*Gorm*odau *o* | *f*wydau *a* | *f*wyth*aant*
*Llaswyr na phad*er *nis arferant*
| *Degw*m ac *offrw*m *y* | *dduw nis talant*
*Gw*yliau *a s*eiliau *nis addo*l*ant*
eius pede vel in eius manu vel in eius digitis, inficit morbus totum corpus; ita convenit nobis quoque inficiat omnem intrepidum, quia sumus membra omnes deo, quaecunque passio et quicunque est morbus in ipsius proximo, ut id dicit apostolus: quis scandalizatur et ego non uror?" *Airisse*, i. e. *airisé*, supra *isee. isé abés* cum pronomine possessivo. *na galar*, infra *na calar*, neutr. (p. 362). *gorith*, si non ad verbum *goraim* (calefacio), certe ad subst. *gur* (pus) referendum videtur, sicut sequentia *fogeir*, *fogera*, inficit, inficiat? Differt subst. *gorte*, hib. hod. *gorta*, *gort*, fames: *mani predag atbél aróchl et gorti. bith moircc domsa aróchl et gorti manipredach* (gl. necessitas mihi incumbit, vae enim mihi est, si non evangelizavero, 1. Cor. 9, 16; i. e. si non praedicem, interibo necessitate et fame, erit interitus mihi ob etc.) Wb. 10[d]. *ocht et gorte* (angustia et fames), *ingorti na nochti .... ingorti na nocti* (fame vel angustia) 16[a]. *loch* potest, cum supra sit *archruche* pro *arcruche*, esse pro *loc*, *luc*, *lucc*, locus, frequenti in Wb. et Sg. Quae secuntur in codice: *inechuis nui nelaim nuin emeraib*, distinguenda sunt ut supra. *nu* alias *no*, *na*, et *ine* alias *ina*, in eius, praep. *in* cum pron. poss. 3. ps. (p. 339). *cuis*, *laim*, *ineraib*, dat. subst. *cos*, pes, *lám*, manus, *mér*, digitus; pro iunctione frequentiore *cid — cid* (sive — sive, p. 712) hic est *cith — nu — nu*. *iscomadas*, congruum est, oportet (cf. B. n. 4). *chanisin* (p. 367). *cach nem.*, compendium scripturae notatum linea supra ducta, nescio an recte solvam *cach nemaisin*, quemvis intrepidum. *ocre*, alias *óre*, *uare*, *uaire*, quia, coniunctio nominalis postulans relativam *n* in sequente verbo substantivo *nu-n-dem* e *nodem*, *nodam* a forma *dáu*, *atáu*. *membur*, lat. membrum, neutr. plur. (p. 226). *dea*, deus, pro *dia* sicut supra *deartolaib*, *dearpecthib*. *cessath*, potius *césath*, *césad* (passio) Wb. Sg. *fairechomnessam*, in proximo suo: *athis forachomnesam* (gl. opprobrium adversus proximum), *athis foir ho chomnesain* (opprobrium in eum a proximo) Ml. 36[a]. *faire* pro *fora* hic ut supra *ine* pro *ina*.

5. "Non est de deo; dixit sanctus apostolus hoc; e quo erat dextra eius innocentia [cognitio?], erat morbus ei morbus cuiusvis, erat offensio ei offensio cuiusvis, erat infirmitas ei infirmitas cuiusvis. Ita decet quemvis e nobis, ut compatiatur cuivis in eius angustia et in eius inopia et in eius infirmitate. Intellegimus in orationibus sapientiae et prudentiae, genus crucis existimari compassionem." *Huidea*, i. e. *o dia?* *autrubert*, *atrobert*, dixit id (p. 869). *ombub* (ex quo fuit ut esset, ex quo erat) conferendum videtur formulis *nárbubá* Wb., *hobu rorbaither* Ml. (pp. 500. 713). Quae secuntur in codice *ade sence*, coniungenda videntur ut supra, sed pro *ence* (innocentia) nescio an praestet *ecne* (cognitio). *ba calar*, ut supra *na calar*. *do*, i. e. *dó*, ei, apostolo. *frithorgon*, offensio, contumelia, a verb. *frithurg*, *friderc* in Wb. 14[a]: *na fridoirced nech dialailiu et do dia* (gl. omnia vestra in caritate fiant; i. e. ne quis offendat in alterum et in deum), comp. e *fris-*, *frith-* (p. 875) et radice *org*, *orc* (cf. p. 61). *chahic* pro *chaich* procul dubio; in codice scriptum est *cahic*, et paulo ante *caich* *h* minore addita supra *c* in utroque loco. *hiscomades*, supra *iscomadas*. *ducach omonni* non dubitamus quin legendum sit *ducachoin ónni*. *aure coicsa*, pro *airecoicsa*, *arecoicsa*, ut supra *autrubert* pro *atrubert*. *inæ*, supra *ine*, in eius. *sech* eiusdem radicis videtur, cuius formae verbales: *fodansegat* (tribulant nos), *indi fodamsegatsa* (gl. qui tribulant me) Ml. 27[c]. 33[a]. *fonsegar* (gl. tribulamur) Wb. 14[b]. Addendum fortasse *saich* e Wb. 8[c]: *cter maith et saich* (gl. uniuscuiusque opus manifestum erit); cf. *sech* (gl. non habet hereditatem in regno Christi; i. e. malus?) Wb. 22[b]; itaque *sech*, subst. malum, adi. improbus? *doemetu*, inopia, paupertas, ab adi. *domme*, pauper. *adciam*, videmus, intellegimus (p. 868). Mira in sequentibus est praemissio voculae *sco* (p. 699) ante genetivos duos *eulis* et *æcni* (nom. *eulas*, *écne*) pendentes e praecedente *inscib*. *adrimther*. numeratur, aestimatur, mox plur. *adrimiter* (cf. p. 935, not.).

6. "Sunt tria genera martyrii porro, quae aestimantur pro cruce homini, scilicet album martyrium et glaucum martyrium et rubrum martyrium." *Filus*, hic et infra, nusquam praeterea in codicibus nostris, continere videtur pron. 3. pers. plur. *-us* suffixum verbo substantivo *fil* per pleonasmum. *trechenelæ*, infra *trecenele*, subst. *cenéle* neutr., cum num. *tre-* (p. 302), formae pluralis, quoniam sequitur plur. verbi *adrimiter*. Sequitur infra altera forma pluralis *cenél*: *coaguibetar inna trechenel martre*. *ma-d-esgre*, si id quaeras, 2. pers. sg. coni. e verbo *esgrim* (*easgraim*, quaero, posco, O'R., i. e. *as-gairim*; cf. *forcongrim*, praecipio). Adi. *baan*, mox *bán*, albus, in Sg. *bán* (gl. exsanguis, p. 776); *glas*, glaucus, in Sg. *glass* in comp. *dubglass* (gl. caeruleus) 70[b]; *derc*, ruber, unde deriv. *dercaide* (gl. rubrenus) Sg. 35[b].

7. "Hoc est album martyrium homini, cum secedit propter deum a quavis re caduca in amore, in quo patitur ieiunium aut laborem in eo." *Scarad frinech*, secedere ab aliquo (p. 648). *reet*, *rét* masc., res. *carisærcicess*, difficilia lectu ob litteras inter se implicitas inter duas *a*, disiun-

do intain scaras friathola le ol cessas saithor ippennit ocus aithrigi[8] *issi indere martre do foditu chrache ocus diorcne archrist amail tondechomnuchuir dundaib abstolaib oc ingrimmimm inna cloen ocuis oc forcetal recto dee*[9] *congaibetar inna trechenel martreso issnib colnidib tuthegot duguth rigi scarde friatola ceste saithu tuesmot afuil inaini ocus ilaubuir archrist*[10] *filus daneu trecenele martre atta logmar aleder aranetat haini fochrici manoscomalnnamar*[11] **castitas in iuuentute continentia in habundantia et * ***

---

genda videntur ut supra: *car .i. brisc* (fragilis) O'Dav. *iscrc, iserc*, in amore. *icesa, icéssa*, in quo patitur. *ami* in imitatione corrigendum sine dubio *aini* (v. infra), acc. fem. subst. hod. *aoine* (ieiunium, abstinentia), cf. *inti óinas* (is qui abstinet) Wb. 6[b]. *laubir*, subst. acc. fem., cf. *lobhar, lubhar* (opus) O'R., i. q. lat. *labor*. *oco*, in eo, i. e. in secedendo (p. 635).

8. "Est hoc glaucum martyrium ei, cum secedit a cupiditatibus suis in ee, quia patitur laborem in paenitentia et emendatione." *Do*, ei, homini. *leol*, separandum ut supra: *lé* (in eo, *martre* fem., p. 646). *ol*, coniunctio (p. 715) poscens formam relativam *cessas, césas*. *saithor*, in Wb. *saithar*, gen. *saithir*, labor (p. 223). *ippennit, ipennit*, in paenitentia, vox latina hibernice transformata, sicut *abstanit* (abstinentia) Wb.: *adlaig bite ocpennit* (gl. contemptibiles qui sunt in ecclesia, 1. Cor. 6, 4) Wb. 9[c]. *cen pennit et non facere bonum* (gl. nolite fieri imprudentes, Eph. 5, 17) 22[a]. Sequitur vox hibernica idem significans, *aithrige* fem., alibi *aithirge: inti adeirrig treprecept do ispreceptóir sule iarnaithirgi* (gl. omne quod manifestatur lumen est, propter quod dicit: surge qui dormis et exurge a mortuis, Eph. 5, 13) Wb. 22[c]. *gnim indaithirge cesad afodaitiu* (gl. paenitet illum sui; i. e. actio paenitentia, passio, passivum, eius toleratio) Sg. 137[b]. De forma *aithrech, aidrech* supra disputatum est sub B. 2. Differt significatione verbum decomp. cum *do-aith-, taith-: athéblnis et ní taidirsed nech huann* (gl. sicut Sodoma facti essemus; i. e. interissemus, neo surrexisset quisquam e nobis) Wb. 4[d].

9. "Est hoc rubrum martyrium ei, toleratio crucis et interemptionis propter Christum, ut id accidit apostolis in persecutione iniquorum et in doctrina legis dei." *Do*, ut supra, ei, homini. *foditu*, alias *foditiu*, toleratio, a verb. *fodaimim*, tolero. *diorcne*, occisionis, interemptionis, gen. subst. fem. *diorcun*, comp. et deriv. (ut *frithorcun, esorcun*) e radice *orc, org* supra memorata. *tondechomnuchuir*, rectius *dondecomnucuir* (accidit id), decomp. *tecomnucuir* (= *do-aith-com-n.*, pp. 451. 886) cum pron. inf. *d* et *n* relativa post *amail: teccomnocuir inso isairi didiu asbiursa ambuith immallei dúe inrictar indalanái trialaile* (gl. sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, 1. Cor. 7, 14; i. e. evenit hoc, propterea igitur dico etc.) Wb. 10[a]. *dundaib* pro *dunaib*. *oc ingrimmim*, in persecutione (cf. p. 269). *inna cloen*, iniquorum; cf. *nate niclóin* (gl. nunquid iniquitas apud deum? absit! i. e. minime, non est iniquus) Wb. 4[c]; subst. *cloine: sóistir iclóini* (gl. in omni seductione iniquitatis) 26[a]. *ba oc imradud chloine nobith* (gl. iniquitatem meditatus est usque) Ml 55[c].

10. "Continentur tria genera martyrii haec in carnalibus, quod adveniunt ad vocem regni, separantur a cupiditatibus suis, patiuntur tribulationes, profundunt sanguinem suum, in abstinentia et opere propter Christum." *Congaibetar*, continentur. *inna cenelso*, haec genera; pron. dem. *in — so* plures voces includens (p. 921). *issnib colnidib*, in carnalibus, rebus, adi. plur. (p. 919); *isenib*, supra *isnaib*, praep. *in, i* cum articulo. *tuthegot, tuesmot*, verba comp. cum praep. *tu* pro *du*, terminata ut supra gen. *fedot*, alternantia cum *scarde, ceste* formis relativis *-te* (p. 436). *tuthegot*, i. q. *dothiagat*. *duguthrigi*, separandum *duguth rigi*, ad vocem regni (caelorum). *saithu*, acc. plur. subst. masc. *sáith* (hod. *saoth*, tribulatio). *tuesmot*, profundunt: *besti olca doesmet fuili archródatu* (gl. Cretenses malae bestiae; i. e. m. b quae profundunt sanguines ob insolentiam) Wb 31[b]. *islúud leu teistiu fuile* (gl. veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem; cf. pp. 800. 881) 2[b]. *afuil*, sanguinem suum, acc. fem. ut Wb. 20[d]: *tresinfuil storidi. tresinfuil spirtaldi* (per sanguinem corporalem, spiritualem). *maini* in imitatione codicis corrigere non dubitamus: *inaini ocus ilaubuir*, ut supra *aini na laubuir*.

11. "Sunt porro tria genera martyrii, est pretiosa eorum acquisitio (?) ut inveniant abstinentiae remunerationes, si complemus ea." *Attalogmar: attá* (p. 489), *lógmár* (p. 356). *aleder*, num conferendum hod. *laithear* (acquisitio, collectio) O'R.? *aranetat, aran-état*, e rad. *ét* cum coni. *aran* (pp. 503. 714). *hami* in imitatione cod. ut supra corrigendum videtur *haini, aini. fochrici*, remunerationes; sing. *fochrice* (p. 812). *manoscomalnnamar*, si implemus ea, *comalnnamar, comalnammar* (p. 442) cum pron. pers. *s* infixo. Horum trium martyrii vel abnegationis generum deest post particulam *et* tertium, et sermonis hoc exordium solum vel pars aliqua extat.

D. Specimen interpretationis codicis Prisciani Sangallensis.

Interpretatio capitum de litera, de dictione, partium orationis proprietate, nomine.

Lib. I. cap. II. Litera est minima pars vocis compositae, hoc est, quae constat ex compositione literarum. Minima est autem quantum ad totam comprehensionem vocis literatae,[1] ad hanc enim etiam productae vocales brevissimae partes inveniuntur;[2] vel quod omnium est brevissimum eorum, quae dividi possunt, id quod dividi non potest. Possumus et sic definire: litera est vox, quae scribi potest individua. Dicitur autem litera vel quasi legitera, quod legendi iter praebeat, vel a lituris,[3] ut quibusdam placet, quod plerumque antiqui in ceratis tabulis scribere solebant. Literas autem etiam elementorum vocabulo nuncupaverunt[4] ad similitudinem mundi elementorum.[5] Sicut enim illa coëuntia[6] omne[7] perficiunt corpus, sic etiam hae coniunctae literalem vocem, quasi corpus[8] aliquod, componunt, vel magis vere corpus. Nam si aër corpus est, et vox, quae ex aëre icto constat, corpus esse ostenditur; quippe cum[9] et tangit aurem et tripartito dividitur, quod est suum corporis, hoc est, in altitudinem, latitudinem,[10] longitudinem, unde[11] ex omni parte potest audiri. Praeterea tamen[12] singulae syllabae altitudinem quidem habent in tenore, crassitudinem vero vel latitudinem in spiritu, longitudinem in tempore. Litera est igitur nota elementi[13] et velut imago quaedam vocis literatae, quae cognoscitur ex qualitate[14] vel quantitate[15] figurae linearum.[16] Hoc ergo interest inter elementa[17] et literas,[18] quod elementa proprie dicuntur ipsae pronuntiationes,[19] notae autem earum literae. Abusive[20] tamen et elementa pro literis et literae pro elementis vocantur. Cum enim dicimus non posse constare[21] in eadem syllaba[22] r ante p, non de literis dicimus,[23] sed de pronuntiatione[24] earum; nam quantum ad scripturam,[25] possunt coniungi, non tamen enuntiari nisi postposita[26] r. Sunt igitur figurae[1] literarum, quibus nos utimur,[2] XXIII. Ipsae vero pronuntiationes[3] earum multo ampliores. Quippe cum singulae vocales denos[4] inveniantur sonos habentes, vel plures, ut puta a litera brevis quattuor habet soni differentias, cum habet aspirationem et acuitur vel gravatur, et rursus cum sine aspiratione acuitur vel gravatur, ut habeo habemus, abeo abimus. Longa vero eadem sex modis sonat, cum

---

(Sg. 3[b]) 1 *.i. hi coindeilc ingotho comtherchomraicthi o litrib* 2 *.i. deithbir lim̄ na litrae olchanas*

3 *ua lenomnaib* 4 *.i. conepertar doib elementa* 5 *innan dule* 6 *cach di dúil* 7 *innaile*

8 *.i. corp suin* 9 *.i. cani deithbir*

10 *indasian .i. imbucai l. lethit* 11 *.i. dindtrediu remeperthu* 12 *cenmitha fodailter indrann insce*

13 *.i. not inchoisc .i. pronuntiationis .i. inchumachtai 7 indfogair* 14 *.i. indtóraind .i. cruinda l. dirge l. uoca. l. consonans* 15 *.i. oméit diflescaib bis hisintórunt .i. mad óen flesc is .i. mad diflisc is .n. rl.* 16 *.i. inna gláosnathe l. inna fuath .i. ishé inglosnáthe caracter inna liter*

17 *.i. cumachtai* 18 *carachtra* 19 *.i. derbaisndisin. derbfogir* 20 *.i. indhúadairberthach bith* 21 *.i. archuit aisndisen 7 foguir* 22 *.i. hitosug suin* 23 *ni dicharachtraib* 24 *.i. isarchuit fog. ni ruba nand ni archuit scribind* 25 *.i. méit asndoscribund* 29 *.i. anasniarmuidigthe .s. ut pro rl.*

(4[a]) 1 *.i. inna tóranda* 2 *.i. laitnorib* 3 *.i. fogair* 4 *.i. deichthi* (in marg.) *cóic deich cóica*

habet aspirationem et acuitur vel gravatur vel circumflectitur, ut hamis hamorum hamus.[5] Et rursus cum sine aspiratione et acuitur vel gravatur vel circumflectitur, ut arae ararum ara. Similiter aliae vocales possunt proferri. Praeterea tamen i et u vocales,[6] quando mediae sunt, alternos inter se sonos videntur confundere,[7] teste Donato, ut vir, optumus, quis. Et i quidem, quando post u consonantem loco digamma functam aeolici ponitur brevis, sequente d, vel m, vel r, vel t, vel x, sonum y graecae videtur habere, ut video, vim, virtus, vitium, vix. U autem quamvis contractum, eundem tamen, hoc est, y habet sonum, inter q et e, vel i, vel ae diphthongum positum,[8] ut que quis quae. Nec non inter g et easdem vocales, cum in una syllaba sic invenitur, ut pingue, sanguis, linguae. In consonantibus etiam sunt differentiae plures, transeuntium in alias et non transeuntium, quippe diversae sunt potestatis.

Cap. III. Accidit igitur literae nomen, figura, potestas. Nomen, velut a, b. Et sunt indeclinabilia tam apud Graecos elementorum nomina quam apud Latinos, sive quod a barbaris inventa dicuntur, sive quod simplicia[1] haec et stabilia[2] esse debent, quasi fundamentum omnis doctrinae immobile,[3] sive quod nec aliter[4] apud Latinos poterant esse, cum a suis vocibus vocales nominentur, semivocales vero in se desinant, mutae a se incipientes vocali terminentur, quas si flectas,[5] significatio[6] quoque nominum una[7] evanescit.[8] Vocales igitur, ut dictum est, per se prolatae[9] nomen suum ostendunt. Semivocales vero ab e incipientes et in se terminantes, absque x, quae ab i incipit per anastrophen[10] graeci nominis xi, quia necesse fuit, cum sit semivocalis, a vocali incipere et in se terminare, quae novissime a Latinis assumpta post omnes ponitur[11] literas, quibus latinae dictiones egent.[12] Quod autem ab i incipit eius nomen, ostendit etiam Servius in commento[13] quod scribit in Donatum his verbis: Semivocales[14] sunt septem, quae ita proferuntur, ut inchoent ab e litera et desinant in naturalem sonum, ut ef, el, em, en, er, es, ix. Sed ix ab i inchoat. Id etiam Eutropius confirmat dicens: Una duplex x, quae ideo ab i incipit, quia apud Graecos in eandem desinit. Mutae autem a se incipientes et in vocalem e desinentes, exceptis q et k, quarum altera in u, altera in a finitur, sua conficiunt nomina. H autem aspirationis[15] magis est nota. Figurae accidunt quas videmus in singulis literis. Potestas autem ipsa pronuntiatio, propter quam et figurae et nomina facta sunt. Quidam addunt etiam ordinem, sed pars est potestatis literarum. Ex his vocales dicuntur, quae per se voces perficiunt, et sine quibus vox literalis proferri non potest,[16] unde et nomen hoc praecipue sibi defendunt.[17] Ceterae enim, quae cum his proferun-

5 *.i. ǽcath* 6 *.i. iss. aplus remeperthae* 7 *.i. fogur cechtar de aralailiu 7 fog. na liter naile airriusom .i. e ar .i. ut hominem* (in marg.) *arba bes lasuidib .u. tarhesi ·i·. ut pessumus pro pessimus* 8 *.i. anassuidigthe*

(4[b]) 1 *airbit comsuidich. oafograib liter naile maduellatar .i. conroib comsuidig. liter no sill. indib frislond geniten sil.* 2 *.i. cen diall* 3 *q. ni cóir infotha utmall* 4 *.i. nisi indeclinabilia* 5 *.i. uo. 7 semiuo. 7 mut.*

6 *.i. indinne bis indib riam .i. inne ainmnichthe. issi ám inne ainmnich. guthaich. atercbál treo fesin nibad samlaid son dim maduelltis rl.* 7 *.i. la diall* 8 *.i. tinaid 7 atbail .i. facheirt in alios sonos*

9 *ocrélad ananmae* 10 *.i. treimputh* 11 *.i. ordd airic fil fuiri* 12 *aidlignitir dam uadisi* 13 *.i. hisintrdctad* 14 *ithé se inna briathra*

15 *.i. isairi nistabur la .k 7 q* 16 *.i. rann insce ni tergabar adc dim 7 ni fograigther cen guttai* 17 *.i. adsuidet*

tur, consonantes appellantur. Sunt igitur vocales numero quinque, a e i o u. Utimur autem etiam y vocali graecorum causa nominum. Consonantium autem aliae sunt semivocales, aliae mutae. Semivocales sunt, ut plerisque Latinorum placuit, septem, f l m n r s x. Sed f multis modis ostenditur muta magis, de qua post docebimus. Z quoque utimur in graecis dictionibus. Hae ergo, hoc est, semivocales, quantum vincuntur a vocalibus,[1] tantum superant mutas. Ideo apud Graecos quidem omnes dictiones vel in vocales vel in semivocales, quae secundam[2] habent euphoniam, desinunt, quam nos sonoritatem[3] possumus dicere, apud Latinos autem ex maxima parte, non tamen omnes. Inveniuntur enim quaedam etiam in mutas desinentes. Semivocales autem sunt appellatae, quae plenam vocem non habent,[4] ut semideos et semiviros appellamus, non qui dimidiam partem habent deorum vel virorum, sed qui pleni dii vel viri non sunt.[5] Reliquae sunt mutae, ut quibusdam videtur, numero novem, b c d g h k p q t. Et sunt, qui non bene hoc nomen putant eas accepisse, cum hae quoque pars sint vocis; qui nesciunt,[6] quod ad comparationem bene sonantium ita sint nominatae, velut informis dicitur mulier,[7] non quae caret forma, sed quae male est formata, et frigidum dicimus eum, qui non penitus expers est caloris,[8] sed qui minimo hoc utitur. Sic igitur etiam mutas, non quae omnino voce carent, sed quae exiguam partem vocis habent. Vocales etiam apud Latinos omnes sunt ancipites[9] vel liquidae,[10] hoc est, quae facile modo produci modo corripi possunt, sicut etiam apud antiquissimos erant Graecorum ante inventionem *η* et *ω*,[11] quibus inventis *ε* et *ο*, quae ante ancipites erant,[12] remanserunt[13] perpetuo breves,[14] cum earum productarum loca possessa sunt[15] a supradictis vocalibus semper longis.[1] Sunt etiam in consonantibus longae, ut puta duplices x et z. Sicut enim longae vocales, sic hae quoque longam faciunt syllabam. Sunt similiter ancipites vel liquidae, ut l et r, quae modo longam modo brevem post mutas positae in eadem syllaba faciunt syllabam. His quidam addunt non irrationabiliter m et n, quia ipsae quoque communes faciunt syllabas post mutas positae, quod diversorum confirmatur auctoritate tam[2] Graecorum quam[3] Latinorum. Ovidius in decimo Metamorphoseon: Piscosamque Gnidon, gravidamque Amathunta metallis. Euripides in Phoenissis: *Ἰσότητ' ἔταξε κατ' ἀριθμὸν διώρισε.* Idem in iisdem: *Ἀπωλόμεσθα, δύω κακὼ σπεύδεις, τέκνον.* Invenitur tamen etiam m[4] ante n positum, nec producens ante se vocalem more mutarum. Callimachus: *Τὼς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος ὧδε συναινῶ.*

Cap. IV. Apud antiquissimos Graecorum non plus sedecim erant literae, quibus ab illis acceptis Latini antiquitatem servaverunt perpetuam.[5] Nam si

---

(5[a]) 1 *.i. semi. .i. noch isméit formiaislich. són* 2 *.i. inbindius tánaise indegaid ṅguttae* 3 *.i. bindius*

4 (in marg.) *Ni arindi bed leth ṅgotho nobed indibsem q. ishuilliu. s. q. plenam uocem non habent sicut uocales* 5 *.i. tre thesbaid naich baill dindddeilb* 6 *.i. hithé dodmainetar insin indi q. r.* 7 *.i. michruthaigthe* 8 *.i. intesa*

9 *.i. eter fot 7 gair* 10 (in marg.) *.i. hit lechdacha lesom intan nádtechtat acht oin aimsir. isfollus asin tra nand ainm̃ 7 nand cumachte legas do lechdagaib acht isaim̃serad nam̃a*

11 *.i. renairec éta 7 ω* 12 *.i. coitchena riam eter fot 7 gair* 13 *.i. doruarthatar* 14 *.i. bith gairddi són .i. e 7 o* 15 *.i. indluic himbitis airdixi .e 7 o*

(5[b]) 1 *.i. bith fotai sidi* 2 *.i. emith* 3 *emith* *cinith m út* 5 *.i. suthain dam la laitnori*

verissime velimus inspicere eas, hoc est, sedecim, non plus duas additas in latino inveniemus sermone. *F* est aeolicum[6] digamma,[7] quod[8] apud antiquissimos Latinorum eandem vim, quam apud Aeoles habuit; eum autem proprie sonum,[9] quem nunc habet F, significabat p cum aspiratione, sicut etiam apud veteres Graecos pro φ p et h.[10] Unde nunc quoque in graecis nominibus antiquam scripturam servamus[11] pro φ p et h ponentes, ut Orpheus, Phaëthon. Postea vero[12] in latinis verbis placuit, pro p et h, f scribi, ut fama, filius, facio, loco autem digamma V pro consonante,[1] quod cognatione soni[2] videbatur affinis esse[3] digamma ea litera. Quare cum f loco mutae ponatur, id est, p et h sive φ, miror[4] hanc inter semivocales posuisse artium scriptores. Nihil enim aliud habet haec litera semivocalis, nisi nominis prolationem, quae a vocali incipit. Sed hoc potestatem literae[5] mutare non debuit. Si enim esset semivocalis, necessario terminalis nominum[6] inveniretur, quod minime reperies,[7] nec ante l vel r in eadem syllaba poni posset, qui locus mutarum est duntaxat,[8] nec communem ante easdem posita faceret syllabam. Postremo Graeci, quibus in omni doctrina auctoribus utimur, φ cuius locum apud nos f obtinet, quod ostenditur in his maxime dictionibus, quas a Graecis sumpsimus,[9] hoc est, fama, fuga, fur, mutam esse confirmant. Sciendum tamen, quod hic quoque error[10] a quibusdam antiquis Graecorum grammaticis invasit Latinos,[11] qui φ et ϑ et χ semivocales putabant, nulla alia causa,[12] nisi quod spiritus[13] in eis abundet, inducti. Quod[14] si esset verum, debuit c quoque vel t addita aspiratione semivocalis esse, quod omni caret ratione. Spiritus[15] enim potestatem literae non mutat, unde nec vocales addita aspiratione aliae[16] fiunt, et aliae[17] ea dempta. Hoc tamen scire debemus, quod non fixis labris[18] est pronuntianda f, quomodo p et h,[19] atque hoc solum interest.[20] X etiam duplicem loco c et s vel g et s, postea a Graecis inventam, assumpsimus. K enim et q, quamvis figura et nomine videantur aliquam habere differentiam, cum c tamen eandem, tam in sono vocum quam in metro, continent potestatem. Et k quidem penitus supervacua est; nulla enim ratio videtur, cur, a sequente, haec scribi debeat. Carthago enim et caput, sive per c sive per k scribantur, nullam faciunt nec in sono[1] nec[2] in potestate eiusdem consonantis[3] differentiam. Q vero propter nihil aliud scribenda videtur esse,[4] nisi ut ostendat, sequentem u ante alteram vocalem in eadem syllaba[5] positam perdere vim literae in metro. Quod si ideo[6] alia litera[7] est existimanda quam c,[8] debet g quo-

---

anisin 6 *.i. quasi dixisset nirbu liter ade conaue* 7 *neuter hic digamma* 8 *ol* 9 *emith infogur nisin* 10 *.i. dasis* 11 *.i. ut apud ueteres fuit* 12 *.i. la nuelitridi*

(6ᵃ) 1 *.i. intan inbis archonsain* 2 *foguir* 3 *comocus afogur diblinaib* 4 *admachdursa .i. ismachdad lim* 5 *nicumscaichthi cumachtae nairi cedoinscana si ó guth.* 6 *forceinnfitis anmann inte* 7 *acht aaim* (sic) *féisin* 8 *buith relechdachaib*

9 (in marg.) *nibbu machdath betis grecdi 7 nothath foraib linni 7 dam itlatindi am. iodain ut dixit prius in lati. uerbis placuit f usq. facio* 10 *.i. dram f lalethguth.* 11 *.i. tre intsamail inna sengrec comroircnech*

12 *dramtar duidchi sidi ónach fochun ailiu* 13 *tinphed* 14 *anisin* 15 *atinphed* 16 *saini* 17 *saini* 18 *timthastaib l. cumcaib* 19 *tri beulu dlútai* 20 *inter f et alias mutas .i. fogur tm. nodadeligedar frimuta 7 ismút si arachuitsidi*

(6ᵇ) 1 *emith ifogur* 2 *emith* 3 *indóenfoguir ní fail dechor comfogair indib* 4 *ní roscribad ar naill n.* 5 *la .q.* 7 *lasingutai dodaiarmorat*

6 *.i. arthaidbsin nihelsa far .u.* 7 *liter sain* 8 *oldaas .c. sain fri .c.*

que,[9] cum similiter[10] praeponitur amittenti u[11] vim literae, alia[12] putari et alia,[13] cum id non facit.[14] Dicimus enim anguis[15] sicut quis, et augur[16] sicut iecur.[17] Unde si velimus cum veritate contemplari,[18] ut diximus, non plus decem et octo literas in latino sermone habemus, hoc est, sedecim antiquas Graecorum, et f et x postea additas et eas quoque ab eisdem sumptas. Nam y et z graecorum[19] causa, ut supra dictum est, ascivimus[20] nominum. H autem aspirationis est nota, et nihil aliud habet literae, nisi figuram, et quod in versu scribitur[21] inter alias literas. Quod si sufficeret,[22] ut elementum putaretur, nihilominus quorundam etiam numerorum figurae, quia in versu inter alias literas scribuntur, quamvis eis dissimiles sint, elementa sunt habenda.[23] Sed minime hoc est adhibendum,[24] nec aliud aliquid[25] ex accidentibus[26] proprietatem ostendit uniuscuiusque elementi, quomodo potestas, qua[27] caret aspiratio. Neque enim vocalis neque consonans esse potest. Vocalis non est h, quia a se vocem non facit,[28] nec semivocalis, cum nulla syllaba latina vel graeca in perfecta dictione in eam desinat,[29] nec muta, cum in eadem syllaba cum duabus mutis bis ponitur, ut Phthius, Erichthonius. Nulla enim syllaba plus duabus mutis[1] potest habere iuxta se positis,[2] nec plus tribus consonantibus continuare.[3] Auctoritas quoque tam Varronis quam Macri, teste Censorino, nec k nec q neque h in numero adhibet literarum. Videntur tamen i et u, cum in consonantes transeunt, quantum ad potestatem, quod maximum est in elementis, aliae literae[4] esse praeter supradictas. Multum enim interest, utrum vocales sint an consonantes. Sicut enim, quamvis in varia figura et vario nomine sint k et q et c, tamen, quia unam vim habent tam in metro quam in sono, pro una litera accipi debent, sic i et u, quamvis unum nomen et unam habent figuram, tam vocales quam consonantes, tamen, quia diversum sonum et diversam vim habent in metris et in pronuntiatione syllabarum, non sunt in eisdem, meo iudicio, elementis accipiendae, quamvis et Censorino, doctissimo artis grammaticae, idem placuit.[5] Multa est enim differentia inter consonantes, ut diximus, et vocales. Tantum[6] enim fere interest inter vocales et consonantes, quantum inter animas et corpora. Animae enim per se moventur, ut philosophis videtur, et corpora movent; corpora vero nec per se sine anima moveri possunt nec animas movent, sed ab illis moventur. Vocales similiter et per se moventur ad perficiendam syllabam et consonantes movent secum,[7] consonantes vero sine vocalibus immobiles sunt.[8] Et I quidem modo[9] pro simplici modo pro duplici accipitur consonante; pro simplici, quando ab ea in-

---

9 (in marg.) *.i. bad liter sain .g 7 bith charac. naill di am. sodain .i. intan mbis nihelas do .u. fri .g.* 10 *fri .q.* 11 *dond .u.* 12 *sain* 13 *sain* 14 *nihelas frie* 15 *nathir* 16 *mathmarc* 17 *caebb .oo* 18 *lin lit. lait.*

19 *.i. arnibiat inanmanaib lait. 7 ni erchuiretar lin lit. lait. iar.* 20 *dorochuirsemar* 21 *do innfolung fuit* 22 *anisin ascribend inter alias*

23 *dithtechtai* (leg. *aitht.*?) 24 *ni ædparthi inso arnibat litre nota aram ciascribtair hifers* 25 *alaill sain* 26 (in marg.) *nifail nach naiccidit taibsed sainred litre am. donad chumach.* 27 *isósuidiu caret aspiratio*

28 *ni rela aainm am. guth. 7 ni diuschi fog. am. consana* 29 *ni foircnithar nach rann óg indi* (7ᵃ) 1 *.i. nibia dimmitaib bes huilliu inoen sill.*

2 *oai inóen iosuth sill.* 3 *trebrigedar cech consain indegaid araile cen gutai hetarru* 4 *saini archuit cumachti*

5 *ata saini litre archuit cumachti* 6 *inméitse* 7 *toddiusgat guth nintiu* 8 *nistuarascbat feisin cen gutai* 9 *cachlacein*

cipit syllaba[10] in principio dictionis posita, subsequente vocali in eadem syllaba, ut Iuno, Iupiter; pro duplici autem, quando in medio dictionis ab ea incipit syllaba post vocalem ante se positam,[11] subsequente quoque vocali[1] in eadem syllaba, ut maius, peius, eius.[2] In quo loco antiqui solebant geminare eandem i literam et maiius, peiius, eiius scribere, quod non aliter[3] pronuntiari posset, quam[4] si cum superiore syllaba[5] prior i, cum sequente[6] altera proferretur, ut peiius, eiius, maiius. Nam quamvis[7] sit consonans, in eadem syllaba geminata iungi non potest. Ergo non aliter quam tellus, mannus proferri debuit.[8] Unde Pompeiii quoque, genitivum, per tria iii scribebant, quorum duo superiora loco consonantium accipiebant, ut si dicas Pompeiii. Nam tribus iii iunctis qualis possit syllaba pronuntiari? Nam postremum i pro vocali est accipiendum, quod[9] Caesari doctissimo artis grammaticae placitum[10] a Victore quoque in arte grammatica de syllabis[11] comprobatur. Pro simplici quoque in media dictione invenitur, sed in compositis, ut iniuria,[12] adiungo, eiectus, reiice. Virgilius in Bucolico proceleusmaticum[13] posuit pro dactylo: Tityre pascentes a flumine reice capellas.[14] Nunquem autem ante eam, loco positam consonantis, aspiratio potest inveniri, sicut nec ante u consonantem. Unde hiulcus[15] trisyllabum est; nulla enim consonans ante se aspirationem recipit. V vero loco consonantis posita eandem prorsus in omnibus vim habuit[16] apud Latinos, quam apud Aeoles digamma. Unde a plerisque ei nomen hoc datur, quod apud Aeoles habuit olim *F* digamma,[17] id est vau, ab ipsius voce profectum,[18] teste Varrone et Didymo, qui id ei nomen esse ostendunt. Pro quo[19] Caesar hanc figuram Ⅎ scribi voluit, quod[1] quamvis illi recte visum est, tamen consuetudo antiqua superavit. Adeo[2] autem hoc verum est, quod pro digamma aeolico *F* ponitur u, quod sicut illi solebant accipere digamma modo[3] pro consonante simplici, teste Astyage, qui diversis hoc[4] ostendit usibus, ut in hoc versu, *Οἰόμενος Fελέναν ἑλικώπιδα*, sic nos quoque pro consonante plerumque simplici habemus u loco digamma positum, ut: At Venus haud animo nequicquam exterrita mater. Est tamen quando iidem Aeoles inveniuntur[5] pro duplici quoquo consonante digamma posuisse, ut *Νέστορα δὲ Fοῖ παιδός*. Nos quoque videmur hoc sequi in praeterito[6] perfecto et plusquamperfecto tertiae et quartae coniugationis, in quibus i ante u consonantem posita producitur, eademque subtracta corripitur, ut cupivi cupii, cupiveram cupieram, audivi audii, audiveram audieram. Inveniuntur etiam pro vocali correpta hoc digamma illi usi, ut Alcman: *καὶ χεῖμα πῦρ τε δάFιον*. Est enim dimetrum iambicum, et sic est proferendum, *F* ut faciat brevem syllabam. Nostri quo-

---

10 *tosach sill.* 11 *remisi*

(7b) 1 *.i. in óen sill. disi ingute innadegaid* 2 *comtis ainīunidi atriur* 3 *ní rubai nach cruth ailiu* 4 *oldaas*

5 *ddin tairmthechtas forsindi tóisech frisingutai remi* 6 *.i. lasin ṅgutai innadegaid*

7 *adas* 8 *dofurgabtais* 9 *.i. andligednisin nephaccomoil inna teora liter in oensil.* 10 *rotoltanaigestar* 11 *sder ocsuidigud sil.* 12 *archonsain diuit insin* 13 *traig cethargarait* 14 *procel. sin 7 isarchonsin diuit atá i and cotarsne sin fri hono. q. isairdixa re la suide* 15 *huabéla. cic. dicit hiulcus patens* 16 *.i. potestatib. l. uirtuti. rothecht digaimm* 17 *.i. carachtar ṅdigaim* 18 *anasrochumlai anainmsin do .u .i. uau* (in marg.) *ondfogur inméth inna digaim doratath ano. sin donchumachtu* 19 *do inchosc uau*

(8a) 1 *anisin* 2 *inmdr* 3 *cachlacéin* 4 *abuith archonsin diuit* 5 *intan aranecatar* 6 *abuith archonsain diabuil*

que hoc ipsum fecisse inveniuntur, et pro consonante u[7] vocalem brevem accepisse, ut Horatius siluae trisyllabum protulit in Epodo hoc versu: Nivesque deducunt[8] Iovem, nunc mare[9] nunc siluae.[10] Est enim dimetrum iambicum coniunctum penthemimeri heroicae,[11] quod aliter stare non potest, nisi silŭae trisyllabum accipiatur. Similiter Catullus Veronensis: Quod zonam solŭit diu ligatam, inter hendecasyllabos Phalaecios[12] posuit. Ergo nisi solŭit trisyllabum accipias, versus stare non potest; hoc tamen ipsum[13] in derivatis vel compositis frequenter solet fieri, ut volvo volutus, solvo solutus, avis auceps[1] auspicium augurium augustus, lavo lautus[2], faveo fautor.[3] Digamma *F* Aeoles est quando pro nihilo in metris accipiebant, ut *Ἄμμες δ' Fειρήναν τὸ δέ τ' ἄρ θέτο Μῶσα λιγεῖα.* Est enim hexametrum heroicum. Apud Latinos quoque hoc idem invenitur pro nihilo in metris, et maxime apud vetustissimos comicorum, ut Terentius in Andria: Sine invidia laudem invenias et amicos pares. Est enim iambicum trimetrum, quod nisi sine invi pro tribracho accipiatur, stare versus non potest. Sciendum tamen, quod hoc ipsum Aeoles quidem ubique loco aspirationis ponebant, effugientes spiritus asperitatem; nos autem in multis quidem, non tamen in omnibus illos sequimur, ut cum dicimus vespera, vis, vestis. Hiatus quoque causa solebant illi interponere digamma *F*, quod ostendunt etiam poëtae Aeolidae usi. Alcman: *καὶ χεῖμα πῦρ τε δάFιον*, et epigrammata,[4] quae egomet legi in tripode[5] vetustissimo Apollinis, qui stat in Xerolopho[6] Byzantii sic scripta: *ΔημοφόFων, ΛαFοκόFων.* Et nos quoque hiatus causa interponimus V loco digamma *F*, ut Davus,[7] Argivus,[8] pavo,[9] ovum,[10] ovis, bovis. Hoc tamen etiam per alias quasdam consonantes hiatus vel euphoniae causa solet fieri,[11] ut prodest, comburo, sicubi, nuncubi, quod Graeci quoque solent facere: *μηκέτι, οὐκέτι.* Sed tamen hoc attendendum est, quod praevaluit in hac litera, id est, in u loco digamma posita, potestas simplicis consonantis apud omnium poëtarum doctissimos. In b etiam solet apud Aeoles transire digamma, quotiens ab *ρ* incipit dictio, quae solet aspirari, ut *ῥήτωρ βρήτωρ* dicunt, quod digamma nisi vocali praeponi et in principio syllabae non potest. Ideo autem locum quoque transmutavit, quia b vel digamma post *ρ* in eadem syllaba pronuntiari non potest. Apud nos quoque est invenire, quod pro u consonante b ponitur, ut caelebs,[1] caelestium vitam ducens, per b scribitur, quod u consonans ante consonantem poni non potest. Sed etiam[2] Bruges[3] et Belenam[4] antiquissimi dicebant, teste Quintiliano, qui hoc ostendit in primo Institutionum[5] libro oratoriarum.[6] Nec mirum, cum b quoque in u euphoniae causa converti invenimus, ut aufero[7] pro abfero.

Cap. V. Aspiratio ante vocales omnes poni potest, post consonantes autem quattuor tantummodo more antiquo Graecorum, c t p r, ut habeo, Herennius, heros, hiems, homo, humus, Hylas, Chremes, Thraso, Philippus, Pyr-

---

7 *tarhesi .u consone* 8 *dandichtet snechti ioiuis* 9 *dac. dandiat muir incéin naili. dac.* 10 *penhérecdae* 11 *sill. fordeib dacti. són* 12 *forsacenélae metirsin* 13 *.i. buith do u. conso. arguti*

(8ᵇ) 1 *comuidig. són* 2 *diaruidig. són* 3 *fortachtid* 4 *inna forliterdi* 5 *no. ar. isintrechostu* 6 *hisindlucsin indsainriuth l. forsan no. ciui.*

7 *dáne* 8 *grecdae* 9 *gésachtach* 10 *og* 11 *arimmgabáil ménaichthe*

(9ᵃ) 1 *óentaim* (in marg.) *cæle. dondi ascælestem .b tarhesi .u. dindi asuitam s. dindi asducens* 2 *cid* 3 *est pro u l. f* 4 *est pro u* (in marg.) *forsan fruges* 7 *felena* 5 *inna forcetal* 6 *inna sulbaire* 7 *arcelim*

rhus. Ideo autem extrinsecus[8] ascribitur vocalibus, ut minimum sonet, consonantibus autem intrinsecus,[9] ut plurimum. Omnis enim litera sive vox plus sonat ipsa sese, cum postponitur, quam cum anteponitur, quod vocalibus accidens esse videtur;[10] nec, si tollatur ea, perit etiam vis significationis, ut si dicam, Erennius[11] absque aspiratione, quamvis vitium videar facere,[12] intellectus tamen permanet.[13] Consonantibus autem sic cohaeret, ut eiusdem penitus substantiae sit,[14] ut, si auferatur, significationis vim minuat[15] prorsus, ut si dicam Cremes pro Chremes. Unde hac considerata ratione[16] Graecorum doctissimi singulas[17] fecerunt eas quoque literas,[18] quippe[19] pro th ϑ, pro ph φ, pro ch χ scribentes. Nos autem antiquam scripturam[20] servamus.[21] In latinis tamen dictionibus nos quoque[22] pro ph coepimus f scribere, ut filius, fama, fuga, nisi quod, ut supra docuimus, est aliqua in pronuntiatione[23] eius literae differentia cum sono[1] ph. Rh autem ideo non est translatum ab illis in aliam figuram,[2] quod nec sic cohaeret huic quomodo mutis, nec, si tollatur, minuit significationem.[3] Quamvis enim subtracta aspiratione dicam retor, Pyrrus, intellectus[4] integer manet, non aliter[5] quam[6] si antecedens vocalibus auferatur. Unde ostenditur ex hoc quoque aliqua esse cognatio r literae cum vocalibus. Ex quo quidam dubitaverunt,[7] utrum praeponi debeat huic aspiratio an subiungi. Unde Aeoles, ut diximus, loco aspirationis digamma ponentes, in dictionibus ab ϱ incipientibus solent loco digamma B scribere, iudicantes debere[8] praeponi digamma quasi vocali; sed rursus quasi consonanti[9] digamma in eadem syllaba praeponere recusantes, commutabant id in B, βϱήτωϱ, βϱόδος dicentes. Sed apud Graecos haec litera, id est ϱ, multis modis fungitur loco vocalis, ut in declinatione nominum in ϱα et in α puram desinentium, quae similiter α servant per obliquos casus, ut ὥϱα[10] ὥϱας,[11] σοφία σοφίας. Apud Latinos autem non adeo. Quaeritur, cur in vah, ah[12] post vocales ponitur aspiratio, et dicimus, quod apocopa facta est extremae vocalis,[13] cui praeponebatur aspiratio. Nam perfecta vaha, aha sunt. Ideo autem abscisione facta extremae vocalis, tamen aspiratio mansit ex superiore pendens vocali,[14] quia suum est interiectionis[15] voce abscondita[16] proferri. Itaque pars absconditae[17] extremitatis videtur congrue interiectionis naturali prolatione remansisse. Nec mirum, cum in Syrorum Aegyptiorumque dictionibus soleant etiam in fine[18] aspirari vocales. Interiectionum autem pleraeque communes sunt naturaliter omnium gentium voces.[1] Inter c sine aspiratione et cum aspiratione est g,[2]

---

8 *remib són* 9 *hitiarmóracht són dolethnugud afoguir* 10 *accidit tecmaing dogutaib anisin* (in marg.) *isairi isrenguth. suidig. atinfed dosemigud 7 mesru. indfog. mdir bis isinguttí*

11 *dofoirnde inson 7 afolad inchoisig* 12 *tre digbáil tinfeth* 13 *incoisig afolad cétnae*

14 *.i. conid hinunn folad dóib* 15 *.i. ní inchoisig inson afolad cétne iarndígbail intinf. .i. inchoisged riam* 16 *dlúthe intinf. donaib conso.* 17 *óendai oenlitre dodénom dib hiscribunt* 18 *cárachtra naconson 7 intinf.* 19 *indemm* 20 *grecorum*

21 (in marg.) *hi scribiut dá carachtar beos. .i. carac. consine 7 carac. tinf. am. dongnitis sengreic* 22 *ciaforcomamni riagoil sengrec hiscribunt inda carac. isnaib consonaib mut. rocruthaigsemar camaiph ím óen chárac. f tarhesi .p. cotinf. inepertaib latinndaib* 23 *hifogur.*

(9[b]) 1 *hifogur* 2 *conndenta óen torand tarhesi am. naheliu* 3 *sluindid afolad cétnae* 4 *iss. afolad cétnae sluindidae* 5 *nínsann* (leg. *sain*) 6 *oldaas* 7 *huadligud inchoibnis* 8 *isairi nobith digaim leo an.* ϱ *sin* 9 *am. bith dochonsain am. asndi*

10 *crich* 11 *agenitiu. ar guttai tra atá* ϱ *sin* 12 *interiec. inso* 13 *.i. a .i. dirogbad .a. díib* 14 *lenaid dingutai thóisig* 15 *.i. proprium .i. issainreth do interiect guth formúigthe cotrummai thinfid* 16 *formúchthai* 17 *indformúchdetad* 18 *fodeud*

(10[a]) 1 *.i. ataat alaaili interiecta and itcoitchena doeach ceniul* 2 *medónda etarru fog. .g.*

inter t quoque et th est d, et inter p[3] et ph sive f[4] est b. Sunt igitur hae tres, hoc est b g d, mediae, quae nec penitus carent aspiratione nec eam plenam possident. Hoc autem[5] ostendit etiam ipsius palati pulsus et linguae vel labrorum consimilis[6] quidem in ternis,[7] in p et ph vel f et b, et rursus in c et ch et g, similiter in t et th et d. Sed in levibus[8] exterior fit pulsus, in asperis interior, in mediis inter utrumque supradictorum locum; quod facile dignoscitur, si attendamus in supradictis motibus ora mirabili naturae lege modulantibus[9] voces. Tanta autem est cognatio earum, quod in vicem inveniuntur pro se positae[10] in quibusdam dictionibus, ut ambo pro ἄμφω,[11] buxus pro πύξος, et publicus pro πούπλικος.

Lib. II. cap. III. Dictio est pars minima orationis[1] constructae,[2] id est, in ordinem[3] compositae. Pars autem,[4] quantum ad totum intellegendum, id est, ad totius sensus intellectum; hoc autem ideo dictum est, nequis conetur vires in duas partes dividere,[5] hoc est, in vi et res, vel quaedam huiuscemodi. Non enim ad totum intellegendum haec fit divisio.[6] Differt autem dictio a syllaba, non solum quod syllaba pars est[7] dictionis, sed etiam quod dictio dicendum,[8] hoc est, intellegendum[9] aliquid habet. Syllaba autem non omni modo[10] aliquid significat per se; ergo monosyllabae dictiones possunt quodam modo esse[11] et syllabae, non tamen sincerae,[12] quia nunquam syllaba per se potest aliquid significare: hoc enim proprium est dictionis.[13] Unde si dicam, a, per se scio esse syllabam, nec tempora[14] tamen eius, nec tenorem nec spiritum nec significationem[15] agnosco, donec cognovero dictionem, in qua ponitur. Nam in ara[16] deorum a paenultima producitur et circumflectitur in nominativo, nec habet aspirationem; cum autem significat stabulum porcorum,[1] eadem[2] a syllaba paenultima corripitur et acuitur et habet aspirationem. Haec eadem a, quando est praepositio, gravatur et producitur[3] et est sine aspiratione. Vides ergo per se ipsam syllabam[4] deficere praedictorum ratione, nec aliter posse examussim[5] tractari,[6] nisi posita sit in dictione.

Cap. IV. Oratio est ordinatio dictionum[7] congrua[8] sententiam perfectam[9] demonstrans. Est autem haec definitio orationis eius, quae est generalis, id est, quae in species[10] sive partes dividitur. Nam oratio dicitur etiam liber rhetoricus,[11] nec non unaquaeque dictio hoc saepe nomine nuncupatur, cum

---

3 *medóndæ etarru* 4 *iscummae lith etir .ph. 7 f* 5 *ata medóndai* 6 *iscomail afog. .i. cosmailius fog. beos* 7 *.i. isnaib tredaib*

8 *c. t. p. isairi asbertar étrumma 7 slemna huare nádtechtat tinf.* 9 *donaibhi bindigeddar* 10 *cachae tarbéisi araili* 11 *.i. iscumae leissem bid f.*

(25b) 1 *.i. hicoindeulgg inna insce óge* 2 *.i. cen dualchi* 3 *.i. inordd cóir* 4 *.i. minima .i. is rannsi áin oratio.* 5 *.i. conepred iarum ispars minima oratio. cechtar indaleithesin* 6 *.i. doláni chétbutho inna hailæ insce*

7 *.i. olasrann*

8 *.i. beth eperthi* 9 *.i. sluindith folad indepert* 10 *i. onach mud etir* 11 *.i. ualailiu mud frisillaba nád toirndet folad*

12 *.i. issi intsillab diuit sill. ellaig raine 7 nad sluindi folad* 13 (in marg.) *Ni sluindi sill. folad trée feisin manip sin sill. si bes rann insce*

14 *.i. comét uimser bes indi* 15 *.i. cid folad sluindes* 16 *altóir*

(26a) 1 *.i. muccfoil* 2 *.i. hára .i. muccfoil* 3 *.i. intan inbis hicomaisndis* 4 *.i. solam .i. indsillab diuit nád sluindi folad* 5 *.i. indimmdae* 6 *.i coneperthae ciaaiccent 7 cisi aimser derb thechtas rl.*

7 *.i. inna focul* 8 *cen fubae cen dualaich* 9 *.i. coldni intliuchto* 10 *coil et cóim l. idem 7 partes q. melius* 11 (in marg.) *hic ostendit ceróich himeit 7 lagait ani asoratio*

plenam ostendit sententiam, ut verba imperativa et responsa,[12] quae saepe una dictione complentur, ut si dicam, quid est summum bonum in vita? et respondeat quis: honestas,[13] dico, bona oratione respondit. Partes igitur orationis sunt secundum dialecticos duae, nomen et verbum, quia hae solae etiam per se coniunctae plenam faciunt orationem; alias autem partes syncategoremata, hoc est, consignificantia appellabant. Secundum Stoicos vero quinque sunt eius partes: nomen, appellatio, verbum, pronomen sive articulus, coniunctio. Nam participium connumerantes verbis participiale verbum vocabant vel casuale, nec non etiam adverbia nominibus vel verbis connumerabant et quasi adiectiva verborum ea nominabant; articulis autem pronomina connumerantes, finitos ea articulos appellabant, ipsos autem articulos, quibus nos caremus,[14] infinitos articulos dicebant, vel, ut alii dicunt, articulos connumerabant pronominibus et articularia eos pronomina vocabant. In quo illos adhuc sequimur Latini,[1] quamvis integros[2] in nostra non invenimus lingua articulos. Nam cum dicimus idem,[3] ὁ αὐτός, non solum articulum, sed etiam pronomen in eadem dictione significamus.[4] Similiter qui, ὅστις, articulus subiunctivus intellegitur una cum pronomine secundum quosdam infinito, sive magis cum nomine,[5] ut Apollonius ostendit firmissima ratione. Praepositionem quoque Stoici coniunctioni copulantes praepositivam coniunctionem vocabant. Quidam autem novem dicebant esse partes orationis, appellationem addentes separatam a nominibus, alii decem etiam, infinita verba seorsum partem ponentes, alii undecim, quia pronomina, quae non possunt adiungi articulis, per se numerabant. His alii addebant vocabulum et interiectionem apud Graecos,[6] quam nos adhuc servamus. Apud Latinos vero articulum addebant, quem purum per se apud eos non inveniri supra docuimus. Igitur non aliter possunt[7] a se discerni[8] partes orationis, nisi uniuscuiusque proprietates significationum attendamus.[9]

Proprium[10] est nominis,[11] substantiam et qualitatem significare; hoc habet etiam[12] appellatio et vocabulum. Ergo haec tria una pars est orationis.[13] Proprium[14] est verbi, actionem sive passionem sive utramque cum modis et formis et temporibus sine casu significare. Hoc[15] habent etiam infinita,[16] quare non sunt separanda[17] a verbo.[18] Participium autem iure separatur a verbo, quod et casus habet, quibus caret verbum, et genera ad similitudinem nominum, nec modos habet, quos continet verbum. Proprium est pronominis pro aliquo pro-

---

12 .i. *inna frecra* 13 .i. *féle*
14 .i. *nintánaic acdrachtar*
(26ᵇ) 1 .i. *osní* 2 .i *compos. ut ap graecos l. huare nánduntanaic acarachtar ciaridberam acéill aprono.* 3 *isfollus nach mór brig artic. linni*
4 .i. *ardóintam* 5 .i. *isferr ainm do denom de*
6 .i. *indinteriecht nad rann insce la grecu s. ap. aduerbium numerant atarimet comroirnich inna grec laranna insce olsuide asrann insce lalait.*
7 .i. *dedliguth tra innaniltoimddensin isdegaibthi ig. quasi dixisset. ni fail ni nád tüim odligethsa fair indegaid na comroircnech* 8 .i. *confesta andechur* 9 *mani decamar sainfolad cacha rainne*
10 .i. *asainreth* 11 .i. *indanma dilis* 12 .i. *proprium .i. torand folaid 7 inne am ṅdondfoirde ainm ṅdiles* 13 .i *inna teoir rannasa isóin rann fardiṅgrat*
14 .i. *asainreth* 15 .i. *torand gnima l. césta* 16 .i. *uerba* 17 .i. *huare dofoirṅdet gnim et passionem* 18 .i. *islabre. andram*

prio nomine poni et certas personas significare.[1] Ergo quis et qui, et qualis et talis, et quantus et tantus, et similia, quae sunt infinita, sive interrogativa vel relativa vel redditiva,[2] magis nomina sunt appellanda, quam pronomina. Neque enim loco propriorum nominum ponuntur, neque certas significant personas, sed etiam substantiam, quamvis infinitam, et qualitatem,[3] quamvis generalem,[4] quod est suum[5] nominis, habent.[6] Nomina sunt igitur dicenda, quamvis declinationem pronominum habeant quaedam ex eis.[7] Non enim declinatio, sed vis et significatio[8] uniuscuiusque partis est contemplanda; indifferenter[9] enim multa et nomina modo pronominum et pronomina modo nominum invenimus declinata. Quid enim stultius, quam omnia, quae numeros significant, nomina dicere, unus autem, unius, propter declinationem pronomen appellare? Quod si[10] declinatio facit indicium, qualis sit[11] dictio,[12] debeat omnia possessiva pronomina, quia nominum declinationem secuntur, et participia[13] in his computari, quod omnino caret ratione. Ergo non declinatio, sed proprietas est excutienda[14] significationis.[15] Et quoniam de proprietate nominis et verbi et participii et pronominis breviter dictum est, non incongruum esse arbitror summatim[16] de ceterarum quoque proprietate partium orationis percurrere.

Proprium est adverbii, cum verbo poni, nec sine eo perfectam significationem posse habere, ut bene facio, docte lego. Hoc ergo inter adverbium[17] et praepositionem est, quod adverbium et sine casualibus potest praeponi et postponi verbis et cum casualibus, ut pone currit, et currit pone; venit tempore longo post, et post longo tempore venit. Terentius in Adelphis: Post faceret tamen.[1] Si igitur invenias adverbium sine verbo cum nomine, scias hoc per eclipsin fieri, ut si dicam, non bonus homo, pro malus, subaudio est.[2] Praepositionis autem proprium est, separatim quidem per appositionem[3] casualibus praeponi, ut de rege, apud amicum; coniunctim vero per compositionem tam[4] cum habentibus casus, quam[5] etiam cum non habentibus, ut indoctus, interritus, intercurro, proconsul, induco, inspiciens.

iudicio suo poterat,[13] neque[a] in meditatione legis curam sedulam admovere,[14] qui ad omne studium pro nutrientis ducebatur arbitrio. Septimum itaque[b] aetatis agenti annum onus[c] insigne regiae dignitatis impositum est. Duo itaque, quae faciunt hominem[15] ad beatitudinem pervenire: dogmatis recta sententia,[1] id est, ut pie de deo et integre sentiatur, et morum emendata formatio[2] est,[d] priusquam honeste saneque[e] vivatur. Neutrum ad perfectionem valet[3] sine altero,[f] alterum vero altero aut subpletur aut comitatur.[4] Sed fides inter haec duo[5] primum obtinet locum, sicuti in corpore honorabilius caput inter reliqua membra censetur. Ad perfectionem[6] tamen hominis necessaria est reliquorum accessio et compago membrorum. Similiter et ad consummationem vitae[7] huius oportet utraque concurrere, fidem scilicet et vitam. Et fidei quidem ad perfectum[8] conprehensio res ardua[9] atque difficilis, custodia vero facilis. Vitae autem ratio ad intellegendum prona,[10] et quae omnium intellectui tam in bonorum adpetitu quam in malorum fuga[11] videatur exposita.[12] Exhibitio vero[13] non operis parvi ac laboris, sed nonnumquam vitae merito ad fidem aditus aperitur,[14] et e diverso[15] ad perfectam cognitionem eius peccatis obstruitur;[16] nam velut quibusdam tenebris conversationis sincerum[17] intercluditur, eius et puritas impeditur. Unde hanc partem maxime scripturae[18] divinae est moris excolere. Et ideo etiam in praesenti psalmo ante documenta disciplina moralis indicitur;[19] nam obesse[20] perfectae fidei morum vitia, apostolo teste discimus, qui ait ad Corinthios: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, quasi parvulis in Christo. Et subiungit: Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? Cum e contrario cor melius ad fidem sit suffragio conversationis admissum. Hoc itaque argumentum est praesentis psalmi. Debemus iam adiuvante domino[1] per partes ad reserandum[2] intellectum eius accedere et, si necesse fuerit[3] pro consideratione rerum occurrentium, aliqua latius explicare. Non obliviscemur tamen eius, quam promisimus in praefatione, brevitatis.[4] Hoc autem maxime servabimus in praesenti psalmo et in reliquis omnibus, ut omnem intellectum in summam redigentes[5] strictim, quicquid[g] dicendum est, explicemus, quoniam non est nobis propositum latius cuncta prosequi,[6] sed summatim dictorum om-

---

a nunquam b quippe c honor et d *deest* e sancteque f genus g quod

---

13 .i. *airnibu fuareir fesin boisom isintaim[sir]* 14 .i. *airdanimmart greim daite* 15 .i. *hires foirbthe 7 degnimai*

(14[c]) 1 .i. *etarcni dæ* 2 *ised inso anaill* (in marg.: *ised inso indalanai*) 3 .i. *ní sonartnaigedar nechtar de manibet andiis do imfolung foirbthetad* 4 *nochoimtangar*

5 .i. *nochishonaib dib són .i. hires foirbthe 7 gnímai sainemlae .i. ishires astoisech islisuidib*

6 *medontestimin* 7 *duntfoirb.* 8 .i. *etarccnai dé* 9 .i. *isrét and .i. foglaim inna hiriss foirbthe*

10 .i. *isadblam .i. isreid foglaim inbesgnai* 11 .i. *atá inaicniud chaich denum maith 7 imgabail uilc dodenum* 12 *latharde*

13 .i. *nochisincomallad són* 14 .i. *arosailcther hires tri degním* 15 .i. *hochotarsnu .i. innarbar hires dam tri drochgnimu* 16 .i. *frisduntar*

17 *condiuit* 18 .i. *aisndis istrichaingnimu rosegar 7 arosailcther indhires foirbthe doengnu*

19 *ascongarar* 20 *frismberat*

(14[d]) 1 .i. *issi tra brith ar intestiminso manibé est and tuas 7 ma argumento bes ant* 2 *bed ersailcthi* 3 .i. *cid ecen áisndis doneuch asdoruid coleir ni sechmalfaider taipæ and:::*

4 *nintanic ón isindremaisndis fobith istaipe inso* 5 .i. *ad numerum .i. adrimfem 7 doaidliben ::noin::ged fil psal:::*

6 *dorimem*

nium sensus adtingere, ut possint lectaris expositionis prima facie relucere.[7] illis relinquentes[8] occasiones[9] maioris intellegentiae, si voluerint aliqua addere,[10] quae tamen a praemissa interpretatione non discrepent. Ista enim veri est intellectus perfectio,[a] ut secundum[b] historiae fidem tenorem expositionis aptemus et concinnenter[11] ea, quae dicenda sunt, proferamus.

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, usque sedit. Interdum scriptura divina inter impium et peccatorem facit differentiam, impium vocans dei veri notitiam non habentem, peccatorem vero honesti iustique[c] tramitem non tenentem. Tamen est ubi communi vocabulo[12] utrumque significat. In praesenti psalmo tamen videtur facere distinctionem,[13] quoniam vult, qui sit[14] status[d] perfectionis, exprimere, cui etiam beatitudinem credit[15] rite competere,[16] vel propter perfectam de deitate notitiam vel propter studia vitae melioris. Quod vero ait, non abiit, non stetit, non sedit, animae motus corporalibus signat indiciis.[1] Quoniam, cum aliquod molimur efficere, primum[2] ad arripiendum opus[3] movemur in gressum, deinde subsistimus, ubi res coepit esse[4] in manibus, ad sedendum vero convertimur[5] negotio iam parato.[6] Hoc ergo sanctus David ait, quoniam[e] ille vero beatus sit, qui neque primis quidem vestigiis impietatum[f] cogitationem adiit vel ingressus est, neque adfectum pravi operis admisit, neque ulla inretitus est malae delectationis inlecebra, quod nomine cathedrae et sessionis[7] ostenditur, ut eorum consortio iungeretur, qui aliorum simplicitatem veneno suae pravitatis inficiunt.[8] Hos enim pestilentes[9] vocat, quorum est plane morbosa coniunctio. Nam et[10 g] pestilentiae proprium, ab uno in alterum transeundo inficere[11] multorum corpora atque vitiare.[12] Non abiit ergo dicendo consensus[h] cogitationum notavit, quibus ad pravas suggestiones rapimur et id quod libuerit implere properamus. Quod vero ait, non stetit,[13] in opus[i] exisse indicat id quod cogitatio ante suggesserat, quod tunc implemus, cum delectat in aliis operibus gradum figere ac saepius restitare. Per cathedrae autem sessionem[14] ille signatur, qui ita delectatur et requiescit in mala consuetudine, ut reliquis eiusdem studii hominibus sine ullo verecundiae[15] misceatur adpensu.[16] Quod vero impiorum consilia ponit,[k] peccatorum vero opera, satis ad utrumque[17] respexit. Impietas enim ad agitationem[18] mentis pertinet et motus non recte animae sentientis,

a perceptio b per c rectique d sectator e quod f impietatis g etiam h adsensus i nunquam in opere k posuit

7 *instoir airised asdulem dún doengnu instoir* 8 *alléicfimme* 9 *i. sens 7 moralus* 10 *issamlid léicfimmini doibsom aisndis dintsens 7 dinmora. manipecoir frisinstoir adfiadamni* 11 *.i. inchobaid*

12 *.i. iscoitchen docechtar de ainm alaili* 13 *.i. conidsain inthí dianaiper impius 7 peccator hic* 14 *ciahé* 15 *erbaid* 16 *immandairc*

(15[a]) 1 *.i. techt 7 tairisem 7 suide* 2 *trop tra contra donadbatsom hist. .i. cosmailius inna rétae tanide 7 inna cumscaigthe himenman frisnagnimu corpthi .i. epert do techt iena imratiu fochosmailius tiagar dointinscitul gnímo sic est in reliquis* 3 *.i. do intinscitul ingnimo*

4 *hoescumlad .i. intan mbímmi ocaforbu són* 5 *.i. iarforbu ingnimo serc feidligtheo oco* 6 *.i. hobu rorbaither ingním olc no maith feidligud oco iarum* 7 *.i. indsuidi* 8 *frisorcat*

9 *.i. teidmlenamnachu*

10 *cid* 11 *frisnorc* 12 *fombia* 13 (in marg.) *.i. iustus 7 büid n. dam am. frisugeserat .i. q. n. sugeserat* 14 *trissasuide* 15 *féle* 16 *cennachnastud* 17 *.i. dugnim 7 imradud* 18 *duntimluad*

peccatum vero in rem actio[1] iam[2] deducta. Tertium quod addidit, utrisque subiecit,[3] quoniam non solum hi pestilentes vocantur, qui male sentiendo[4] corrumpunt reliquos et societate[5] sua perimunt,[6] verum etiam illi qui tabe consortii[7] bonum conversationis suae rectae infringunt, quibus[8] in totum[9] non admisceri est sibi optime consulentis. Et ideo hunc, qui per omnia declinat a talibus, beatum praesentis psalmi lectura[a] definivit, qui ita actus suos circumspicit, ut etiam aliena mala sollicitatione declinet; et vere, ut ne[b] alienis maculis[10] candor suus puritasque fuscetur,[11] quoniam tendentibus[c] ad beatitudinem non sufficit recedere tantum a malis, sed[d] etiam bona facere necesse est. Inferius ait: sed in lege domini fuit voluntas, usque die ac nocte. Non solum, inquit, studet malorum consortia declinare,[12] verum assidua et iugi meditatione legis discit, qualem se formare conveniat. Et ut fructuosum huiusmodi, quod commendare nititur, probet[e] studium, inducit similitudinem,[13] per quam possit bonum eius, quem beatum dicit, hominibus relucere: et erit sicut lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, usque prosperabuntur. Sicut arbor, inquit, cui virere[14] iugiter natura est. Etiam locus, in quo plantata fuerit, vivificatur beneficio, ut ab ariditate[15] aquis defendatur irriguis.[16] Atque ob hoc multis fit fructibus plena, quae neque aëris neque loci neque temporis iniurias sentit. Id enim indicat, quod sequitur dicens: et omnia, quaecumque faciet, semper prosperabuntur. Est omnibus tam perpetuo virore[17] quam pomorum numerositate conspicua. Ita etiam ille clarus erit, qui se et a malis abstinuerit et bonorum studiorum amore devinxerit,[1] quem nec ulla peccatorum opera deturpant et meditatio continua legis exornat. Non sic impii, non sic, sed tanquam, usque a facie terrae. Superioribus dictis[2] omnes ad virtutis studium provocavit, praesentibus deterret a vitiis, et per comparationem pulveris ostendit, quanta[f] sit utilitas[g] impiorum, et qui non[h] digni aliquo aestimentur adspectu[i] et ita malis supervenientibus impellantur[3] facile ac stare non possint, ut pulvis, qui pro tenuitate sua ac levitate ventorum flatibus huc illucque dispergitur. Ideo non resurgunt impii, usque iustorum. Hoc dicens non resurrectionem impii denegavit,[k] qui utique si non resurgerent, lucrificarent[5] futura supplicia,[6] quae quidem non aliter nisi restituti in corpore[7] sustinebunt. Non[l] ita erit commune animae corporisque supplicium, sicut fuit peccatorum communis admissio.[8] Quod ergo[9] dicit tale est, quia consuevimus in apertis criminibus moras ad inquirendum nullas adhibere, sed statim condemnationis ferre sententiam.[10] Ita et impii ad poenam resurgentes non illam

---

a lectio b veretur ne c tendendo d scilicet e praebeat f quia tanta g vilitas h quam i adsensu k denegat l Nam

---

(15[b]) 1 *ishé ingním* 2 *cid* 3 *remeérbart .i. gním 7 imradud* 4 *.i. dintrindoti .i. nephcretem indi etir* 5 *tri chomaitecht donaib ingraim* 6 *etirdibnet* 7 *.i. ontedmaim indaccumuil* 8 *donaibhisin* 9 *in huile*
10 *.i. ho pecthib nach aili* 11 *.i. arnafurastar* 12 *.i. imnimgaba* 13 *.i. inchruim toirthig*
14 *nuraigedar* 15 *hó tirmai .i. conabi tirim* 16 *intursitib* 17 *ondúrdatu*.
(15[c]) 1 *inti conidnanraig* 2 *.i. hothá beatus uir usq. n. sic impi* 3 *.i. innárbantar* 4 *innunn kille* 5 *no indbadaigftis .i. roptis indai piana donaib anmanaib ceni escérsitis inchoirp aracenn* (in marg.) *.i. ni tibertais piana foraib mani eserситis* 6 *.i. inna pina suthini*
7 *.i. isimmalle fosdidmat* 8 *intorgabal* 9 *ani* 10 *indigail*

delationem[a] habebunt, quae solet iudiciariis inquisitionibus[11] admoveri; quos[12] gravius manere[13] supplicium per hoc indicatur, quod statim et velut adcelerata[14] sententia in locum meritis suis debitum et in ultimum contrudentur[15] exitium.[1] Et ideo non dixit absolute,[2] non resurgent, sed addidit, in iudicio, hoc est, non resurgent ad examinationem,[3] sed resurgent, ut statim sententiam damnationis excipiant.[4] Et ne forte ex communi resurrectionis nomine communem aestimantes[5] etiam expulsionem futuram esse cunctorum, ostendit quoniam[b] in eodem momento resurrectionis magna futura sit diversitas,[c] ut alius per illam ad honorem perducatur, alius mittatur in poenam. Erit ergo pretiosa aliis et remunerabilis, aliis gravis atque terribilis. Bene ergo inter impium et peccatorem fecit differentiam, et impios quidem ait in iudicium non resurgere, id est, ut superius diximus, non in examinationem venire, peccatores autem in concilio iustorum, hoc est, ut nulla illis sit in iustorum remuneratione[6] communio. Tradentur ergo et ipsi suppliciis; nam qui per peccata excluduntur a praemiis, ea sine dubio, quae sunt praemiis diversa, patientur. In hoc ergo erit differentia, ut impii quidem resurgant non discutiendi,[7] sed statim locis tristibus deputandi, peccatores vero, ut nulla iustis communione iungantur. Hoc autem manifestissime[d] ex his quae sequuntur ostenditur: quoniam novit dominus viam iustorum, id est, placitam sibi et acceptam esse remunerationis testimonio perdocebit: et iter impiorum peribit.[8] Ideo igitur non resurgunt[e] impii, quia omnium viae perfecta dei notitia continentur, atque ab hoc sine ulla delatione[f] resurrectionem eorum condicio et sors digna suscipiet.

G. Specimen glossarum codicis Carlisruhensis.

Bedae capita quaedam luculentius glossata.

De natura rerum cap. V. De firmamento. Caelum subtilis igneaeque naturae rotundumque et a centro terrae aequis spatiis undique collectum, unde est et convexum mediumque quacunque cernatur. Inenarrabili[1] celeritate quotidie circumagi sapientes mundi dixerunt, ita ut rueret, si non planetarum occursu moderetur, argumento siderum nitentes, quae fixo semper cursu circumvolant, septentrionalibus breviores gyros[2] circa cardinem peragentibus. Cuius vertices extremos, quos circa[3] sphaera caeli volvitur, polos nuncupant, glaciali rigore tabentes. Horum unus ad septentrionalem plagam consurgens boreas, alter devexus in austros terraeque oppositus australis vocatur, quem interiora austri scriptura sancta nominat.

---

a dilationem b quod c differentia d manifestius e *add.* ad examinationem e dilatione

---

11 *honaib iarfaigthib mesidib* 12 *innahisin* 13 *aranossa* 14 *dëin* 15 *roithfiter*
(15[d]) 1 *isdnesid* 2 *.i. ni diltud esærgi asrubart som*
3 *do mes* 4 *coarfemat* 5 (in marg.) *nadnetmai andumenmarni .i. arnatomnamarni* 6 *kitindnacul fochraice* 7 *arambet etailsi* 8 *.i. huare nadrobáe ni do degnimaib leu*

(Cr. 18[b]) 1 *isi adéne* (in cod. *inerrabili celeritate*)
2 *curu* 3 *isimsuidib*

Cap. VI. De varia altitudine caeli. Non autem ita mundus hoc polo excelsiore se attollit, ut undique cernantur haec sidera. Verum eadem quibusque[4] proximis sublimiora creduntur, eademque demersa[5] longinquis; utque nunc sublimis in deiectu[6] positis[7] videtur hic vertex, sic in illa terrae devexitate[8] transgressis[9] illa se attollunt, residentibus quae hic excelsa fuerant, opponente se contra medios visus globo terrarum adeo,[10] ut septentriones, quae nobis a vertice pendent, in quibusdam Indiae locis quindecim tantum in anno diebus appareant.[11]

Cap. VII. De caelo superiore. Caelum superioris circuli proprio discretum termino et aequalibus undique spatiis collocatum virtutes continet angelicas, quae ad nos exeuntes aetherea sibi corpora sumunt, ut possint hominibus etiam in edendo similari, eademque ibi reversae deponunt.[12] Hoc[13] deus aquis glacialibus temperavit, ne inferiora succenderet elementa. Dehinc inferius caelum non uniformi, sed multiplici motu solidavit,[14] nuncupans illud firmamentum propter sustentationem superiorum aquarum.

Cap. XII. De cursu planetarum. Inter caelum terrasque septem sidera pendent, certis discreta spatiis,[1] quae vocantur errantia, contrarium mundo agentia cursum, id est, laevum, illo semper in dextra praecipiti. Et quamvis assidua conversione immensae celeritatis attollantur ab eo rapiantorque in occasus, adverso tamen ire motu per suos quaeque passus advertuntur, nunc inferius, nunc superius propter obliquitatem signiferi vagantia. Radiis autem solis praepedita, anomala vel retrograda vel stationaria[2] fiunt.

De temporum ratione. E capite XV. De lunae cursu per signa. Quod si quis signorum nescius lunares tamen cursus agnoscendi cupidus est, noverit et ipse solem quotidie partem[1] unam zodiaci sui complere (neque enim aliud partes zodiaci, quam quotidianos solis in caelo debemus sentire progressus), lunam vero quotidie XIII partes eiusdem zodiaci conficere, id est, punctos quattuor et unam partem. Et quia illa XIII partes complente sol unam complet, inde fieri, ut non plus quotidiano progressu a sole, quam quaternis punctis, hoc est, duodenis partibus elongetur. Ponat[2] ergo lunam ubilibet computare voluerit, utpote in Cal. Ianuarias primam; haec ubi prima noctem diemque transegerit, illum caeli locum tenet, quem sol XIII mensis eiusdem die completo. Ubi secunda[3] est, multiplica duo per quattuor, fiunt octo. Item ut de punctis ad partes pervenias, multiplica VIII per III, fiunt XXIIII. Illam ergo caeli partem tenet luna secunda in quartas Nonas Ianuarias, quam sol[4] XXIIII abhinc die confecto. Ubi tertia est,[5] multiplica III per IIII, fiunt

4 *dam* 5 *isli* 6 *inisiul* 7 *.i. hominibus* 8 *isindisli* 9 *tarsatharmthiagat* 10 *hisi mét asuidigthe globus terrae* 11 *isamlaid ém cotaucbat doib residentibus .i. sideribus .i. andusleicet inna rind .i. illis .i. isli doibsom infechtsa innahi ruptar ardda dunnai*

12 *.i. fodcbat* 13 *.i. caelum* 14 (in marg.) *isé multiplex motus inriuth retae inna airndrethcha in contrarium contra sé 7 arriuth aicneta fedesin*

(18^c) 1 (in marg.) *hité spatia narree fil á terra usque ad XII. signa hité soni. toni. comlana rl. hité interualla im. deferentiae 7 nitiagat saidai sech satuirn suas ut plinius dicit rl. plinio tonus est spatium cum legitima quantitate certis spatiis .i. tonus inter terram 7 lunam rl. isécen corrobat indib sex interualla .VII. spatia 7 .VII. toni rl. lege plin. stationaria in superioribus .i. isnaib rendaib fail húas gréin .i. mars iouis saturnus rl. IN tricetro l. in tertia parte signife. in quadrato l. in quarta par. in aduerso rl.* 2 *.i. suas cach diriuch*

(31^c) 1 *.i. huide laith:: beos* 2 *cipé* 3 *.i. indaile* 4 *.i. cuit inna aine 7 inna aile* 5 *luna*

XII, partire per X decies[6] asse decus,[7] et remanent duo puncti, id est, sex partes; illam ergo caeli partem tenet luna tertia, quam sol mense toto et diebus VI post tertium Nonas Ianuarias exactis, id est, VI post tertium Nonas Februarias die consummato. Ubi quarta est, multiplica haec per IIII, fiunt XVI, partire per decem decies asse decus, et remanent VI puncti, id est, partes X et VIII. Illam igitur caeli partem tenet luna quarta, quam sol mense expleto ac X et VIII diebus post pridie Nonas Ianuarias. Ubi quinta est, multiplica V per IIII, fiunt XX, partire per decem bis deni vies;[8] duobus ergo mensibus expletis adveniet sol partem caeli, quam luna quinta tenet, id est, die Nonarum Martiarum. Ubi octava est[9] VI Idus Ianuarias, multiplica VIII per IIII, fiunt XXXII, partire per decem ter deni tries,[10] et remanent duo puncti, id est, VI partes caeli; illam partem caeli tenet luna octava in VI Iduum Ianuariarum die, quam sol aditurus est post tres abhinc menses et dies VI, id est, VI die post VI Idus Apriles.

Cap. XVIII. Quota sit luna in Calendas quasque.[1] Primo decennovenalis circuli anno, in quo nullae sunt epactae, in Calendas Ianuarias nona est luna,[2] in Calendas Februarias X, in Calendas Martias IX, in Calendas Apriles X, in Calendas Maias XI, in Calendas Iunias XII, in Calendas Iulias XIII, in Calendas Augustas XIIII, in Calendas Septembres XVI, in Calendas Octobres XVI, in Calendas Novembres XVIII, in Calendas Decembres XVIII. Hos tibi numeros pro regularibus singulorum mensium sume, quibus annuas addens epactas, luna quota sit[3] per Calendas quasque, sine errore reperies. Si enim vis scire, quota sit luna in Calendas Ianuarias anno secundo circuli decennovenalis, tene IX regulares,[4] adde epactas XI, fiunt XX, vicesima est luna. Si vis scire, quota est luna in Calendas Iunias anno tertio, tene regulares XII, adde epactas anni illius XXII, fiunt XXXIIII, tolle XXX, remanent IIII; quarta est luna in Calendas memoratas. Quod si quis obiecerit,[1] vel huius vel praecedentis argumenti alicubi ordinem vacillare, doceat ipse in huiusmodi quaestionibus indagandis veracius et compendiosius argumentum, et nos libenter gratanterque accipiemus. Hoc autem praecedens, quod commemoravimus argumentum, et nonnullis ad transcribendum iam dedimus,[2] et in principiis huius nostri opusculi praefigendum esse censemus. Porro praesens argumentum, quod de luna Calendarum quaerenda posuimus, hoc tantum loco commemorasse et docuisse sufficiat. Nam cognita, quota sit[3] in Calendas luna, facile etiam, ceteris cuiusque mensis diebus qua sit aetate, cantato ipso mense et concurrentibus digitis apparebit.[4] Sunt autem anni tres circuli[5] decennovenalis, in quibus idem argumentum stabilitatem sui tenoris conservare nequeat,[6] octavus videlicet, undecimus, et nonus decimus, cui causam nutandi[7]

---

6 *.i. a ḋen fodeich* 7 *.i. itadeich*

8 *isfiche* 9 *.i. lingidsem tardes ṅesci beos arolumbri* 10 *.i. tricha*

(32[a]) 1 *issiide asmberse archinn .i. est etiam uetus argumentum rl.* 2 (in marg.) *.i. ni acomlatar epactne .XI kl. ap. fri riaglori in illo anno dothoscelad dis ḋeci bis for kl. cach mis in primo anno ithe riaglori insin adchomlatar fri epacta XI. kl. ap. hicach bliadin tresinnadedéc ṅuile* 3 *cid aes ṅesci* 4 *.i. aes ṅesci kl. ian. in primo anno*

(32[b]) 1 *.i. hifrithcheist* 2 *.i. sochide rodascrib hian*

3 *cid ȧes dixnigedar* 4 (in marg.) *.i. ambas cete .i. acht asrobarthar inmi*

5 *.i. teora bliadni frithriagla namma leissem* 6 *.i. arni tosceli argumint acht bliadni slán* 7 *utmalligthe*

varia facit ac dispersa per annum embolismorum insertio. Siquidem anno octavo luna Calendarum Maiarum iuxta rationem quidem argumenti XXVIII computatur, sed propter embolismum, qui in Martio mense inseritur, XXVII probatur existere. Item in Calendas Iulias iuxta argumentum XXX fieri potuit luna, sed propter adiectionem diei, quem superfluitas embolismi attulerat, fit XXIX. Item anno XI quia luna embolismi pridie Nonas Decembres accenditur, facit lunam in Calendas Martias vigesimam esse et octavam, cum hanc ratio argumenti XXIX tunc existere doceat. Item anno XVIIII[8] quia luna embolismi tertio die Nonarum Martiarum incipit, cogit lunam in Calendas Maias XXVIII computari, cum XXVIIII secundum argumenti calculationem canatur,[9] quo etiam anno ratione saltus lunaris, de quo in sequentibus dicemus, fidem eiusdem argumenti impugnat. Si enim ipsum argumentum iuxta Aegyptios a Septembri mense, ubi principium est anni eorum, inchoaveris, necesse est, ut luna Iulii mensis eo anno[10] XXIX dies ut nunquam alias habeat, uno videlicet ratione saltus[11] amisso, et ob id luna Calendarum Augustarum tertia reddatur, quae iuxta argumenti regulam secunda computabatur. Si vero iuxta hoc quod nos supra docuimus, a Ianuario principium argumenti sumere mavis, eodem ordine luna in Calendas Decembres VII incurrit, quae iuxta argumentum sexta fieri debuisse putabatur, quia nimirum luna Novembris mensis unam amittit diem, et pro XXX consuetis XXIX solum diebus cogitur esse contenta. Quae profecto omnia melius colloquendo quam scribendo docentur. Non autem transitorie commemorandum, quod hoc argumentum a Septembri quidam incipiunt,[1] ponentes eidem Septembri[2] regulares V, Octobri V, Novembri VII, Decembri VII, et cetera ut supra nos posuimus, quod ob auctoritatem Aegyptiorum rationabiliter prorsus agunt, ut a quibus origo computandi sumpta est, horum quoque in computando anni principium imitentur. Verum aliis aptius multo et expeditius[3] videtur, ut computatio omnis, quantum non necessitas[4] rationis obsistat, a principio anni sui etiam apud Romanos[5] incipiat, et usque ad terminum anni rato atque intemerato ordine procurrat.

---

8 *.i. forcenn noidecdi* 9 *arcanar* 10 *.i. isnoichtech ré niuil la aegyp. isinbliadinsin hicuiretar salt* 11 *.i. hi .IIII. k. sep.*

(32ᵃ) 1 (in marg. super.) *aetas lunae inso foa kl. caich mis la aegyp. 7 isde rosaig indnomad for kl. ian. archinn* (infra *benveb*) 2 *.i. othosuch bliadne egip.* 3 *indil.* 4 *méit nand nathbeir* 5 *.i. condib ó kl. ian.*

Subiungo hic ampliorem notationem hibernicam super dictione chronologica ex initio codicis, e 3ᵇ (cf. p. 304): *Salua ratione saltus. aris airchenn inbes salt hicíunn nóidécdi mad indib huarib deac nammá bas laigu cachmí aescai oldaas trichtaige. ised dim slán dliged salto noichtiche colleuth duárim in áescu. Armad iarnaicniud adrimther cutesbat dicachthrichtaigi di huáir deac 7 IIII bro. 7 unga 7 atom. niconbia salt etir. issaithrech im. isairi is assu lasna rímairu dihuáir deac namma duthesbuith dligud slán salto conidécen salt iartain dusléind comláinso inna tesbuithe iarnaicniud aslaigu anésca oldoas trichtaige. Anisiu trá isécen remfuar bis. 7 emblesim*

II. Britannica.

A. Glossae Oxonienses.

I. Glossae in Eutychium.

(Cod. prior 2ᵇ) *mergidhaham* (gl. evanesco). In marg.: *didioulam* (gl. glisco).

(3ᵃ) *doguomisur*. (gl. geo).

(3ᵇ) *scruitiam* (gl. screo). *lemhuam* (gl. arguo). *enmetiam* (gl. innuo). *gruiam* (gl. suo). *dadlt*. (gl. curia). *baranres* (gl. linea).

(4ᵃ) *temperam* (gl. condio). *becel* (gl. bulla). *guirgiriam* (gl. hinnio). *diniam* (gl. tinnio). *rannam* (gl. partior). *didanuud* (gl. elicio). In marg.: *etbinam* (gl. lanio).

(2ᵇ) *mergidhaham*, verb. denom. ut infra sequentia *datolaham*, *coilhaam*, e subst. adi. *mergid*, rec. *merydd* (cf. p. 140), debilitas, debilis, flaccidus. Eiusdem radicis vet. hib. *merg*: *am. bolc mergach .i. romgab meirc són* (gl. ut uter rogatus; i. e. rugatus) Ml. 132ᶜ. Quoniam de significatione dubium non est, glossam, quae conspicitur in codice supra verbum b'esco (al terresco, horresco), refero ad glossam latinam paulo praecedentem *euanesco* scriptam supra verb. *euanes*. *didioulam* duplicem compositionem prae se ferre videtur, sed nihil invenimus, quod comparari possit, nisi forte subst. hod. *aul*, *eulon* (fimus, stercus).

(3ᵃ) *doguomisur*. in codice supra *geo. doleo*, pro quibus in editione Lindemanni sunt: *egeo*, doleo. Cum tamen glossae cambricae addatur vox latina *terra*, non dubium glossatorem de gr. γῆ et geometria cogitasse et legendum *doguomisuram*, decomp. *do-guo-m*. (p. 907). Conferenda sunt subst. *messur* (mensura) Mab. 2, 223. 240. 3, 155, verb. *messuraw* (mensurare) 3, 301. 303, part. *messuredic* 2, 236, hodie *mesur*, *mesuraw*, unde *mesureg*, geometria.

(3ᵇ) *scruitiam*, screo; congruit hod. verb. *ysgrydiaw*, tremere, quati. Glossa sequens in codice est *lehaam*, et lineola ducta supra *e*, quae alias significat *m*, et praemisso ante *l* commate cum puncto, quo si continetur latina sigla, frequens in glossis hibernicis ɔ pro *con-*, solvenda est cambrice *ce-*, *cem-*. De significatione non dubium, cum hodie quoque extet adi. *llym*, fem. *llem*, acutus, argutus, verb. *llymhau*, acuere, unde participium corn. *lemmys* (acutus) P. 160, 1. *enmetiam* (p. 896). *gruiam*, suo, restituendum videtur *gnuiam*, *guniam*; inf. *gwniaw* Mab. 1, 1, hod. *gwnio*; etsi extant corn. *gory* (sutura) R. 1921, et arem. *gruy*, *gry* ('sutura') Cath. MJ. 145a, *gruyat* ('suere'), *gruyer* ('sutor'), *gruyeres* ('sutrix') Cath., hod. *gri*, ven. *gouri*, et *griat*, ven. *gouriat*, trec. *grouiañ*. *dadlt*., curia i. e. *dadltig*, ut mox in his glossis *dadl*, concio, sed infra in II *datl* (gl. forum), *datlocou* (gl. fora), cui respondent subst. *dadl* L. Land. p. 113, pl. *dadleu* Mab. 2, 230. 3, 31, hod. *dadl* (= vet. *datl*), sermo, disputatio, contentio, causa iudicialis, *dadlwr*, disputator, verb. *dadleu*, contendere, disputare; inde contractum vet. hib. *dál* (curia, forum, p. 17). *baranres* etsi suprascriptum videtur in codice supra *furia*, pertinet tamen non ut alia ad inferiorem vocem, sed ad superiorem *linea*. Offerunt enim lexica et subst. *baranres*, series, ordo, frons, ut militum, comp. e subst. *rhes*, *rhestr*, series, unde verb. *restru* (in serie disponere) Mab. 2, 242, et adi. *baran*, manifestus, unde *baranu*, apparere, *baranwg*, praesentia.

(4ᵃ) *temperam*, in codice *tempam*, ducta per p infra lineola recta, quae significat *er*; cf. hod. *tymheru* (= *tymperu*, *temperu*, p. 162), mollire, miscere, transumptum e lat. *temperare*, cum plurimis derivatis: *tymheriad*, temperatio, *tymherusaw*, reddere temperatum, *tymherusrwydd*, *tymheroldeb* etc. *becel* (vix *betel*, etsi *c* et *t* in media voce utrimque iunctae vix possunt discerni) conferendum videtur forma cum hod. subst. *bogail*, *bogel* (umbo, umbilicus), significatione cum derivatis *boglwm* et *boglyn*. *guirgiriam*, hod. *gweryru*, hinnire (cf. p. 140). *diniam*, non invenitur in lexicis. *rannam*: hod. *rhan*, pars, *rhanu*, partiri; vet. hib. *rann*, pars. *didanuud*, elicio, nescio an pertineat ad idem verbum, unde est Leg. 2, 1, 31: *or pan anhuder etan eny dadanhuder* (quod vertit editor anglice: "from the time the fire is covered until it be uncovered"); cf. hod. adi. et subst. simplex *hudd*, obscurus, tectus, obscuritas; verb. *huddo*, operire; comp. *anhuddo*, aperire, *enhuddo*, operire, unde decomp. *dadenhudd*, *dadenhudd*, detectio, revelatio, *dadenhuddo*, retegere, revelare; particula praecedens *did-*, *dad-* pro *dit-*, *dat-* (p. 906). Cum desit terminatio usitata *-am*, quaeritur an *didanuud* sit exemplum flexionis internae verbi (ob duplicem quoque *u*). *etbinam*, glossa marginalis e regione duorum verborum: commuto locum, et lanio, etsi poterat referenda videri ad hod. *edfynaf*, abibo, discedam, tamen cum huic vix non subsit simplex *myned*, ire, potius conferenda est cum hib. *benim* (caedo, ferio).

(5^{a}) *taguelguiliat* (gl. silicernium). *carr* (gl. vehiculum).

(5^{b}) *morbran* (gl. merges). *clutam* (gl. struo). *doguohintiliat* (gl. inceduus). *datolaham* (gl. lego). *guerg l. celmed* (gl. efficax). *lammam* (gl. salio). *lemenic* (gl. salax).

(6^{a}) *boutig* (gl. stabulum). *estid* (gl. sedile). *credam* (gl. vado). *rit* (gl. vadum). *cannat* (gl. vas, vadis).

(6^{b}) *etncoilhaam* (gl. aspicio, auspex). *gen* (gl. obiex). *dihel* (gl. deses). *poues* (gl. quies). *gueig* (gl. testrix).

(5^{a}) *taguelguiliat*, in codice *taguelguelguiliat*, subscriptis tamen sub *guel* in media voce punctis delentibus. Textus Eutychii in hoc loco exhibet substantiva terminata in *-ium* derivata e verbis, inter haec in fine: iusto iustitium, cerno silicernium. Eandem fere interpretationem subst. *silicernium* sequitur glossator; est enim et hodie adi. *tawel*, silens, tranquillus, et subst. *gwyliad*, vigilia, *gwyled* vel *gweled*, aspectio, ita ut sit *tawelwyliad* aut vigilia aut aspectio silens. *carr*, *carrus* apud Caes., unde *carrata*, *carrada*, i. e. tantum quantum capit carrus, in chartis medii aevi (p. 840), *car* Leg. 2, 1, 4 et hodie.

(5^{b}) *morbran*, hod. *morfran*; hib. vet. *muirbran* (gl. merges) Sg. 55^{b}, i. e. corvus marinus, comp. e *mor*, mare, et *bran*, corvus. *clutam*, struo, ut infra *clutgued*, strues; hod. cambr. *cludo*, afferre, accumulare, *cludedig*, accumulatus, *cludair*, cumulus, *cludeirio*, colligere; cf. got. *hlathan*, germ. hod. *laden*, struere, accumulare. *doguohintiliat*, addito super vocem latinam scriptam in codice *inceduus*, significatur ambulator, is qui incedit. Radix vocis, obscurata et compositione et derivatione, est *hint* (hod. cambr. *hynt*, vet. hib. *sét*, got. *sinths*, via). Licet e subst. hoc in *-iat* (p. 839) conicere verbum derivatum *doguohintilam* vel *doguohintiliam*, incedo, decompositum ut *doguomisuram* (supra 3^{a}). Patet inspicienti in locum Eutychii (enumerantur adiectiva derivata e verbis, ut praedo praeduus, cerno cernuus etc.), glossatori in mentem venisse verbi cedere, incedere ob scriptionem codicis *cedo*, *inceduus* pro *caedo*, *incaeduus*, ut infra *grecus*, *grecor* pro *graecus*; neque enim est apud veteres scriptores adi. inceduus, sed incaeduus, ut silva incaedua, quae non caeditur. *datolaham*, lego, verb. denom. e *dadl*, *datl* (8^{a}. 38^{a}), significans idem quod hib. vet. *rechtaigim* (gl. lego a lex) Sg. 60^{b} e subst. *recht*. *guerg l. celmed*, *guerg vel celmed*, adiectiva *guerg* (p. 11, not.), *celmed* = hod. *celfydd*, aptus, peritus, versutus, e subst. *celf* = vet. *celm*; ex adi. derivatur subst. *celuydyt* (ars) Mab. 3, 148. 153. *lammam*, in codice *lamam*, cum lineola supra *a* priorem; sicut *lemenic* accuratius erat *lemmenic*. Duplicem *m* indicat etiam *m* non infecta hodiernae formae *llamu*, salire, *llamid*, saltus, unde derivantur *llemain*, salire, *llemeinig*, circumsaliens, vagans; *Cador Limenic* Godofr. Monumet. 11, 2. *Chattor vrenin Lemenic* Brut Tysyl. *Chador Lemenic Arth.* (S. Marte, Gottfr. v. Monm. p. 416). Cf. hib. vet. *léim* (gl. saltus, πήδησις) Sg. 106^{b}, hib. hod. *léim*, gael. *leum*, verb. *léumaim*.

(6^{a}) *boutig* sine dubio comp. cum subst. *tig*, domus, servata media primitiva; hod. *beudy*, domus vaccarum, a quo differt *bawdy*, domus stercorum, latrina; pars prior *bou*, iam in vetustis nominibus Βουουίνδας fl. Hibern. ap. Ptol., Bovinca nom. vici ap. Bolland. (Mai. 2, 654; cf. p. 56), hod. hib. *bó* vaccam significans, principio utriusque generis fuisse videtur, ut lat. *bos*, gr. βοῦς. *estid*, sedile, ut sub II *estid*, theatrum; in Mab. *eisted*, sedere, hod. *eiste*, *eistedd*, sedere, *eisteddle*, locus sedendi, sedile. *credam*, vado, scribentis errore positum videtur pro *cerdam*, hod. *cerddaf*, verbo frequentissimo in Mab.; vix enim huc pertinent, quae afferuntur in lexicis hodiernis, *creiddio*, pervadere, ut per aquam, adi. *creiddio*, *creiddiol*, permeans, penetrans, subst *creiddyn*, prominentia, apex. *rit*, corn. *rid* Voc., hod. *rhyd* (cf. p. 88). *cannat*, vas, vadis, ut iterum mox sub 8^{b}. In Mab. *kennad*, hod. *cenad*, significat missum, legatum (cf. p. 839), unde *cenadwriaeth*, missio, *cenadwriaeth dda*, evangelium.

(6^{b}) *etncoilhaam*, glossa ad voces: aspicio auspex, in loco Eutychii (ed. Lindem. p. 161): a pono compos impos, ab aspicio auspex, a facio artifex. Addit glossator latine: *auis et aspicio*, quocum concordat vox cambrica composita. Est enim subst. *etn* idem, cuius plur. infra sub II scribitur *ætinet* (hod. *edn*, vet. hib. *én*, p. 19), et verb. *coilhaam* denominativum e subst. *coil*, cuius plur. infra *coilou*, gl. auspicia. *gen*, gl. obiex in cod., in textu Eutychii: ab obicio obex; hod. *gan?* *dihel*, hod. *dihail* (p. 86), comp. e part. privativa *di-* (p. 894) et subst. *hail*, largitio, ferculum, ministerium, unde *heilio*, afferre, ministrare ad mensam, *heiliedig*, serviens, compos. *diheilio*, non attendere, *diheiliog*, non attentus, neglegens. Differunt tam *hael*, liberalis, cum diphthongo, sup. *haelaf* Mab. 1, 17, *hail* in nominibus propriis vetustis (p. 100), quam *helaeth* (largus): *ymladwr da oed. ahael ac ehelaeth yrodei vwyt adiawt* (pugnator bonus erat, et liberaliter et large dabat cibum et potum) 3, 298. *cyghor kyhelaethet ahwnn* (consilium aeque liberale atque hoc) 2, 391; rursus differt *helw* (possessio, hib. *selb*): *gwas ar y helw ynteu* (puer in ipsius possessione) 2, 243. *poues*, deriv. *-es*, ut hod. *llawes*, manica, e *llaw*, manus; hodierna verba *peuo*, *peuannu* significant idem quod gr. παύεσθαι, cessare, unde *peuad*, *peuawd*, *peuedd*, *peuant*, cessatio. Comparanda videntur vetusta nomina helvetica *Pausinnus*, *Pausinna* in inscript. ap. Orell. 5066, nec disiungenda hod. cambr. *pau*, *peues*, insessio stabilita, regio habitata, et nomen

(7ᵃ) *ladam* (gl. caedo). *orgiat* (gl. caesar).

(7ᵇ) *montol* (gl. trutina). *nouitiou* (gl. nundinae).

(8ᵃ) *lisiu* (gl. lixa). *laur* (gl. solum). *eunt* (gl. aequus). *dacrlon* (gl. uidus). *tan* (gl. focus). *helabar* (gl. graecus). *dadl* (gl. concio). In marg.: *anguoconam* (gl. vigilo).

(8ᵇ) *cannat* (gl. vas, vadis). *culed* (gl. macies).

(9ᵃ) *clutgued* (gl. strues).

II. Glossae in Ovidii artem amatoriam.

(37ᵃ) *a mein funiou* (gl. vittae tenues: este procul vittae tenues, insigne pudoris). *orgarn* (gl. medio). *a hir etem* (gl. instita longa: quaeque tegis medio, instita longa, pedes).

---

regionis Cambriae *Pouisia*, *Powisia*. *gueig* derivatione rarissima formatum, conferendum verbo hod. *gwau*, *gwëu* (texere), subst. *gwe* (tela), *gwëydd* (textor).

(7ᵃ) *ladam*, verbum frequens in Mab., hod. *lladd*, caedere, interficere. *orgiat*, gl. caesar, i. e. qui caedit, interfector, deriv. in *-iat* (p. 839), e radice *org*, quae redit hibernice (cf. p. 61): *nech orcas afini* (gl. patricida, matricida, homicida; i. e. qui occidit cognatos suos) Wb. 28ᵃ. *athiroircnid* (gl. parricida), *setharoircnid* (gl. sororicida) Sg. 12ᵇ. 13ᵃ.

(7ᵇ) *montol*, trutina, i. e. libra; verbum mox sequens *trutino* glossator interpretatur latine *mensuro*; hod. *mantol*, plur. *-ion*, verb. *mantoli*, trutinare (cf. p. 84. 766. 818). *nouitiou*, plur. subst. *nouit*, alias comp. cum *cym-*, *cyf-*: *cyfnofut* (mercatus) L. Land. priv. p. 113, *kyfnewit* (concambium) Mab. 3, 192, unde verb. denom. *kyfnewityaw* (concambiare) 3, 193. Congruit etiam hod. *newid*, plur. *-iau*, mutatio, concambium, vile pretium, e quo *newidiwr*, concambiator, *newidwriaeth*, commercium, commutatio mercium. Diversum origine videtur ab adi. *newydd* (novus, cf. p. 56), cum numerali fortasse conferendum, quoniam adest analogia hibernica: *natri noilaithe* (gl. trinum nundinum; i. e. trinarum nundinarum) Sg. 116ᵇ.

(8ᵃ) *lisiu*, gl. lixa, in loco Eutychii: rixa, rixo, rixas; lixa, elixo, elixas. Significat ergo lixivium (germ. lauge), ut *lissiu* infra sub V in loco: mulier lava elique lixam, cum terminatione *-iu* (p. 129); hod. *lleisw*, lixivium, at *llysw* sive *llws*, plur. *llyson*, pituita, mucus, materia glutinosa. *laur*, solum; ita scripsi, quamvis glossa sit supra vocem *solus* in loco Eutychii: pius, pio, pias; solus, desolo, as. Glossator procul dubio subst. solum supposuit verbo desolare; est enim et hod. *llawr*, corn. *lor* Voc., pavimentum, solum, et vet. hib. *lár*, gael. *làr*. *eunt*, aequus; Eut.: ab aequus aequo, aequas. Opponuntur *eun*, aequus, rectus, iustus, et *cam*, curvus, iniquus, in Voc. in compositis *eunhinsic* (gl. iustus) et *camhinsic* (gl. iniuriosus, iniustus; sed cf. p. 127). *dacrlon*, gl. uidus; sic enim habet codex: laxus laxo. uidus uiduo, pro: viduus viduo. Sed quid istud? Viduus nunquam erit cambrice *dacrlon*. Equidem persuasum habeo, glossatorem in mente habuisse adi. uvidus. Subst. *dacr* est hod. *dagr* vel *deigr*, plur. *dagreu* Mab. 2, 35, lacrima (pro dacrima, ut lingua pro dingua; gr. δάκρυ, germ. *zähre*). *lon*, adi. *llawn*, plenus, nisi forte conferendum est hod. *llyn*, subst. liquor, fluxus, unde verb. *llynio*, stagnare, adi. *llynio*, stagnosus, *llyno*, *llynorawg*, humidus, ita ut in nostro composito radix *lon* per se sola fungatur munere adiectivi et sit *dacrlon*, madidus lacrimis, quae significatio esse potest adiectivi *uvidus*. *tan* (focus, ut infra in Voc.), hodie *tan*, ignis, vet. hib. *tene* (p. 87). *helabar*, gl. graecus (in codice grecus, grecor), eadem vox sine dubio atque hod. adi. *hylafar*, bene loquens, eloquens (comp. cum *he-*, *hy-*, pp. 93. 895), vet. hib. *sulbair* (= *su-labair*). Respexisse videtur glossator ad sequens verbum graecari, quod putaret idem atque eloquentem esse, more Graecorum, cum significaret potius vivere more graeco. Commonefacit glossa loci codicis Wb.: *ni torbe lasuidib manip sulbair* (gl. greci sapientiam querunt; i. e. non proficit apud hos nisi eloquens) 8ᵃ. *dadl*, supra 3ᵇ. Glossa marginalis *anguoconam*, etsi eiusdem radicis videtur, cuius hod. subst. *gog* (agilitas), verb. *gogi* (agitare), haud facilem tamen habet explicationem praefixi *an-* (an corrig. *am-*?).

(8ᵇ) *cannat*, supra 6ᵃ. *culed*, hod. *culedd*, ex adi. *cul*, tenuis, macer, vet. hib. *cóil* (gl macer) Sg. 50ᵃ.

(9ᵃ) *clutgued*, comp. cum *gued* (p. 890); verb. *clutam*, struo, supra 5ᵇ. In Mab. 2, 217 *clutweir* (lignorum strues, rogus).

(37ᵃ) *a mein funiou*: adi. *mein*, hod. *main*, tenuis, exilis, ut *edaf main*, *llian main*, filum, linum tenue, cf. p. 104; differt origine *man*: *pop anyueyl man* (omne animal exile) Leg. 1, 9, 10. Praecedens adiectivum sine flexione compositum est habendum (p. 930). *funiou*, plur subst. transumpti *fun*, vitta, fascia; hod. *fun*, plur. *funodd*, fascis, sarcina, et *funen*, pl. *funenau*, vitta; plur. *funennau* Leg. 1, 27, 3. *a* interiectio (p. 758). *or garn*, gl. medio; i e. a femore. Hod. *gar* et *garan*, femur, utrumque corruptum videtur e *garn*; *garan* enim ut in vetusta lingua hodie

(37ᵇ) *irdigatma* (gl. area: hic modus, haec nostro signabitur area curru). *oolin* (gl. rota: haec erit admissa meta terenda rota). *loinou* (gl. frutices: aucupibus noti frutices). *guobriach* (gl. sapientior: seu te forte iuvat sera et sapientior aetas). *diaperthou* (gl. muneribus: ubi muneribus nati sua munera mater addidit).

(38ᵃ) *ocloriou* (gl. tabellis: priscis sparsa tabellis, porticus Livia). *dir arpeteticion ceintiru* (gl. miseris patruelibus: parare necem miseris patruelibus ausae Belides). *aperthou* (gl. sacra: culta Iudaeo septima sacra deo). *nom irbleuporthetic* (gl. lanigerae templa). *buch* (gl. iuvencae: nec fuge lanigerae memphitica templa iuvencae). *lo* (gl. ipsa: multas illa facit quod fuit ipsa Iovi). *datlocou* (gl. fora: et fora conveniunt). *in ir guorimhetic* (gl. in arguto). *datl* (gl. foro: flammaque in arguto saepe reperta foro). *ir emedou* (gl. aera: Appius expressis aera pulsat aquis). *dauu* (gl. cliens: qui modo patronus nunc cupit esse cliens). *helghati* (gl. venare), *guaroimaou* (gl. theatris: sed tu praecipue curvis venare theatris). *termisceticion* (gl. sollicitos: primus

---

quoque significat gruem. Extat tamen forma *garr* iam Mab. 2, 219: *trwy aual y garr* (per malum femoris, per genu), corn. *garr*, pl. *garrow* P. 232, 1, arem. *garr* Cath. et hod.. Item *garan* in comp. *garanwys* (digitus medius) Mab. 2, 384. Differt *carn* (ungula): *march llydangarn* (equus ungulae latae) Mab. 2, 50. *or* ex *o ir*, *o'r* (p. 216). *a hir etem*: adi. *hir*, longus, vet. hib. *sir*, gael. *sìor*, unde subst.: *sirid inrindide nuile ó hisul co huasal* (gl. signiferi latitudo) Cr. 33ᵈ. *etem*, instita, fascia, hod. *edaf*, *edeu*.

(37ᵇ) *ir digatma*, gl. area, mox bis gl. circus, 38ᵇ *digatma*, sine articulo, et 39ᵃ *ir digatmaou*, plur.; subst. cum part privat. *di-* (p. 894), et subst. *ma* (p. 890). Suppono radicem extantem in hodierna quoque lingua *gadu*, *gadaw*, *gadael*, relinquere, permittere, sinere, ut Mab. 3, 301: *gadu yn vyw* (dimittere vivum), ita ut sit *digatma* locus non permissus, inaccessibilis, saeptione clausus, circus. *o olin*, rotâ, a rota; hod. *olwyn*; vocalis *i* = *wy* (p. 105). *loinou*, plur. subst. *loin*, hod. *llwyn*, fruticetum, virgultum; gael. *lian*, quod respondet ad litteras, significat campum, pratum. *guobriach*, gl. sapientior, aetas, i. e. gravior; compar. adi. quod infra sequitur, *guobri*, gl. gravis. Hod. subst. *bri*, dignitas, honor (cf. hib. vet. *brig*, valor, et p. 98). comp. *gofri*, gloria, unde adi. *briawl*, honorabilis, *gofriawl*, honorificus. *di aperthou*, gl. muneribus, dat.; *di*, hod. *y* (p. 199). Subst. *aperthou*, pl., munera hoc loco, mox 38ᵃ gl. sacra, infra sing. *aperth*, gl. victima (hib. vet. *idbart*, *edbart*, oblatio, Wb. Ml. fq.), cum *p* orta e *tb* (p. 148). In Mab. 3, 210 *aberth* destituta *p*.

(38ᵃ) *cloriou*, pl. subst. *claur* (tabula) Leg. 1, 2, 3, hod. *clawr*, pl. *cloriau*; hib. vet. *clár*: *hiclaar cridi* (gl. non in tabulis lapideis sed in tabulis cordis) Wb. 15ᵃ. *dir* (p. 218). *arpeteticion*, gl. miseris; glossator videtur cogitare de *parcis*, quamquam hoc non est in mytho Belidum, i. e. Danai filiarum quinquaginta iussarum occidere filios Aegypti patrui quinquaginta. Verbo *arbet* in Mab. 2, 201: *yr arbet y draet* (ad parcendum pedibus), hod. *arbed*, parcere, servare, subest vetustum *arpet*, unde esse potuit adi. *arpetetic*, parcus, sicut mox *bleuporthetic* (laniger, ita cod. pro liniger), etsi frequentius terminatio *-etic* participium praet. pass. indicat. *ceintiru*, plur., cui supponendus videtur sing. *ceinteru*. Cambr. hod. sing. *cefnder*, *cefnderw* (cognatus), plur. *cefndyr*, *cefndyrw*, cf. p. 129. Arem. hod. sing. *keñderv*, plur. *keñdirvi*, fem. *keniterv*; ven. *kañderv*, *kaniterv*; in Cath. *quenderu*, consobrinus, *queniteru*, consobrina. *nom*, gl. templa, i. e. templum; hod. *nwf*, sacrum, sacellum, pertinens sine dubio ad radicem subst. *nef*, caelum, vet. hib. *nem*, unde *nemed* (gl. sacellum) Sg., mutata *e* in *o*, ut alias (pp. 10. 11). *bleuporthetic*, adi. comp. cum subst. *bleu*, pilus, hod. *blew*; *porthetic* e verb. *porthi*, portare. *buch*, gl. iuvenca, i. e. vacca (p. 295), corn. *buch* Voc., hod. *buwch*. *lo* (vitulus, p. 103). *datlocou*, gl. fora, derivatum a subst. *datl* mox sequente (cf. I, 3ᵇ), differens ab adi. *datlauc*, quoniam his adiectivis convenit terminatio plur. *-ion*, potius conferendum cum forma plur. *damcirchinnucu* Cb. (p. 849). *guorimhetic* pro *guorimmetic*, ut supra *lemhaam* pro *lemmaam*, comp. *guo-rimmetic*, gl. argutus, i. e. acutus, de ingenii vel verbi acumine; hodie quoque *rhim* (= *rimm*), acies, *rhimio*, acuere, *rhimiad*, acumen, *rhimiedig*, acutus. *emedou*, sing. *emed*, hod. *efydd*, aes, cuprum. *dauu*, gl. cliens, i. e. gener: *vyndaw* (gener meus) Mab. 2, 219, corn. *dof*, gener, Voc, hod. *daw*, *dawf* (e vet. *dâm*, ut *lau*, *lof*, *llaw* e vet. *lâm*, manus, cf. p. 136); modo patronus in versu Ovidii, i. e. iurisconsultus captus amore, cupit fieri cliens, i. e. gener eius, quem antea defendit. Cf. gael. *dàimh*, affinitas, consanguinitas, et germ. *eidam*. *helgha ti* (pp. 122. 140. 515). *guaroimaou*, gl. theatra, comp. e *-ma* (p. 890) et subst. mox sequente *guarai*, gl. scena, pl. *guaroiou*, gl. theatra, *gware* (ludus; cf. p. 96) Mab. 2, 246. Hodie *gware*, *gwareu*, plur. *gwareuon*, ludus, scaena, itemque *gwara*, pl. *gwareon*, et verb. *gwara*, *gwaraw*, ludere. *termisceticion*, part. verbi hod. *terfysgu*,

solicitos foecisti Romule ludos). *ircilchetou* (gl. vela). *estid* (gl. theatro: neque marmoreo pendebant vela theatro). *guarai* (gl. scena, sine arte fuit).

(38[b]) *cemmein* (gl. in gradibus, sede populus de cespite factis). *pispaur tuscois* (gl. tibicine tusco, rudem praebente modum). *coorn* (gl. in medio plausu). *hep amgnaubot* (gl. sine mente: pars sine mente sedet, pars laniat crines). *creaticaul plant* (gl. genialis praeda: ducúntúr raptae, genialis praeda, puellae). *nepun* (gl. qua: si qua repugnaret nimium). *trudou* (gl. ocellos: quid teneros lacrimiscorrumpis ocellos?). *guaroiou* (gl. theatra). *digatma* (gl. circus). *ringuedaulion* (gl. arcana: nil opus est digitis, per quos arcana loquaris). *troi enmeituou*(gl. per nutus). *cared* (gl. nota: nec tibi per nutus accipienda nota est).

(39[a]) *hacboi* (gl. excutiendus erit, pulvis). *iransceth* (gl. nullum pulverem: in gremium pulvis si forte puellae deciderit, digitis excutiendus erit; et si nullus erit pulvis, tamen excute nullum). *amlais* (gl. dimissa: pallia si terra nimium dimissa iacebunt). *irdigatmaou* (gl. circus: hos aditus circusque). *ircaiauc* (gl. libellum, poscit). *mortru* (gl. eheu). *morliaus* (gl. quam multos: eheu

---

tumultum excitare, subst. *terfysg*, tumultus (p. 906). *ir cilchetou*: sing. *cilcet* (= *cilchet*) gl. tapiseta, infra V, 44[a], transumptum (p. 841); hod. *cylched*, pl. *cylchedau*, velum, velamentum, vestimentum, ut *gwely a'i gylchedau* (lectus et eius velamenta). *estid*, supra I, 6[a].

(38[b]) *cemmein*, i. q. hib. vet. *ceimmen*, plur. subst. *cam* (p. 293), hod. *camau*; differt *camman*, hod. *caman*, via, plur. *camanau*, eadem vox ac lat. med. *caminus*, *caminum* (via, iter) ap. Cang. et hod. gall. *chemin*. *pispaur tuscois*, tibicen tuscus; *pispaur* derivatum in *-aur* (= *âr*, p. 829) lego equidem cum *sp*, secundum formam litterae praecedentis ante *p*, iunctae cum *p*; quamquam e formis hodiernis *pib*, *pibell* conicienda est vetusta *pîpaur*. Adi. *tuscois* terminationis *-ois* (p. 294). *coorn*, gl. plausus, vox obscura, vix composita (hod. *orn*, impetus, vehementia; *ornest*, duellum, pugna), cum praep. *co-*, *con-* ante vocales sit *cem-* (*kef-*, *cyf-*). *hep amgnaubot*, sine mente: praep. *hep*, *heb* (p. 679); subst. *amgnaupot* in codice, *p* tamen notata punctis delentibus supra et infra, suprascripta *b*, ergo *amgnaubot*, comp. cuius forma respondet hod. *ymnabod* (pp. 575. 898); radicem confero cum vet. hib. *gne* (Sent. hib. n. 9); totum igitur significat sui conscientiam (germ. besinnung). *creaticaul plant*, gl. genialis praeda puellae (de raptis Sabinis sermo), i. e. formosa proles. Adi. *creaticaul*, derivatum (ut infra sequens *budicaul*; victoriosus, e subst. *bud*, victoria). Hod. subst. *cread*, formatio, creatio, adi. *creadol*, *creadigol*, formativus, plasticus; transumptum. an conferendum vet. hib. *cre*, gen. *criad* (massa, materia, quae formatur a figulo) Wb. 4[c], et *cerd* (formator, faber) Sent. hib. n. 19? *plant*, vet. hib. *cland*, collectivum (p. 66). *nep un*, una aliqua (pp. 315. 405). *trudou*, gl. occellos (ita codex), cui suprascribitur lat. *oculos*, subst. plur. sine dubio, sed nimis incertae scriptionis. In linea scriptum est *truou*; infra *t* autem, et supra *u* mediam conspicitur littera simillima *d* inclinatae manu scriptae. Ex qua scriptione nihil eruere possum nisi forte *grudou*, malas; in Voc. *grud*, maxilla, hod. *grudd*, pl. *gruddiau*. *digatma*, supra 37[b]. *ringuedaulion*, gl. arcana, pluralis, ut adiectiva hibernica gen. neutr. (p. 919), a sing. *ringuedaul*, derivato e subst. *ringued*, comp. e *rin*, vet. hib. *rún* (pp. 25. 100), et *gued* (p. 890). Idem subst. in Mab.: *rinwedeu y maen* (virtutes, facultates arcanae lapidis) 1, 271. 2, 377, et adi.: *maen rinwedawl*, *mein saffir rinwedawl*, *dwwyr rinwedawl* (lapis, aqua facultatis arcanae) 2, 388. 389. 3, 301. Hodie quoque *rhinwedd* (virtus, mysterium), *rhinweddawl* (arcanus). *troi enmeituou*, per nutus: *troi*, hod. *trwy* (p. 665); *enmeituou*, cf. verb. *enmetiam*, supra I, 3[b] (p. 869). *cared*, gl. nota, hod. *cerydd* (pp. 82. 836).

(39[a]) *hacboi*, gl. excutiendus erit; nisi cogitare velis de radice *hac* = *sac* in germ. *sahs* (culter), lat. *secare*, unde hod. *hac*, ictus, plaga, *hacio*, caedere, ut sit *b* signum futuri celtici, hic etiam in lingua cambrica servatum, *oi* terminatio 2. ps. sing., quae hodie est *wyt*, i. e. *wy* cum *t* pronominis *ti*, vix aliter explicari poterit, nisi ut *hac* sit coniunctio *ac* (ut infra *hac or achmonou*), *boi* forma vetustior 3. pers. sing. coniunctivi (ut apud Dav. *carwy* pro *caro*), itaque *hac boi*: (simul)atque erit? *ir ansceth*, gl. nullum, pulverem excute: *sceth*, hod. *ysgeth* et *ysgwth*, repulsio, compositum cum particula privativa loco adiectivi positum videtur significare *non repulsum*, pulverem; attamen ob litteras *n* et *r* in codicibus his simillimas poterit legi *inansceth*, quod esset hodie *yn anysgwth*, leniter, molliter excute pulverem; cf. adi. *anysgwth*, sine vi, impetu. *amlais*, adi. comp. e praep. *am* (circum) et *lais*, hod. *llaes* (p. 102), pendens, demissus, de veste: *amlaes eu peisieu* (longae eorum tunicae) in versu Taliesini prolato ab Oweno in lex. *irdigatmaou*, supra 37[b]. *ircaiauc*, libellus: Oweni lexicon profert subst. *cai*, pl. *ceion*, collectio, et *caiawg*, adi. compositus, subst. liber. *mortru*, *morliaus*: part. *mor*, quam, ante adiectiva interiectionis loco (p. 722 not.), hodie quoque ita usitata; *mor tru*, quam infelix! Adi. *tru*, miser, diversum ab

quam multos advena torsit Amor!). *ordometic* (gl. domito, quod defuit orbi, addit). *ha arcibrenou* (gl. sepulti). *ni ceinguodeimisauch* (gl. non bene passa, signa: Parthe dabis poenas, Crassi gaudete sepulti signaque barbaricas non bene passa manus).

(39[b]) *cenitolaidou* (gl. natales: parcite natales, timidi, numerare deorum). *map brethinnou* (gl. in cunis). *hin map diiob* (gl. Iove dignus: in cunis iam Iove dignus erat). *ocoilou* (gl. auspiciis). *orguordiminntius* (gl. ab invito). *dilitau* (gl. Latio: eoas Latio addat opes). *gurt paup* (gl. consistes). *nerthiti* (gl. hortabere: consistes aciemque meis hortabere verbis). *hin cetlinau ir leill*

---

adi. *drwg*, malus, *droch*, *drog* in Voc., quod redit ad vetustum *droc*: pariter atque in vetustis hibernicis codicibus, *drog*, malus (cf. p. 857), et *tróg*, miser: *tróg insin* (miserum hoc) Wb. 19[b]. *truag insin* in disticho codicis Sg. (p. 954). *ropo thróg laiss* (gl. misertus est nostri deus) Wb. 21[b]. *trogán* (gl. misellus, leg. *trógán*) Sg. 48[a]. Cf. vetusta nomina Trogus (Pompeius, Gallus), Trogmi (p. 23). *mor liaus*, quam multi! hod. *lluaws*, adi. multus, frequens, subst. *lliaws* (multitudo) Mab. 2, 245. Cf. vet. hib. *lia* (p. 277). *or dometic*, gl. domito, i. e. a domito, orbe defuit: *dometic*, partic. praet. pass., hod. *dofedig*, domitus, a verbo *dofi*, domare; adi. *dof* (= *dom*, germ. *zam*; goth. *tamjan*, domare), mansuetus, subst. *dofaeth*, mansuetudo. *ha arcibrenou*, gl. sepulti, Crassi; i. e. o putridi, carie consumpti, decomp. *ar-ci-brenou*, ex *ar-co-* (p. 907) et subst. adi. *bren*, hod. *braen*, putredo, putridus, hib. hod. adi. *bréan*, putridus, corruptus. Eiusdem radicis est hib. vet. *bréntu* in Ml. 22[b]: *am. sluces anadnacul nersoilcthe nitete ind 7 dutét bréntu as sic est gutor corum* (gl. sepulcrorum vice longe horrorem foetoris eructant; i. e. sicut vorat sepulcrum apertum, quicquid it in id, et prodit foetor ex eo), vel *bréince* in Cr. 34[b]: *obréinciu* (gl. a carie). Verb. *brénaim* (gl. puteo) Corm. B. *putte*. Notanda est usitata substantivorum terminatio pluralis in adiectivo, ut *-et* in *bronnbreithet* infra. *ni ceinguodeimisauch*, gl. non bene passa, signa,' i. e. non bene passa estis: *guodeimisauch* (p. 525); verb. hod. *goddef*, pati, *goddefaint*, patientia, atque *dyoddef*, *dyoddefaint*, in Mab. *diodef*, *diodevueynt*, *diodeiueint* (= vet. *doguodeim*, p. 907). Idem verb. hib. vet. *fodaimim*, unde subst. *foditiu* (p. 800). *ceinguod.*, compos. ut verba recentioris linguae *ceinmygu* (honorare), *ceingyfreu* (*cein-cif-reu*, *-redu*, bene coire, concordare), et vet. hib. *cáineperr* (gl. bene dicitur, a poëtis) Sg. 215[a]. Adi. *cain*, pl. *ceinion*, pulcher, clarus; hib. *cáin*, bonus.

(39[b]) *cenitolaidou*, in codice *ɔitolaidou*, ut primo aspectu videatur scriptum *utolaidou*; qua nota cum in hibernicis codicibus pariter atque in latinis significetur *con-*, in cambricis *cen-*, *cem-* (rec. *cyn-*, *cyf-*), non timeo, ne falso legam *cenitolaidou*, derivatum e subst. *cenitol*, *cenitl*, hod. *cenedl*, genus, generatio. Terminationem *-aidou* ne quis opinetur, ob lat. *natales* finiens in *-alis*, esse derivationem adiectivorum frequentem *-aidd* hodiernae linguae, convenientem cum lat. *-ilis*, *-aris*, ut in *mabaidd*, puerilis, *gwraidd*, virilis etc., obstat, quod eiusmodi adiectiva in plur. aut non mutantur, aut in *-eiddion* terminantur; vetus igitur hoc *cenitolaidou* nihil aliud est quam hod. *cenedlaethau*, generationes, a sing. *cenedlaeth* cum formula *-aeth* scripta in codicibus vetustis *-aid* (pp. 150. 156). *map brethinnou*, gl. in cunis, i. e. puer cunarum, fasciarum; subst. *brethyn* (pannus) Mab. 2, 382, hod. *brethyn*, pl. *brethynau*, sensu magis communi, vestis. *hin map di iob*, gl. Iove dignus, i. e. ut filius Iovis: *hin*, *in*, *yn* (p. 616); *di iob*, genetivum significans (p. 929). *o coilou*, subst. *coil*, auspicium, augurium, unde derivata *chuillioc*, *chuillioges* Voc. et comp. denom. *etncoilhaam* supra. *guordiminntius*, lectio non satis certa, cum idem ob formam litterae *a* quadratam interdum atque ob formam litterae extremae abnormem et suspectam legi possit *guordiminnaus*, *guordiminnaul*, *guordiminntiu*. Terminatio *-aus* (= *âs*; nam *-aus* vetustorum nominum Nemausus, Carausius codici nostro esset *-ous*) vix invenitur; formae tamen *minnt*, *mint* respondet hib. vet. *met* in comp. *foraithmet*, *dermet*, e radice MEN, MIN (cf. Sent. hib. n. 14). Hodie cum praeter subst. cambr. *myn*, *mynad*, voluntas, desiderium, et extet adi. *mynediw*, desiderans, volens, statuenda videtur lectio *guordiminntiu*. Eadem radix subest verbo *dyuynnu* (arcessere; e vet. *dominnu*) Mab. 2, 32. *di litau*, hodierna scriptione *y Lydaw* (pp. 129. 831). Iungit glossator, qui meminisse videtur adi. lat. *latus* et cambr. *litan* (hod. *llydan*, hib. vet. *lethan*), nomen Latium cum voce cambrica *litau*, quod substantivum principio forsitan appellativum significaverit litorale; attamen etiam hib. vet. *letha* (p. 57), significans idem quod cambr. vet. *litau*, hod. *Llydaw*, *Letavia* apud scriptores medii aevi, Aremoricam vel Britanniam gallicam et latius Galliam, cum nomine Latii confunditur a scriptoribus et interpretibus hibernis (Boll. Mart. 2, 528). *gurt paup*, gl. consistes, i. e. contra quemvis, rectius *gurth paup* (p. 682), hib. vet. *fri cách*. *nerthi ti*, hortaberis tu (p. 506), e verbo etiamnunc vigente *nerthu*, firmare. *hin cetlinau ir leill*, gl. romanaque pectora: *ir leill*, alteri, i. e. Romani. In praecedentibus vocibus quamvis sine dubio circumscribatur participium praesentis, ut hodie, particula *yn* cum infinitivo, dubia tamen est scriptio verbi. Etsi enim post *c* principalem distincta est *e* minore forma et deorsum scripta, infra hanc tamen extat littera difficilis lectu ob colluviem atramenti, quamquam vix aliam depre-

(gl. Romana pectora: tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam). *budicaul* (gl. victo, qui fugis ut vincas, quid victo, Parthe, relinques?). *tegguis* (gl. aureus: quattuor in niveis aureus ibit equis).

(40ª) *ocorsenn* (gl. arundine: Euphrates praecinctus arundine frontem). *guobri* (gl. gravis: permanet et coepto stat gravis ille loco). *criched* (gl. ruga: dolor et curae rugaque frontis abit). *iranamou* (gl. mendae: nocte latent mendae). *irtinetic* (gl. tincta). *oceenn'* (gl. murice). *gulan* (gl. lana: tincta murice lana).

(40ᵇ) *o guiannuin* (gl. vere). *œtinet bronnbreithet* (gl. cicadae: vere prius volucres taceant, aestate cicadae).

(41ª) *guoguith* (gl. victus: Minus a bove victus erat). *padiu* (gl. quid: quid tibi, Pasiphaë, pretiosas sumere vestes?). *pui* (gl. quid, tibi cum speculo?). *guas marchauc* (gl. adulter: nullus quaeratur adulter). *ironguedou* (gl. exta: tenuit laeta pellicis exta manu).

(41ᵇ) *malgueretic* (gl. deceptus). *diguolouichetic* (gl. proditus: hanc tamen implevit vacca deceptus acerna dux gregis et partu proditus auctor erat). *o*

---

henderis nisi aut *g* aut *t* aut *o*. Conferendum igitur videtur hod. *cydlynu*, cohaerere, *cydlyniad*, cohaesio, comp. *cetl.* cum *cet-*, hod. *cyd*. cohaerentes Romani, dissoluti Parthi. *budicaul*, gl. victo, i. e. si viceris, victor, *budugawl* (victoriosus) Mab. 2, 28. 41, unde *budugolyaeth* (fortitudo) 2, 385. pro *budigawl*, a subst. *bud*, hod. *budd*, praemium, victoria, hib. vet. *buaid*. *tegguis*, comp. sine dubio ex adi. *teg*, pulcher, formosus, et *guis*, pro quo scribendum videtur *guisc*, vestis; gl. aureus, i. e. splendidus, pulchra veste indutus.

(40ª) *o corsenn*, arundine; hod. *corsen*, arundo, *corsenog*, arundinosus, deriv. e *cors*, palus. *guobri*, supra 37ᵇ. *criched*, hod. *crychedd*, asperitas, ruga; adi. *crych*, asper, rugosus, *crychedig*, rugatus. *ir anamou*, plur., sg. *anam*, damnum, *anaf* Mab. 2, 215, hod. *anaf*, pl. *anafau*, macula, labes, menda. *ir tinetic*, part. praet. pass. cum articulo; verb. aliunde incognitum. Differunt enim haud dubie verba *tinnu* et *tinni*: *tynnu* (= *tindu*, tendere), *estynnu* (extendere) Mab. 2, 55. 224. *athynni aoruc ymarchawc ygledyf* (et distringere coepit eques gladium suum) 2, 378. *y tinnir* (trahitur, dens ex ore) 2, 224. *o ceenn*, gl. murice; vox non diversa ab hod. *caen*, cortex, concha, quamvis murex, i. e. concha purpurea, hoc loco significet colorem purpureum; hib. vet. *ceinn* (gl. testa), *hua cheinn* (gl. a testa) Sg. 52ᵇ. *gulan*, hod. *gwlan*, ortum e *wlan*; cf. slav. *vlŭna*, lit. *vìlna*, lat. *lana* pro *vlana*.

(40ᵇ) *o guiannuin*, vere; praep. *o* pro *in*? *guiannuin*, ver, varians formis: *guaintoin* Voc., *guahanuyn*, *guayanuhin*, *guaiannuin* Leg. 1, 10, 11. 2, 11, 6, hod. *gwanwyn*. Scriptioni Voc. *guaintoin* si iungimus formas cambricas, statui potest derivatio duplex *guaiantuin* vel *guiant-uin*, *guiannuin* (p. 825). *œtinet bronnbreithet*, gl. cicadae, i. e. volucres pectore variegatae: *œtinet*, plur. subst. *œtin*, *etn* in comp. *etncoilhaam*, corn. *hethen* (gl. volatile) Voc., unde *idne*, auceps, *ydnic*, pullus, ibidem; hod. *edn*, pl. *ednod*. Eiusdem radicis sunt voces *atar*, hod. *adar*, collect., volucres, cum nota singularitatis *eterin*, avis, infra sub IV, et recentius *adan* (e vet. *atan*), pl. *edyn*, *adenydd*: *adaned pawin* (plumae pavonis) Mab. 1, 3. Adi. comp. *bronnbreith*, hodie *bronfraith*, e *bron* (hib. vet. *bruinne*), pectus, et *braith* fem., masc. *brith*, variegatus, ut alia: *bronddu* (nigro pectore), *bronuchel* (alto pectore), *bronheilin* (largo pectore, generosus) etc. Notanda terminatio *-et* in adiectivo, pro *-ion*, ut in Mab.: *danned hiryon melynyon* (dentes longi flavi) 1, 288.

(41ª) *guoguith*, gl. victus, adi. compositum, ut videtur, *guo-guith*, nisi potius hic superest exemplum separatae praep. *guo*. Cum *guith* conferendum videtur subst. *gueith*, opus, sed etiam proelium, victoria: *gueith uadon* (proelium Badonense) Mab. 2, 379. 'Quam victoriam, Alani in silva quae vocatur *Nemet*, usque hodie Cornubienses *Guet Ronan* vocant.' Charta a. 1031 ap. D. Mor. p. 367 (cf. p. 150). Extat tamen etiam inter litteras alphabeti Nemnivi (mox sub III) nomen *guith*, in lexicis hodiernae linguae *gwyth*, ira, indignatio. *padiu*, *pui*, pronomina interrogativa (p. 399). *guas marchauc*, gl. adulter, i. e. puer, servus equarius. Cogitat glossator de servo iuniore, quem quaerat domina lasciva, in versibus Ovidii dicentis de Pasiphaë periura: sive placet Minos, nullus quaeratur adulter, sive virum mavis fallere, falle viro. *ir onguedou*, exta, plur., compositum *ongued*, ut supra *cluigued*, *ringued*, rectius videtur *enguedou*.

(41ᵇ) *malgueretic*, gl. deceptus; i. e. captus, ardens, amore, libidine. Hodiernum *mall* in pluribus subst. compositis vel derivatis mollitiem, libidinem significat: *malldod*, *mallder*, *malldra*, *mallrwydd*, *malledd*; verb. comp. *mallgaru* (*caru*, amare) libidinose amare. Cum parte posteriore compositi conferendum videtur hod. adi. *gwair*, ardens, vehemens. *diguolouichetic*, part. praet. pass., compositum ut supra memorata *doguimisuram*, *doguohintiliat*; sicut enim semper iam in

caitoir (gl. pube). *hac orachmonou* (gl. inguinibusque: pube premit rabidos inguinibusque canes). *aperth* (gl. victima). *dur* (gl. dira: coniugis Atrides victima dira fuit).

(42[a]) *ha crip* (gl. pectens, ancilla capillos). *atail* (gl. vicem: non poteris ipsa referre vicem).

(45[b]) *anutonou* (gl. periuria: Iuppiter ex alto periuria ridet amantum).

III. Alphabetum brittonicum.

(20[a]) Nemniuus istas reperit literas uituperante quidam scolastico saxonici generis quia brittones non haberent rudimentum at ipse subito ex machinatione mentis suae formauit eas ut uituperationem et hebitudinem deieceret gentis suae, de figuris et de nominibus dicens.

a *alar*. b *braut*. c *cusil*. d *dexu*. e *egui*. f *fich*. g *guichr*. h *huil*. i *iechuit*. k *kam*. l *louber*. m *muin*. n *nihn*. o *or*. p *parth*. q *quith*. r *rat*. s *surg*. t *traus*. u *uir*. x *ieil*. y *oyr*. z *zeirc*. ae *arm*. et *estiaul*. eu *egui*. au *aur*. ei *einc*. hinc *hinc*. ego *henc*. ecce *elau*. uult *ud:*. oe *orn*.

---

his glossis praep. *do* scribitur *di*, item hic est *di-guo-*, ex quo prodiit in recentiore lingua *dy-o-*, pro *do-guo-* (p. 907). Verb. hod. *llywychu*, *llewychu*, lucere, unde *llywychedic*: *maen llywychedic* (lapis pellucidus, splendens) Mab. Voce ergo vetusta *diguolouichetic*, gl. proditus, prolatus in lucem, cognitus auctor, significatur bos adulter Pasiphaës partu Minotauri, filii Pasiphaës e bove. Radix vocis *lou* (= *lau*) in subst. *louber* inter nomina litterarum Nemnivi, hodie *lleufer*, lux, splendor; an eadem in *golou* (= *guolou*) Voc., hod. *goleu*, lumen? *o caitoir*, pube; hod. *cedor*, pubes, unde *cedorawg*, puber, *cedorfa*, locus pubis, abdomen, arem. *kesour*, *kaezour*, pubertas. *hac orachmonou*, gl. inguinibusque: *hac* pro *ac*, et; *achmonou*, plur. subst. *achmon*, hod. *achfen*, pudenda, e simplici *ach*, generatio, in Voc. soboles (cf. p. 824). *aperth*, supra 37[b]. *dur*, gl. dira; extant hod. subst. *dur*, chalybs; verb. *duro*, firmare, durare, adi. *durol*, solidus, durus, *duredig*, duratus, densus. In Mab. 2, 378: *trewit ardur* (percussus nudo, gladio).

(42[a]) *ha crip*, gl. pectens, i. e. pectine: praep. *ha* pro *a*, *ac* ante vocales, cum (p. 673); *crip*, pecten, hod. *crib*. *atail*, gl. vicem, i. e. retributionem, subst. compos. *at-ail*, e part. *at-* (p. 900), et *ail*, alternatio.

(45[b]) *anutonou*, plur. subst. *anuton*, hod. *anudon*, pl. *anudonau*, periurium, adi. *anudonawg*, *anudonawl*, periurus, comp. ex *an-* privativa et subst. *udon*, imprecatio, verb. *udoni*, imprecari; cf. hib. vet. *oeth .i. luige no éthech* (iusiurandum vel periurium) Corm., got. *aips*. Accentus acutus supra utramque *u* vocis in codice sine certa ratione additus videtur, ut idem in vocalibus vocis supra allatae *ceintirú* atque nominum alphabeti mox sequentis Nemnivi *cusil*, *huil*, *muin*, *uir*, ut in pluribus vocibus infra sub IV, saepius in Voc., praesertim in vocali *i*.

(20[a]) Figuras litterarum runicis similes una exprimere necessarium non visum est (cf. praef.). Post *z* mira sunt signa et nomina diphthongorum *ae au ei eu* et *oe* (quae in fine additur), quorum nomina priorem solam vocalem prae se ferunt, ut *arm* pro *ae*, *orn* pro *oe*, *egui* pro *eu* (idem pro vocali *e*), atque totarum vocum: *et* (nomen signi cambricum *estiaul*, sedens, sedile? cf. I. 6[a]), *hinc*, *ego*, *ecce*, *uult*. Nomina plura sunt obscura; magis perspicua haec: *alar*, hod. *alar*, taedium; *braut*, hod. *brawd*, hib. vet. *bráth*, iudicium; *cusil*, in Mab. 2, 218 *cussul* (consilium; cf. *cusul*, *cusulioder*, consilium, consiliarius, in Voc., p. 117); *guichr*, hod. adi. *gwychr*, audax, validus, in Mab. *kyflymwychyr* 2, 51. *yn wychyrda* 2, 239; *huil*, hod. *hwyl*, velum, vet. hib. *séol* (gl. velum), *seol* (gl. carbasus) Sg. 14[a]. 70[a] (vix legendum *hiul*, conferendum *hewl* Voc., hod. *haul*, sol); *iechuit*, hod. *iechyd*, sanitas; *kam*, hod. adi. *cam*, curvus (vel subst. *cam*, passus); *louber*, *lleuver* Mab. 2, 42. 51, hod. *lleufer*, lux, splendor; *muin*, hod. *mwyn*, beneficium, munus; *or*, hod. *or*, margo, limes; *parth*, hod. *parth*, pars, regio; *quith*, hod. *gwyth*, ira; *rat*, hod. *rhad*, vet. hib. *rath*, gratia; *traus*, in Mab. 1, 36 *traws*, homo ferus; *uir*, hod. *wyr*, nepos; *arm*, hod. *arf*, pl. *arfeu*, arma; *aur*, hod. *aur*, aurum; *orn*, hod. *orn*, impetus. Vox *surg* subesse videtur nomini viri vetusto arem. *Eusorchet*, *Eusurgit* Chart. Rhed. 1, 38. 2, 14. Ceterum cum nominibus *muin*, *nihn*, *uir* conferenda sunt nomina hibernica litterarum *muin*, *nin* (*nion*), *ur*.

IV. De mensuris et ponderibus quaedam.

(22[b]) Duo .u. *int dóu pimp.* In libra .III. u. *ir tri* .u. IN libra mellis .i. *trédn cánt mél.* semper sex .i. u. *hínt tri pimp.* in sextario .i. *hi héstáur mel.* .i. *is xxx há guorennieu. gúotig.* .IIII. u. *ir petguar pimp* ad libram olei .i. *ir hestoriou oleu. is trimuceint hestaur mel* uerbi gratia. uas in quo mensurantur xx unc. de oleo usque dum plenum fuerit. In ipso iterum remensurantur xxx unc. mellis usque dum plenum fuerit sed distat in grauitate et in multitudine unciarum quam uír si melle uas impleat non tertia pars numeri sextariorum olei in mellis sextaríis continetur.

Pondeus idem est et depondeus .i. duo semper et semis et inde pondeo fiunt. Notandum cum lucas dicit nonne .u. passeres depondeo ueniunt unusquisque passer obello conparatur. Nec huic matheus contradicit dicendo nonne duo passeres ab asse ueniunt. as enim unus scrip. est qui dualiter diuisus bis obellum redit quibus duobus obellis .II. passeres conparantur. *Dou punt petguar hanther scribl prinit hinnoid* .IIII. aues et .u. qui adicit lucam *ní choilám hinnoid amser isoihun argant agit eterin illúd. irpimphet eterin diguormechis lucas hegit hunnoid* in pretium benedictionis *hoid hoitou houbein atar habeinn cihunn rl.* Matheus uero *dou eterinn cant hunnoid di assa .i. asse bichan.* unus scrip. est partire et fiunt duo demedii et pretium duorum auium.

Cum dicitur lx librae aticae tallentum híc aliquid contrarium uidetur superius enim dix. tallentum pondo lxxx hoc est unc. dcccclx híc uero cum lx libras ad supplementum adscribsit non dcccclx unc. sed dccxx unc. tallentum continet et ideo maius minusque tallentum fieri estimamus á libra atica et grecia quae mna nominatur maior est quam libra latena. libra enim grecia XIII unc. latini uero .XII. Notandum q. cum dr. gomor quice uncias ht. xma pars effi esse cumq. quadrisextium et nimmena et semis XC. III. uncias efficiunt hoc est decimam effi et desunt .IIII. unciae *de sé nichoilám immet oel irnimer bichan gutan irmaur nimer* l. maior est gomor ebreorum quae ht. unc. q. aticor. quorum hii numeri.

(23[a]) tertia pars unciae pollicis *teir petgúared párt* unc. mensura pollicis *ir bís bichan .i. ámcibret irmáut* *bihéit héitham ir egúin hittoi ir hiúnc isit petguared pard guoifrit nun. hohinnoid guotan amcib* palma quadras .i. *bos ug::eret irbis hihi erguid* si unc. pollicis xx et demedium unc. (infra) *hor elín cihutún hitorr* usque ad artum pugni bes est *houboit cihitun ceng iresceir ismoi hinnoid* .IIIIII unciae.

V. Vocabula in pensum discipuli.

(Cod. posterior p. 41[b]) puteus *peteu.* et totam faciem meam *ham hol enep.* prato *guertland.* crouitorio *edol* (?).

(22[b]) (23[a]) Plures loci harum notationum cambricarum iam memorati sunt in hoc opere, praesertim inter numeralia, sed etiam alibi, ut *diguormechis* (p. 879), *irpimphet eterin, irnimer bichan, irmaur nimer, ir bis bichan* (p. 239), *biheit heitham ir eguin, hor elin cihutun hitorr, houboit cihitun ceng ir esceir* (p. 655). Loci biblici allati sunt ap. Matth. 10, 29, Luc. 12, 6. Cetera intacta relinquens libenter concedo, me ob scripturam minutam et refertam scribendi compendiis (cf. praef.) aliqua vel minus bene expressisse.

(41[b]) *peteu,* hod. *pydew,* transumptum videtur sicut hib. *cuithe. enep,* hib. *enech* (pp. 796. 838). *guertland,* comp. e *guert* (*gueret?* hod. *gweryd*) et *land, lann* (p. 147). *edol,* incertum lectione et significatione; lat. *crouitorium* idem videtur quod *croutura,* locus saeptus, in lex. mediae latinitatis.

(42ᵃ). sella *strutuguar*. auricalcum *orubimnit*. non difficile *heuei*. colomaticus *barr*. cipus *cennin*. lucania *selsic*. spumaticum *bloteit*. fordalium *lefet*. pultum *iot*. lacocula *laiðver*. babtuta *emmeni*. coleferum ius *iotum*. mulsum *bracaut*.

(42ᵇ) securis *bahell*. lignismus *uiidimm*. secularia *laubael*. capsus *ochcul*. pipinnis *dinaut*. ascia *nedim*. fosarium *cep*. sartum *rascl*. lapidaria *cemecid*. scapa foratorium l. rostrum *tarater*. *gilb*. foratorium *onnpresen*. ungulum *rump*. rostrum l. clauum *epill*. dolabra *gebel*. metallum *mas*. *cloiumn*. incudo *ennian*. malleus *ord*. seta *morthol*. rosarium *louhi*. baxus *creman*. uoscera *serr*. cultrum *cultir*.

(42ᵃ) Sententia, ad quam prima vox cambrica additur, haec est: *audi fili sede duabus sellis sella* [suprascr. *.i. strutuguar*] *sambuca autem mulieri pertinet*. Pro *strutuguar* sine dubio restituendum est *strutur guar* (str. viri), ex iis quae infra secuntur: *sambuca strotur gurehic* (stratura, sella mulieris), atque ex hod. cambr. *ystrodwr* (sella equo imposita). Affero huc e Cangio: '*Sabuta*, *sambuta*, *sambuca*, currus, quo nobiles feminae vehebantur, species, item currus vel equi ornatus. Ordericus Vitalis lib. 8, p. 694: mannos et mulas cum *sambucis muliebribus* prospexit. Formulae Andegav. ap. Mabill. tom. 4, Analect. p. 236: caballus cum *sambuca* et omni *stratura* sua etc.' *orubimnit* incertum posteriore parte, priore *or* (= *aurum* transumptum) continere videtur; differt hib. *crédume* (gl. aurichalcum) Sg. 73ᵃ, comp. haud dubie *cré* (lutum) et *ume* (aes; hib. gael. *umha*), quae vox est cambr. vet. *emed*. *heuei*, supplendum *heueith*, comp. ex *he-* (p. 93) et *gueith* (opus), hod. *hywaith*, facilis. Sunt obscura quaedam e sequentibus significantibus cibos, ut *lefet*, *barr*, *cennin* (= hod. cambr. *cenin*, allium?) cum latinis suis quae desunt ap. Cangium. Leguntur in codice: *butirum lardum l. larda atque lac et colomaticus et item cipus galmula lucania* etc. Invenitur in Mab. 2, 225: *llefrith* (lac recens), in Buh. 118, 14: *dre barr auel* (per aëris ictum, pulsum). Vocis *laiðver* (*d* cum lineola aspirante) prior pars haud dubie est subst. *laith* (lac), sed obscura posterior ut latinum vocabulum nusquam mihi obvium. Vocis *selsic*, ut reddidi supra, lat. lucania (leg. *lucanica*, germ. bratwurst, cambr. hod. *selsig*, arem. hod. *silsik*, angl. *sausage*, gall. hod. *saucisse*), scriptio est compendiosa, addita *l* ad partem superiorem alterius *s*, ut videatur esse littera *s*. Subst. *iot*, puls (hib. *ith*, p. 49), etiam in Voc., unde bis *iotum*, hoc loco et infra. Apud Cangium spumaticum e gloss. saxon. Aelfrici est cibus farinosus sartagine paratus (germ. pfannkuchen); cambr. *bloteit* ergo deriv. e *blot* Voc., cambr. hod. *blawd*, farina. Vox *emmeni* scripta supra *babtuta* (praecedit *caseum*) haud dubie non differt ab *amenen*, *emenin* butyrum, in Voc., cambr. hod. *ymenyn*. *bracaut*, mulsum (in Sg. 73ᵃ: mulsum, gl. *lemnach*, gl. marg. mulsum mel mixtum cum aqua), infra *brachaut*, in Voc. *bregaud*, hod. cambr. *bragod*.

(42ᵇ) *bahell*, securis, *bael* in composito mox sequente *laubael*, secularia. Discordat aliquantum non solum hodierna forma cambrica *bwyell* (cf. p. 819), sed etiam vetusta hibernica, *biáil* (gl. securis) Sg. 46ᵇ, *biail* (gl. securis) 67ᵃ, ubi etiam adi. *bidilde*. Vetustae formae germ. *bihal*, *bigil*, *bial* ap. Graff. 3, 43. *uiidimm*, lignismus, an pro *guidim*, deriv. e subst. *guid*, arbor (vet. hib. *fid*, gen. *fedo*)? (cf. p. 821). *laubael*, comp. cum subst. *lau*, manus (p. 114). *ochcul* inter instrumenta secantia (*capsus* et *capsa* vetustae latinitatis differunt significatione) videtur compositum e subst. *och* (cf. ap. Cang. *acha*, *achia*, securis, gall. hod. *la hache*) et adi. *cul*, tenuis. *dinaut*, pipinnis, i. e. bipennis; cum in Sg. 67ᵃ extent *dith* (gl. pinna) et *dedith* (gl. bipennios; ibid. 108ᵃ: *dithæ*, gl. acutus: acus ab acutu), quaeritur, an legendum sit *duiaut* (cf. cambr. hod. *id*, acumen, et p. 316). *nedim*, ascia, hod. *neddyf* (runcina, germ. hobel). *cep*, fosarium, i. e. fossarium, hod. *caib*, plur. *ceibiau*, ligo. *rascl*, sartum, hod. *rhasgl*, instrumentum secandi in frusta (p. 817). *cemecid*, lapidaria, hod. *cyfegydd*, instrumentum lapicidarum, comp. haud dubie cum praep. *cem-* = *cyf-*. *tarater*, terebra, hod. *taradr*, unde verb. *taradru*, forare, *taradrydd*, perforator. Iam apud Isidor. 19, 19, 15: 'taratrum quasi teratrum,' vox haud dubie gallica, unde gall. hod. *tarière* (cf. Diez, Gramm. rom. 1, 43). *gilb*, hod. *gylf*, rostrum, referendum videtur ad praecedens rostrum, quamvis sit suprascriptum supra foratorium, post quod in linea ipsa sequitur *onnpresen* obscurum; sed cf. vet. hib. *ond* (lapis) Corm. (vv. *adba*, *cloch*, *muilend*) vel *onn* O'Dav. *rump*, hod. *rhwmp*, terebra, et *epill*, ap. Dav. *ebill*, terebrum, cestrum, verticulus, arem. *ebil*, cavilla, Cath., corn. *ebil*, *obil*, clavus, Voc. *gebel*, dolabra, hod. *gefail*, plur. *gefeiliau*, forceps (p. 818). *mas*, metallum, ut in Mab. 2, 210: *kymeint ar vas twym* (aeque ut ferrum candens); post metallum, cui superscriptum est *mas*, in linea ipsa sequitur obscura vox *cloiumn*. *ennian*, in Mab. 2, 219. 232 *eingon* (incus), cambr. hod. *eingion*; cf. hib. vet. *indéin* (gl. incus) Sg. 110ᵇ, hod. *inneoin*, gael. *innein*, *innean*. *ord*, malleus, hib. vet. *ordd* (gl. malleus) Sg. 49ᵃ, cambr. hod. *gordd*. *morthol*, in Mab. 3, 89 *myrthwl* (malleus), hod. *morthwyl*, vox eadem ac gall. hod. *marteau* e vetusto *martell* (de *th* e *t* cf. p. 149), a quo Carolus Martellus dictus est ob virtutem ut Iudas Maccabaeus ab hebr. *maccabah*, malleus. Pro proximo *rosarium* rectius videtur aut *rasorium* aut *fossarium*, ut supra; vox cambr. vet. *louhi* = *loui* aliunde non nota. *creman* videtur hod. *cryman*, falx, sicula. Incognitum est lat. *baxus* (cf. *baxator* fullo?); *bacc* hibernicum instrumenti nomen legitur in Sg. 62ᵇ: *bacc boana finime* (gl. ligo). *serr*, hod. *ser* significans idem quod supra di-

uomer *suh*. aratrum *ara*. raster *ocet*. iugum *iou*. baris *ciluin*. stipa *edil*. uir[ga]e *gerthi*. stimulus *sumpl*. artuum *cultel*. culter *celeell*. nouacula *elinn*. forceps *guillihim*. geptio *crat*. graticula *gratell*. sartago *lann*. acus *notuid*.

(43ᵃ) cos *ocoluin*. ansa *iehnlinn*. cuspis *arstud*. frenum *fruinn*. paglum *fruinn*. camum *cepister*. antella *postoloin*. bullo *bronnced*. appetitorium *gurtharet*. uentris lora *torcigel*. fibula *fual*. corigium *corruui*. sudaris *guapeli*. sambuca *strotur gurehic*. ultia *guopell*. armella *armel*. glomerarium *hloimol*. compes *fual*.

(43ᵇ) satellites *casgoord*. auus *hendat*. habita *henmam*. materterae *modreped*. beneficium *binfic*.

(44ᵃ) sera *delehid*. ualua *dor*. ius *iotum*. uinum *guin*. sicera *med*. melli-

---

citur *rhasgl*. *cultir*, lat. *culter*, in Voc. *colter*, cambr. hod. *cwlltyr*, *cwlltr*; cf. infra *cultel*. *suh*, vomer, in Mab. 1, 9 *swch* (rostrum), hod. *swch aradr*, rostrum aratri, vomer, cf. lat. *soccus*; de germ. *sech* me monet M. Hauptius. *ara*, aratrum, vix integrum; corn. *aradar*, aratrum, et *araderuur*, arator, Voc., cambr. hod. *arad* et *aradr*, unde colligenda est scriptio vetusta *arater* (ut supra *tarater*, p. 831). *ocet*, haud dubie hod. *oged*, i. q. *og*, irpex, crates occatoria (germ. *egge*, germ. vet. *egida*), quamquam lat. raster, rastrum aliud significat. *iou*, *ieu* Voc., hod. cambr. *iau* (cf. p. 136). *ciluin*, baris; cf. ap. Cang.: buris, aratrum vel curvatura aratri, et mox: ea pars aratri, qua inflexa stiva stimoni adiungitur. *edil*, stipa; adi. *edil*, hod. *eiddil*, tenuis. *gerthi* prope eadem vox, differens tantum derivatione, quae in Voc. *garthou*, stimulus, hod. cambr. *garthon*, virga ad incitandos boves, Germanis quoque cognita, vet. *gart* (got. *gazd*), stimulus, unde *garti*, sceptrum, *gertia*, *gerta* (hod. *gerte*), virga. *sumpl*, stimulus, hod. *swmbwl*, *swmwl*, *swml*, pl. *symbylau*, *symylau*, *symlau*. Quae secuntur, in codice ita leguntur: *artuum .i. celeell* in linea; suprascriptum supra lat. *artuum* est *cultel*, et supra cambr. *celeell* est *culter*. In Voc. *collel*, cultellus, *kellillic*, artavus; in Mab. *cyllell*, pl. *cylleill*, *kylleil*, sica, hod. *cyllell*, pl. *cyllyll*, artavus. *elinn*, Mab. 1, 17. 2, 242 *ellyn* et hodie. *guillihim* (pp. 105. 119). *crat*, geptio, videtur vas assandi; incerta est littera prima vocis *crat*, simillima tamen c. *gratell*, graticula, i. e. craticula, quae scriptio *gr* pro *cr* etiam alibi (cf. Cang.) legitur; gall. vet. *greil* ap. Cang., hod. cambr. *greidell*, demet. *gradell*, forma ad coquendas placentas. Sartago pro *lann* huius loci, alibi cum hac significatione non invento, in Voc. vertitur *padelhoern*, patella ferrea. *notuid*, hod. *nydwydd*.

(43ᵃ) *ocoluin*, cos, Mab. 2, 229 *agalen*, hod. *ogalen*, *hogalen*, *hogal* (cf. *hogi*, acuere). Secuntur voces in linea: *pecten*. *calcar*. *laueta*. *ansa et ansa*. *iehnlinn*. *cuspis*, supra quod scriptum est *arstud* vox aliunde ignota, uti praecedens in linea *iehnlinn*. *fruinn*, hod. *ffrwyn*. *cepister*, camum (lege camus), e lat. capistrum, in Leg. *kebyster*, plur. *kebystreu*, hod. *cebystr*. *postoloin*, antella, ad quae sequentia ap. Cangium: '*antela*, *antella*, *antilena*, equi pectorale. Gloss. Isidori: antela, antilena, sicut postela, postilena. Papias MS. Bitur.: antela ornamentum equi, dicta quasi ante sellam, et postela quasi post sellam.' Cambr. hod. *pystylwyn*, tegmen ephippii. Secuntur voces: *corbum femorale partuncul*, quarum postrema quaeritur an sit cambrica. Deinde *bronnced*, *gurtharet* composita haud dubie, unum e *bronn*, pectus, et *ced*, fortasse hod. *cwdd*, tegmen, alterum e praep. *gurth*, sed ignota pars posterior. *torcigel*, ventris lora, i. e. lorum, comp. e subst. *tor*, venter, et *cigel* (lorum, cingulum). *fual*, fibula, infra additum supra *compes*, videtur transumptum e latino, sicut mox sequentia *corruui*, corigium (l. corrigia; *carrei* Mab. 2, 374, hod. *carai*, *-eiau*), *armel*, armella, *hloimol*, glomerarium. *guapeli*, sudaris, vix differt a sequente *guopell*, hod. *gobell*, ephippium. Supra (p. 42ᵃ) sella significare videtur ephippium viri, post quod profertur sambuca, eph. feminae; hoc loco post sudaris: *sambuca ::: et ultia quae pertinet mulieri*. Legitur suprascriptum supra sambuca: *strotur gurehic*, supra ultia: *guopell*, quae erunt hodie: *ystrodwr gwraig*, *gobell* (sella mulieris, ephippium). Est apud Cangium: 'Sudaria, stragulum, quo equus insternitur, ne eius sudor equitem inficiat.' *fual*, compes, hod. *hual* m., arem. *hual* Cath.

(43ᵇ) *casgoord*, satellites, *cosgord*, *gosgor* alibi: *gosgordd brenin yw 360 wyr* (regis satellites sunt 360 viri) Leg., hod. *cosgordd*, *gosgordd*, corn. *goscor*, familia, *den coscor*, cliens, Voc., arem. *coscor* Cath. Sunt hodie quoque simplex cambr. *cordd*, tribus, circulus, et composita *gwelygordd*, genus, tribus, linea (*gwely*, lectus, vicus), *ydgordd*, ager frumentarius, ut *trefkort* (vicus) Leg. 2, 4, 10, ad quam vocem *cordd* vix nequit adduci hib. vet. *cuairt*, ambitus, circuitus. Pars autem prior *cas*, *cos* si conferenda est cum prisco gall. *cassi* in compositis Cassivellaunus, Veliocasses etc., vox nostra principio esse potuit *cassicord*, venationis societas (cf. p. 84). *hendat*, avus, item *hendat* Voc., hod. *hendad*, et *henmam*, habita i. e. avia, hod. *henfam*. *modreped*, materterae (pp. 291. 838). *binfic*, transumpta vox latina.

(44ᵃ) *delehid* (in cod.: *quia non est sera .i. delehid. supra valvam .i. dor*) i. e. *deleid*, hod. *dylaith* (*dyleth*), apud Cardiganios obicis genus; vix cf. corn. *dialhyet*, clavis, Voc., etsi *alwed*, clausura, respondet cambr. hod. *alwedd*, clavis. *dor*, hod. *dor*, porta, corn. *darat*, ostium, *darador*,

gitum *brachaut.* tapiseta *cilcet.* puluinare *plumauc.* ceruical *gubennid.* cubile *gueli liein.* saga *lenn.* staptum *tiis.* stratorium *cilcet.* pistor *coc.*

(44ᵇ) palus *lichou.* stercora *halou.* de sapuna elique lixam *hác diglniuhit lissiu.* stella *scirenn.* fornilium *munutolau.* lichinum *cannuill.*

(45ᵃ) expers *didaul.* hilaris *guilat.* praepositus *mair.* clades *hair.* patricius *hinhám.* praepositus *mair.*

(46ᵇ) fertilitas *fruidlonaid.* aue *ánbiic guell.* (47ᵃ) expers *didaul.*

B. Glossae Luxemburgenses.

Austum *douohinnom.* sulco *rec.* coetus *drogn.* remota *guparch.* rumoris *clot.* vibrat *crihot.* vigricat *rocredihan.* ulcera *creithi.* assiles *cronion.* garrulis

---

ostiarius, Voc. *med*, hodie *medd.* *iotum* supra 42ᵃ, item *bracaut* pro *brachaut* huius loci, ubi *melligtum* cum littera incerta supra *g* erit legendum *mellicatum.* *cilcet*, tapiseta et mox stratorium (cf. apud Cangium tapissium, tapisseria, i. e. aulaeum, et stratoria lectaria, quae sterni solent in lectis), rectius *cilchet* supra 38ᵃ. *plumauc*, pulvinar, e subst. *plum*, hod. *pluf*, pluma; hod. adi. *plufog*, *pluog*, plumosus. *gubennid*, hod. *gobenydd*, cuius rectior forma vetusta erat *guopennid*, comp. e praep. *guo-* et *pennid*, deriv. e subst. *penn.* *gueli liein*, cubile, i. e. lectus lintei; corn. comp. *liengueli*, sindo, Voc., cui opponitur ibidem *kalagueli*, stramentum, i. e. lectus straminis. *lenn* saga, corn. *len*, sagum, Voc., hib. vet. *lenn l. brat formtha* (gl. sagana vel saga) Sg. 51ᵇ; ap. Cang. saga pro panni specie et lecti stragulo, et sagus, sagum, stragulum lecti, coopertorium. *tiis*, staptum; i. e. tapete? cf. cambr. hod. *teisban*, compositum e *tais* et *pan.* *coc*, pistor; corn. *kog*, cocus, *keghin*, coquina, Voc. Concordant glossae hibernicae in Sg.: *cucann* (gl. pistrinum) 49ᵃ, *cucann* (gl. cocina, gl. culina) 51ᵇ; item: *coic ab eo quod est coquus* Corm.

(44ᵇ) *lichou*, *halou*, substantiva numeri pluralis, quorum illud hodie *llychau* scribitur e sg. *llwch*, hoc idem videtur quod hod. *hal*, palus salsa, unde adi. *halog*, contaminatus, pollutus, impurus. *hac diglniuhit*, de sapuna elique; locus in codice: *mulier ueni cito luua cup. mm. (cappam meam?) de sapuna elique lixam quandiu fuero in ballenio.* Aut legendum est: *ac digleniuit* (*h* praemissa et immissa ut alibi, p. 118), ut sit *aç* particula hoc loco etiam ante consonam (cf. p. 720), hodie *ac* ante vocales tantum, et cum hod *gleiniwyt*, clares, purifices, 2. ps. sing. coni. e verbo *gleinio* (adi. *glan*, purus), pro imperativo, concordet nostrum *digleniuit* (pro *dogl.*, ut *diguolouichetic* supra pro *doguo-*) addita *t* e pron. *ti*, tu; aut *hac* est imperativus verbi *hacio* (excute, p. 1056, 39ᵃ), *diglniuhit* continet praep. *di* (de) cum subst. ignoto (de sapuna?). *lissiu* (pp. 120. 129). *scirenn* (corr. *stirenn*? cf. arem. ven. *stirenn*, corn. *steren* Voc.), recentius *seren*, *ser*, *syr* (cf. pp. 120. 295). *munutolau*, fornilium, in codice: *super ignem ponant fornilium.* Apud Cangium: 'fornilia, idem quod cremium apud Columellam, dicitur de minutioribus lignis et vepretis siccatis calefaciendo furno, unde nomen, accommodis.' Cambrica nescio an separanda sint: *munut o lau* (minuta manu); certe conferenda cum transumpto *munut* (minutus) corn. *menys*, *munys*, arem. *munut*, *munud* (p. 844). *cannuill*, lychnus, candela (p. 97).

(45ᵃ) *didaul*, expers, adi. comp. videtur e part. *di-* privativa (p. 894) et subst. obsoleto *daul*, conferendo cum vetusto hibernico verbo comp. *fodáli* (discernit, seiungit) Wb. Sg. Eadem glossa infra 47ᵃ. *guilat*, hilaris, derivatum videtur e subst. *guil*, cambr. hod. *gwyl*, hib. vet. *fél*, festum, dies festus. *mair* bis in hac pagina (cf. p. 100 sqq.). *hair*, clades, pro *air*; est enim et hod. *aer*, proelium, et hib. vet. *ár* (gl. strages) Sg. 50ᵇ, *du ár* (gl. ad caedem) Ml. 33ᵈ (cf. pp. 17. 102. 118). Textus codicis ipse hic est: *cladis magna facta est et de suxonibus percusi sunt multi.* *hinham* (p. 298), in codice in linea post haec: *patricius qui sedet iuxta regem in sede.* Accentus in codice supervacanei (cf. p. 1059, 45ᵇ).

(46ᵇ) *dlonaid* in codice ita collocatum est: *quomodo fertilitis* (sic) *frui dlonaid. istius anni habetus* (sic) *nobiscum in uestris prouinciis?* Quod si recte se habeat, equidem putaverim derivatum ut hod. *llawnaeth* suffixo *-aid* = *-aeth* = hib. *-acht* ex adi. *llawn*, *llon*; hodierno enim *llonaid*, plenitudo, respondebat vetustum *-eit*, non *-aid.* *Dl* autem significare potuit sonum proprium *ll*, qui interdum scriptus legitur *thl*, ut in Registr. Caernarv. p. 154 *Dynthlayn* (man. recent. *Dinllaen*), p. 169 *Thlanrethlon* (man. recent. *llanrillo*), p. 216 *Thlanlibyon*, p. 210 *Thlannor*, p. 173 *Penthlyn* (p. 199 *Penllyn*). At quaeritur an potius coniungendum sit *fruidlonaid*, fertilitas, quasi *ffrwythlonaeth.* *anbiic guell*, formula salutandi cambrica frequens *henpych gwell* (p. 574).

(Gl. Lxb.) Supra omisi, quae a Monio ex eodem codice proferuntur vocabula non cambrica, latina insolentia vel barbara, corrupta, obscura et inaudita, latine explicata: cadus unda. follum vallem. pulla nigra. domescas ingenia. conclavas venas. lectriceam lectricem. conis occulis. baiolat portat. gugras capita. gibrose humane. gibras homines. dusmus diabolus. follaminis vallis. occupat

riglion. spumaticus *euonoc.* inertes *blinion.* tabe *ufedis nioedlest néviom.* regulosis *natrolion.* orgiis *imrogalou.* esciferis *bènolion.* senis *eusiniou.* fidis *toruisiolion.* fusam *gurpait.* andrivenereis *couuantolion.* sulcavissent *roricseti.* samo *ancou.* congelo *congrogu.* olivavit *rogulipias.* semigilatis *hantertoetic.* machide .. *airmaou.* alligeris *atanocion.* essum afroniosus *diprim euonoc.* gutaricau .. *roluncas.* phalanges *bodiniou.* decreat *dodimenu.* essura *doru* .. grassatur *dodipre* .. vecordia *bicoled.* nequit *nepen.* inærte *blin.* edulia *dor* ... *dou.* decoreo *cadr.* collegio *cuntullet.* acri *deurr.* atrocia *arotrion.* praepugnis *ardrén.* avelloso *catol.* concitis *buenion.* partimonia *rannou.* litturam *linom.* nevi *tigom.* durili *calut.* fidoque *torguisi.* rostratam *golbinoc.* perforo *treorgtim.* stravi *strouis.*

---

acupet. gibriosa humana. lastrat invitat. quæræsta bestia. sennarum dentium. Quibus addendum videtur: tona mortalem, cum *tona* praecedat, indubie autem cambrica sequantur latinam vocem.

Douohinnom, austum i. e. haustum, haustus (cf. p. 907). *rec*, sulco, nescio utrum subst., hod. *rhych*, pl. *-au*, *-iau*, an forma verbi hod. *rhychu*, *rhychio*, sine terminatione. *drogn*, coetus, infra *drog*, factio; recte affert Monius hib. *drong*, coetus, copiae. *guparch*, comp. e praep. *gu-*, *go-*, *guo-* et subst. *parch* (honor) Mab. 1, 36, unde cum particula privativa *amarch* (= *am-parch*) 1, 276, eiusdem ergo fere significationis cuius sequens *clot*; quare quaeritur, num recte sit lectum vel collocatum lat. *remota*. *clot*, rumor, i. e. gloria, substantivum frequentissimum in Mab., haud dubie ponendum pro *dot*, quod exhibet Monius. *crihot*, vibrat, sine *h* immissa *criot*, concordat cum cambr. hod. *crydu*, *crydio*, quatere, concutere, excepta vocali *o* post *i*. Item *rocredihan*, rectius *rocretian*, *rocritian*, vigricat, rectius vibritat, praemissa *ro* intensiva, cum hod. *crydian*, *creithi* (pp. 150. 284). *cronion*, assiles, sing. *cron*, tornatilis infra, *cruinn* Mab., hib. vet. *cruind*, rotundus (p. 147). *riglion*, garruli, aut *riolion* legendum est aut *rigolion*, cum sit eadem vox hod. adi. *rhuol*, loquax, garrulus, ex subst. *rhu* cum *u* pro *i*, ut *pump* pro vetusto *pimp*. *euonoc*, spumaticus, hod. *ewynog* e subst. *ewyn*, spuma. *blinion*, e sing. *blin* infra sequente. *ufedis nioedlest néviom*, tabe, mihi omnino obscura. *natrolion*, gl. regulosis, a lat. *natura* deducere equidem dubitaverim; fortasse rectius *matrolion* (hod. adi. *madrol*; cf. nom. gall. Matrona), irrigui. *imrogalou*, orgia, plur. haud dubie, compos. cum *im-*, *em-* (p. 898), sed ignota vox *rogal*. *benolion* legendum *beuolion* ipse editor Monius censet, afferens hod. cambr. *bywawl* (*bywiol*), vivus, ad vitam pertinens. *eusiniou*, e sing. hod. cambr. *eisin*, furfur, cum *eu* pro recentiore *ei* sicut in *holeused* infra; cum voce latina *senis* concordat gall. hod. *son*, furfur. *toruisiolion*, fidi, infra sing. *torguisi*; vox ignota hodie, fortasse composita *tor-gu*. = *do-guor-gu*., etsi commonefacit hib. vet. *torisse* idem significantis, vix tamen cognati. *gurpait*, fusam, leg. *gurpait*, fusum; hod. *gwerthyd*, fusus. *couuantolion* (p. 124). *roricseti*, sulcavissent, e verbo supra memorato, restituendum videtur *roricsenti* addito pronomine (p. 372), cum inaudita sit terminatio *-eti*. *ancou*, in Voc. eadem scriptione *ancou*, mors, hod. cambr. *angeu*; *samo* ergo lat. *mors* litteris transpositis, et cum *a* pro *r*? *congrogu*, congelo (p. 506), obscurum, nisi conferendum est hod. *greu*, aggregare, *gre*, grex, *cyngre*, *cyngreawd*, aggregatio, *rogulipias* (pp. 53. 523). *hantertoetic*, semigilatis, an semicelatus, semitectus, si conferre liceat hod. *toad*, tegmentum, *toëdig*, tectus? *airmaou*, loci pugnae (p. 285). *atanocion*, alligeris, i. e. aligeri, e sing. *atanauc*, hod. *adeiniog*, ab *atan*, ala, penna (cf. *etinet*, volucres, II, 40*). *diprim euonoc*, essum afroniosus, i. e. cibus spumaticus; *diprim*, corn. *dybbry*, edere (pp. 160. 536). *roluncas*, guturicau., i. e. gutturicavit (p. 523); hod. *llyncu*, devorare. *bodiniou*, phalanges, sing. *bodin* infra, *bydin* (turma, agmen) Mab. fq., hod. *byddin*. *dodimenu* (p. 508), dupliciter compositum; cf. hod. *difenwi*, contemnere, *difanw*, evanescens? *dodipre* . ., comp. ut *dodimenu*; radicem supponendam glossae mutilae affert Monius *preiddiaw*, praedari, *dybreiddiaw*, depraedari. *bicoled*, vecordia, i. e. timiditas; cf. hod. *bygyliaeth*, terrificatio, e *bygylu*, terrere, et *bwgwl*, minatio. *nepen*, nequit, non amplius auditum hodie. *blin*, inærte, i. e. iners, supra *blinion*, inertes. *dor* . . . *dou*, edulia, pluralis antecedentis vocis item mutilae *doru* . ., essura; incerta media vox. *cadr*, decorus, arem. *kaer*, formosus (p. 102). *cuntullet*, collegium, plur. infra *cuntelletou*, collegia (cf. p. 901). *deurr*, acer, hod. *dewr*. *arotrion*, atrocia, adiectivum obsoletum hodie, quocum vix est comparandum *arodawr*, rhetoricus. *ardrén*, praepugnis; adi. hod. cambr. *tren* (strenuus, fortis) cum partic. *ar-*, quae videtur esse loco intensivae *er-* (p. 895). *catol* cum suspecto mox sequente *catal ind* (leg. *catoleid*, *catolid*?) e *cat*, pugna? sed obscurum omnino est bis prolatum *avelloso*. *buenion* e sing. *buan* (p. 289). *rannou*, partimonia, partes (p. 285). *linom*, litura (p. 821), derivatum ut sequens *tigom*. *calut*, adi. frequens cambr. *calet* (durus) Mab., hod. *caled*. *golbinoc*, rostratus; subst. hod. *gylfin*, rostrum (cf. etiam vet. *gilb*, p. 1061). *treorgtim*, perforo, cum terminatio *-im* alias inaudita sit, quaeritur an etiam in radice sit vitiatum. Num pro *treorgam*, *treguergiam*, cui conferendum adi. *guerg* (p. 11, not.**), an pro *treuorgatim*, i. e. *tre-guor-gatam*, cui conferendum supra (p. 1055) *digatma*? In Sg. *trisgataim* (gl. foro, p. 879). *strouis* (p. 522). *nanplion*, fortasse *nanolion*, ut supra *riglion* pro

pitbis *nanplion*. conflictis *astoitou*. avelloso *catal ind* (?). in agone *enarima*. strages *airou*. nevum *liou*. ac libosas *milinon*. tornatili *cron*. tonsuras *guiltiatou*. comas *mogou*. et spisis *c . . . peticion*. iubis *ableuou*. stemicamina *comtoou*. priscae *entic*. tignae *cipriou*. scratu *aqrimunou*. turmae *trebou*. munimenta *caiou*. concitis *buenion*. præcentur *iolent*. phalangem *bodin*. cianti *aarecer*. et ossilem *ascrunol*. seriem *nim*. factionem *drog*. emolumenti *coimo*. collegia *cuntelletou*. lastrant *arcera*. profundo *doguorennam*. per avia *tidoihinto*. et agrica *tiroliou*. depromis *douolouse*. verbialia *cobrouol*. inlatam *dodocetic*. apocant *omcobloent*. bradium *bud*. canoris *holeused*.

C. Vocabularium cornicum.

(Cod. 7ª) Deus omnipotens, *duy chefuidoc*. Celum, *nef*. Angelus, *ail*. Archangelus, *archail*. Stella, *steren*. Sol, *heuul*. Luna, *luir*. Firmamentum, *firmament*. Cursus, *redegua*. Mundus l. cosmus, *enbit*. Tellus, *tir*. Terram, *doer*.

---

